chirurgia
De
Gauliaco

1585

H. III Guy

3021/B

30

Hodgson
2/5/12

The Braidwood Collection.

# CHIRVRGIA
## MAGNA GVIDONIS
## DE GAVLIACO,

Bell Bell Surgeon 1826

Olim celeberrimi Medici, nunc demum ſuæ primæ integritati reſtituta à LAVRENTIO IOVBERTO medico Regio, primario doctore, nec non Cancellario & Iudice in Gymnaſio Montis-peſſulani.

*Quæ autem Ioubertus in hoc opere recognoſcendo, & illuſtrando præſtiterit, poſt epiſtolam ad Lectores videre licet.*

Le Bran

No 184 J. H. Hunter



LVGDVNI,
In off. Q. Philip. Tinghi, Flor. Apud Simphorianum Beraud.
ET
Stephanum Michaëlem.
M. D. LXXXV.

# *Extraict du Priuilege du Roy.*

PAr grace & priuilege du Roy, eſt permis à Eſtienne Michel marchand Libraire de Lyon, d'imprimer ou faire imprimer vn liure intitulé Chirurgia Magna Guidonis de Gauliaco cum annotationibus D. Laurentij Iouberti : de nouueau reueuës & par luy augmentees. Et faict defences ledict Seigneur à tous marchands, Libraires, Imprimeurs ou autres de non imprimer ou faire imprimer, vendre ou diſtribuer en ſes païs, terres & Seigneuries ledict liure, ſinon de ceux que ledit Michel aura faict imprimer : & ce iuſques au temps & terme de cinq ans, à compter du iour & datte que ledict liure ſera acheué d'imprimer : ſur peine aux contreuenans de confiſcation deſdits liures & d'amende arbitraire : & à fin qu'aucun ne puiſſe pretendre ignorance du preſent Priuilege, ledict Seigneur veut & entend que l'extraict d'iceluy, eſtant mis au commencement ou à la fin dudict liure ſerue pour toute notification. Car tel eſt noſtre plaiſir, nonobſtant oppoſitions ou appellations quelconques : comme plus à plain eſt contenu aux lettres patentes dudit priuilege. Données à Paris le 14. Iuing 1579. Et ſeellés en cire iaune du grand ſeel.

Signees par le Roy en ſon conſeil.

LE RAGOIS.

# BIBLIOPOLA

## LECTORIBVS S.

MEDICINAM diuino munere mortalibus concessam esse, nemo ambigit: id vniuersa antiquitas cum exploratum haberet, hoc autem profitentes non absque magna ratione in Deos retulit, hinc factum est, vt medici à priscis illis maximis, & propè diuinis honoribus afficerentur: quandoquidem eorum opera tot morbi, totq; pestes, tanquam si præsentes nobiscum dij habitarent, à corporibus humanis depellerentur. Diu apud maiores nostros medici vel soli, vel cũ paucis aliis primos honores obtinuerunt. Postea verò, prout res humanæ semper in deterius labuntur, partim medicam artem profiteantium culpa, partim corrupto hominum iudicio factum est, vt illa, licet immeritò, despici sit cœpta: hinc quoque est profectum, vt, quem initiò vniuersam profitebantur, quicũque medici nomen sustinebant, postea tribuerent in partes, ea, quæ maximè ad opus accedebat, qualis est chirurgia, ad vilissimos quosque etiam ad tonsores relegata, cùm tamen ea humanis vsibus sit apprimè necessaria, & dignissima, quæ ab ingenuis cognoscatur. Ita nobilissima ars & profitentium sordibus, & communi hominum opinione, eam despicientium, humi iacebat. Verùm numquam excellentissimi medici defuerunt, qui, cùm viderent nullam medicinæ partem penitus percipi posse, nisi omnibus cognitis, atq; perspectis, etiã in hac chirurgia maximam operam ponerent, atque nõ solum morbos curandos, sed vt vulnera, vlcera, atque saniem sibi tractandã existimarent: non pauci quoque exstiterunt ex iis, qui peritissimi medicorũ sunt habiti, qui vel plura de hac scriberent, quem de aliis medicinæ partibus, vel sola quæ ad Chirurgiã

pertinent ſuis ſcriptis illuſtranda ſuſciperent. Inter hos noſtro quidem iudicio ſi non primas, non longè certè à primis GVIDONI CAVLIACENSI omnium cõſenſu deferimus: is enim, cùm in gymnaſio Montis-peſſulani, quod lõge celeberrimum præſertim in medica facultate ſemper eſt habitum, ſumma cum laude medicinam publicè multos annos docuiſſet, à Clemẽte VII. hominis fama vehemẽter permoto, Auenionem eſt accerſitus, vt medicus ipſi eſſet, eo potiſſimum tempore, quo ſæuiſſimum quoddã peſtis genus toto terrarum orbe graſſabatur: in eo munere ita feliciter, fideliter, ſapienterq; ſe geſſit, vt maxima præmia reportaſſe dicatur. Atque eo mortuo pontifice, ab Innocentio VI. eius ſucceſſore eodem, atq; honeſtiore etiam loco haberetur: Vrbanus quoque V. tanti hominem fecerit, vt eum ſibi non ſolum medicum, ſed & Capellanum (vt vocant) atq; commenſalem adſciuerit. Eo tempore noſter Guido, anno ſcilicet à Virginis partu CIↃ CCCLXIII. Magnam hanc chirurgiam, quam modò noſtris typis excuſã edimus, cõſcripſiſſe fertur, quæ tãto cum hominum applauſu ab omnibus hominum generibus fuit excepta, vt tantus honos, tanta exiſtimatio non tantum auctoris virtutes illuſtrant, quãtum eius nomen obſcurant: illuſtrauit quidem, quòd docti eum librum diurna nocturnaq; manu verſantes, ſe vehementer illius lectione profeciſſe ſumma cum auctoris laude paſſim ſunt teſtati: obſcurauit autem quod indocti cum aliquid ſe ſapere poſſe ex eiuſdem aſſidua volutatione intelligerent, librum in manus ſumebant, in quo ſi quid obſcurum occurriſſet, mutatis verbis atque ſententiis, ſibi & aliis pleniorẽ efficere poſſe exiſtimabant: ita emendatus, vel deprauatus potius, magno honore à Tonſorum turba affici eſt cœptus, quare ad maius ſcriptoris dedecus paſſim in tonſtrinis cernebatur, hac inſigni inſcriptione notatus, *Le Guidon pour les Barbiers.* quod eſt, Dux tonſorum. Iacebat ergo tam nobilis medicus in ſitu, pedore, & tonſtrinarũ ſqualoribus: & cùm ipſe omni vulnerum generi ſua appoſitiſſima remedia indicaſſet, vulneribus infinitis transfoſſus vlceribus vbique notatus, ſanie per totum corpus

fœdatus

fœdatus cernebatur : nec tanto tempore vllus eſt repertus, qui eum, à quo autem ipſam medendi didiciſſet, ſua ope dignaretur: donec LAVRENTIVS IOVBERTVS eiuſdẽ gymnaſij Montis-peſſulani primarius doctor, poſt tot opera æterna memoria digniſſima in lucem emiſſa, quibus maximã ſibi apud omnes auctoritatem comparauerat, ad noſtri Guidonis inſanabilia vulnera ſananda ſalutares manus admouit: in quo opere omnium ſententia prorſus deſperato multos annos conſumpſit : ſed tandem aliquando, id eſt, mẽſem, aut paullo amplius, antequam vitam cum morte commutaret, librum caſtigatiſſimum primo ſuo cãdori reſtitutũ, locis, quos auctor ex infinitis ſcriptoribus citat, ad marginem adſcriptis, illuſtratum , ſuis præclariſſimis notationibus pleniſſime declaratum , omnibus demum ſuis numeris abſolutum ad nos tranſmiſit, vt noſtris typis expreſſus appareret. Verum nos tunc multis negotiis impediti vſque ac hoc tempus tanto fructu homines medicæ artis ſtudioſos defraudare coacti ſumus. Nunc ergo, beneuoli lectores, veſtrum GVIDONEM ſuis coloribus expreſſum ex noſtra Typographeia hilari vultu excipite , & tanti beneficij nomine LAVRENTIO IOVBERTO, eiuſque filio ISAACO, qui librum plurimum ſua diligentia poſt patrem illuſtrauit , maximam gratiam habetote. Valete.

---

## QVÆ LAVRENTIVS IOVBERTVS IN HOC LIBRO ILLVSTRANDO præſtiterit.

1 Librum antea mendaſiſsimum infinitis erroribus repurgauit.

2 Catalogum omnium ſcriptorum appoſuit, quos auctor paſsim citat.

3 Margini locos ab auctore citatos adſcripſit, librorum ac capitum numero , quem maximo cum labore inueſtigauit, diligentiſsime notato.

4 Interpretatus eſt obſcuras dictiones , quæ aut propriæ artis , aut ſcriptoris huius ſunt. Hæc autem vocabula in quattuor claſſes alphabetico ordine digeſtas ſunt tributa, anatomicarum ſcilicet vocum, pathologicarum, pharmaceutricarum, atque chirurgicarum, interiectis, vbi opus fuerat, figuris inſtrumentorum. mutuatis vt plurimũ ex libro Ambroſij Paræi, opera Iſaaci Iouberti.

5 Actoris ſententias, quæ aliquid difficultatis habere poſſe videbantur , ſuis eruditiſsimis ſcholiis illuſtrauit, quæ ſeorſim poſt contextum ſunt excuſsa : vbi prior numerus paginam, poſterior verſum contextus indicat.

§

6 Nouem indices copioſiſsimos confecit, quibus præcipuas auctoris ſententias ac verba complectitur: quorum primus ad caput ſingulare ſpectat quod operis initio procemij loco eſt: ſecundus, tertius, quartus, quintus, ſextus, ſeptimus, & octauus: libros ſeptem, in quos vniuerſum opus eſt tributum, reſpicit: Poſtremus vniuerſa medicamenta toto opere ſparſa comprehendit.

---

# CATALOGVS SCRIPTORVM, QVOS AVCTOR IN HOC LIBRO citat, vbi etiam quoties citantur, videre licet.

*Acanameſes, ſiue Acanamuſal Babylonicus citatur vicibus* XII.
*Aggregater* I.
*Albertus Bononienſis* IIII.
*Albucaſis* CLXXIII.
*Albumaſar.* II.
*Alcoatim* XXVIII.
*Allemani doctores* I.
*Alexander* VII.
*Alexandrinus commentator libri de ſectis* III.
*Americus, ſeu Aymericus, de Alais* VII.
*magiſter Andreas* I.
*Anglicus* I.
*Anglici doctores* I.
*Anſerinus de Porta* VI.
*Apollonius* III.
*Archigenes* VI.
*Ariſtoteles* LXII.
*Arnaldus* VIII.
*Aſclepiades* I.
*Auenzoar, nuncupatus glorioſus* XXI.
*Auerroës nũcupatus, doctor ſubtilis* XX.
*Auicenna* DCLXI.
*Azaram, ſiue Azaren Galaf.* XXIII.

B

*Beneuenutus* IIII.
*Berandus ſiue Bernandus Metenſis* I.
*Bertuecius Bononienſis* XIIII.
*Boëmus quidam inſtaurator, aut renouator* I.
*Bonetus filius Lanfranci* I.
*Bononienſes doctores* I.
*Brunus* XLIX.
*Platearius dictus circa inſtans.* I.

C

*Commentatores noui* IX.
*Conciliator* V.
*Crito* I.

D

*Damaſcenus, id eſt, Ioannes Damaſcenus.* I.
*Dauid* I.
*Democrates* I.
*Democritus* I.
*Dioſcorides* II.
*Dynus, aut Dinus Florentinus* XXXVI.

G

*Galenus* CXC.
*Gallicus* I.
*Gallici doctores* I.
*Gilbertus, & Gilbertina* II.
*Gloſſatores, ſiue Gloſſæ, aut commentatores Rogerij, id eſt, quatuor magiſtri.*
*Gordonus* XXVI.
*Gulielmus Salicetus* LXVIII.

H

*Halyabbas* CXLIX.

*Haly*

Haly Rodoen v.
Heben Meſuæ LXII
Henricus de Hermondauilla LXXXVI.
Heraclitus Tarentinus I.
Hermes I.
Hippocrates CXX.
Hiſpanus, id eſt, Petrus Hiſpanus
Hugo Lucenſis I.

I

Iacobus Apothecarius I.
Iamerius XXXVI.
Iannicus II.
Ieſus filius Haly LXII.
Ioannes Damaſcenus III.
Ioannes de Crepatis I.
Ioannes de ſancto Amando VIII.
Ioannes Parnenſis I.
Ioannes Iacobus II.
Ioannes nepos Anſelmi II.
Iordanus II.
Iſaac I
Iſidorus I.

L

Lanfraneus CII.

M

Macrobius I.
Mercatores I.
Mondinus Bononienſis VI.

N

Nicolaus Catalanus I.
Nicolaus Prapoſitus XI.

O

Odetus Lugdunenſis
Ouidius I.

P

Pariſienſes doctores II.
Patauini doctores I.
magiſter Paulus II.
Paulus Aegineta X.
Pedemontani doctores II.
Petrus Argenterius IIII.
Petrus Arelatenſis III.
Petrus Bonantus XV.
Petrus de Dye I.
Petrus de Orlhac III.
Philager I.
Ptolemaus I.

Q

Quatuor magiſtri XXV.

R

Rabbi Moyſes XII.
Raimundus de Molieres III.
Rhaſis CLXI.
Rogerius XCII.
Rolandus IIII.
Romanus quidam inſtaurator, aut reuocator I.
Roſa Anglicana I.

S

Salernitani doctores I.
Serapion IX.
Socij concordantiam, ſeu ſocij de ſancto flore VI.
Stephanus Arnaldus de Monte Peſſulano II.

T

Thadæus Bononienſis IIII.
Theodorus LXXXV.
Theſaurus pauperum, id eſt, Petrus Hiſpanus.


---

AD D. LAVR. IOVBERTVM, GVIDONIS A CAVliaco illuſtratorem ac vindicem, Ioannes Spinaſſius med. Petrachoræus Grinolanus.

*Tempus ad hoc luſtris nouies prope quinque peractis,*
*Cauliacus ſecli fama decusq́ ſui,*
*Conditus obſcurà cæca caligine noctis*

Miſſo

*Mille iacet mendis ſqualidus, & maculis.*
*Et tamen (heu) fuluo liber hic pretioſior auro,*
*Perpetuò dignus qui terreretur, erat.*
*Quippe feris nullus docuit fœlicius vnquam*
*Arte manus morbis quo medeare modo.*
*Nam quæ ſparſa locis tot erant, hæc ſcriptor in vnum*
*Sedulus inſtar apis cuncta coëgit opus.*
*Teſtes authores, quorum tam trita citantur*
*Sæpius his paßim nomina ſcripta libris.*
*Hippocrates Cωüs, cum Paullo, deinde Galenus:*
*Hinc Arabum princeps, & Rhoë patre ſatus.*
*Lanfrancus, Brunus, Theodoricus atque Rogerus,*
*Alcaran, Arnaldus, Rhaſis & Albucaſis.*
*Inde Galáſque, Azarámque, Henricúſque, Alcoatímque:*
*Poſt hos Rollandus, poſt Beneuentus adeſt.*
*Mox Alcannamoſis, paritérque Halyabbas, & Heben:*
*Ordo Magiſtrorum quattuor hos ſequitur.*
*Hinc venis, ô Salicete, & (non ſeruator) Ieſu,*
*Cum Dyno, atque aliȷs quos memorare piget.*
*At tu Cauliaci ſortem miſeratus iniquam,*
*(Monſpeſulæ princeps, dúxque, patérque ſcholæ)*
*Protinus abſtergis maculas, nanóſque, ſitúmque,*
*Veſte tegens multò candidiore virum.*
*Ceúque nouum* (IOVBERTE) *iubar, qua lampade fulges,*
*Addis huic lucem, ſplendidus ipſe, nouam.*
*Ergo tuum nomen dum Phœbus luce lucebit,*
*Lucidius curret docta per ora virûm.*
*Quiſquis enim claro denſas fulgore tenebras*
*Diſcutit, hic nunquam luce carere poteſt.*

Η τῶν ἄνω ἐπέων περιοχὴ, παρ᾽ αὐτοῦ Σπινασίου.

Ταῦτα πάλαι συνετός χειρούργοις βιβλία γράψε
Καυλίακος, δόξης ἄξιος ἀθανάτης.
Μηδὲ τις ἡλικίης ἀπ᾽ ἐκείνου κάλλιον ἔργον
Εκτισεν, ἢ μᾶλλον πλείοσιν ὠφέλιμον.
Ην δὲ ζόφον τὸ πάρος, μάλα καὶ συμπᾶσιν ἀμαυρὸν,
Καὶ διὰ τοῦτ᾽ ὀλίγοις γνωστὸν ἔτι βροτέοις.
Αυτὰρ ὁ ΙΟΥΒΕΡΤΟΣ πολυΐστωρ πᾶν σκότος αὐτοῦ,
Ηλιος ὣς λαμπρὸς, νυνὶ διαφορέει.

Ανέχου καὶ ἀπέχου.

# IN NOMINE DEI
# INCIPIT INVENTARIVM SEV
## COLLECTANEVM IN PARTE CHIRVRGICA
Medicinæ, compilatum & completum Anno Domini M. CCCLXIII. per GVIDONEM CAVLIACVM, Chirurgiæ profeſſorem & Medicinæ Doctorem, in præclara Montiſpeſſulani Academia.

## *PRÆFATIO ET OPERIS*
### NVNCVPATIO.

VBI priùs gratias egero Deo, largienti vitam perpetuam animabus, & ſanitatem corporibus, medentíque morbis per gratiam, quam obtulit omni carni ex virtutibus ſanitatem conſeruantibus, & protegẽtibus à langore: qui indit notitiam artis medicæ, & methodum curatiuam diuinis & gnoſis mentibus: dabo operam commentationi & collectioni. In primis igitur aggrediens quendã commentarium ſeu collectorium artis chirurgicæ, ago gratias Deo viuo & vero, qui omnibus tribuit eſſe, ſine quo nullum fundatur exordiũ: ad eum deuotiſſimè recurrendo, totis viribus cordis mei ſupplicãdo, vt in hoc opere & in cunctis aliis, mittat mihi auxilium de ſancto, & de Sion tueatur me, felix principium tribuendo, & felicius mediũ gubernãdo, *Pſal. 19.* & concedat complere quod ſit vtile, ad finem optimum deducendo.

RATIO huius cõmentarij ſeu collectionis non fuit librorũ defectus, ſed poti⁹ vnio & profectus. Nõ enim quilibet omnes libros habere poteſt: & ſi haberet, tæderet perlegere, & diuinũ eſſet omnia in mẽte tenere. Varia lectio delectat, certa prodeſt: & in cõſtructionibus ſemper occurrunt meliora. Scientiæ enim per additameta fiunt: neq; eſt poſſibile eundẽ incipe- *Gal. comment. li. 1. aphor.* re & finire. Pueri enim ſumus in collo gigantis: quia videre poſſumus quicquid gigas videt, & aliquantũ plus. Eſt ergo in conſtructionibus & collectionibus vnio & profectus. Verùm, quia (vt ait Plato eximius) ea quæ ſcri- *In theæteto, & li. De rep.* bũtur breuius q̃ expediat, ſunt diminuta & obſcura, ea verò quę fuſius, vidẽtes faſtidiũt, vix eſt liber qui reprehenſionẽ effugiat. Propterea mihi ad ſolatiũ ſenectutis, & ad mentis exercitiũ, vobis dominis meis medicis Mon-

tiſpeſſulanis,Bonon.Pariſiēſibus,atque Auignion.præcipuè Papalibus quibuſcū in ſeruitio Romanorū pontificū aſſociatus ſum, & audiēdo,legēdo, & operando fui nutritus,mediocritatē obſeruando,moderato compendio perſtringam ſapientū dicta præcipua, quæ in diuerſorum librorū voluminibus de chirurgia tractauerint. Ob ídque Inuentarium ſeu Collectaneū chirurgiæ vocabitur liber iſte.Nec de meo aliquid (niſi forſan pauciſſima) addidi,quæ iuxta mediocritatē mei ingenij vtilia putaui.Siquid tamen imperfectum,dubium, ſuperfluum,& obſcurum ibi fuerit,correctioni veſtræ ſubmitto: & ſupplico vt pauperculę ſcientiæ meę venia concedatur.

## CAPITVLVM SINGVLARE,

*In quo præmittuntur quædam valde neceſſaria cuique volenti proficere in arte chirurgiæ.*

CHARISSIMI domini, quia huiuſmodi cōmentarius ad modū inuentarij ciuilis hæreditatis ordinatur, & in inuentario ciuili præſcribuntur communiora & digniora hęreditatis totius:ita & in iſto præmittitur capitulū ſingulare,in quo ponuntur quędam cōmunia,valde neceſſaria cuique volēti proficere in arte chirurgię.Et hoc eſt qđ nobis indicat philoſophus primo phy-
Cap.I. ſicorum,ſic dicens,*Innata eſt nobis via à communioribus ad ſpecialia procedere.* Dicatur ergo primò quid eſt chirurgia.Et licet multi multipliciter eā defi-
Cap.II. nierint,omnes tamē fundamentū à patre noſtro Galeno in introductorio medicinæ ſumpſerunt,dū dicit,*Chirurgia eſt pars therapeuticæ,per inciſiones et vſtiones & reſtaurationes oſſium ſanans homines.* Cui definitioni addit in cō-
Sect.6. mētario primi de regimine acutorum, [& per alias manuum operationes] Et ita eſt cōpletè deſcripta, quatenus ipſa cōſideratur ſtrictè,prout eſt tertium inſtrumētum medicinæ.Vt autē conſideratur largius, prout eſt ſcientia curādi ægritudines, in quas cadit intētio manualis operationis(ſine excluſione aliorū duorum inſtrumentorū medicinæ pharmaciæ,videlicet & diætę) talis deſcriptio ex dictis omniū aſſignatur:Chirurgia eſt ſciētia,docens modum & qualitatē operandi, principaliter conſolidando, incidēdo, & alias operationes manuū exercendo,ſanans homines quatenus eſt poſſibile.Sciētia ponitur ibi loco generis.Nec valet quod obiicitur in multis locis artem nominari:quia hîc largè & non maximè propriè ſumitur nomē ſcientiæ.Habitus enim animę tantā colligantiam habent, vt vnus pro alio multoties nominetur.Veritas tamen habet,chirurgiam eſſe duplicē:vnam docentem,cui propriū nomen ſciētiæ, quā poteſt habere aliquis etſi nunquam fuerit operatus.Alteram vtentē,quæ nomine artis propriè ſignificetur:& iſtam nullus ſcire poteſt niſi viderit operari:atque eā Ariſtoteles in-
In fine ter artes mechanicas numerauit.Et hoc eſt quod Galen.dicebat lib.primo
proœmij. De alimētis:Ex libro certè neque gubernatorem aliquē poſſe fieri,neque alte-

alterius artis opificē. ſola enim doctrina quæ exercitādo habetur, artifices reddit. Cętera ponuntur pro differētia: ſed quia logicū eſt, prætermittatur. In cauda tamē ponitur quatenus eſt poſſibile ſanās homines: quia (vt dicebat in Montepeſſulano magiſter meus Raymūdus) nō omnia in omnibus, ſed certa in certis: nō eſt in medico sēper releuetur vt ęger. Quærere à medico demonſtrationē, eſt quęrere à traulo ſermocinationem: vterque caret inſtrumentis, vt doctor dicebat ſubtilis: ſufficit facere qđ ars præcipit. Vbi aduertēdum eſt, in omnibus ęgritudinibus artē pręcipere curam propriā, exceptis tribus caſibus, in quibus ſufficit cura larga, & præſeruatiua aut palliatiua. Primus caſus eſt, quādo morbꝰ eſt abſolute incurabilis, vt lepra. Secundus, quando morbus eſt curabilis ex ſe, eſt tamen in patiente inobediēte, aut pœnam ſuſtinere non valēte: vt cancer in mēbro particulari. Tertius eſt quandò cura illius morbi generaret peiorem ægritudinem: vt malum mortuum inueteratū aut hæmorrhoides antiquæ. Nam hæmorrhoidas antiquas ſanāti, niſi vna relicta fuerit, periculum eſt hydropiſim aut maniam fieri, inquit Hipp. Et hoc innuebat Gal. 14. therapeuticæ: curatio vnum habet modum, operari citra dolorem, & abſque fallacia. Saluare corpus, & nō perimere, boni medici eſt, non ſiniſtri, xij. therapeuticæ. Et hoc eſt facere quod eſt poſſibile: & non pecuniæ cauſa promittere impoſſibilia. A malis curis, & à falſis promiſſionib. caueas, ne nomen mali medici ſubeas: neq; illas capitis tui periculo ſuſcipias. Dicitur autem chirugia à cheir, quod eſt manus, & ergeia, quod eſt operatio, quaſi ſcientia de opere manuali. Apparet verò ex prædictis, corpus humanū ægrotabile & ſanabile per ſcientiam chirurgiæ, eſſe ſubiectū in chirurgia: & remouere ægritudinem & ſeruare ſanitatem quatenus eſt poſſibile per ſcientiam chirurgiæ, eſſe finem & intentionem iſtius ſcientiæ. Partes chirurgiæ, ſecundum Ioannitium, generales ſunt duæ: operari, videlicet in membris mollibus: & operari in duris. Speciales verò ſunt quinque, videlicet, ſcientia docens operari in apoſtematibus, vulneribus, & vlceribus: & docens operari in reſtaurationibus, & in aliis, in quæ cadit operatio manualis. Operationes chirurgorum in prædictis partibus ſunt tres, ſcilicet ſoluere cōtinuum, iungere ſeparatum, & extirpare ſuperfluum. Soluitur continuum phlebotomando, & ſcalpēdo: iungitur ſeparatum, conſolidando vulnera, & reducendo fracturas ac diſlocationes: extirpatur ſuperfluum, cùm curantur apoſtemata, & glandulæ reſecantur. Inſtrumenta chirurgorum quibus iſta complentur, ſunt multiplicia: quædam enim ſunt communia, & quædam propria. Communia quædam ſunt medicinalia, quædam ferrea. Inſtrumenta medicinalia, ſunt regimina, & potiones, ſanguinis miſſiones, vnguēta, emplaſtra, pulueres. Inſtrumenta ferrea ſunt quædam ad incidendum, vt forfices, raſorij cultri, ſcalpella chirurgica ſeu phlebotomi, quædam ad cauterium, vt oliuaria, & cultellaria: quædam ad extrahendum, vt forcipes & valſellæ: quædam ad explorādum, vt ſpecilla & intromiſſoria: quædam ad ſuendum, vt acus, & cannulæ. Propria ſunt, vt trypana in capite, falx in ano, &c. Ex quibus apparet, quod

*Ouid. 1. de Ponto eleg. 4.*

*Aph. 12. lib. 6.*

*Cap. 13.*

*Cap. 1.*

chirurgus artificialiter operans debet ſecum portare quinque vnguēta: ſcilicet,baſilicum ad maturandum,vnguentum apoſtolorum ad mundificandum,vnguentum album ad conſolidandum,vnguentum aureum ad incarnandum ſeu carne implendum, dialthæam ad dulcorandum mitigandúmve.In theca vulneraria debet portare ſex inſtrumenta:ſcilicet, forfices,volſellas , ſpecillum,cultrum raſorium, ſcalpellū,& acus.Porrò talis chirurgus ſic munitus,poteſt prædictas operationes in corpore humano vtiliter exercere:dummodo rectè fuerit curatiuis intētionibus inſtructus.Inſtruitur verò curatiuis intentionibus (ſecundum Galenum per totam therapeuticen) ab indicationibus ſumptis à rebus præter naturam primò,conſequenter à rebus naturalibus,& non naturalibus,& ab eiſdem annexis. Incipere

*Cap.7.* quidem oportet (ſecundum eundem Gal.in ſecundo therapeut.) à primis, tranſire verò hinc ad eas quæ conſequuntur:deinde ad illas quæ illis adhærent:&hoc faciendo,non ceſſare antequam perueniat ad finem rei quæſitæ, quæ eſt curatio vniculuſque ægritudinis. Principium verò ducens ad hanc viam,eſt ægritudinis notio:ſcilicet,qualis ſit naturâ ſuâ. Conſequenter diſcurrendo per alia, indicationem in ſingulis oportet accipere,non viſam à pluribus. Deinceps inuentis indicationibus, (ſecundum eundem)intentiones inquirere quæ ſunt poſſibiles,& quæ perfici nequeant. Vltimò inuenire quibus,& quomodo compleantur. Vbi aduertendum(verſùs finem tertij & ſeptimi,)quòd ſi intentiones ſint paucæ & concordes,vt in vlcere ſeu

*Cap.9.* *Cap.12.* vulnere ſimplici,leue quid eſt. Si verò ſint multæ & contrariæ, vt in vlcere concauo,ſordido,inflammato iuxta membrum nobile,&c.ſcrutari oportet tunc in talibus complicationibus, primum quidem à quo affectu maximè periclitatur homo:ſecundumverò,quod ex ipſis rationem habet cauſæ:tertium quemnam impoſſibile eſt ſanari ante alios.Nam vbi ab aliqua diſpoſitione magnum periculum imminet,intentio eſt ad illud quod magis properat ſeu vrget. Vbi verò hoc quidem eſt faciens ſeu conſeruans, quæ ad cauſam. Vbi verò non eſt poſſibile curari hoc ante illud,quæ ab ordine: vt

*Li.3.ca 9. li.4. ca.1. lib. 7. capit. vlt. Cap.9.* in exemplo præfato Gal.tertio, quarto,& ſeptimo therapeut.declarat euidenter.Et propter hoc dicebatur in tertio , quòd non eſt idem , vel vt cauſam quid ſcrutari,vel vt rationem eorum ſine quibus non obtinens, vel vt quod properat. Aliquādo enim huiuſmodi eſt quod properat,vt cogat incuratam relinquere particulam:vt in punctis,neruis, & ſanguine effundentibus venis,in muſculis percuſſis, & in luxationibus , quæ cum vlcere ſunt.

Modus & forma operandi vtiliter cum prædictis inſtrumentis, ſecundum

*Tract. de conſid. operis medic.diſt.1. & 2.* Arnaldum,elicitur ex quatuor conſiderationibus. Primò debet conſiderare chirurgus artificialiter operans, quæ ſit illa operatio quam debet exercere in corpore humano.Secundò,quare applicatur. Tertiò,vtrum ſit neceſſaria & poſſibilis.Quartò,rectum modum applicādi. Primum habetur per diuiſionem & ſubdiuiſionem operationum chirurgiæ,vt ſuprà dictum eſt. Secundum cognoſcitur per generalem intentionem chirurgorum,quæ præcipit operationes eorum in humano corpore fieri debere fideliter,vtiliter,

& cum.

& cum fiducia ſecuritatis. Tertium concipitur ex cõſideratione effectuum
operis,& particularũ à parte corporis occurrentium.Quartum eſt notum,
vt omnia quæ conueniunt corpori (prout talis operatio illi applicatur, &
prout illi ſubiicitur,vel ad illud comparatur)conuenienter exerceantur:idque ante applicationem,& in actu applicationis,& poſt ipſius actum.Verbi gratia,volumus extrahere aquam hydropicorum:Prius debemus conſiderare, quænam ſit talis operatio. Scimus autem ex diuiſione operationum
chirurgiæ,eſſe hoc ſoluere continuũ raſorio cultro. Secundò debemus cõſiderare,cur fiat.& ſcimus ex generali intentione chirurgorum, fieri vt curetur hydropiſis,vel vt ſaltem paſſio alleuetur. Tertiò,debemus conſiderare, vtrum talis operatio ſit neceſſaria & poſſibilis:& ſcimus neceſſaria eſſe,
quia aliter non poteſt curari hydropiſis confirmata:& ideò ſi patiens debilis eſt,non erit poſſibilis:ſi ſit fortis,erit poſſibilis, aquam extrahendo paulatim. Quartò,debemus conſiderare rectum modum extrahendi, qui talis
eſt.Situetur patiens ſupinus: & pellis ventris ſubtus vmbilicum (à latere
dextro,ſi paſſio venerit à ſiniſtro: vel econtra, ſi fuerit in dextro) trahatur
ſurſum,& perforetur raſorio cultro vſque ad locum vacuum:& ſiphone intromiſſo, aqua pro tolerantia infirmi extrahatur:deinde, extracto ſiphone cutis dimittatur,quæ deſcendendo claudet vulnus abdominis, & aqua
non exibit.Et quando volueris iterum extrahere, ducatur ſurſum cutis, &
ponatur ſipho vt prius,& exibit quantum volueris, & æger poterit tolerare,atque ita patet operatio.Operatores huius artis, quorum notitia & doctrina fuit apud me, & quorum dicta inuenientur in hoc opere,vt ſciatur
quis melius dixit alio,bonum eſt in quendam catalogum ordinare. Primus *Sect.1.*
omnium fuit Hippocrates,qui (vt legitur in introductorio medicinæ) ſu- *Macr.ſa-*
perauit omnes:& primus duxit ad lucem perfectam,apud Græcos medici- *turn.li.1.*
nam.Ipſa enim,vt dicit Macrobius, & Iſidorus iiij. etymologiarum(quod *ca.20.*
etiam recitatur prologo totius continẽtis) ante Hippoc.ſiluerat per quin- *Iſidor.c.3.*
gentos annos,à tempore Apollinis & Æſculapij,qui fuerunt primi eius inuentores. Ipſe vixit 95.annos,& ſcripſit multos libros chirurgiæ, vt patet ex quarto therapeut.& ex multis aliis locis Galeni. Sed credo, quod
propter bonam ordinationem librorum Gal.libri Hippocratis & aliorum
multorum fuerunt omiſſi.Galenus ſecutus eſt eum,& quæ Hippoc.ſeminauit,tanquam bonus agricola excoluit & auxit. Vnde multos libros ſcripſit,
in quibus multa de chirurgia miſcuit: & ſpecialiter librum de tumoribus
præter naturã,& primos ſex libr.therapeut.de vulneribus, & duos vltimos
de apoſtematibus,& de multis ægritudinibus aliis, in quas cadit operatio
manualis, compoſuit:ſeptem libros cata geni [id eſt, de compoſit. medic.
ſecundum genera] (licet non habeamus niſi eorum ſummam) ordinauit.
Fuit autem maximus in ſcientia demonſtratiua,tempore Antonini imperatoris,poſt Chriſtum quaſi per 150.annos. Vixit 80.annos,vt in vita & mo- *Lib.4.*
ribus Philoſophorum recitatur. Inter Hippocratem & Galenum fuit tem- *fen.5.tr.*
pus mirabile,nempe vt dicit Auicen.in quarto de fracturis.325. annorum, *2.ca.2.*

vt gloſſatur ibidem,[& ſecundum veritatem fuerunt 586.anni.]Poſt Galenum inuenimus Paulum,qui(vt teſtatur Rhaſis in toto continente,& Halyab.in libro de diſpoſitione regali)multa in chirurgia fecit:librum tamen ſextum chirurgiæ illius duntaxat inueni.Subſequenter inuenitur Raſis,Albucaſis,& Alæaran,qui(ſiue fuerint idẽ, vel diuerſi)optimè ſe habuit,maximè in libris Almanſoris,& diuiſionum , & chirurgia Albucaſis dicta.& vt dixit Halyabbas,in illis ſua ſpecialia poſuit: In toto verò continente (qui Helham Arabicè dicitur)eadem replicauit,& omnia anteceſſorum ſuorum maiorum dicta congregauit:quia tamen non elegit, vt prolixior & indeterminatus,in precio minus fuit. Halyabbas magnus magiſter fuit: & præter ſeminationem in libris diſpoſitionis regalis,nonam partem ſecundi ſermonis de chirurgia ordinauit.Auicenna illuſtris princeps ſecutus eſt eum, & valde ordinatè(vt de aliis)in ſuo quarto libro de chirurgia tractauit. Et vſque ad eum omnes inueniuntur fuiſſe phyſici ſimul & chirurgi. Sed poſt, vel propter laſciuiam,ſeu mollitiem,vel occupationem circa ægros nimiã ſeparata fuit chirurgia,& dimiſſa in manibus mechanicorum.Quorum primi fuerunt Rogerius , Rolandus,quatuor magiſtri, qui libros ſpeciales de chirurgia ediderunt, & multa empirica eis miſcuerunt. Deinde inuenitur Iamerius,qui quandam chirurgiam brutalem edidit,cui multa fatua immiſcuit,in multis tamen Rogerium ſecutus eſt. Subſequenter inuenitur Brunus,qui ſatis diſcretè dicta Galeni & Auicennæ , & operationes Albuc.in ſummam redegit:tranſlationem tamen librorum Galeni totam nõ habuit, & anatomiam penitus prætermiſit.Poſt ipſum immediatè venit Theodoricus,qui rapiendo omnia quæ dixit Brunus, cum quibuſdam fabulis Hugonis de Luca magiſtri ſui,librum edidit.Gulielmus de Saliceto,magni valoris fuit,& in phyſica,& in chirurgia duas ſummas compoſuit : & iudicio meo(pro iis quæ tractauit)ſatis bene dixit. Lanfrancus etiam librum ſcripſit,in quo non multa poſuit,niſi quæ à Gulielmo recepit:in alium tamen ordinem mutauit.Eodem tempore,magiſter Arnaldus de Villa noua,in vtraque facultate floruit,& multa pulchra opera fecit.Henricus de Hermõdauila Pariſiis tractatum per notabilia incœpit,in quo nitebatur Theodoricum,& Lanfrancum iungere matrimonio:ipſum tamen tractatum,morte præuẽtus non compleuit.Hoc tempore in Calabria magiſter Nicolaus de Regio,in lingua Græca & Latina perfectiſſimus, requirente rege Roberto multos libros Galeni tranſtulit,& eos nobis in aulam tranſmiſit,qui altioris & perfectioris ſtyli videntur,quàm tranſlati ex Arabica lingua. Vltimò inſurrexit vna fatua roſa Anglicana,quæ mihi miſſa fuit,& viſa : credidi in ea inuenire odorem ſuauitatis,& inueni fabulas Hiſpani, Gilberti, & Theodorici.Tempore autem meo fuerunt chirurgi operantes Tholoſæ, magiſter Nicolaus Catalanus : in Montepeſ.magiſter Bonetus,filius Lanfranci:Bononiæ,magiſter Peregrinus,atque Mercadantus : Pariſiis, magiſter Petrus de Argenteria : Lugduni (vbi praxim exercui longo tempore) Petrus de Bonanto : Auinioni, magiſter Petrus de Arelata, & ſocius meus Ioan-

*Ca.1. li.1. theor.*

Ioannes de Parma. Et ego Guido de Cauliaco, chirurgus, magiſter in medicina, de confinibus Aluerniæ, diœceſis Mimatenſ. medicus & capellanus commenſalis domini noſtri Papæ, vidi operationes multas, & multa ſcripta prædictorum, præcipuè Galeni: quia quot repericbantur libri in vtraque tranſlatione habui, & iis diligentia qua potui adhibita incubui. & per multa tempora operatus ſum in multis regionibus: & nunc eram Auinioni, anno Domini milleſimo tercenteſimo ſexageſimo tertio, Pontificatus domini Vrbani quinti, anno primo: quo tempore ex dictis prænominatorum, & meis experientiis, cum auxilio ſociorum meorum, hoc opus compilaui, iuſſu Dei. Sectæ quæ currebāt tempore meo inter operatores huius artis, præter duas generales, quæ adhuc vigent, logicorum videlicet, & empiricorum (reprobatam à Gal. in libro de ſectis & per totam therapeuticam) fuerunt quinque. Prima fuit Rogerij, Rolandi, & quatuor magiſtrorum, qui indifferenter omnibus vulneribus & apoſtematibus ſaniem cum ſuis pultibus procurabant: fundantes ſe ſuper illo quinti aphoriſmorum, laxa bona, cruda verò mala. Secunda fuit Bruni, & Theodorici, qui indifferenter omnia vulnera cum ſolo vino exiccabant: fundātes ſe ſuper illo quarti therapeut. Siccum ſano eſt propinquius, humidum verò non ſano. Tertia ſecta fuit Gulielmi de Saliceto, & Lanfranci, qui volentes medium tenere inter iſtos, procurabant omnia vulnera cum vnguentis, & emplaſtris dulcibus: fundātes ſe ſuper illo decimi quarti therap. quod curatio vnum habet modum, vt abſque fallacia, & dolore tractetur. Quarta ſecta eſt omnium Theutonicorum militum, & ſequentium bella, qui coniurationibus, & potionibus, oleo, & lana, atque caulis folio procurant omnia vulnera: fundātes ſe ſuper illo, quod Deus poſuit virtutem ſuam in verbis, herbis, & lapidibus. Quinta ſecta eſt mulierum, & multorum idiotarum, qui ad ſolos ſanctos de omnibus ægritudinibus, infirmos relegant: fundantes ſe ſuper illo, Dominus mihi dedit ſicut placuit: Dominus à me auferet, quando ei placebit: ſit nomen Domini benedictum, amen. Et quia iſtæ ſectæ in proceſſu libri redarguentur, omittuntur in præſenti. Vnum tamen hoc miror, quod ita ſe ſequuntur vt grues: Vnus enim non dixit niſi quod alter: Neſcio an timoris an amoris cauſa dedignantur audire niſi conſueta, & authoritate probata. Malè legerunt Ariſtotelem in libro ſecundo metaphyſices, qui oſtendit iſta duo eſſe, quæ magis impediunt viam & cognitionem veritatis. Dimittātur tales amicitiæ & timores: quia amicus eſt Socrates, vel Plato, ſed magis eſt amica veritas. Sanctum & dignum eſt veritatem imprimis honorare. Sequantur doctrinam dogmaticam à Galeno approbatam in libro ſectarum, & per totam therapeuticam, quæ experimento & ratione perficitur, in qua inueſtigantur res, & refutantur voces. Et modum inueſtigandi ipſe docuit lib. de cōſtitutione artis medicinæ, capitulo ſeptimo. quem ſub quodam epilogo in tertio de virtutibus naturalibus, capitulo decimo, ſic ponit, „ Oportet enim debentem cognoſcere quid aliis melius, mox quidem (ſcilicet „ à principio, & natura & prima doctrina) multū ab aliis differre. Cùm autem

[Margin notes: I. Aph. 67. II. Cap. 5. III. Cap. 13. IIII. V. Cap. 3.]

factus fuerit puer , veritatis quandam inſaniam venereã habere : & neque "
die,neque noćte deficere ſtudentẽ,& addiſcere quæcunque à glorioſiſſimis "
dicta ſunt veteribus.Cùm autem ad ſtatum deuenerit,ac didicerit,iudicare "
ea ac examinare tẽpore quàm multo: & intueri quæcunque quidẽ concor- "
dent his quæ manifeſtè apparent,quæcunque verò differant:& ita hoc qui "
dem eligere,illud autem auertere. Et ſequitur:tali quidem vtique vehemẽ- "
ter vtiles ſperaui noſtros futuros eſſe ſermones: aliis verò vtique fiet iſta "
conſcriptio ſuperflua,ac ſi aſino fabularetur. Non tamen dico,quin ſit opti "
mum in re propoſita adducere teſtimonia:quia Galen.in multis locis,præ- "
*Idem lib. 4.meth. cap.4.* ter rationem & experimentum(quæ ſunt omnibus hominibus duo inſtru- "
menta iudicatoria, primo therapeut.iij) adducit teſtimonia. Vnde in pri- "
mo cata top.inquit, Augetur fides eorum quæ ſcribuntur, ex narrantium "
*Cap.1.de Archig. medic.* concordia. Et propter hoc dicit, ſcripturum ſe vniuerſa pharmaca quæ ab "
expertis medicis tradita ſunt:& ita, (vt dixi) faciam ego in proceſſu, Deo "
glorioſo adiuuante. "

Redeamus ad propoſitum,& ponamus conditiones quæ requiruntur in omni chirurgo volenti artificialiter dictum modum & formam operandi exercere in corpore humano : quas Hippocr.omnium bonorum dux,cum *Aph.1.* quadam ſubtili inductione concludit, in primo aphoriſmorum, Vita breuis,ars verò longa, experimentum fallax, iudicium verò difficile. Oportet autem non ſolùm ſeipſum præbere , quæ oportet facientem,ſed & ægrotantem,& aſſiſtentes , & ea quæ extrinſecus eueniunt. Sunt ergo quadruplices conditiones,quæ accipiuntur hîc ſecundum Arnaldum Latinitatis peritiſſimum. *In repet. ſuper can. vita breuis.* Quædam ſunt quæ requiruntur in chirurgo, quædam ab infirmo , quædam ab aſſiſtentibus , aliæ verò in extrinſecus euenientibus. Conditiones quæ requiruntur in chirurgo,ſunt quatuor. Prima eſt vt ſit literatus. Secunda,vt ſit expertus. Tertia,vt ſit ingenioſus. Quarta,vt ſit bene moratus. Requiritur ergo primò,vt chirurgus ſit literatus , non tantum in principiis chirurgiæ,ſed etiam phyſicæ , tam in theorica , quàm in practica. In theorica oportet vt ipſe cognoſcat res naturales , & non naturales,& contra naturam. *1.* Primò enim oportet vt ipſe cognoſcat res naturales, præcipuè anatomiã: nã ſine ipſa factũ eſt nihil in chirurgia,vt inferius apparebit. Cognoſcat etiam complexionẽ,ſeu temperiẽ: nam pro diuerſitate naturæ corporũ,oportet diuerſa inſtituere remedia:cõtra Theſſalũ in tota therapeut. Illud idem probatur de virtute. Res etiam non naturales(vt ſunt aer,cibus,& potus:&c.)oportet illum cognoſcere:nam iſtæ ſunt cauſæ omnis ægritudinis & ſanitatis. Oportet vt cognoſcat etiam res contra naturã,morbũ ſcilicet : nã ab ipſo propriè ſumitur intentio curatiua. Cauſam nullo modo ignoret:nam ſi curaret ſine cognitione ipſius, curatio non eſſet ſui muneris,ſed fortunæ. Accidentia non prætermittat : nam aliquoties ipſa ſuam cauſam ſuperant,& totam curam præuaricant & peruertunt , vt *Cap.13.* in primo ad Glauconem ſcribitur. In practica oportet vt ſciat diætam & pharmaca præſcribere. nam ſine iſtis non perficitur chirurgia , quæ eſt

tertium

tertium inſtrumentum medicinæ. Vnde Galenus in introductorio dicit Cap.7.
ſicut pharmacia indiget diæta & chirurgia, ſic & ipſa chirurgia indiget
diæta & pharmacia. Sic ergo patet, ipſum chirurgum artificialiter operantem
ſcire debere principia medicinæ. Quinetiam decet illum gnarum eſſe
aliquantum aliarũ artium. Et hoc eſt quod dicebat Galenus in primo therapeut.
contra Theſſalum. Si neque geometria, neque aſtronomia, neque Cap.1.
» dialectica, nec aliqua alia doctrina bona egerent medici, promptè coria-
» rij, carpentarij, fabri, etiam cæteri dimittentes artes ſuas currerẽt ad medi-
» cinam, & efficerentur medici. Secundò dixi, oportere vt ſit expertus, & II.
viderit alios operari: iuxta illud ſapientis Auenzoaris, Oportet vnumquẽque
medicum prius ſcire, deinde vſum & experientiam habere. & Raſis in Cap. vlt.
quarto Almanſoris, & Haliab in teſtamento Hippo. primo theoricæ, illud
idem teſtantur. Tertiò, vt ſit ingenioſus ac boni iudicij, & rememoratio- III.
nis. Et hoc dicebat Haly Rodoan in tertio techni: Oportet medicum eſſe Sect. 154.
bonæ rememorationis, boni iudicij, bonæ ſolertiæ, ac bonæ viſionis, & ſani
intellectus, cũ bonitate formæ: vt (ſupple) habeat digitos graciles, manus
firmas, nõ tremulas, oculos claros, &c. Quartò dixi, oportere vt ſit bene IIII.
moratus, ſit audax in ſecuris, timidus in periculoſis, malas curas fugiat: ſit
infirmis gratioſus, ſociis beneuolus, cautus in prognoſticando: ſit caſtus,
ſobrius, pius, & miſericors, nõ cupidus, non extortor pecuniarũ, ſed ſecundũ
laborem ſuum, & facultates infirmi, & qualitatem finis, & dignitatẽ ipſius,
ſalaria recipiat moderatè. Conditiones quæ requirũtur ab infirmo,
ſunt tres. Vt ſit obediens medico, velut ſeruus domino, primo therapeu. Cap.1.
vt bene confidat illi, primo prognoſticorum. vt patientiam habeat in ſei- Aph.3.
pſo: quia patientia vincit malitiam, vt in alia dicitur ſcriptura. Conditiones
aſſiſtentium ſunt quatuor: nempe vt ſint pacifici, gratioſi, fideles, atque
diſcreti ſeu prudentes. Conditiones extrinſecus venientium ſunt plures,
quæ omnes debent ordinari ad vtilitatem infirmi, vt dicit Galenus in fine Aph.1. lib.1.
commentarij aphoriſmi præallegati.

VLTIMO, finem imponendo iſti capitulo ſingulari, ponẽdus eſt modus,
& ordo iſtius operis. Propter quod eſt ſciendum, iuxta dictum Auerro. Cap. 1. de diffin. medic.
in primo colliget, artes practicas (quatenus ſunt artes) continere tria.
Primum eſt, ſcire locos ſubiectorum ſuorum. Secundum eſt, ſcire ducere
finem quæſitum in locos ſubiecti. Tertium eſt, ſcire inſtrumenta cũ quibus
valeamus ducere illum finem in loca ſubiecti. Et ideo cùm iſta ars ſit
practica & operaria, neceſſe eſt tractatus qui fiunt de ipſa, in genere debẽt
eſſe tres. Sed vt magis ſpecificetur, erunt in iſto opere ſeptem tractatus. Primus
erit de anatomia, & locis ſubiecti. Quinque ſequentes erunt de modo
ducendi finem quæſitum in loco ſubiecti. Et ſeptimus erit de inſtrumentis,
cum quibus ducemus finem in locos ſubiecti. Habebit ergo iſte liber
ſeptem tractatus. Primus erit de anatomia. Secundus de apoſtematibus.
Tertius de vulneribus. Quartus de vlceribus. Quintus de fracturis & diſlocationibus.
Sextus de omnibus aliis ægritudinibus, quæ nõ ſunt propriè

apoſtemata, nec vlcera, nec oſſium paſſiones, pro quibus habetur recurſus ad chirurgum. Septimus, antidotarium. Et in quolibet tractatu erunt duæ
Cap.I. doctrinæ,& in qualibet doctrina erũt octo capitula,aut circiter,& in quolibet capitulo erũt tria, quæ in tertio therapeut. debet inquirere medicus dogmaticè ſanaturus: ſcilicet, notitiam rei, & cauſas, à quibus indicationes curatiuæ ſumuntur: ſigna & iudicia,à quibus quæ non poſſunt,& quæ poſſunt perfici, habentur: & curationem, quæ quibus,& qualiter operari decet,oſtendit. Et talis erit in toto libro ordo,auxiliante Deo.

## RVBRICÆ TOTIVS OPERIS.

AD facilem inuentionem materierum de quibus tractatur in hoc libro,eſt vtile pręmittere rubricas tractatuũ & capitulorũ totius libri: ne abraſo nomine literæ,pagina muta videatur remanere: quod forte non eſt neceſſarium in ſcientiis ſpeculatiuis,vt Auerrois doctor ſubtilis innuit.

## RVBRICÆ PRIMI TRACTATVS.

IN nomine Dei miſericordis, incipit tractatus primus huius operis:& eſt de anatomia,continens duas doctrinas.

Doctrina prima eſt, de anatomia membrorum communium, vniuerſaliũ, & ſimplicium.

Doctr.ſecunda eſt,de anatomia membrorum propriorum, particularium, & compoſitorum.

PRIMA doctrina habet quinque capitula.

Capitulum primũ eſt, ſermo vniuerſalis de anatomia, & natura mẽbrorũ.

Capitulum ſecundum, de anatomia cutis, pinguedinis, carnis, atque muſculorum.

Capitulum tertium, de anatomia neruorum, ligamẽtorum,& chordarum.

Capitulum quartum,de anatomia venarum,& arteriarum.

Capitulum quintũ,de anatomia oſſium, cartilaginum,vnguium,& pilorũ.

DOCTRINA ſecunda,de anatomia membrorum compoſitorũ,& propriorum:continet capitula octo.

Capitulum primum,de anatomia ollæ capitis.

Capitulum ſecundum,de anatomia faciei,& partium eius.

Capitulum tertium,de anatomia colli,& partium dorſi.

Capitulum quartum,de anatomia omoplatæ,& brachiorum,ſeu manuum magnarum.

Capitulum quintum, de anatomia pectoris & partium eius.

Capitulum ſextum,de anatomia ventris,& partium eius.

Capitulum ſeptimum, de anatomia ancharum,& partium earum.

Capitulum octauum, de anatomia tibiarum,ſeu magnorum pedum.

## RVBRICÆ SECVNDI TRACTATVS.

INCIPIT ſecundus:& eſt de apoſtematibus,exituris & puſtulis.Cuius ſunt duæ doctrinæ.

Doctrina prima eſt, de apoſtematibus, puſtulis, & exituris, prout inſunt membris

membris ſimplicibus.
Doctrina ſecunda in ſpeciali, prout inſunt membris compoſitis.
PRIMA doctrina quinque habet capitula.
Capitulum primum eſt, ſermo vniuerſalis de apoſtematibus, puſtulis, & exituris, à notificatione incipiendo.
Capitulum ſecundum, de phlegmone vera, & apoſtematibus ſanguineis.
Capitulum adminiculatiuum prędicto, de carbunculo, anthrace, eſthiomeno, & aliis puſtulis malis ſanguineis.
Capitulum tertium, de eryſipelate, & apoſtematibus cholericis.
Capitulum adminiculatiuum prædicto, de formicis, herpetibus & puſtulis malis cholericis.
Capitulum quartum, de œdemate, & aliis apoſtematibus phlegmaticis.
Capitulum adminiculatiuum, de apoſtemate ventoſo.
Capitulum adminiculatiuum, de apoſtemate aquoſo.
Capitulum adminiculatiuum, de nodis, glandulis, ſcroffulis, & omnibus excreſcentiis phlegmaticis.
Capitulum quintum, de ſcirrho, & apoſtematibus melancholicis.
Cap. adminiculatiuũ ſuperiori, de ſcirrho, apoſtemate melãcholico ex melãcholia in naturali p cõgelationẽ & indurationẽ phlegmonis generato.
Capitulum adminiculatiuum, de apoſtemate cancroſo: quia de vlcerato dicetur in quarto, & de lepra in ſexto.
Capitulum adminiculatiuum, de nodis, glandulis, ſcroffulis, & omnibus excreſcentiis phlegmaticis.
Capitulum quintum, de ſcirro, & apoſtematibus melancholicis.
Capitulum adminiculatiuum ſuperiori, de ſcirrho apoſtemate melancholico ex melancholia in naturali per congelationem & indurationem phlegmonis generato.
Capitulum adminiculatiuum, de apoſtemate cancroſo: quia de vlcerato dicetur in quarto, & de lepra in ſexto.
DOCTRINA ſecunda, de apoſtematibus exituris, & puſtulis prout inſunt membris compoſitis: continet capitula octo.
Capitulum primum, de his quæ inſunt capiti: vt ſunt apoſtemata, & aqua in capitibus puerorum.
Capitulum ſecundum, de apoſtematibus faciei, & partium eius: De ophthalmia, de dolore oculorũ, de pure ſub cornea: de botorib. & veſicis: quia de aliis paſſionibus dicetur infrà in tertio, & quarto & ſexto tractatu. De apoſtematibus aurium, de naribus verò, in tractatu de vlceribus dicetur.
Capitulum tertium, de apoſtematibus colli & dorſi. De angina. De brõcho cele. De apoſtematibus dorſi: quia de gibboſitate dicetur in ſexto.
Capitulum quartum, de apoſtematibus omoplatæ, & brachiorum, & de apoſtemate facto à phlebotomia: De aneuryſmate: De chiragra: De apoſtemate fiſtuloſo digitorum. De pannaritio.
Capitulũ quintũ, de apoſtematibus pectoris, in quo agitur de bubonibus,

Digreſſio de mortalitate. De apoſtemate fugilico & indurato in emunctoriis. De apoſtematibus mammillarum. De coagulatione lactis: De apoſtematibus, parietis pectoris.

Capitulum ſextum, de apoſtematibus ventris. De duritie ſtomachi. De duritie hepatis. De duritie ſplenis. De hydropiſi.

Capitulum ſeptimum, de apoſtematibus ancharum & partium earum. De hernia humorali. De hernia aquoſa, & ventoſa. De hernia carnoſa, & varicoſa ( quia de inteſtinali & zirbali dicetur in ſexto) de apoſtematibus virgæ, & vuluæ: de apoſtematibus ani. De hæmorrhoidibus autem dicetur in quarto de vlcerib.

Capitulum octauum, de apoſtematibus coxarum, & tibiarum ſiue pedum magnorum. De elephantia, varicibus, & vena meden. De podagra dicetur in ſexto.

## RVBRICÆ TERTII TRACTATVS.

INCIPIT tractatus tertius, & eſt de vulneribus. Cuius ſunt duæ doctrinæ.

Doctrina prima eſt de vulneribus, prout inſunt membris ſimplicibus.

Doctrina ſecunda in ſpeciali, prout inſunt membris compoſitis.

PRIMA doctrina quinque habet capitula.

Capitulum primum, ſermo vniuerſalis de vulneribus & ſolutionibus continuitatis: vbi tractatur De modo extractionis ſagittarum, & aliorum infixorum: De modo & qualitate ligandi: De modo, & qualitate ſuendi: De modo & qualitate plumaceorum: De modo & qualitate turundarum & ellychniorum. De diæta vulneratorum: De correctione accidentium, vt de dolore, de apoſtemate, de dyſcraſia, de febre, de ſpaſmo, de paralyſi, de ſyncope, de alienatione.

Capitulum ſecundũ, de vulnere facto in carne. De inciſione & vulnere ſimplici, paruo, ſine deperditione ſubſtãtiæ. De inciſione & vulnere magno ſuperficiali & non profundo. De vulnere profundo & occulto: De vulnere concauo, cum deperditione carnis: De vulnere cum deperditione cutis: De cicatricibus reparandis, de vulnere in quo eſt caro ſuperflua: De vulnere contuſo, (& gratia ipſius de ipſa contuſione) & ab aëre alterato, dolorifico & phlegmonode. De vulnere ex morſu & venenato.

Capitulum tertium, de vulnere & fluxu ſanguinis venarum & arteriarum.

Capitulum quartum, de vulneribus neruorum, chordarum, & ligamentorum: De punctura neruorum: De inciſione neruorum: De neruo denudato: De attritione & conquaſſatione neruorum.

Capitulum quintum, de vulneribus oſſium & cartilaginum.

DOCTRINA ſecunda, de ſpeciali cura vulnerum, prout inſunt membris organicis compoſitis: & octo habet capitula.

Capitulum primum, de vulneribus capitis: De vulnere capitis facto per inciſionem, abſque cranij fractura: De vulnere capitis facto per inciſionem,

nem, cum fractura cranij non penetrante. De vulnere facto per inciſionem, cũ fractura cranij, ſine deperditione ſubſtãtiæ oſſis, vſque ad interiorem ſuperficiem penetrante De vulnere eodem, cum deperditione ſubſtantiæ oſſis. De vulnere capitis cum cõtuſione, abſque fractura cranij. De vulnere cum contuſione & parua fractura cranij. De contuſione cum magna fractura. De correctione accidentium conſequentiũ ad vulnus capitis. De medicinis capitalibus. De inſtrumentis quibus fit operatio in vulnere capitis.

Capitulum ſecundum, de vulneribus faciei & partium eius: De vulneribus oculorum. Si quid ingreſſum oculum vulneret, & lædat. De tarſen, & de ſanguine qui intra oculum euenit ob vulnus & percuſſionem. De vulneribus palpebrarum. De vulneribus naſi. De vulneribus aurium, & labiorum.

Capitulum tertium, de vulneribus colli, & partium eius.

Capitulum quartum, de vulneribus omoplatarum, & brachiorum.

Capitulum quintum, de vulneribus thoracis, & partium eius.

Capitulum ſextum, de vulneribus ventris & partium eius.

Capitulum ſeptimum, de vulneribus ancharum, & partium earum.

Capitulum octauum, de vulneribus coxarum, tibiarum, & pedum.

## RVBRICÆ QVARTI TRACTATVS.

INCIPIT tractatus quartus, & eſt de vlceribus: Cuius ſunt duæ doctrinæ.

Doctrina prima, de vlceribus prout inſunt membris ſimplicibus.

Doctrina ſecunda, de vlceribus in ſpeciali, prout inſunt membris compoſitis.

DOCTRINA prima ſex habet capitula.

Capitulum primum. De vlceribus ſermo vniuerſalis. De vlcere dyſcrato. De vlcere dolorifico: & de vlcere cum apoſtemate. De vlcere contuſo: De vlceribus cum carne ſuperflua: De vlcere cum duritie & decoloratione labiorum: De vlcere cum varicibus: De vlcere cum oſſe corrupto: De vlcere difficulter curabili ex proprietate nobis occulta.

Capitulum ſecundum, de vlceribus propriis famoſis: & primò de vlcere virulento & corroſiuo.

Capitulum tertium, de vlcere ſordido & putrido.

Capitulum quartum, de vlcere profundo & cauernoſo.

Capitulum quintum, de fiſtula, in vniuerſum: quia de fiſtulis particularibus dicitur in locis ſuis.

Capitulum ſextum, de cancro vlcerato: quia de non vlcerato in tractatu de apoſtematibus eſt dictum.

DOCTRINA ſecunda, de vlceribus prout inſunt membris compoſitis: habet octo capitula.

Capitulum primum, de vlceribus capitis, vt eſt talparia & teſtudinaria.

Capitulum ſecundum,de vlceribus faciei: De noli me tangere.De vlceribus,& cancroſis affectib. veſicis ruptis,& eleuatione vueæ oculorum:De ruptura corneæ & exitu vueæ. De fiſtula in lacrymali domeſtico iuxta naſum.De vlceribus narium,& polypo.De ſanguinis fluxu è naribus. De alcola & vlceribus oris:De vlceribus aurium.

Capitulum tertium,de vlceribus quæ in collo:& conſequenter de his quæ in dorſo naſcuntur.

Capitulum quartum,de vlceribus quæ ſunt in omoplatis,& brachiis.

Capitulum quintum,de vlceribus quæ ſunt in pectore.

Capitulum ſextum,de vlceribus ventris.

Capitulum ſeptimum,de vlceribus ancharum,& partium earum:De craſſitie ſub virga:De foraminibus præputij: De hæmorrhoidibus:De fico qui fit in ano:De fiſtulis quæ fiunt in ano:De rhagadiis.

Capitulum octauum,de vlceribus coxarum,tibiarum& pedum in quo agitur de cancro & malo mortuo earum partium.

## RVBRICÆ QVINTI TRACTATVS.

INCIPIT tractatus quintus, de algebra & extenſione & reſtauratione oſſium fractorum & diſlocatorum.Cuius ſunt duæ doctrinæ.

Doctrina prima eſt,de reſtauratione fracturarum.

Doctrina ſecunda,de reſtauratione diſlocationum.

DOCTRINAE primæ ſunt octo capitula.

Capitulum primum eſt,ſermo vniuerſalis de reſtauratione fracturarum.

Capitulum ſecundum,de ſpeciali reductione fracturæ cranij,oſſis naſi,mãdibulæ,oſſium capitis & faciei.

Capitulum tertium,de fractura colli,& ſpondylorum dorſi.

Capitulum quartum,de fractura furculæ,& oſſis ſpatulæ, ſeu omoplatæ.

Capitulum quintum,de fractura oſſis adiutorij,& brachij,& totius manus: De brachio:De raſceta,& digitis manus.

Capitulum ſextum,de fractura coſtarum,& partium pectoris.

Capitulum ſeptimum,de fractura oſſis anchæ & coxæ.

Capitulum octauum,de fractura genu, & tibiarum, totiúſque pedis:De tibia:De calcaneo:De raſceta pedis:De articulis pedum.

DOCTRINA ſecunda,de reſtauratione diſlocationum:Cuius ſunt octo capitula.

Capitulum primum eſt,ſermo vniuerſalis de diſlocatione.

Capitulum ſecundum,de diſlocatione mandibulæ.

Capitulum tertium,de diſlocatione colli,& ſpondylium dorſi.

Capitulum quartum,de diſlocatione humeri,& partium omoplatæ.

Capitulum quintum,de diſlocatione cubiti.

Capitulum ſextum,de diſlocatione manus & digitorum.

Capitulum ſeptimum,de diſlocatione iſchei aut coxæ.

Capitulum octauum, de diſlocatione genu & rotulę pedis, & partium eius. De rotula. De pede & digitis eius.

## RVBRICAE SEXTI TRACTATVS.

INCIPIT tractatus ſextus, de omnibus ægritudinibus quæ non ſunt propriè apoſtemata neque vulnera, neque vlcera, neque oſſium paſſiones, pro quibus recurritur ad chirurgum. Et habet duas doctrinas.
Doctrina prima, eſt de ægritudinibus prædictis, quæ ſunt communes toti corpori.
Doctrina ſecunda eſt, de his quæ propria ſunt vni membro.
DOCTRINA prima habet octo capitula.
Capitulum primum, de arthritide, & dolore, ac duritie iuncturarum.
Capitulum ſecundum, de lepra.
Capitulum tertium, de morphea, ſerpigine, ſcabie, pruritu, ſyronibus, pediculis, & aliis infectionibus cutis.
Capitulum quartum, de extenuatione & incraſſatione corporum, & membrorum.
Capitulum quintum, de caſu, offenſione, diſtenſione, & ſubmerſione: quia de contuſione, in tractatu de vulneribus eſt dictum.
Capitulum ſextum, de combuſtione aquæ vel rei ardentis.
Capitulum ſeptimum, de porris, & verrucis, & cornibus.
Capitulum octauum, de membris ſuperfluis amputandis, & de corporibus mortuis conſeruandis.
DOCTRINA ſecunda, de ægritudinibus quæ non ſunt propriè apoſtemata, nec vlcera, nec oſſium paſſiones, pro quibus recurritur ad chirurgum, quæ ſunt propriæ vni membro: & habet octo capitula.
Capitulum primũ, de ægritudinibus capitis: De tinea: De alopecia, & caluitie, atque caſu capillorum: De canicie, pilorum mutatione, & eorum tinctura. De lotione capitis: De auferentibus pilos. De prohibẽtibus renaſci pilos radicitus euulſos.
Capitulum ſecundum, de diſpoſitionibus faciei, & partium eius, in ſe continens quinque partes.
Pars prima, de vniuerſali faciei decoratione: Ad decorandum, & faciendum colorem bonum: Ad maculas, lentigines, & panum remouendum: Ad ſanguinem mortuum, & liuorem faciei, & aliarum partium: Ad variolas, & ad cicatrices ipſarum: de gutta roſacea, & puſtulis, quæ fiunt in facie.
Pars ſecunda, de ægritudinibus oculorum, quæ ſuperius non ſunt tractatæ. nam de ophthalmia, dolore, puſtulis, exituris, & pure ſub cornea, in apoſtematibus eſt dictum: & de vulneribus oculorum & palpebrarum, & de eo quod ingreſſum eſt in oculum, & de tarſen, in tractatu vulnerũ: & de vlceribus, cancroſis affectib. & veſicis ruptis, & de eleuatione vueæ, & de fiſtula in lachrymali, in tractatu vlcerũ: quæ ſi ponerentur cum iſtis, eſſet tractatus completus oculorum.] Et primò de ægritudinibus totius ocu-

li,quæ quatuor numerantur:à lacrymis & fluxib.incipiẽdo, De eminentia ſeu incraſſatione totius oculi, & de eius oppoſita macilentia,& diminutione. De ſtraboſitate oculorum. Conſequenter dicetur de ægritudinibus partium oculi,incipiendo ab ægritudinibus palpebrarum,quæ vigintiquatuor numerãtur:& primùm de ſcabie,pruritu,&c.De caſu & relaxatione palpebrarum.:De abbreuiatione,& inuerſione palpebrarum. De agglutinatione palpebrarum. De pilis additis infra oculum inuerſis. De caſu pilorum,albedine & pediculis:De duritie,lupia,hordeolo,grãdine,ſulac:& xeruac:De mora & verruca palpebr. de aliis eſt dictum in locis ſuis.De ægritudinibus coniunctiuæ,quæ tredecim numerantur: & primò de vngula.De ſebel:de aliis dictum eſt in locis ſuis. De ægritudinibus corneæ,quæ decem numerantur:& primò agetur de maculis : De catharacta & gutta ſerena:de aliis dictum eſt in ſuis locis. De ægritudinibus aliarum particularum intrinſecarũ oculi, ex quibus prouenit debilitas & nocumentum in viſu.

Pars tertia,de ægritudinibus aurium:& primò ſermo generalis de ſurditate.De apoſtemate,& vlcere:De ſurditate & tinnitu propter humores frigidos & ventoſos.De ſurditate ob ſorditiẽ.De aqua aurem ingreſſa.De lapillo,vel nucleo,vel beſtiola,& quocunque alio aurẽingreſſo.De panniculo,& verruca ſeu carne aurem oppilante.

Pars quarta, de ægritudinibus narium.De oppilatione catheſiali:De fœtore anhelitus:de polypo,& de fluxu ſanguinis,in tractatu de vlceribus eſt dictum.

Pars quinta,de ægritudinibus oris,& partium eius. De ægritudinibus linguæ:De inflatione,& exceſſu magnitudinis linguæ : De ranula & carne ſub lingua:De ſpaſmo, & filo contrahente linguam:De paralyſi & balbutie:de alcola,vlceribus,& apoſtematibus,eſt dictum ſuperius in locis ſuis.De paſſionibus dentiũ ſermo vniuerſalis:De dolore dentiũ:De dẽte commoto & debilitato:De putredine,vermibus,corroſione ac perforatione dentium:de limoſis,& fœdi coloris dentib.labiorum.De ſtupore & congelatione dentium:De eradicatione dentium. De paſſionibus labiorũ gingiuarum , & gargareonis : De inflatione, & caſu vuluæ. De inflatione & magnitudine aucta amygdalarum:De illius medela qui aliquid impediens deglutiuerit de carnibus additis,apoſtematibus,bothoribus,ſciſſuris,atque vlcerationibus,& cancroſis affectib.dictum eſt in locis ſuis.

Capitulum tertium,de ægritudinibus colli,& gibboſitate dorſi:De angina & broncocele,in tractatu de apoſtematibus dictum eſt.

Capitulum quartum,de ægritudinibus omoplatę,brachiorum & manuum: vt de agglutinatione digitorũ:quia de ſuperfluo digito abſcindendo,ſuprà dictum eſt.De variis vnguiũ diſpoſitionibus qualis eſt attritio,contuſio,ſanguis mortuus,& pus ſub vngue,gibboſitas,curuitas,ſciſſuræ,& color fœdus.

Capitulum

Capitulum quintum,de ægritudinibus pectoris & mamillarum : vt de lactis abundantia,de mamillarũ magnitudine, & paruitate papillæ, de lactis coagulatione & mammarũ apoſtematibus ſuprà dictũ eſt in tract. de apoſtematibus.

Capitulum ſextum, de ægritudinibus ventris, vt eſt eminẽtia vmbilici ſeu hernia ventralis : quia de hydropiſi ſuperius in apoſtematibus eſt dictũ.

Capitulum ſeptimum,de ægritudinibus ancharum, & partium præcedentium ab eis : De ruptura didymali ſeu hernia inteſtinali, & zirbali : quia de humorali,aquoſa,ventoſa,atque carnoſa, in apoſtematibus eſt dictũ. De lapide in veſica,& gratia communitatis in renibus,De arte mingendi,medicamentorum opera: de arte meiendi chirurgiæ opera. De inciſione lapidis cauſa. De paſſionibus virgæ,& primùm de frigidis & maleficiatis. De priapiſmo: De calefactione & fœditate virgæ ex decubitu cum muliere fœda. De clauſura præputij : De circunciſione : De caſtratione: De mollificatione oſchei, & eius elongatione : De hermaphrodiſi. De paſſionibus matricis,& primò de clauſura. De amplificatione matricis: De tentigine matricis: De extractione fœtus: De extractione ſecũdinæ: De mola matricis: De exitu matricis & lõgaonis: quia de hæmorrhoidibus,& ficis,atricibus,fiſſuris,& vlceribus,ſuperius in ſuis locis eſt dictum.

Capitulum octauum,de propriis ægritudinibus coxarum, tibiarum & pedum: vt de malo mortuo, de phlegmate falſo ,& cancris. De doloribus & mulis ſeu pernionibus quæ in calcaneo fiunt : quia de elephantia & varicibus,in apoſtematibus eſt dictum: De clauis & portis in prima doctrina iſtius ſexti, & de ægritudinibus vnguium,in capitulo manuum.

## RVBRICÆ SEPTIMI TRACTATVS.

INCIPIT Tractatus ſeptimus,qui Antidotarium dicitur , duas continens doctrinas.

Doctrina prima eſt,de vniuerſalibus antidotis ſeu auxiliis.

Doctrina ſecunda erit de particularibus.

DOCTRINA prima habet octodecim capitula.

Capitulum primum de phlebotomia,cucurbitulis, & ſanguiſugis.

Capitulum ſecundum, de medicamentis concoquentibus & purgantibus humores. De vomitu. De clyſteribus. De ſuppoſitoriis.

Capitulum tertium,de cauteriis,& formis eorum.

Capitulum quartum, de operationibus & artificio præparãdi antidota localia,quæ in arte competunt chirurgiæ : in quo dicetur de ablutione olei,ceræ, terebinthinæ, atque butyri : de lauatione calcis , de lotione & præparatione tuthiæ,& conſimilium: de combuſtione cuperoſæ,& cõſimilium: De præparatione medicinarum compoſitarum: De oleis: De vnguentis: De emplaſtris. Embrochæ,& epithemata: & alia multa.

Capitulum quintum , de antidotis localibus apoſtematum : & primò de

medicinis repercuſſiuis,& modo repercutiendi: De medicinis attractiuis,& modo attrahẽdi. De reſolutiuis,& modo reſoluendi. De mollificatiuis,& modo mollificandi. De maturatiuis,& modo maturandi. De mundificatiuis, abſterſiuis,& lauatiuis, & modo mundificandi. De medicinis dolorum ſedatiuis,& ipſarum operationibus.

Capitulum ſextum de antidotis localibus vulnerum & vlcerum, & primò de medicinis reſtringentibus ſanguinem: De medicinis incarnatiuis, & modo incarnandi: De medicinis regenerantibus carnem, & modo operandi: De medicinis cicatricem inducentibus, & modo operationis ipſarum: De medicinis corroſiuis,putrefactiuis & cauſticis,cutem rumpentibus.

Capitulum ſeptimum, de medicinis fracturarum & diſlocationum,& primò de prohibentibus phlegmonem. De glutinatiuis: De confortantibus: De medicinis remollientibus duritiem, quæ aliquãdo remanet poſt reſtaurationem.

Capitulum octauum,de gradibus medicinarum chirurgalium.

DOCTRINA ſecunda,de antidotis particularibus, & propriis quibuſdam membris:& habet octo capitula.

Capitulum primum,de auxiliis propriis capitis & partium eius.

Capitulum ſecundum,de auxiliis morborum faciei & partium eius:vt ſunt decoratio,remedia oculorum,narium,aurium,dentium, & gingiuarum.

Capitulum tertium,de auxiliis morborum colli.

Capitulum quartum,de auxiliis humerorum,dorſi,& manuum.

Capitulum quintum,de auxiliis pectoris.

Capitulum ſextum,de auxiliis ventris:vt ad tormina hydropiſis,& dolorẽ renum,atque veſicæ.

Capitulum ſeptimum,de auxiliis ancharum,& partium procedentium ab eis:vt eſt virga,teſticuli,didymi,matrix,& anus.

Capitulum octauum,de auxiliis coxarum,& partium inferiorum,

I N

# IN NOMINE DEI MISERICORDIS,

## INCIPIT TRACTATVS PRIMVS De Anatomia, continens duas doctrinas.

*Doctrina prima eſt, De anatomia membrorum communium, vniuerſalium, & ſimplicium.*

*Doctrina ſecunda eſt, De anatomia membrorum propriorum, particularium, & compoſitorum.*

Prima doctrina habet quinque capitula.

### *CAPITVLVM PRIMVM.*

*Sermo vniuerſalis de anatomia & natura membrorum.*

QVONIAM (ſecundum Gal. medicorum lucernam, in libro decimoſeptimo de vtilitatibus particularum, capitul. penult. quatuor ſunt commoditates ſcientiæ anatomiæ: Vna, vtique & maxima, ad Dei potentiæ demonſtrationem: Secunda, ad particularum patientium dignotionem: Tertia, ad futurarum diſpoſitionũ corporis prognoſticationem: & quarta, ad ægritudinũ curationem: idcirco neceſſarium eſt & vtile cuique medico, præſcire ipſam anatomiam. Et hoc eſt quod ipſe Galen. dicebat in principio lib. de inte-
» rioribus, ſeu de locis affectis, Non ſolùm iuuenes, ſed etiam antiqui ſtude-
» bant cognoſcere particulas & paſſiones ipſarum: quia curam oportet di-
» uerſificare ſecundum differentias ipſarum. Et licet ea quæ cadũt ſub ſenſus,
» apertè cognoſcãtur: quæcũque tamẽ in profundo occultata ſunt, viro in-
» digent exercitato in anatomia & actionibus & vtilitatibus ipſarum: & ab
» illo loco ſumitur principium totius curationis. In primo inquit libro mẽ-
» brorum dolentium: eſt inuentum, quod medicus debet eſſe ſagax in no-
» titia membrorũ dolentiũ in quolibet loco. Quod ſi hoc eſt vtile phyſicis,
multo magis, imò maximè neceſſarium eſt chirurgis, iuxta doctrinã ipſiuſmet in 6. therap. methodi, quæ in Arabica tranſlatione, De ingenio ſanitatis inſcribitur. Cap. 4. Chirurgi ignorantes anatomiã, peccãt multoties in inciſionibus neruorum & colligationum. Sed tu naturã vniuſcuiuſque particulæ ſcies. Adhuc autem poſitiones & plaſmationes, quam habent in toto corpore: & ſecundum vnumquodque membrum, quando contingit in eo fieri plagã apertè cognoſces an neruus ſit inciſus vel tenon, vel colligatio. Quod Hẽricus de Hermodauilla in primo libro chirurgiæ ſuæ hac ratione ſic deducit: Omnis artifex tenetur ſcire ſubiectũ in quo operatur: aliter operãdo

errat.ſed chirurgus eſt artifex ſanitatis corporis humani: ergo tenetur ſci- “
re naturam & compoſitionem ipſius,& per conſequens anatomiam. Cō- “
firmatur per ſimile:quia eodem modo operatur cæcus in ligno, & chirur- “
gus in corpore, quando anatomiam ignorat:ſed cæcus ſcindēs lignum ſæ-
piſſimè (imò fere ſemper)errat,reſecādo de illo plus quàm debeat,vel mi-
*Cap.16.* nus. ergo ſimiliter chirurgus, quādo anatomiam ignorat.Inſtar enim ſunt
tales malorum coquorum, de quibus dixit Gal.in ſecundo therap.qui nō
ſecundum articulos incidunt,ſed terunt,quaſſant, & diuellūt.Sequitur er-
go,neceſſarium eſſe medicis,præcipuè chirurgis,ſcire anatomiā. Et quam-
uis eſſet eis neceſſarium,ſcire cū anatomia actiones & vtilitates membro-
*Cap. 1.* rum,quæ ſunt tres radices & elementa totius medicationis (vt in pri-
mo interiorum conuenienter deducitur) parcendo longitudini, & quòd
ſciam de his complete tractauiſſe Gal.in decem & ſeptem libris de vtilit.
particularū(quia tractatus alios 15.quos ipſe fecit de adminiſtratione ana-
*Sect.219.* tomica,vt Haly.in fin.techni.id eſt artis paruæ:teſtificatus eſt,adhuc trāſla
tos non habemus) & Halyabb.in prima parte lib.de diſpoſitione regali,
ſermone 2.& 3.& Auic.in ſuo can.lib.1,) nō ponā hîc niſi craſſioris Miner-
*Fen.1.do. 5. ſumma 1.2.3.4.5.* næ anatomiam,quæ dirigere poſſit chirurgum, operātem in inciſionibus,
& reductionibus membrorum.Eſt autem anatomia,recta diuiſio & deter-
minatio membrorum corporis cuiuſque,præcipuè corporis humani: quia
de illa eſt intentio tota iſtius artis. Et dicitur ab ana, quod eſt rectum, &
tomos quod eſt diuiſio,quaſi recta diuiſio. Porrò anatomia acquiritur du-
pliciter:vno modo per librorum doctrinam,qui modus licet ſit vtilis,non
tamen ſufficit ad enarrandum ea quæ ſolùm ſenſibus cognoſcuntur, primo
*In fine tract. de oſſib.* de vtilitate,ca.8.Et hoc eſt quod Auer. dicebat primo colliget: Et nos nō “
abbreuiauimus ſermonē de anatomia,niſi propter ea,quòd imaginatiua eſt “
breuior in iſtis,& parua,comparatione earum rerum, quæ exiſtunt in ipſa. “
Alio modo, per corporum mortuorum experientiam. Experimur autem
in corporibus nouiter mortuis per decollationem,vel ſuſpenſionem,ana-
tomiā ſaltem membrorum officialium interiorū, & carnis muſculorum,
& cutis,& multarum venarum atque neruorum, præcipuè quoad originē,
vt tractat Mundinus Bonon.qui inde hoc ſcripſit. Et ipſam adminiſtrauit
multoties magiſter meus Bertrucius in hunc modum, Collocato corpo-
re mortuo in ſcamno,faciebat de ipſo quatuor lectiones. In prima,tracta-
bantur membra nutritoria:quia citius putrent. In ſecunda,membra ſpiri-
tualia.In tertia, membra animata. In quarta,extremitates. Et ſecundum
commentatorem libr.de ſectis,in quolibet membro videnda erāt nouem:
ſcilicet poſitio, ſubſtantia, complexio, quantitas, numerus, figura,col-
ligatio, actio atque vtilitas, quæ ſunt ægritudines quæ ipſi poſſunt con-
tingere, quibus per anatomiam in dignoſcendo, prognoſticando, ac
etiam curando medicus poſſit auxiliari. Experimur etiam in corporibus
exſiccatis ad ſolem, aut conſumptis in terra, aut eliquatis in aqua curren-
te aut bulliente,anatomiam ſaltem oſſium,cartilaginum, iūcturarum,ner-
uorum

uorum grandiorum, tendinum, & colligationum. Et per iſtos modos in corporibus hominum,ſimiarum,& porcorum, atque aliorum multorum animalium,ad notitiam peruenitur anatomiæ: & non per picturas, ſicut fecit Henricus prædictus, qui cum tredecim picturis viſus eſt anatomiam demonſtrare. Quid autem ſit corpus humanum (quia de illo fit ſermo in tota medicina)patet eſſe vnũ ſeu integrũ ratione decoratũ,ex multis & diuerſis membris ſeu particulis compoſitum.Membrum autem ſeu particula,ſecundum Galen.in primo de vtilitate particul.eſt quoddam corpus, quod omninò non eſt ſeparatum,nec alteri coniunctum. Et dicitur ibidem,quaſdam partes eſſe maiores,quaſdam minores,& quaſdam in aliam ſpeciem indiuiduas.Et hoc eſt quod Auic.per alia verba dixit in ſuo canon.lib.primo,membra eſſe corpora,quæ ex prima generantur humorum commiſtione.Et ſequitur, membrorum quædam eſſe ſimplicia, quædam compoſita,loquendo de ſimplici & compoſito,vt medicus conſiderat largè. Simplicia verò ſunt conſimilia, quæ non ſunt in aliam ſpeciem diuiduæ,imò quancunque eorum partem ſenſibilem acceperis, ea communicat toti nomine & ratione.& ſunt decem,videlicet cartilagines,oſſa, nerui,venæ,arteriæ,panniculi,ligamenta,chordæ,cutis,atque caro.His annumerantur pinguedo,& pili, & vngues:quæ licet non ſint membra, ſed ſuperfluitates, habent tamen vtilitatem quandam & generationem vt membra,ſicut in ſecundo techni innuebatur. Porrò iſtorum quædam ſunt ſanguinea,(ſic dicta,quia ex ſanguine generantur) quibus eſt vera regeneratio & conſolidatio,vt caro & pinguedo:quædam autem dicuntur ſpermatica, quia à ſpermate habent ortum,quibus non eſt regeneratio nec conſolidatio vera: vt ſunt oſſa,& omnia alia membra à prædictis. Et propterea mẽbrorum ſimplicium quædam ſunt calida & humida, quædam frigida & humida,quædam frigida & ſicca. Calida autem & ſicca non dicuntur aliqua membra,quia ſupra naturam cutis(ad quam comparantur omnia)non inuenitur aliquod membrum ſimplex calidius & ſiccius. Cutis enim eſt media,non ſolùm humanarum particularum, ſed etiam totius ſubſtantiæ generatorum & corruptorum,ſecundũ Gal.ſecundo de cõplexionibus,capitulo vltimo.Calida & humida membra dicuntur, ſanguis (ſaltem materialiter)ſpiritus & caro:& humiditates naturales incedunt iſta via,vt dicit Auer.ii.ſui Colliget Frigida & humida ſunt phlegma,adeps ſeu pinguedo, atque medulla.Frigida verò & ſicca ſunt ſecundũ ſuos gradus,reliqua omnia:vt oſſa,cartilagines,pili,chordæ.ligamẽta,nerui,venæ, atque panniculi,& hoc eſt pelagus in quo non licet medico nauigare. Conueniens enim eſt medico,recipere cõplexiones ipſorum mẽbrorũ à philoſopho naturali. Compoſita membra ſunt, quæ à prædictis ſimplicibus ſeu conſimilibus cõponũtur:& ideo heterogenea ſunt,& diuidi poſſunt in alias ſpecies: quia non perinde ac in membris conſimilibus,quælibet pars iſtorum ſeruat rationẽ totius. Vocantur autem organica & inſtrumentalia,quia ſunt animæ

*Cap.1.*

*Fen.1.doc.5.cap.1.*

*Cap.9.*

*Cap.2.*

inſtrumēta:vt manus,facies,cor,& hepar.Ob id Gal.in 2.de vtilitate particularũ,capitulo finali ſcribit, Natura idoneas ad animæ mores,& virtutes corporis,vniuerſas conſtruit particulas.Et iſtorum quædam ſunt principalia,quædam non principalia.Principalia ſunt cor,hepar,cerebrum,& teſticuli.Non principalia ſunt omnia alia, & iſtorum quædam ſunt minora, vt oculus,naſus,manus:quædam maiora,vt caput, facies, collum, omoplata,& cætera octo,quibus(quod ad præſens attinet)totum corpus diuiditur, gratia chirurgicalis doctrinæ. Et licet prædicta membra organica ſint ex pluribus compoſita,gratia actionis & paſſionis ipſorum, cum debita qualitate & quantitate, & vniuerſa conformatione, vna tamen particula ſimplex & conſimilis in illis eſt principium totius actionis, reliquæ verò ſunt gratia vtilitatis.Quædam quidem,vt melius actio fiat : Aliæ verò,ſine quibus non erat poſſibile eam fieri: Aliæ autem ad cuſtodiam omnium creatæ ſunt:vt hæc declarantur in manibus, primo & ſecundo de vtilitate particularum,& conſequenter in ſequentibus libris in omnibus aliis membris: *Cap.2.* vt intelligas(quod dixit lib.quarto,ſecundum Ariſtot.)nullum corpus eſſe ocioſum,nec fruſtra:ſed eſſe factum pro neceſſitate,cum conuenienti com plexione,& compoſitione: Præterea diuerſas quaſdam à creatore largitas virtutes, quæ quidem accidunt compoſitis membris ex ſimplicibus, ſicuti ſimplicibus ex elementis.Cor enim (quod eſt primum membrum organicum)ex ligamentis,panniculis, & carne dura lacertoſa, ex quibus compoſitum eſt,dicitur eſſe ſiccum : ex multitudine verò ſpirituum qui ſunt in eo (quia eſt ſicut clibanus igneus totius corporis)dicitur eſſe calidum. Arguunt enim medici, cor eſſe calidum & ſiccum : phyſici tamen, quia eſt principium vitæ, id forte dicunt eſſe temperatum, aut ad calidum & humidum inclinare. Quod autem videtur de hepate ex ſua eſſentia,eſt calidum & humidum,eſſe quia maior portio ſuarum partium eſt carnoſa,ſanguinea,proter id quod ad illud mittuntur multæ arteriæ. Et cerebrum eſt frigidum & humidum,licet habeat ſubſtantiam medulloſam: diſtinguitur tamen à medulla, quia medulla eſt ex humoribus, cerebrum ex ſpermate:& dicitur calidum ſuapte natura, in ſecundo de partibus animalium.Sed *Cap.7.* ſplen & renes etiam ſunt de membris calidis & humidis:quamuis renes ſint ſub ſplene in gradu, propter craſſitiem ſanguinis qui eſt in ſplene, ſicut ſplen eſt in hoc gradu ſatis inferior hepati. Et caro pulmonis ponitur minus humida quàm pinguedo, quia non diffunditur cùm calefit,ſecundum *In fine l. 2.de complex.* Gal.vbi ſuprà,Calida etiam dicitur eſſe, quia nutritur ſubtiliori ſanguine ſibi à corde tranſmiſſo,vt ipſe idem Gal.dicebat 4.de vtilitate. Et ita con- *Cap.15.* ſequenter eſt ſyllogiſandum de complexionibus aliorum membrorum compoſitorum eſſe talis complexionis qualis reſultat ex aduenientibus & componentibus ipſa.

CAPI-

## CAPITVLVM SECVNDVM

*De anatomia cutis, pinguedinis, carnis, atque muſculorum.*

INcipiendum eſt à cute, quia primò occurrit in facienda anatome. Eſt autem cutis, cooperimentum corporis, ex filis neruorum, venarum, & arteriarum contextum, ad defenſionem & largitionem ſenſus creatum. Cuius duæ ſunt ſpecies: quædam cooperit membra extrinſeca, & propriè dicitur cutis: & iſtius (2. de vtilitate capitulo 5.) notantur quinque differentiæ. Alia cooperit intrinſeca membra, & propriè panniculus dicitur, vt telæ cerebri, & pericranium (cooperiens cranium, ſicut perioſtion reliqua corporis oſſa) pleura, peritoneum, pericardium, & omnium aliorum viſcerum panniculi. Pinguedo ſequitur: & eſt vt oleum, calefaciens & humectans membra. Cuius duæ ſpecies: quædam extrinſeca iuxta cutim, quæ propriè Adeps nuncupatur: quædã intrinſeca iuxta ventrẽ & renes, quæ Axungia propriè dicitur. Conſequenter occurrit caro: cuius ſunt tres ſpecies, ſcilicet caro ſimplex & pura, quæ pauca eſt, & ſolùm reperitur in capite virgæ, & inter dentes. Alia eſt caro glanduloſa ſeu nodoſa: vt caro teſticulorum, & mamillarum, atque emunctoriorum. Tertia eſt muſculoſa ſeu lacertoſa: & talis eſt multa, & reperitur per totum corpus vbicunque eſt motus manifeſtus & voluntarius. Muſculus autem eſt organum motus manifeſti & voluntarij, in lib. de vtilitate particularum, & de motibus liquidis ſeu manifeſtis, per totum. Et licet muſculi quoad ſenſum ſint membra ſimplicia, ſunt tamen ſecundum rei veritatem compoſita ex neruis & ligamentis, ac eorum villos carne implente, & panniculo cooperiente: & ita vult Auicen. in primo lib. canonis ſui. Muſculus & lacertus idem ſunt: ſed dicitur muſculus ad formã muris, & lacertus ad formam lacerti. Sunt enim iſta animalia ab vtraque parte ſimiliter gracilia & longa (ſaltem verſus caudã) in medio verò craſſa, vti muſculi ſiue lacerti. Nec obſtat quod Hẽricus videatur inter ipſos differentiã aſſignare. Cæterũ eſt notandũ, ex intentione Galeni per totũ opus de vtilitate partic. vbi muſculus cõpoſitus eſt, vt diximus, ab ipſo deſcendere chordas & ligamenta rotunda: quæ dum veniunt prope iuncturas, dilatantur & ligant in circuitu iuncturam vnà cum panno cooperiente oſſa, & mouent eam: & quando exiuerint iuncturam, iterum rotundantur, & reducuntur in chordam: & cum carne faciunt alium muſculũ. Et ab iſto iterum exit chorda & ligamentũ, quæ dilatantur, & ligant in circuitu iuncturam ſequentem, & mouent eam: & ita non ceſſat vſque ad extremas particulas. Quamobrem ſemper muſculus antecedit iuncturam, & membrũ quod ipſe mouet: & hoc declaratur in brachiis. Nerui enim qui à ſpinali medulla colli delegantur ad brachia, accipiunt formã muſculi in collo & pectore. Deinde veniendo ad iuncturam omoplatæ, proiicitur chorda, & dilatatur, & comprehendit totam iuncturam, & implantatur oſſi adiutorij, & mouet ipſum: Et quando exit iuncturam humeri ad duos vel tres digitos, rotũdatur, & reducitur in chordã: & cum car-

*Lib. 1. ca. 16.*

*Fen. 1. do. 5. ſum. 2. cap. 1.*

ne,& ligamẽto quod exit à capite oſſis omoplatæ,facit muſculos ſupra mediũ adiutorij: è quibus exit chorda, quæ ad tres digitos prope cubitũ ampliatur,& comprehendit totum cubitũ,& mouet brachium paruũ. Et poſt alios tres digitos rotundatur,& reducitur in chordã:quę ingreditur,cũ ligamento quod exit à cubito, & cũ carne facit muſculos ſupra mediũ brachij dicti.Inde exit chorda,quæ ad tres digitos prope iuncturã man9 paruæ ampliatur,& apprehendit totam iuncturã manus dictæ.Et poſt rotundatur,& ingreditur muſculũ in medio manus,à quo chordæ mouẽtes digitos exeũt. Ex quibus apparet,vulnera quæ ſunt ad tres digitos prope iũcturas,eſſe periculoſa:quia chordæ neruoſæ ibi ſunt denudatæ à carne,& apparẽtes:quorũ punctura ſpaſmũ generat,& conſequẽter mortẽ inducit, ſecundũ Galenum, in tertio techni, & quarto therapeut. Lacerti ſiue muſculi (autoritate Halyab.parte prima,ſermone tertio, de regali diſpoſitione) differunt quinque rebus:quãtitate,figura,poſitione,cõpoſitione, atque chordarũ origine. Galeno autẽ in ſexto de vtili, quatuor ſunt poſitiones muſculorũ, recta,trãſuerſa,& duæ obliquæ.Sunt verò omnes muſculi quingẽti triginta & vnus.ſecundum Auicen.libro primo de anatomia muſculorum.

*Cap.92. Cap.6. & lib. 6. Cap.3. Cap.2.*

*Fen.1.do. 5.ſum. 2. cap.30.*

## *CAPITVLVM TERTIVM.*

### *De anatomia neruorum,ligamentorum,& chordarum.*

QVia muſculi ex neruis,ligamentis,& carne componuntur,poſt anatomiam carnis muſculoſæ de illis eſt dicendum. Neruus eſt membrum ſimplex,ad tribuendũ muſculis & cæteris partibus ſenſum & motũ creatũ. Et ob hoc Galen.in quarto de vtilitate, cap.nono,dicebat:Tres ſunt intentiones naturæ in diſtribuẽdis neruis:Vna quidẽ gratia ſenſus in ſenſibilibus organis:Alia motus,in mobilibus: Alia verò in omnibus aliis,ad dignotionem offendentium.Et bene dicit,ſenſibilibus: quia neque cartilaginibus neque multis carnibus glanduloſis inſeruntur nerui. Dentibus verò inſeri videntur,vt dicebat cap.decimoſexto libri allegati.Nerui enim omnes à cerebro per ſe,vel per ſpinalem medullam ipſius vicariam,oriuntur vel manifeſtantur:& in hoc conuenit communis ſchola philoſophorũ & medicorũ.Vnde nerui qui oriũtur à parte anteriori cerebri,tales ſunt qualis pars illa molliores ſc.& ad dandũ ſenſum prõptiores. Qui autẽ à poſteriori parte & à nucha quæ deſcendit ab eo, ſunt duriores & ad motum aptiores.Vtrum verò ſenſus & motus ferantur per vnum neruum,aut per diuerſos?Gal.videtur tenere in primo de interioribus, & libro de ſympt.differ.ferri aliquando per vnum,aliquando per diuerſos. Et hoc idem tenet ſchola noſtra Montiſpeſſulani.difficilis eſt materia. Sed hæc difficilior eſt inueſtigata,vtrũ prædicta deferantur ſubſtantiuè,an radiatiuè: quare melius eſt eã obdormire.Quicquid ſit,ſeptẽ ſunt paria neruorũ quæ immediatè oriuntur à cerebro, & triginta,quæ mediãte ſpinali medulla,& vnus ſine comite,qui oritur à fine oſſis ſacri: vt ponit Hal.ſermone ſecũdo partis primæ

*Cap.2. Cap.6. Cap.5. Cap.10.*

primæ libri regalis diſpoſitionis. Ligamenta ſunt de neruorum natura, ab oſſibus tamen oriuntur. Eorum ſunt duo modi: quædam ligant oſſa internè quædam externè ligant totam iuncturã. Ita dicebat Gal. 12. de vtil. cap.
» ſecundo, Oſſium articulatio in circuitu comprehenditur ligamentis forti-
» bus & remiſſiuis ſeu flexibus. Chordæ ſeu tendones (quod idem eſt) ſunt etiã de natura neruorum, & magis. nam ſicut ligamẽta ſunt media inter neruos & oſſa, ita & iſta inter ligamẽta & neruos. A muſculis oriuntur, & à neruis ſuſcipiunt ſenſum & motum, iiſque mouentur membra: & (vt dictũ eſt) licet ſint rotunda dum exeunt à muſculis, ampliantur dum veniunt ad articulos. Collocati verò ſunt in circuitu mẽbri, ita vt intrinſeci trahant membrum, extrinſeci verò ipſum extendant: ſic tamen vt quãdo vnus trahit, alter relaxatur, & ideò per inciſionem intrinſecorum perditur flexio, extrinſecorum verò extenſio: Ita ponit Gal. in primo & 12. de vtilitate particularum. *Pag. 33.*

## CAPITVLVM QVARTVM.
### *De anatomia venarum & arteriarum.*

LIcet venæ & arteriæ (ſecundum intentionem Galeni in ſextodecimo de vtilitate particularum) differant quoad principia (quia venæ oriuntur ab hepate, arteriæ à corde) & in aliquibus locis ſeparetur vena ab arteria (vt in manifeſto brachiorum, & in rete mirabili) arteria tamen nulla reperitur ſine vena & fere in reliquis partibus corporis communionem habent, & diſtributionem ſimilem. propterea de ipſis ſufficit chirurgo inſimul habere ſermonem: & ita fecit Gal. in loco præallegato. Quod autẽ vena ſit locus ſanguinis alibilis, arteria verò locus ſanguinis ſpiritualis, notũ eſt apud omnes. Iſta autem vaſa, poſtquam orta ſunt à ſuis principiis, bifurcantur, & vna pars tendit ſurſum, & alia deorſum: & quælibet pars ramificatur, & ramificando deducitur ad extrema corporis, ad nutriendum & viuificandum membra vniuerſa. Particulares venæ, quæ ſui magnitudine hæmorrhagiæ periculũ inferunt, dicentur in anatomia magnorũ mẽbrorum. *Cap. 1.*

## CAPITVLVM QVINTVM.
### *De anatomia oſſium, cartilaginum, vnguium, & pilorum.*

VLtimò anatomiæ ſubiiciuntur oſſa, quia ſunt in profundo corporis. Sunt verò oſſa particulæ duriores totius corporis: fundamentũ & ſuſtentaculum omnium aliarum particularum. Præter hoc tamen aliqua ſunt ad cuſtodiam & tutelam particularum interiorum: vt cranium, pectus, atq. dorſum. Sunt autem oſſa in corpore noſtro, poſtquam fuerint bene computata (ſecundũ Auicennã, primo canonis ſui) ccxlviij. præter ſeſamina, & os lambdoides ſeu hyoides, in quo fundatur lingua. Oſſa corporis recipiunt diuerſitates penes medullam, formam & magnitudinem, & quædã ratione ſui, alia ratione iuncturarũ in ſe habent diuerſitatem. Etenim quædam ſunt medulloſa, quædã nõ habẽt medullã: item quædã ſunt recta, quædã tortuo- *Fen. 1. do. 5. ſum. 1. cap. 30.*

ſa:quædam etiam ſunt magna, quædã parua. Omnia verò oſſa craſſiora ſunt circa iuncturam, quàm circa medium. Ratione autem iuncturarum habent diuerſitates: quia quædã habent additiones intrantes, quædam cauitates recipientes, quædam vtrumque, quædã neutrum. Et eorum quæ habent additiones & cauitates dictas, quædam eas habent clauales, vt dentes: quædam ſeratiles, vt cranium: quædã nodoſas in vtroque capite, vt vlna & coxa: quædam foueales, vt focilia: quædam vtroque modo vt digiti. Quæ porrò carẽt vtroque, iunguntur ſolidatiuè: alia verò quæ habent tales rotunditates & foueas, propriè faciunt iuncturam: iiſque accidit diſlocatio, aliis verò ſeparatio.

Cartilago ferè eſt de natura oſſis: eſt tamen ipſo mollior: & eſt facta ad defectum oſſis ſupplendũ, vt in palpebris, naribus, & auribus: & vt melior fiat cõiunctio oſſium cum vicinis partibus, vt in thorace, & in anchis: & in extremitatibus ipſorum, ne in motu atterentur.

Vngues ſunt facti in extremitatibus membrorũ, ad melius capiendum. Pili verò ſunt facti ad decorandum, & purgandum.

# DOCTRINA SECVNDA
## DE ANATOMIA MEMBRORVM
compoſitorum & propriorum continet capitula octo.

### *CAPITVLVM PRIMVM.*
*De anatomia corporis.*

Pag. 29. EXPEDITA anatomia membrorũ ſimpliciũ, & toti corpori cõmunium, veniendũ eſt ad anatomiã membrorũ compoſitorũ & ſingulariũ. Et licet (vt dictum eſt) quædã ſint maiora, quædã minora, nihilominus anatomia ipſorũ tractabitur in octo capitulis, ſecundum diuiſionẽ particularũ maiorũ: quia talis diuiſio ſenſibilis eſt & manifeſtior, præter id quod modus medicãdi variatur pro illius ratione. Incipiemus autẽ hîc à capite, pręcipuè à cerebro, & ab olla continente ipſum, quia ipſum locus & habitatio rationalis animæ eſt, vt ipſemet Gal. dixit lib. 9. de vtilitate part. capitulo quarto, & primo de cuſtodia ſanitatis, cap. 9. Idem habetur tertio interiorum, & in commentario tertio regiminis acutorum. Cap. 4. Sect. 41. Pag. 29.

Circa ollam capitis, & partes ipſius, inquirenda ſunt illa nouem, quæ dicta ſunt ſuperius per comment. Alexandrinum in libro ſectarum, inquiri in quolibet membro: ſcilicet iuuamentum, poſitio, colligatio, quantitas, figura, ſubſtantia, complexio, numerus partium, & ægritudines. Olla capitis (ſecundum philoſophum) dicitur pars capillata, in qua membra animata continentur: & ex hoc apparet illius iuuamentum. Eius autem poſitio & ſitus eſt in altiori loco totius corporis: vtrum propter oculos, aut propter quid aliud chirurgus non debet conſiderare. Colligatio eſt manifeſta,

quod

quod ſit cum facie & collo.ab illo enim producuntur omnes faciei particulæ:& muſculi mouentes caput, collo inſeruntur. Vnde Halyab.in tertio Cap.3.
ſermone,partic.primæ, Lacerti caput mouentes(inquit)ſunt duplices. altera eorum ſpecies propriè caput mouet ſine aliis partibus : & originem habent pone auriculas, vnde perueniunt ad clauiculas.altera autem communis eſt ipſi capiti & collo, de quibus dicetur in collo. Quantitas ipſius ollæ eſt magnæ capacitatis,cùm cerebrum in homine ſit maius quàm in cæteris animalibus quantitatis æqualis.Forma eius eſt rotunda, in modũ ſphæræ ex vtraque parte leuiter compreſſæ:& idcircò gibboſa oportet fieri illius poſteriora & anteriora,vt ait Galenus,in ſecundo techni. Et cauſam iſtius figuræ dicebat ipſe lib.octauo de vtilit.particularum,cap.penul.Omnium figurarum(inquit) minus paſſibilis, ac etiam & maxima & capaciſſima omnium earum quæ æqualem habent perimetrum , ſeu circumferentiã eſt rotunda.Subſtantia verò illius apparebit eſſe oſſea, pannicularis ac medulloſa.Et complexio frigida,ex numero partium ipſius.Partes autem ollæ capitis ( ſecundum Auicen.in ſuo can.libro tertio cap.primo ) ſunt 10.aut 11.quinque videlicet continentes,& totidem contentæ.Primò extrinſecus ſunt capilli,poſt cutis, deinde caro muſculoſa , deinde panniculus craſſus, poſtremo cranium. Subſequenter intrinſecus, primò ſunt dura mater , & pia mater : deinde ſubſtantia cerebri : poſt verò ſub cerebro iterum pia mater,& dura mater : vltimò rete mirabile. Deinde os , quod eſt cerebri baſis , & implantationes neruorum orientium ab eodem : de quibus ordinatim eſt dicendum. De pilis, cute,& carne muſculoſa ſatis eſt ſuperius dictum.De craſſo panniculo ( quem Gal.vocat pericranium) qui coo- Pag. 32. & 36.
perit totum cranium,ſciendum eſt neruoſum eſſe & oriri à dura matre,eíque alligari ligamentis,neruis, ac venis intrantibus & exeuntibus per commiſſuras cranij. Conſequenter inuenitur os quod cranium nuncupatur : & non eſt ex vno oſſe continuo, ſed ex ſeptem contiguis ordinatum ad hoc, vt ſi acciderit læſio in vno, non tranſeat ad aliud. Et coniunguntur com-
miſſuris ſerratilibus,vt vapores ab ipſo cerebro valeant expirare. Primum 1.
oſſium ollæ capitis eſt à parte anteriori,& eſt coronale dictum: quod extẽditur à medio orbitarum , vſque ad commiſſuram tranſuerſam cranij : & ſunt in eo foramina oculorum , & colatoria narium partita per quandam additionem oſſeam ad modum criſtæ gallinæ, cui inſeritur cartilago diuidens nares. Eſt tamen ſciendũ,coronale aliquoties inueniri diuiſum commiſſurâ in medio frontis tranſuerſâ : quòd vtplurimum in mulieribus
reperitur. Secundum os eſt in parte poſteriori, dictum occipitiale : & 2.
concluditur quadam commiſſura deſcendente tranſuerſim in modum literæ lambda , vel cifræ ſeptem . Eſt durum perforatum inferius , vnde deſcendit ſpinalis medulla à cerebro per medium ſpondylorum vſ-
que ad finem dorſi. Tertium & quartum ſunt in medio à lateribus, 3.4.
dicta parietalia : & diuiduntur quadam commiſſura , ſecundum longitudinem ollæ : & duabus commiſſuris ſupra dictis vſque ad oſſa narium,

5.6. & ſunt quadrata. Quintum & ſextum ſunt oſſa dicta petroſa,quia dura: & dicta etiam mendoſa,quia ſquamoſè coniunguntur cum parietalibus dictis:In iis ſunt foramina aurium,& additiones mamillares emũctoriorum: & producuntur ſecundum longitudinem parietalium dictorum,à commiſ-
7. ſura lambdoide vſque ad medium oſſium temporum. Septimum os eſt paxillare ſeu baſilare:quòd velut cuneus eſt,firmans & ſuſtinens omnia dicta oſſa ſupra palatum:& in eo ſunt foramina & ſpongioſa corpora multa, ad expurgandum ſuperfluitates craſſas: nihilominus duriſſimam habet ſubſtantiam. Sunt ergo ſeptem oſſa ollæ capitis:& ita inueniuntur in capitibus mortuorum coctis & diuiſis aqua bulliente. Etiam ita numerat ea Gal. 11.de vtilitate,cap.20. Vltra nouit duo oſſa bregmatis,quæ cõtinentur vndique à duobus oſſibus duris & denſis,& oſſe poſterius & anterius, in quo applicantur oſſa temporis. Septimum eſt illud quod ſecundum palatum baſilare,quod quidem quidam ſuperioris genæ,quidam verò capitis exiſti-
Li.4.ca.1 mant,interiacens ambobus inſtar cunei. Ex quibus apparet Gulielmum &
Tr.2.ca.1 Lanfrancum,necnon Henricum, malè vidiſſe anatomiam: quia dicunt os baſilare eſſe ſub oſſe lambdoide & eſſe vnum ex oſſibus colli. Dicũt etiam, oſſa petroſa eſſe addita ſuper oſſa parietalia,& non tangere cerebrum, neque eſſe de principiis cuius oppoſitũ eſt verum. Sequitur ergo ſeptem oſſa principalia eſſe quæ continent cerebrum:Sunt tamen aliqua alia parua oſſa non principalia,ob aliqua iuuamenta:vt os criſtæ diuidens colatoria nariũ intra coronale:& oſſa paris,quæ ſunt faciei,& non ollæ:& quædam ſunt oſſa acualia,& quædam claualia ſub oſſe aurium,quibus inſeruntur & firman-
Cap.3. tur muſculi vel chordæ mandibulam aperientes. Et ita numerat Halyab. ſermone ſecundo, part.primæ, libri regalis diſpoſitionis, cap. de oſſium
Li.1.fen.1.do.5.ſum.1.ca.3. capitis aſſignatione ob idque dicebat:Omnia igitur quæ in crano continẽtur oſſa ſunt 15. Auicen. verò qui non poſuit niſi quinque,intellexit de habentibus veras commiſſuras ſerratiles,quas tres poſuit:Cùm autem eſſent alia duo,vnum in quolibet latere,habentia commiſſuras ſquamoſas & mẽdoſas, non negauit: imò in fine capituli ſub oſſibus paris ea intellexit. Et hæc ſufficiant de anatomia cranij: & conſequenter particularum quinque extrinſecus continentium.

Partes autem intrinſecas & contentas non poteris demonſtrare ad oculum, niſi diuidatur cranium aliquâ ſerrâ in rotundum. Tunc verò ſublata parte ſuperiori, primum quod occurrit eſt dura mater, & pia mater, & ſunt duo panniculi venoſi, vnus à parte cranij, & alter à parte cerebri, inuoluentes & cooperientes totam ſubſtantiam ipſius. A dura matre oritur per commiſſuras pericranium,à pia matre infunditur cerebro nutrimẽtum. Et veniunt ad eas venæ & arteriæ internè per foramina oſſium inferiorum, & externè per commiſſuras oſſium ſuperiorum. Deinde ſequitur ſub ipſis ſubſtantia cerebri,quæ eſt mollis,& alba,figuræ rotundæ, ſecluſis additionibus quæ ſunt in ipſo. Et ſecundũ longitudinẽ,à medio verſus anterius geminãtur & duplicãtur ſẽſiteria, & alia organa multa:vt ſi aliquod ipſorum

ipſorum patiatur,reliquum famuletur, vt ait Galen.lib. 8. de vtilitate.Cerebrum ſecundum longitudinem habet tres ventriculos: & vnuſquiſque venter habet duas partes:& in qualibet parte organum ſortitur vna virtus. In prima parte ventriculi anterioris aſſignatur ſenſus communis:in ſecunda,imaginatiua: in medio ventriculo ſitum habet cogitatiua & rationalis: in poſteriori verò conſeruans & memoratiua. Horum autem ventriculorum anteriorem eſſe maiorem, medium minorem, poſteriorem mediocrem: & ab vno ad alium eſſe meatus per quos tranſeunt ſpiritus: & in anteriori eſſe additiones mammillares,in quibus fundamentum habet ſenſus odoratus: & ab ipſo pro maiori parte oriri ſeptem paria neruorum ſenſificorum,qui producuntur ad oculos, ad aures, ad linguam, ad ſtomachum, & ad cætera membra, vt dicetur,necnon origines eorum, & foramina per quæ tranſeunt, & quomodo non nudi, ſed inuoluti panniculis incedunt, poteſtis videre. Circa medium ventriculum nota locum vocatum lacuna, & vermiformem, & cluni formem,& carnes glanduloſas replentes: & ſub panniculis rete mirabile ſitum, arteriis ſolis à corde venientibus contextum, in quibus fit per ebullitionem ex ſpiritu vitali animalis. Vltimò inſpicies, quomodo nucha, vel dorſalis medulla, à parencephalide (id eſt, à parte poſteriori cerebri)oritur,& non nuda,ſed inuoluta duobus panniculis, quemadmodum & cerebrum, deſcendens per medium ſpondylorum vſque ad finem dorſi: à qua oriuntur principaliter nerui motores, vt infrà dicetur. Ipſa enim ſimilis eſt cerebro, imò pars eius videtur:& ob id ſymptomata eius ſunt ſicut cerebri, vt dicit Gal.in 12. de vtilit.particul. cap. 12.Et ita eſt abſoluta anatomia ollæ capitis,& partium eius, quoad nouem illa,quæ in ea quæſita ſunt. *Cap.1.*

Reſtat nunc videre de ægritudinibus. Olla capitis poteſt pati vulnera, apoſtemata,& malas complexiones: & ex ſupradictis apparet,vulnera penetrantia totum cranium eſſe periculoſa, & magis quæ attingunt telas cerebri: & adhuc plus attingentia ſubſtantiam cerebri. Præterea, operationes circa commiſſuras ſuſpecta eſſe de caſu durę matris ſuper piam, & de compreſſione cerebri.Omnes inciſiones capitis debent fieri ſecundum inceſſum pilorum: quia ita vadunt muſculi. Modum ligandi proprium indicat propter rotunditatem,vt dicetur inferius. *Tr.3.de. cap.1.*

## CAPITVLVM SECVNDVM.

*De anatomia faciei & partium eius.*

PArticulæ faciei ſunt frons,ſupercilia,oculi,nares,aures, tempora,genę, os,& mandibulæ,cum dentibus ſuis.

*Frõs* nihil cõtinet niſi pellẽ,& carnẽ muſculoſam:q̃a os quod eſt ſub ea, eſt de coronali,quod à ſuperiore tabula eleuatur, & ampliatur eius ſpongioſa pars,ac ſi eſſet ibi os duplicatum:& facit formam ſuperciliorum.

*Supercilia* autẽ ſunt ad decorẽ,& propter oculos formata: ideóque pilis ſunt ornata. Inciſiones circa iſtas particulas debent fieri ſecundum longi-

tudinem corporis,quia ita vadit muſculus qui mouet ſupercilia, & non ſecundum rugas.

*Oculi ſunt* inſtrumenta viſus,& ſunt intra orbitam (quæ eſt pars coronalis & oſſium temporũ) collocati. Ad eos perueniunt nerui optici quorũ originem, in decimo de vtilitate, capitulo finali, ita narrat Gal. Nerui optici ſunt perforati,vt eſſēt via ſpiritus:& procedũt à duabus partibus:& vniuntur intra cranium: & poſtea ſeparantur ad quemlibet oculũ de parte à qua oriuntur,non cruciando, ſeu decuſſando,neque permutando ſe à dextris ad ſiniſtra, vt putauerunt quidam. Sunt autem ipſi oculi compoſiti ex ſeptem tunicis,& tribus aut quatuor humoribus. Prima tunica extrinſecus eſt coniunctiua, alba & craſſa,quæ circundat totum oculum,excepto eo quod apparet de cornea:& oritur à panniculo cooperiente cranium. Aliæ verò ſunt ſecundũ materiam tres,circundantes totum oculum:& à diuerſitate colorũ qui ſunt varij circa mediũ oculi, in loco dicto iris, dicuntur ſex ſecundum, nempe formam,tres à parte cerebri & tres ab externa. Prima oritur ex dura matre: & pars interior dicitur ſclirotica, exterior cornea. Secunda oritur ex pia matre: & pars interior dicitur ſecundina, & exterior vuea, & continet foramen pupillæ. Tertia oritur ex neruo optico: & pars interior dicitur retina, exterior ſupra cryſtallinum dicitur araneoſa. Et ita ſunt ſeptem tunicæ in oculo, ſecundum formam diſtinctæ: & non niſi tres, ſecundum cõtinuationem materialem. De tribus humoribus,primus eſt cryſtallinus, in medio oculi ſitus, colore cryſtalli, formâ grandinis, in eóque pręcipuè eſt fundamentum viſus. Poſt ipſum verſus cerebrum eſt vitreus, ſuſtinens & comprehendens à parte poſteriori cryſtallinum: qui ambo inuoluuntur panniculo iam dicto à neruo optico generato. Poſt verò à parte anteriori magis eſt humor albugineus, comprehenſus inter dictam telam, & illam quæ à pia matre iam eſt orta. Quartum humorem aſſignat Galen.& probat in loco prællegato, capitulo quarto, in regione pupillæ,æthereum, lucidum & totum ſpiritualem. Talis ponitur compoſitio oculi in ſe: habet enim preterea neruos motorios, deſcendentes à ſecundo pari neruorum: & muſculos ſex ipſum mouentes, & venas, & arterias, & carnes ſpongioſas circa lacrymale ſpatium replentes. Et habet iuxta ſe palpebras cartilaginoſas, cum pilis determinatis: quarum ſuperiores claudunt cum vno muſculo, & aperiunt cum duobus tranſuerſis: quorum iuuamenta & modi magis ſpeciatim tractantur in lib.Ieſu de oculis, & in Alcoatim, & in libris ſpecialibus oculorum: chirurgo enim ſufficiunt iſta.

*Tr.1.cap. vlt.& tr. 2.cap.8.*

*Forma naſi* continet partes carnoſas, oſſeas & cartilaginoſas. Pars carnoſa habet cutem, & duos muſculos circa ipſius extremitatem. Pars oſſea habet duo oſſa triangula, quorum angulus eſt ſupra naſum, & baſes iungunt ſe ab vna parte per medium longitudinis naſi, & ab alia ſecundum genas. Pars cartilaginoſa eſt duplex: vna exterius, quę facit extremitatem naſi: alia interius, quæ diuidit nares. Nares verò

rò ſunt duo canales, aſcendentes vſque ad oſſa colatorij: vbi applicantur additiones mammillares cerebri, in quibus eſt odoratus: & deſcendentes vſque ad palatum pone vuulam: per quos canales attrahitur fumida euaporatio ad loca dicta, aérque inſpiratur & expiratur ad pulmonem tempore ſuo, & cerebri expurgantur ſuperfluitates.

*Aures cartilaginoſæ* & anfractuoſæ, ſuper os petroſum ad àudiendum ſũt ordinatæ. Ad eas perueniũt foramina tortuoſa dicti oſſis, & pori ſeu nerui ex quinto pari neruorum cerebri, in quibus eſt auditus. Et ſub auribus ſunt carnes glanduloſæ, quæ ſunt cerebri emunctoria: iuxta quæ loca tranſeunt venæ, quæ (vt dicit Lanfrancus) portant partem materiæ ſpermaticæ ad teſticulos: itaque ſi incidantur, perditur generatio. Cuius contrarium tenet Gal. vt in tract. de phlebotomia recitat Auicenna. *Tr.1.do. 2.cap.3. Li.1.fen. 4.cap.20.*

*Tempora, genæ, & maxillæ* ſunt partes à lateribus faciei: & continent in ſe carnem muſculoſam, cum venis & arteriis, & partes oſſeas. Muſculi iſtarum partium ſunt multi. Primò ſunt ſeptem mouentes genas & labia ſuperiora. & ſecundum Auic. veniunt à clauiculis, & à partibus inferioribus. Deinde ſunt octo ſecundum Halyabbatem, qui mouent mandibulam inferiorem: quidam aperiendo, qui veniunt à loco clauium, & à parte aurium: quidam claudendo, qui deſcendunt supernè, tranſeundo ſub anſa oſſium temporis: & dicuntur temporales. Hi ſunt valde nobiles & ſenſiles, eorúmque læſio eſt multum periculoſa. & ideo natura ſagaciter, ad cuſtodiendum eos, anſam dictam in oſſibus temporum ordinauit. Sunt etiam alij muſculi ad molendum & maſticandum, qui veniunt à pomis maxillæ ſuperioris. Ad omnes iſtos muſculos veniunt nerui è tertio parui neruorum cerebri. Sunt etiam cum iſtis venæ & arteriæ multæ, & maximè circa tempora, & angulos oculorum, & labia vtraque. Partes oſſeæ dictarum partium ſunt multæ: primò etenim oſſa genarum licet non appareant niſi duo iuncta ſub naſo, ſunt tamen nouem, vt dicit Gal. Sunt etiam duo oſſa paris ſeu temporis, quæ faciendo vnam partem orbitæ, & eminentiam pomiformem circa genas, producunt quandam additionem verſus additionem oſſis petroſi, ordinando anſam dictam, ſub qua tranſeunt & cuſtodiuntur muſculi temporales. Sunt etiam oſſa mandibulæ inferioris, de quibus dicit Gal. lib. vndecimo de vſu part. capitulo penult. *Li.1.fen. 1.do.5. ſum.2. cap.6. Part.1. ſerm.3. cap.3. Li.11. vſ. part.cap. vlt.*

„ Inferioris verò genę os vnam habet in ſe ſolam diuiſionem, non omnino manifeſtam, ſecundum extremitatem barbæ: quam propter didymationem ſeu geminationem dicebamus factam: & in extremitatibus habet iugalitatem circum oppoſitam verſus temporalem muſculum, tenentem & vberiformes vocatas explantationes.

Cõſequenter veniendũ eſt ad particulas oris, quę ſunt quinque, labra (de quibus dictũ eſt) dentes, lingua, palatum, & vuula. Dentes qnidem ſunt de natura oſſium: licet dicantur habere ſenſum ſecundum Gal. in 16. de vtilit. hoc tamen fit ratione quorundam neruorum deſcendentium à tertio pari ad radicem eorum. Sunt autem vtplurimum triginta duo ſcilicet 16. in *Cap.3.*

qualibet mandibula (licet in aliquibus non inueniantur niſi viginti octo) videlicet duo duales, duo quadrupli,& duo canini, octo molares, & duo gemini.Et habent radices infixas mandibulis,quidam vnam, quidam duas, quidam tres,quidam quatuor:Eorum iuuamenta ſunt nota.

*Lingua* eſt particula carnoſa,mollis & ſpongioſa, ex multis neruis, ligamentis, venis, atque arteriis compoſita,ad guſtum præcipuè ordinata, ad loquendum verò & cibum in ore gubernandum vtilitatem præbēs. Ad ipſam veniũt nerui guſtatorij & motorij à quarto & ſexto pari. Habet autem nouem muſculos, qui ab additione ſagittali, & ab oſſe lambdoide oriuntur.Sub ea ſunt carnes glanduloſæ (in quibus ſunt duo orificia, vnde egreditur ſaliua) tanquam eius culcitra & humectatorium ordinatæ.Retro linguam verſus palatum ſunt fauces,amygdalæ,& vuula pēdens ad præparandum aërem ſuo contactu.

*Palatum* vocatur, tota ſuperior pars oris:& eſt velatum (vnà cũ ſuis partibus) quodam panniculo,orto à panniculo interiori ipſius ſtomachi & gulæ.& hæc ſufficiant de partibus faciei. Ægritudines poſſunt pati multas & diuerſas: ad curationem quarum, & prognoſticationem, multum conferunt præfata.

## CAPITVLVM TERTIVM.

*De anatomia colli & partium dorſi.*

QVID ſit collum,& quis ſitus eius,& colligatio,nullus ignorat.Quod gratia tracheæ arteriæ principaliter,conſequenter gratia particularũ aliarum aſcendentium & deſcendentium per ipſum,factum ſit,in 8. de vtilitate partic.conuenienter eſt demonſtratum.Sunt autem in collo duplices partes:continentes videlicet,quæ propriè collum conſtituunt:& contentę, quæ per ipſum tranſeunt. Partes continentes ſunt cutis,carnes, muſculi, ligamenta,& oſſa.Contentæ ſunt trachea:œſophagus ſiue gula,pharynx ſiue guttur,nerui, venę, arteriæ, & portio dorſalis medullæ: quorum anatomiam ordine dicamus incipiendo à trachæa tanquam à principali. Facta ſectione, & diuiſo collo ſecundum longitudinem anterius, primò apparebit trachæa arteria, quæ eſt via aëris ad pulmonem: procedens ab hoc ad guttur,& epiglottim:compoſita ex multis cartilaginoſis annulis,incompletis à parte gulæ,coniunctis ſeriatim,& ligatis panniculo forti & leni.Retro hanc ſupra ſpōdylos eſt gula ſiue œſophagus: qui eſt via cibi procedens à gutture, penetrando diaphragma vſque ad ventrem ſiue ſtomachum Et eſt compoſitus ex duabus tunicis villoſis,quarum intrinſeca cõtinuatur cum pellicula oris, extrinſeca verò eſt carnoſa:atque eæ continuantur cum pelliculis ipſius ventriculi. Super iſtas duas vias, à parte oris eſt larynx, particula cartilaginoſa, creata vt ſit vocis inſtrumentum, & clauis laryngis tempore tranſglutitionis, mediante quadam additione linguiformi, quæ eſt in altera partium eius. Porrò illa ex tribus cartilaginibus eſt compoſita, circa quam viginti muſculi inſeruntur, qui totum & ſingulas partes mouent aſcendendo, deſcendendo, & alios motus faciendo,

Cap. 1.

prout

prout in libro de voce & de motibus manifeſtis clariſſimè eſt deductum. *Cap. vlt.* Deinde conſiderabis neruos duplices: deſcendentes ad ſtomachum, & ad viſcera, ſenſus gratia: & recurrentes vocis cauſa ad laryngem. Conſiderabis etiam magnas venas & arterias, quæ ramificatæ iuxta clauiculam aſcendunt per latera colli ad partes ſuperiores. Venæ, guidegi ſeu iugulares dicuntur: arteriæ verò apoplecticæ profundæ & ſubetales nuncupantur: quarum inciſio eſt valde periculoſa. Conſequenter gratia partium continentium & facientium collum (quæ ſunt cutis, carnes, muſculi, ligamenta, & oſſa ſeu ſpondyli ſeptem) videatur anatomia generalis ſpondylorum & dorſi totius. Spondylus dicitur os conſtituens dorſum, perforatum in medio (per quod ſpinalis medulla tranſit) & in lateribus (vnde nerui exeunt) multa habens additamenta aſcendentia, & deſcendentia, & alia exterius facientia ſpinam dorſi, nempe quæ media procedunt. Dorſum eſt illud, quod velut ſepes, vel carina, poſterius à capite vſque ad anum, ex multis & variis ſpondylis ſucceſſiuè, ad tuendam ſpinalem medullam ordinatur. In dorſo (ait Galen. 12. & 13. de vtilitate particul.) ſunt *Cap. 12.* quatuor maximæ partes: ſcilicet collum, ſpatula, lumbi, & vocatum ab *Cap. 7.* aliquibus ſacrum os, ab aliquibus amplum. Collum conſtat ſeptem ſpondylis: metaphrenum, (quod ſpatula dicitur) duodecim lumbi, quinque ſacrum os, quatuor. Sunt ergo viginti quatuor veri ſpōdyli: præter quatuor oſſis ſacri: & tres oſſis caudæ, qui quidem veri non ſunt ſpondyli, ſed per ſimilitudinem & vicem illorum. Etenim tres primi ſunt valde craſſi, & non habent additamenta, nec foramina à latere, ſed anteriore parte: & ſunt multum cartilaginoſi, ſaltem vltimi qui graciles euadunt inſtar caudæ. Et ita in ſumma dicuntur triginta ſpondyli. Quòd ſi per quemlibet ſpondylum tranſit vnum par neruorum orientium à ſpinali medulla, triginta erunt paria neruorum ſpinalis medullæ, & vnus ſine comite, qui ab vltima eius oritur parte. Et ſi à cerebro ſeptem, erit ſumma neruorum triginta octo. vt ſuperius de neruis, & in capite de natura ſpinalis medullæ *Pag. 34.* fuit dictum. Sunt præterea à lateribus ſpondylorum dorſi ſecundum longitudinem quædam carnes muſculoſæ adiacentes neruis, vt ſint illis culcitra, quæ vulgariter longæ appellantur. Adeſt quoque panniculus, velut ſupra cranium & alia oſſa, craſſus, ligans ſpondylos omnes. Sunt ergo in collo ſpondyli ſeptem, per latera quorum perforata egrediuntur ſeptem paria neruorum, à portione ſpinalis medullæ, quæ illac tranſit, qui portant ſenſum, & motum ad humeros, brachia, & partes aliquas capitis, & ipſiuſmet colli. Carnes colli ſunt triplices: Longales, propriæ dictæ Ceruices, iuxta ſpondylos (vt dictum eſt) iacentes: muſculoſæ, ex quibus fiunt tendones mouentes caput & collum, qui ſunt 20. numero, vt ait Galen. & car- *Li. 12. vſ.* nes replentes vacua loca. Ligamenta communia ligantia caput collo, & *part. cap.* ſpondylis, ſunt multa. A parte anteriori ſunt duo craſſa, deſcendentia ſub *8.* auribus ad clauiculam. à poſteriori verò parte ſunt alia maiora, ligantia ſpondylos dorſi à lateribus, alia deſcendunt ad ſpatulas, ſúntque maxi-

ma. Itaque muſculi, tendones, & ligamenta ſtant in circuitu colli,faciendo choream, flectentia, eleuantia, circumuoluentia collum, & caput. abſque his enim non poteſt fieri articulatio,ſecundum Gal. vbi ſupra. Ex his apparent illa quæ inquiruntur in quolibet membro. Reſtat videre de ægritudinibus. Collum multas pati poteſt ægritudines, & in ſe, & in ſuis contentis:vt vulnera,diſlocationes,apoſtemata, quæ in eo omnia ſunt periculoſa. Apparet etiã inciſiones in ipſo debere fieri ſecundum longitudinem: quia talis eſt inceſſus partium eius. Proprium modum dat ligandi, vt dicetur infrà.

*Cap 1.*

*Tract.3. doct.2.c.3.*

## CAPITVLVM QVARTVM.

### *De anatomia omoplatæ, & brachiorum, ſeu manuum magnarum.*

COllum ſequitur clibanus, ſiue thorax : ſed quia partibus ſuperioribus ipſius ſupponuntur ſpatulæ, & conſequenter brachia,ideo de ipſis eſt prius dicendum. Omoplata,ſpatula,humerus pro eodem ſumuntur in præſenti ſermone. Quæ autem ſunt iſta,& qualis eſt eorum ſitus,& colligatio, iam apparet. Sunt verò iſta ad apprehendendum, & defendendum organa, in primo de vtilitate per totum. Creator enim loco armorum hominem manibus & ratione præmuniuit. Vnde Gal. ait, Ariſtotelem rectè dixiſſe, manum ante organa, & rationem ante artes eſſe. Partes autem componẽtes iſta ſunt, cutis, caro, venæ, arteriæ, nerui, muſculi, chordæ, ligamenta, panniculi, cartilagines, atque oſſa : de quibus ordine eſt videndum. Et primò de ipſa ſpatula, in qua qualis ſit cutis, & caro, iam ſuperius eſt dictum. Muſculi,& cordæ mouentes brachium, deſcendentes de collo & pectore, per ipſam ſpatulam tranſeunt : & comprehendentes ac inuoluentes iuncturam, oſſi vlnæ ſiue adiutorij inſeruntur. Nerui à ſpinali medulla colli deriuantur: venæ & arteriæ inferiorum rami ſunt, vt mox dicetur. Verùm quia talia in ſpatulis non multum manifeſtantur, de ipſis ſermo eſt breuior. De oſſibus eſt ſciendum, ipſa eſſe duo:primum eſt os ſpatulare,à parte dorſi:ſecundum eſt furculæ,à parte thoracis. Os ſpatulare fere aſſimilatur palæ:quia eſt latum, & tenue à parte dorſi,cum quadam eminentia tenui per medium,& à parte iuncturæ eſt aliquantulum longum,rotundum inſtar manubrij,cum tribus additamẽtis in extremitate. Primum eſt fouea quæ in medio eſt,recipiens caput vlnæ. ſecundum eſt ſuperius,curuum, & acutum in modum roſtri corui. tertium eſt à parte ſylueſtri,magis curuum ad ſimilitudinem anchoræ. Os furculæ eſt rotundum:& firmatur in concauitate quadam partis ſuperioris oſſium thoracis. Habet duo brachia,vnum tẽdit ad vnum humerum,& aliud ad alium. Ligat,& firmat illas duas additiones roſtrales,vt illa fouealis quæ eſt in medio firmiùs teneat caput vlnæ in iunctura. Non ſunt autẽ illa additamẽta,oſſa alia ab oſſe ſpatulæ,vt dicũt Lanfrãcus & Hẽricus:ſed ſunt partes ſubſtãtiales ipſius. Hoc eſſe verũ,experientiá docet: idemque affirmat Gal. 13. de vtil.part. cap. vndecimo, & 12. dicens,

*Lib.1. vſ. part. cap. 4.*

*Lib. 4. part. animal.c.10.*

*Tract. 2. cap 4.*

,, dicens, ipſas omoplatas acromium, id eſt extremitatem humeri tegens, & ,, eam claui copulans: ſimul quidem cooperimentum, & cuſtodia debens eſ- ,, ſe totius articulationis quæ ſecundum humerum, ſimul autem & prohibẽs ,, excidere ſurſum verſus caput brachij. & cum hoc habet tres magnas col- ,, ligationes exeuntes à capite humeri ad vlnã: & in circuitu ſtringitur à ma- ,, ximis muſculis, venientibus à pectore & ſpatula, implantatis oſſi vlnæ mo- ,, uentes iſtud, quidam tendentes ſurſum, quidam deorſum, quidam eorum ,, circulariter conuertentes. Pars autem ſub prædicta iunctura, axilla dicitur, quæ carnibus glãdulofis adimpletur, quibus emunctoriũ cordis aſſignatur.

*Conſequenter* dicendum eſt de brachio, quod manus magna dicitur: quã in tres magnas partes Galen. in ſecundo de vtili. capitulo ſecundo diuidit. Vna quidem vlna, alia verò paruum brachium, tertia acrochirõ (id eſt, parua manus) nominatur. Ipſa etiam habet partes ſuprà nominatas. Qualis verò ſit cutis, & caro, ex ſuperioribus eſt manifeſtum.

*Nota quòd hîc vlnã capit pro brachio, brachium autem paruum pro cubito. vide Galen. loco allegato. Doct. 1. cap. 4.*

De arteriis autem, & venis manifeſtis quæ inueniũtur in brachiis, ſimul fit ſermo, ob cauſam ſuperius dictam. Poſtquã ipſe ramificando à ſuis principiis venerunt ad axillas, diuiduntur ibi in duas partes, quarum vna tendit ad partem exteriorem brachij, & alia ad interiorem. Illa quæ tendit exterius, ſtatim ramificatur: & vnus ramus aſcendit ſurſum retro ſpatulam, & ad caput: alter deſcendendo ſecatur in duos: quorũ vnus diuiditur per brachium exterius in multas partes, & dicitur Funis brachij, alter verò ramus deſcendit per partem ſuperiorem brachij, & manifeſtatur flexura cubiti: & vocatur ibi Cephalica, & ab eo loco deſcendit ad manum, & manifeſtatur inter pollicem & indicem, & dicitur illic Cephalica ocularis. Altera autem pars quæ diuiſa erat in axillis, quæ tendit ad partem interiorem, deſcendẽdo manifeſtatur in flexura cubiti: & dicitur Baſilica. & ab eo loco deſcendens ad manum, manifeſtatur inter digitum medicum & auricularem, & dicitur ibi Saluatella. Ab iſtis duabus venis, quando ſunt in curuatura cubiti, fit vnus ramus cõmunis, qui apparet in medio ambarum: atque dicitur Mediana, ſiue corporalis. Sunt igitur in brachio quatuor vel quinque magnæ venæ, & totidem arteriæ, quarum inciſio eſt periculoſa, propter earum inſignem ſanguinis fluxum. Plures ſunt alij rami, de quibus propter eorum paruitatem chirurgus non debet curare.

De neruis dicimus à nucha per ſpondylos colli venire ad brachia ſingula quatuor notabiles neruos, vnum ponè, alterum antè, tertiũ ſurſum, quartum deorſum: qui diuiſit per totum, vel per ſe, tranſeundo per profundum corporis, vel mixti muſculis, chordis & ligamentis, ſenſum & motum deferunt brachiis vniuerſis.

Muſculi ex neruis dictis, carne, & panniculis, efficiuntur quatuor præcipui & magni (videlicet in adiutorio ſeu humero mouentes brachium paruum: & quatuor in iſto: mouentes paruã manũ: & quinque in manu, mouẽtes digitos: quorũ omniũ chordæ neruoſæ ſic manifeſtãtur, vt ſuperius dictũ fuit: & nudãtur carne ad tres digitos prope iũcturã. vnde ſi vulnerẽtur,

magnum periculum infertur.

Sunt etiam in brachio multa ligamenta, quæ ab oſſibus deſcendunt, & tranſeunt per iuncturas, & cum chordis amplificatis tenent eas ligatas: quorum inciſio eſt periculoſa.

Vltimò de oſſibus,ſecundum diuiſionem dictam manus magnæ, eſt dicendum.In prima parte (quæ dicitur vlna ſiue adiutorium ) eſt vnum ſolum os medulloſum,ab vtraque parte rotundum.Superior rotũditas, quæ eſt vna ſola,ingreditur pyxidem ſeu foueam ſpatulæ, & conſtituit iuncturam humeralem.Inferior rotunditas eſt duplex , in medio cuius eſt vnus gradus,ac ſi eſſet trochlea duplex,per quam tranſeunt chordæ, cum quibus hauritur aqua:& à parte intrinſeca habet quandam eminentiam paruam: & retro habet quandam concauitatem, qua recipitur caput ſiue additamentum roſtrale maioris focilis tempore erectionis brachij:ita vt illæ rotũditates ingrediantur concauitates focilium , & voluantur tempore extenſionis,& flexionis brachij,& faciunt cubitalem iuncturam.Ab hac incipit brachium paruum ( quæ eſt ſecunda pars dicta ) in quo ſunt duo oſſa,focilia vocata: videlicet maius, quod eſt infra,longiúſque alio propter additionem roſtralem ſupradictam:& tendit verſus digitum minorem,faciendo extra vnam eminẽtiam gibboſam in modum ſubſcudis. Minus verò eſt ſuprà,& tendit à flexura cubiti vſque ad manũ verſus pollicem,ac ſi vellet addere ſe illi.Et in vtroque capite ipſorum ſunt foueæ quæ recipiunt rotunditates:ſcilicet verſus cubitum recipiunt rotunditates gradatas adiutorij,cum additamento roſtrali ipſius cubiti, & verſus manum,rotunditates oſſium manus.Et ſunt craſſiora ambo, & tangunt ſe in iunctura:circa medium verò graciliora, & diſtantiora, vt contineant neruos,& muſculos.Et vbi terminantur iſta duo focilia, & contigua ſunt oſsibus manus,fit iunctura ipſius.Incipit ergo hic manus,in qua ſunt tres acies oſsium:quorum inferiora ſuis rotunditatibus iunguntur foueis ſuperiorum.In prima acie ſunt tria oſſa:quia additio focilis quaſi eſt deſuper,tenens locum vnius oſsis.In ſecunda acie ſunt quatuor, & in ſuperiori eſt pyxis parua,in qua firmatur primum os pollicis. Oſſa iſtarum duarũ acierum ſunt curta:In tertia verò ſunt quatuor oſſa,aliis longiora.Pars prima duarum acierum dicitur raſceta,aut carpus:pars alia dicitur pectẽ, aut metacarpus.Poſtea ſequuntur digiti,& in quolibet ſunt tria oſſa: & ipſi ſunt quinque.Sunt ergo quindecim oſſa digitorum, & vndecim manus,& duo brachij,& vnum adiutorij.& ita in toto brachio magno, ſeu manu magna,ſunt vigintinouem oſſa.& ſic apparet numerus partium dictorum membrorum.

Reſtat videre de ægritudinibus,quæ eis poſſunt accidere multæ: vt apoſtemata,vulnera,diſlocationes,fracturæ,paralyſes. Et ex eorum anatomia videre poteſtis inciſiones debere fieri in longum, & ſecundum rugas:quia ita incedunt muſculi. Videre etiam poteſtis, inter horum iuncturas difficiliorem ad diſlocandum & reducendũ eſſe cubitalẽ, faciliorẽ humeralem,

humeralem, mediam verò manualem. & ad quas partes magis promptè fiat diſlocatio. Poteſtis etiam conſiderare, in paralyſi iſtorum membrorum, remedia debere applicari circa ſpondylos colli, quia ab eis ortum fiũt nerui.

## CAPITVLVM QVINTVM.

### *De Anatomia pectoris, & partium eius.*

PEctus ſiue thorax, eſt arca membrorum ſpiritualium: & ideo ſunt in eo quædam partes continentes, & quædam contentæ. Partes continentes ſunt quatuor, cutis, caro muſculoſa, mamillæ, atque oſſa. Contentæ ſunt octo, cor, pulmo, panniculi, ligamenta, nerui, venæ, arteriæ, gula ſiue œſophagus. Qualis ſit cutis, & caro, ſatis apparet.

Mamillæ ſunt ſupra carnem compoſitæ ex carne alba, glandulosa, ſpongioſa, & ex venis, arteriis atque neruis. Et inde habent colligationem cum corde, hepate, cerebro, atque membris generationi dicatis. De muſculis, loquendo breuiter ſecundum Auicennam, in pectore ſunt 80. aut 90. muſculi. Quidam eorum ſunt communes collo, quidam humeris, & ſpatulis: quidam ſunt diaphragmatis, quidam verò ſunt proprij thoracis, quidam coſtarum, quidam dorſi. Oſſa verò pectoris ſunt triplicia: à parte anteriori ſunt ſeptem, quæ vocantur oſſa thoracis: & ſunt multum cartilaginoſa: ſupra quorum primum verſus gulam recipitur in pyxide pes clauiculæ ſuperius dictæ. & ſub vltimo eorum in furcilla ad orificium ſtomachi, eſt quoddam additamentum cartilaginoſum, ſcutiforme vocatum. A parte poſteriori verſus dorſum ſunt 12. ſpondyli, per quos tranſit ſpinalis medulla, à qua oriuntur 12. paria neruorum, qui portant ſenſum & motum muſculis ſupradictis. A parte laterum, in quolibet latere ſunt 12. coſtæ, ſeptem videlicet veræ, & quinque falſæ ſiue mendoſæ, quia non ſunt integræ, vt prædictæ: quarum formam quilibet poteſt videre. Et hæc ſufficiant de partibus continentibus. *Pag. 53. lin. 20.*

De partibus contentis, ſi bene vis facere anatomiam, oportet vt incidas pectus ſecundum latera, & remoueas partem anteriorem, & cautè, propter mediaſtinum. Tunc apparebunt tibi interiora, quorum primum & principale eſt cor, quod eſt vitæ principium. Et ideo tanquam rex & dominus in medio pectoris, non declinando ad aliquam partem (iuxta dictum Gal. 6. de vtili) eſt ſitum. Quod intelligi debet de cento: quia inferior pars cordis, videtur modicum declinare ad ſiniſtram partem, propter locum hepatis: ſuperior verò, ad dextram, vt det locum arteriis. Eſt autem forma cordis in modũ pineæ inuerſæ: etenim acumen cordis vergit ad inferiora corporis, & latum illius (quod eſt radix) ad ſuperiora. Cordis ſubſtantia eſt dura, quaſi lacertoſa, in ſe habens duos ventriculos, dextrum & ſiniſtrum, & in medio foueam, vt dixit Galen. in quibus concoquitur ſanguis craſſus alibilis veniens ab hepate, fitque ſubtilis & ſpiritualis: *Cap. 2.* *De anat. viuorum, cap. 1.*

qui mittitur per arterias ad vniuerſum corpus, maximè ad alia membra principalia, nempe ad cerebrum, in quo elaboratus ſuſcipit aliam naturam, & efficitur animalis: & ad hepar, vbi efficitur naturalis: & ad teſticulos, in quibus efficitur generatiuus: & ad omnia alia membra vt ea viuificet, & reparet. Eſt enim inſtrumentum omnium virtutum, corporis & animæ completum vinculum. Præterea in eo ſunt duo orificia, dextrum & ſiniſtrum: dextrum ingreditur ramus venæ aſcendentis, quæ portat ſanguinem ab hepate ſurſum. Hic ab eodem egreditur: & vna pars (quæ dicitur vena arterialis) vadit ad nutriendum pulmonem: & eius reſiduum aſcendendo ſcinditur in multos ramos vſque ad extrema, vt ſuprà dictum eſt. Ab orificio autem ſiniſtro egreditur vena pulſatilis, cuius vna pars vadit ad pulmonem, quæ dicitur arteria venalis, portans fumoſos vapores ad pulmonem, & aërem introducens ad ipſum cor refrigerandum. Altera autem ramificatur inferius & ſuperius, ſicut dictũ eſt de aliis venis. Super iſta orificia ſunt tres pelliculæ aperientes, & claudentes introitum ſanguinis, & ſpiritus tempore conuenienti. Et iuxta ipſa ſunt duæ auriculæ, per quas ingreditur, & egreditur aër à corde præparatus à pulmone. Reperitur etiã in corde os cartilaginoſum, ad firmandũ & roborandum ipſum. Cor cooperitur capſula quadam forti, panniculoſa, pericardium à Gal. nominata, *Lib 6. vſ. part. cap. 16.* ad quam deſcendunt nerui, ſicut ad alia viſcera interiora. Ipſum autem cor alligatur pulmoni, & ſuſtentatur & firmatur per mediaſtinum. Ex quibus apparet, ipſum colligationem habere cum omnibus membris: apparet etiam ad tantæ dignitatis eſſe, vt longo tempore non ſuſtineat paſſiones.

Super ipſum cor ad eius refrigerationem volitat pulmo: cuius ſubſtantia eſt mollis, rara, ſpongioſa, atque alba: Huic inſeruntur triplicia vaſorũ genera: ſcilicet ramus venæ arterialis, qui oritur (vt dictum eſt) è dextro ventriculo cordis: & ramus arteriæ venalis, qui venit è ſiniſtro: & cum his rami ex trachea arteria, portãtes ipſi aërem propter cor. Quæ quidem vaſa diuiduntur per totum pulmonem vſque ad minima. Pulmo autem habet quinque lobos: duos in parte ſiniſtra, tres verò in dextra. Retro pulmonem verſus ſpondylum quintum, tranſit œſophagus, de quo dictum eſt ſuprà, tranſit etiam vena caua aſcendens, de qua dicetur infrà: & ambo tranſeunt per ipſum diaphragma. Tranſit etiam mater aorta aſcendens à corde. *Pag. 44.* Et omnia iſta cum trachæa faciunt vnum truncum, panniculis, & ligamentis fortibus, & carne glanduloſa repletum vſque ad guttur.

Conſequenter in pectore ſunt tres panniculi: primò eſt panniculus qui intrinſecus tegit omnes coſtas, dictus pleura: ſecundò eſt mediaſtinum, quod diuidit totum clibanum in partem ſiniſtram & dextram: tertiò eſt diaphragma, quod diuidit membra ſpiritualia à nutritioni dicatis. Hoc compoſitum eſt ex pleura, peritonæo, panniculo tendinoſo in medio (orto ex

ex neruis qui à ſpondylis ad diaphragma mittuntur) & partibus carnoſis maximè iuxta coſtas. Ex quibus apparet eſſe muſculum, cuius operatio eſt ad reſpirandum: & iuuamentum, ad expulſionem ſuperfluitatum, vt dicit Galenus.

## *CAPITVLVM SEXTVM.*

*De anatomia ventris & partium eius.*

VEnter æquiuoca eſt dictio ad duo: quod ad præſens attinet: primò accipitur pro eo quod tranſlatio ex Arabica lingua appellat ſtomachũ, ſtomachus autem in tranſlatione ex Greca dicitur meri, ſiue œſophagus: in Arabica verò ſtomachus dicitur vẽter. Secundò accipitur pro tota regione partiũ nutritioni dicatarũ: & ita accipitur hic. Circa quẽ inquiramus, ſequendo Mundinum, illa nouem quæ inquiruntur in aliis membris. Primò de poſitione & ſitu eius generali, ſiue totius, apparet, illum eſſe ſub regione ſpiritualium membrorum. De particulari poſitione & ſitu, videtis orificij regionem (quam præcordium antiqui vocauerunt) eſſe verſus forcellam. Pars ſtomachalis, inde ad tres digitos prope vmbilicum extenditur. Pars vmbilicalis & ſuminis ab vmbilico infra. Hypochondria ſunt à latere ſub coſtis: ilia verò ſuper anchas. Numerus partium ventris, & eius anatomia non poteſt bene videri, niſi (ſicut dictum fuit ſuprà) venter aperiatur ſecundum longum, & tranſuerſum: Ipſo ſic aperto, conſiderentur illius partes continentes, & contentæ. Partes continentes ſunt à parte anteriori abdomen & peritonæum: à poſteriori, ſpondyli quinque renum, & caro ſuppoſita ipſis. Abdomen reapſe componitur ex quatuor partibus, ſcilicet ex cute, pinguedine, panniculo carnoſo, & muſculis, à quibus procedunt chordæ. Peritonæum nihil eſt aliud quàm vnus panniculus intrinſecus adhærẽs ipſi abdomini. Ex quibus apparet differentia inter abdomen & peritonæũ, Partes contẽtæ ſunt ſeptem. primò eſt omẽtum, deinde inteſtina, pòſt ſtomachus, hepar, ſplen, meſenterium, atque renes (quia veſica & matrix dicẽtur in anatomia ancharum) de quibus ordine eſt pertractandum. De cute, pinguedine, atque panniculo carnoſo, notum eſt apud omnes. Muſculi ſunt in ventre creati ad ipſum corroborandum: & præterea iuuant alia membra ad ſuas ſuperfluitates expellendas. Et ſunt (ſecundum Gal. quarto de vtili. & ſexto therapeutices) numero octo: videlicet duo recti à clypeo ſtomachi procedẽtes vſque ad oſſa pectinis: duo tranſuerſi, à dorſo ſupra ventrẽ interſecãtes ſupradictos per mediũ vẽtris ad angulos rectos: quatuor obliquos, quorũ duo oriuntur à coſtis lateris dextri, & tendũt ad ſiniſtra oſſiũ ancharũ & pectinis: alij duo à ſiniſtris coſtis ad dextra oſſiũ dictorũ, interſecando ſe per medium vẽtris ad formã literæ X. Eleuatis autem & abſciſſis his muſculis, apparet peritonæum Græcè dictũ ab eo quod circuntẽdatur, ẽſique pãniculus neruoſus, durus & ſubtilis, ad hoc ordinatus vt prohibeat ne mu-

*Lib. 7. vſ. part. cap. 21.*

*Cap. 14. lib. 5. Cap. 4.*

ſculi comprimant membra nutritioni dicata dilatari & conſtringi pro natura aliorum membrorum:& ne rumpatur facile, & egrediantur contenta, ſicut accidit in herniosis: & vt liget inteſtina dorſo, iuuétque membra ad expellendum expellenda. Atque ita patet diſpoſitio partium continentium ipſius ventris.Ex qua manifeſtũ fit quod dixit Gal.in 6.therapeut.periculoſiores & difficiliores eſſe vulnerationes & ſuturæ circa medium ventris,quàm circa latera: quia illæ partes ſunt contractioni opportuniores, necnon eduſtioni inteſtinorum, quàm reliquæ.Apparet etiam,in vulneribus ventris penetrantibus, niſi peritoneum ſuatur cum abdomine,bonam incarnationem non fieri.

Cap.4. His viſis accedendum eſt ad partes contentas intra ventrem: vbi primò occurrit zirbus,qui Latinè omentum, epiploon autem à Græcis dicitur,ab epi quod eſt ſuprà,& ploon quod eſt natare,quaſi eminens ſupra totum.Eſt autem quidam panniculus,inuoluẽs & cooperiens ſtomachum,& inteſtina conſtans ex duabus tunicis denſis & ſubtilibus ſibi inuicem ſuppoſitis, multíſque arteriis, & venis,& pinguedine non pauca ad calefaciendum membra dicta ordinatus, vt Galenus ſcribit quarto de vtilitate, cap. nono. Eius origo eſt à partibus peritonæi quæ ſunt ſecundum dorſum. Ex quibus apparet, quando in vulneribus ventris exit dicta particula, eam facilè alterari ob pinguedinem:& ligandam eſſe, non incidendam,metu hæmorrhagiæ,ſecundum Galenum libro ſexto, capite quarto in therapeutices loco prææallegato.

Deinceps,quia inteſtina impediunt viſionem anatomiæ aliorum membrorum,dicendum eſt de ipſis. Sunt verò inteſtina vaſa ex duabus tunicis fabricata, ad perficiendum digeſtionem primam, & ad reddendum chylum ipſi hepati mediantibus venis meſeraicis) & ad expellendum fæcalem ſuperfluitatem,ordinata.Numerus inteſtinorum eſt ſenarius: & licet omnia ſint continua, habent tamen diuerſas formas & officia quibus diſtinguuntur,videlicet tria gracilia & totidem craſſa, quorum catalogus ponitur à Gal.quinto de vtil.cap.tertio. Primum quidem poſt ventriculum eſt ecphyſis,id eſt,exortus,ſiue duodenum:ſecundum, ieiunum: tertium, ſubtile:quartum,cæcum:quintum,colon:ſextum,rectum,in cuius extremitate ſunt muſculi qui regũt ſuperfluitates.Et vt melius videatur anatomia, incipiendum eſt ab vltimo inteſtino, quod vocatur rectum ſiue longano. & vt fæces non impediant,ligetur verſus partem ſuperiorem in duobus locis:& incidatur in medio ligaturæ:& dimittatur inferior pars: & procedatur diſcerpando vſque ad ilia,vbi incipit inteſtinũ colon,quod eſt craſſum, cellulis diſtinctũ,in quo fæces recipiunt formã ſuam:& eſt ferè duorũ brachiorũ longitudinis.Hoc inclinat multum ad renem ſiniſtrũ: & aſcendens verſus ſplenem,reuoluitur à parte anteriori ad dextrum ſtomachi,ſub loco tertio ipſius hepatis:vbi recipit quandam portionem choleræ, quæ excitat illud ad expellendum:& reuoluendo deſcendit ad renem dextrum, verſus termi-

terminum anchæ. Hîc incipit monoculum ſiue cæcum, ſic cognominatum,quia non videtur habere niſi vnum orificiũ, licet habeat duo valde propinqua ſibi:per vnum ingreditur materia,per aliud egreditur. Vocatur etiam ſaccus in modum ſtomachi,cùm ſit alter ſtomachus: & eſt curtus longitudine vnius palmi ſatis magni.Iſtud ex propinquitate ſua cum inguinib.& quia non eſt bene ligatum per hernias,promptius deſcendit in oſcheum,ſecundum Auic.Ab ipſo oritur ileõ: quod eſt inteſtinum gracile,ſeptem vel octo brachiorũ longitudinis:& reuoluitur multum circa ilia & dorſum.Poſt autem inuenies inteſtinum ieiunum:ſic dictũ à vacuitate facta præ multitudine meſeraicarum,& à portione choleræ delegatæ inter ipſum & duodenum.Ei continuatur duodenum ita nominatũ, quia eius longitudo eſt 12.digitorum vj.Pylorus,id eſt ianitor etiam vocatur ab officio,quia eſt ad portam inferiorem ſtomachi, ſicut gula eſt ad ſuperiorem. Ex prædictis videre poteſtis,ad paſsiones inteſtinorum inuentionem clyſteriorum,& loca vbi debent applicari remedia: nempe in colica,à parte anteriori,& circa partem dextram ac ſiniſtrã:in iliaca, circa latera. Et vulnera inteſtinorum gracilium non curari,quia panniculoſiora: craſſorum autem aliquoties,quia carnoſiora.Et vt melius videas reliqua, præſtat ligare verſus pylorum,& incidere,vt ſuprà feciſti. Tunc extrahuntur inteſtina:vt videas (ſi vis) primò meſenterium (quod nihil eſt aliud, quàm textura venarum meſeraicarum innumerabiliũ, ramificatarum è vena dicta porta hepatis,ad inteſtina:cooperta & munita panniculis & ligamentis quæ iungunt inteſtina dorſo,plena pinguedine & carne glanduloſa) dictum vulgariter *rodol*:quod videbis ſeparatũ ab inteſtinis, & ipſo expulſo,videas anatomiam ſtomachi.

III. Li.3.fen 22.tr.1. cap.2. IIII. V. VI.

*Stomachus* ſeu venter,eſt organum digeſtionis primæ, chily generatiuũ, & ſicut meſeraicæ ſunt præparatoriæ digeſtionis hepatis, ita & os ſtomachi. Vnde Auic. inquit,nutriens in maſticatione aliquam habet digeſtionem.Stomacho inſeruit meri ſeu œſophagus,à parte ſuperiori,ad ducendũ cibaria eidem, & inteſtina cũ meſeraicis, ad expellendũ nociua, & diſtribuendum vtilia digeſta & ab eo in chylum cõuerſa. Eſt enim velut promptuarium aliquod commune omnibus particulis, in medio animalis conſtitutum,ſecundũ Gal.quarto de vtilitate,cap.primo.Et licet in medio ſub thorace ſit poſitus,nihilominus pars ipſius ſuperior modicum inclinat ad ſiniſtrã,verſus ſpondylũ duodecimũ,vbi terminatur diaphragma: inferior verò,ad dextrã. Actio eius eſt concoquere,idque caliditate propriæ carnoſitatis fundi ſui (vt dicit Auicẽna) & caliditatibus acquiſitis à vicinis ſuis. Habet enim hepar à dextris,eum quaſi deſuper,cum ſuis lobis velut digitis calefaciens:& ſplenem à ſiniſtris tranſuerſim,cum ſua pinguedine & venis (qui præterea illi melancholiã ad excitandũ appetitum mandat) & deſuper cor ipſum cum arteriis ſuis viuificans: & cerebrum quod ad ſentiendum illi verſus ſuperiorem partem neruorum ramũ dirigit. Habet etiam ex parte dorſi venam cauam, & arteriam aortã deſcendentes: & multa li-

Li.1.fen 1.do.4.c. 2. Li.3.fen 13.tr.1. cap.1.

gamenta quibus alligatur ſpondylis renum. Et ita patet actio, poſitio & eius colligatio. Numerus autem partium eius, ſicut dictum fuit de gula, cōſtat duabus tunicis: carnoſa videlicet extrinſecus, neruoſa verò intrinſecus, cum villis longis, ad attrahendum, cum tranſuerſis ad retinendum, & obliquis ad expellendum. Forma ipſius & figura eſt rotunda, oblonga, inſtar cucurbitæ curuæ: & ſic curuatus eſt, vt orificia dicta ſint altiora loca ſui corporis ne fiat contentorum exitus improuiſus. Quantitas manifeſta eſt, communiter continet duos vel tres pintas vini. Ægritudines poteſt pati multas: ad quarum curationem iuuat anatome: quia remedia parti poſteriori poſſunt conferre, à parte ſpondyli duodecim: & à parte anteriori, de forcella vſque prope vmbilicum. Conſequenter eſt dicendum de hepate.

*Hepar* eſt organum digeſtionis ſecundæ, generationi ſanguinis dicatū, in dextro latere ſub coſtis falſis collocatum. Formam habet lunarem: gibboſam verſus coſtas, concauum verſus ſtomachum, cum quinque lobis ſeu pinnulis, ad inſtar manus deſuper ipſum ſtomachum comprehendens. Hepar, ſicut & alia viſcera, habet panniculum qui ipſum cooperit: ad quem gratia ſenſus peruenit neruus paruus. Ipſum verò hepar cū panniculo ſuo, alligatur diaphragmati, (& conſequenter partibus ſuperioribus) fortibus ligamentis, necnon dorſo, ſtomacho, & inteſtinis. & habet colligationem cum eis, & cum corde, & renibus, atque etiam cum teſticulis, & cum omnibus membris. Subſtantia hepatis eſt rubra, carnoſa, ac ſi eſſet ſanguis coagulatus, diſperſis per totam venis & arteriis, vt dicetur. Hepar verò, licet ſit ex multis compoſitum, habet tamen vnam ſimplicem particulam (carnem, videlicet) per quam ſanguificationis eſt & venarum principium. Nam (vt dicit Galen. in ſecundo de virtutibus naturalibus, capitulo penult. & in quarto de vtilitate, capitulo tertio) ſicut ex muſto in vegete per ebullitionem fiunt tres ſubſtantiæ, ita ex chylo in hepate per concoctionē fiunt tres ſubſtantiæ: ſcilicet duæ ſuperfluitates, & vna naturalis ſubſtantia, cum aquoſitate communi aliis humoribus. Maſſa ſanguinea (per noſtram ſcholam communem ſic dicta) quatuor in ſe continet ſubſtantias naturales & alibiles, vt in ſecundo de elementis demonſtratum eſt completé. Iſti enim humores qui in hepate ex chylo, vt dictum eſt, generantur, duplices ſunt: quidam naturales, à naturalitate nutricationis dicti: quidam ſunt non naturales. Naturales cum ſanguine mittuntur, ad vniuerſum corpus generandum & nutriendum: non naturales ſequeſtrantur, & mittuntur ad loca deſtinata, propter iuuamenta aliqua: aut expelluntur à corpore. Mittuntur autem, velut cholera ad cyſtin fellis, melancholia ad ſplenem, phlegma ad iuncturas, aquea ſuperfluitas ad renes & veſicam. Expellūtur à corpore, & vadunt cum ſanguine: & aliquoties putrefiunt, & faciunt febres: aliquoties expelluntur ad cutim, & reſoluuntur inſenſibiliter, aut ſenſibiliter per ſudorē, aut per ſcabiem, aut per puſtulas, ſiue apoſtemata. Sunt igitur quatuor humores naturales, & quatuor nō naturales, & aquoſitates: quos antiqui nominauerunt ſanguinem, phlegma, choleram, melancholiam:

liam: qui in hepate generati,diſtribuuntur hoc modo. A concauo hepatis exit vna vena,dicta porta: quæ diuiditur in innumerabiles venas meſeraicas inſertas ſtomacho & inteſtinis,quæ attrahũt,& portãt ad hepar,per totam portionem ſucculentam chyli: & ipſa cum radicibus ſuis eum diſtribuit per totum hepar. A gibbo verò eiuſdem hepatis egreditur vena dicta caua,ſeu cœle: quæ etiam radicibus ſuis occurrentibus aliis,à toto hepate extrahit ſanguinem generatum in eo:& ipſa ramificando ſurſum & deorſum(vt ſuprà dictum fuit) diſtribuit & portat ipſum ſanguinem ad vniuerſum corpus nutriendum, vbi digeſtio perficitur tertia & quarta. Ab ipſo etiam hepate egrediuntur propriæ viæ,& canales, portantes ſuperfluitates coctionis dictæ ad loca propria, quæ dicentur. Ex quibus patet actio,poſitio,ſubſtantia,colligatio,& alia quæ inquiruntur in hepate, ſicut in aliis membris. Reſtat de ægritudinibus dicere. Hepar vt apparet, poteſt pati multas ægritudines:ex quibus læditur ſanguificatio,quæ eſt actio eius propria: & fit cacochymia & hydropiſis. Etenim hydropiſis eſt error digeſtiuæ in hepate, ſecundum Gal.in ſecundo de virtutibus naturalibus,& in 3. libro de differentiis ſymptomatum. Apparet etiam ex dictis,medicamina hepatis debere applicari dextro lateri: & quòd propter eius ſubſtãtiam debent habere aliquid ſtyptici qualitatis.

*Poſt anatomiam* hepatis, dicendum eſt de particulis ad quas mandantur ſuperfluitates iam in eo (vt dictum eſt) generatæ: & primò de cyſti fellis. Nam cyſtis fellis eſt quædam burſa, ſiue veſica membranea, poſita in concauitate hepatis,circa medium lobum,ad recipiendum ſuperfluitatem cholericam quæ generatur in eo,ordinata. Quæ quidem burſa duo habet orificia ſiue colla, vnita poſt aliquam diſtantiam, ſecundum Mundinum. Vnum dirigitur verſus medium hepatis,ad recipiendum choleram: alterum ad fundum ſtomachi,& ad inteſtina,ad mundandum, & expellendum choleram ad ipſa,propter vtilitates dictas.Ex quibus apparet ſitus,locus,actio, ſubſtantia,forma,partes, & colligatio. Quantitatẽ poteſtis videre,& quod continetur in ea. continet forte vnum vitrum plenum. Poteſtis etiam conſiderare,illam poſſe pati oppillationes & in collo communi,& in propriis.Quando in communi,tunc cholera non attrahitur,nec expellitur: ſed remanet cum ſanguine, & citrino colore tingit vrinam, & totum corpus. Quando in propriis, deficiunt iuuamenta quæ facit in illis membris ad quæ delegabatur:& genera accidentia mala,ſecundum Gal.tertio de cauſis ſymptomatum,& quintò de locis affectis. *Cap.2.* *Cap.7.*

*Splen* eſt receptaculum ſuperfluitatis melancholicæ in hepate generatæ, in parte ſiniſtra tranſuerſim amplectens ſtomachũ, ordinatum. Cuius ſubſtantia eſt rara, ſpongioſa, nigrior quàm hepatis. Figuram habet oblongam, ferè quadrangularem: & alligatur panniculo ſuo coſtis ſecundum gibbum ſuum, & ſecundum concauum ipſi ſtomacho & omento.Splen habet duos meatus: per vnum trahit ab hepate ſuperfluitatem dictam, per alium mittit eam ad ſtomachum, ob iuuamenta dicta.

Splen poteſt multas pati ægritudines, promptiſſimè durities, & oppilationes, propter materiam dictam. quòd ſi ab his patiatur defectum mundandi hepar, corpus efficitur tenue, & decoloratum: ſi defectum mittendi ad ſtomachum, læditur appetitus: vt hæc leguntur vbi ſuprá. Solutiones continuitatis in eo non ſunt ita periculoſæ, ſicut in hepate. Fortiores medicinas ſuſtinet ſplen, quàm hepar. Purgatur propriè per ventrem. Medicamenta ei admouentur circa latus ſiniſtrũ, vt dicit Gal. 13. therapeut. *Cap. 17.*

*Renes* ſunt particulæ ad mundandum ſanguinem à ſuperfluitate aquoſa ordinatæ: & ſunt duo, vnus à dextris prope hepar, alius à ſiniſtris inferior altero. Subſtantia ipſorum eſt carnoſa, dura. ipſi verò forma ſunt rotundi velut ouum compreſſum: & habent in ſe concauitates, in quibus recipitur quod ab eis attrahitur. In quolibet ipſorum ſunt duo colla: per vnum attrahunt aquoſitatem à vena caua, & conſequenter ab hepate: & per aliud ipſam aquoſitatem (dictam vrinam) tranſmittunt ad veſicam. Ad renes veniunt venæ, arteriæ, & nerui: ex quibus fit panniculus ipſorũ. Renes habent pinguedinem ſeuoſam circunquaque. Renes alligantur dorſo. Retro renes iuxta ſpondylos ſunt lumbi, ſuper quos ipſi iacent tanquam in ſua culcitra. Inter ambos renes ſupra ſpondylos tranſeunt vena caua, & arteria aorta, ad membra inferiora: à quibus venis ſatis prope oriuntur vaſa ſpermatica, de quibus dicetur inferius. Renes poſſunt pati multas ægritudines, præcipuè oppilationes, & lapides. Modũ curãdi videtis difficilẽ vndiquaq;.

Quibus quidem viſis potes omnia abiicere, excepto ſtomacho (ſi debet fieri anatomia membrorum ſuperiorum) & renibus, ad videndum anatomiam inferiorum: & tunc numerum & quantitatem ſpondylorum inſpicias, & inuenies eos quinque craſſiores aliis, per quos deſcendunt quinque paria neruorum à ſpinali medulla ad vniuerſum ventrem, & ad partes coxarum atque pedum magnorum.

## *CAPITVLVM SEPTIMVM.*

### *De anatomia ancharum, & partium earum.*

PEr anchas hîc intelliguntur partes inferiores ventris, à ſumine vſque ad coxas & pudenda. Earum partes ſunt triplices: quædam ſunt continentes, quædam contentæ, quædam exterius procedentes. Partes continẽtes ſunt abdomen, & peritoneum, omentum, & oſſa. Partes contentæ ſunt, veſica, vaſa ſpermatica, matrix in mulieribus, longano ſiue rectum inteſtinum, nerui, venæ & arteriæ infra deſcendentes. Partes exterius procedentes ſunt didymi, teſticuli, atque virga, inguina, perinæum, nates, & muſculi ad coxam deſcendentes: de quibus ordine eſt dicendum.

De partibus continentibus, quantũ ad abdomen, peritonæum, & omentum, in ſuperiori ventre ſatis fuit dictum. Quantũ ad oſſa, ita eſt expediendũ. In anchis inueniuntur duo modi oſſiũ. primò ſunt à parte dorſi tres aut quatuor ſpondyli oſſis ſacri, & duo vel tres cartilaginoſi oſſis caudæ. Primus oſſis ſacri eſt valde craſſus, ſequẽtes verò minuendo procedũt verſus anum

anum & finem dorſi.foramina quorum(vnde procedunt nerui)ſunt anterius,& non in latere,vt in aliis oſſibus dorſi. A parte laterum ſunt duo oſſa magna,in quolibet latere vnum: quæ iunguntur illi magno ſpondylo oſſis ſacri poſterius:anterius verò in pube faciunt os pectinis: Sunt autem lata ex parte iliorum: vnde etiam vocantur ilia,ſiue oſſa iliũm. In medio ipſorum à parte exteriori ſunt concauitates,dictæ pyxides: in quibus recipiuntur vertebra oſſium coxarum,Ibidem,ſtatim verſus partes ani, eſt in quolibet magnum foramen:de quo dicit Gal.lib.decimoſexto de vtilit.capitulo nono: In intermedio capitis coxæ & oſſium pubis,neceſſarium fuit fieri foramen magnum,& ſemitam per quam deſcenderent nerui,& muſculi,venæ,& arteriæ,quæ ſuperne feruntur deorſum. Sunt etiam à parte pectinis ſtricta inſtar fræni in pectine ſe iungendo. Et licet reapſe ſit vnum os, tres tamen habet nomenclaturas: & ideo tria oſſa dicuntur ab aliquibus, ſcilicet os ilij à parte ſuperiori, os pectinis ſiue pubis ab anteriori, os femoris in medio.

De partibus contentis,prima quæ occurrit eſt veſica, quæ eſt ſuſceptorium quoddam,velut peluis ſiue ſaccus,ſuperfluitatis vrinalis à renibus in eam tranſcolatæ.Cuius ſubſtantia eſt pannicularis,ſeu membranea, fortis, compoſita ex duobus panniculis.Forma ipſius eſt rotunda. Quantitas fere vnius pintæ.Situs eius eſt immediatè ſub pectine. Ei inſeruntur duo meatus longi,deſcendentes à renibus, qui pori vritides ſeu vreteres appellantur, ingredientes per latera ipſius diagonaliter, portantes vrinam ab ipſis renibus.Eſt etiam in ipſa collum carnoſum(cum muſculis claudentibus & aperientibus)exiens ab ipſa,flexibiliter tranſeundo perinæum vſque ad virgam in viris:in mulieribus autem ſine reflexione,vſque ad duos digitos intra vuluam.Per illud extra pellitur vrina.Ex quibus apparet actio,ſubſtantia,poſitio,& cætera quæ inquiruntur in aliis membris.Apparet etiam veſicam eſſe promptam ad oppilationes,propter collum:& ad lapides,propter vrinam arenoſam, quam ſuſcipit & retinet. Ab ipſa modus ſyringa,vti habetur.Ipſa etiam indicat,in collo,& extra ſuturam perinæi, debere fieri inciſionem lapidis gratia,vt dicetur infrà in medicationibus. *Veſica.* *Tr.6.do. 2.cap.7. de inciſ. lapidis.*

Vaſa ſpermatica ſunt quædam venæ,quæ oriuntur iuxta renes à vena caua,& arteria aorta deſcendentibus,portantes ſanguinem ad teſticulos,tam viri quàm mulieris:in quibus per vlteriorem concoctionem efficitur ſperma.Sperma enim eſt ſemen & germen naturæ humanæ.In viris procedunt extra:quia teſticuli eorum ſunt exterius.In mulieribus remanẽt intus:quia intus ſunt teſticuli mulierum,vt dicetur. Ex quibus apparet,propter ortũ iſtorum vaſorum,ſperma ſapere naturam cordis,hepatis, & renum:per neruos etiam qui gratia delectationis à cerebro deſcendunt ad teſticulos, cerebrum his communicat & per conſequens totum corpus. Sperma ergo hac ratione decidit à toto corpore:non quidem mole,ſed vigore,vt dignus tenet Conciliator. *Diff.34.*

Matrix. *Conſequenter* gratia mulierum dicetur de matrice. Eſt autẽ matrix ager
generationis,& conſequenter organum ſuſceptiuum ſeminis. Cuius ſitus
eſt inter veſicam,& longanonem.Subſtantia eius pannicularis eſt,ex dua-
bus tunicis compoſita.Forma eſt rotunda,cum duobus cornibus ſeu bra
chiis diſtinctis per cellulas:in capite quorum eſt paruus teſticulus, parti
ſuperiori inſertus: à parte verò anteriori habens canalem amplum.Eſt au
Cap.6. tem veluti virga inuerſa,aut intus poſita decimoquarto de vtilit. particu
larum.Habet enim ſuperius duo brachia cellulis diſtincta,cum teſticulis,
velut teſticulorum burſa:habet etiam ventrem communem in medio,ve
lut partes pectinis:habet collum inferius canaliculatum,ceu virgam:ha-
bet etiam vuluam,quaſi balanum: habet præterea tentiginem, velut præ-
putium:habet etiam longitudinem quantã virga ſcilicet octo vel nouem
digitorum.Et licet non habeat niſi duos ſinus,ſeu concauitates manife-
ſtas pro numero mammillarum,habet tamen quamlibet illarum triplici-
ter cellulis diſtinctam,& vnam in medio:ita vt (ſecundum Mundinum)ſe
ptem in ea reperiantur receptacula.Colligationem habet cum cerebro,
corde,hepate,& ſtomacho:& alligatur dorſo : inter ipſam & mammillas
cõtinuantur venæ lactariæ & menſtruales.quarum ratione dicebat Gal.
Cap.8. vbi ſuprà,Hippocratem ſcripſiſſe,lac menſtrui eſſe fratrem: vnde nõ con-
tingit per idem tempus menſtrua bene fieri,& lactare fœminam.Aegritu
dines matricis ſunt multæ.Modus medẽdi per peſſaria,ab ipſa inuenitur:
& hoc de matrice.

*Sub longano* prædictis particulis longano,ſiue rectũ inteſtinũ (quod di-
miſiſtis ſuperius in anatomia inteſtinorũ) inuenitur: quod eſt receptoriũ
ſuperfluitatum coctionis primæ.Cuius ſubſtantia eſt pãnicularis, vt alio-
rum inteſtinorũ.Longitudo verò vnius palmi,vſque prope renes directũ
ſuper oſſa caudæ iacens.Pars ipſius inferior dicitur anus.Circa ipſum duo
ſunt muſculi,aperientes & claudentes ipſum:& ibidẽ applicãtur quinque
rami venarum,quæ hæmorrhoidales appellantur, Colligationẽ habet ma
gnam cum veſica:& ideo in ægritudinibus compatiuntur.Deinde eleua-
to longano ne poteris videre venas,& arterias,& neruos,quomodo rami-
ficentur,& ad partes inferiores mittantur.

*De partibus* extrà progredientibus,primò videndũ eſt de didymo & o-
ſcheo.Circa quæ vidẽda ſunt duo:primũ cõtinentia,deinde cõtenta.Con
tinẽtia ſunt tot,quot fuerũt ſuperius dicta in vẽtre:quia ab illis partes iſto
rũ oriũtur ab abdomine abdomẽ:à peritonæo peritonęũ,exteriuspẽdẽtes,
ſupra os pectinis trãſeuntes. Horũ principiũ dum exit, vocatur didymus,
quia duplicatus: Finis verò oſcheũ,ſeu ſcrotũ & teſticulorũ burſa. Partes
cõtẽtæ ſunt tres:primò teſticuli,qui ſunt organa præcipua generationis.)
In ipſis enim perficitur ſperma.)Quorũ ſubſtantia eſt carnoſa,glanduloſa,
& alba.Deinde ſunt vaſa ſpermatica à ſuperius dictis venientia,quæ ſunt
duplicia,ſcilicet deferentia & eiaculatoria.Deferẽtia ſunt vena & arteria,
quæ dictæ ſunt oriri à vena caua & ab aorta.Eiaculatoria ſunt, quæ aſcen-
dentia

dentia iuxta collum veſicæ, expellunt ſperma in foramẽ virgæ. Præter hæc eſt neruus ſuſpenſorius & ſenſificus, qui deſcendit ad teſticulos. Sunt ergo intra didymũ & burſam quatuor corpora dicta. Ex quibus apparet, verſus inguen in abdomine & peritonæo eſſe debere (vti eſt) foramen, per quod deſcendunt supernè tria corpora, ſcilicet vena & arteria delatoria, & neruus: & iuxta collum veſicæ ad radicem virgæ, aliud vas ſpermaticum, per quod aſcendit & expellitur ſperma in canalem virgæ. Apparet etiam, cùm foramen verſus inguen dilatatur præter naturam, tunc corpora ſuperiora vt omentum & inteſtina, poſſe exire & deſcendere in didymum & oſcheũ, & facere ramicem ſeu rupturam & crepaturam: ſin alia materia, etiam herniam, quorum curatio ſuis locis dicetur.

Conſequenter dicendum eſt de virga. Eſt autem virga agricultor naturæ & conſequenter via vrinæ: Eius ſubſtantia eſt compoſita ex cute, muſculis, tendinibus, venis, arteriis, neruis, & craſſiſſimis ligamentis. Sita eſt & plantata ſuper os pectinis. Ligamenta veniũt ab oſſe ſacro, & locis ei adiacẽtibus. Venę, arteriæ, nerui, caro, & cutis à ſuperioribus locis ei adducũtur. In ipſa ſunt duo canales, aut tranſitus præcipui, ſpermatis videlicet & vrinæ. Finis virgæ vocatur balanus, id eſt glans: foramen, mitra, capitum, præputium. Quantitas virgæ communis octo vel nouẽ digitorũ, cum craſſitudine moderata eſſe debet. etenim proportionẽ habereq́ matricẽ eã oportet. *Virga.*

Perinæum eſt illud, quod ex lingua Arabica trãſlatio peritonæum vocat & eſt locus inter anum, & pudenda, ſuper quem eſt quædam ſutura, quæ ſequitur oſchei & virgæ lineamentum.

Inguina ſunt hepatis emunctoria: & ſunt carnes glanduloſæ, in plicatura coxæ ordinatæ.

Nates, ſunt carnes craſſæ, muſculoſæ, ſuper oſſa femoris ordinatæ.

Vltimò ſunt in anchis, & ab anchis deſcendunt muſculi, chordæ & ligamenta, mouentia, & ligantia coxam & tibiam magnam ipſis anchis.

## CAPITVLVM OCTAVVM

### *De anatomia tibiarum ſeu magnorum pedum.*

PEs magnus, ſiue tibia magna, extenditur à iunctura iſchij vſque ad extrema articulorum. Et quia particulæ talis pedis ſiue tibiæ, conueniunt in multis cum particulis manus magnæ (vt Gal. explicat in tertio de vtilit.) ob id iſte pes magnus ſiue tibia, diuiditur in tres partes, vt ſuprà manus fuit diuiſa. Vna quidem pars magni pedis, ſeu tibiæ, dicitur coxa: alia, parua tibia: tertia verò, pes paruus. Verum eſt quod Græca trãſlatio vocat crus, quod Arabica vocat coxam: & tibiam, quod vocat crus. Sed de nominibus non eſt curandum, modò res ſit eadem, vt paſſim dicit Gal. *Cap. 6.*

Pes magnus cũ omnibus partibus ſuis, cõponitur vt manus magna, cute, carne, venis, arteriis, neruis, muſculis, tendonibus, colligationibus, atque

oſſibus:de quibus ordinatim eſt videndum.De cute & carne quales ſint,ſuperius fuit ſatis dictum.

Do. I. cap. 4. *De venis & arterijs* manifeſtis inſimul fiat ſermo, propter cauſam ſuperius allegatam.Poſtquam ergo venæ, ramificando à ſuis principiis deſcenderunt ad vltimum ſpondylum,diiuiduntur in duas partes,quarũ vna tendit ad dextrã,altera ad ſiniſtrã coxã.Ibi rurſus diuidũtur in ramos magnos: vnus tendit ad partem exteriorẽ,alter ad interiorẽ: & ramificando deſcendunt per tibiam ad malleolos & ad pedes: & conſtituunt quatuor venas, quæ communiter aperiuntur ob certas paſſiones: ſcilicet ſaphenam, ſub malleolo interiori verſus talum:ſciaticam,ſub malleolo exteriori: popliticam,ſub poplite:renalem,inter digitum paruum & ſequentem. Sunt ergo in tibiis quatuor venæ manifeſtæ,& craſſæ quę maximũ fluxũ pati,& periculum multoties inferre poſſunt.Plures alij ſunt rami,de quibus chirurgus non multum debet curare.

Lib. I. fen. I. do. 5. ſum. 3. cap. 5. De neruis pedum dicit Auic.quòd diuerſi ſunt à neruis manuum multùm.Quicquid ſit,ipſi oriuntur à ſpondylis vltimis renum & oſſis ſacri:& maior pars tranſit per foramen oſſis femoris,& deſcendit ad muſculos poplitis.Et ex iſtis iunctis cum muſculis & chordis mouentibus iuncturam, deſcendentibus ab anchis, & applicatis oſſi coxæ, efficiuntur muſculi magni qui ſunt ſupra coxam, mouentes genu & tibiam. Et muſculi ſupra tibiam, mouentes pedem in malleolo, & muſculi pedum, mouentes articulos, eodem modo vt fuit dictum de manibus: ſuper hoc aliquam recipientes differentiam, opera chirurgiæ non multum variantem. Non tamen eſt obliuiſcendum quod dictum fuit ſuperius, nempe ſecundum formam muſculorum, vulnera prope iuncturas eſſe periculoſa valde.

Colligationes ſiue ligamenta magna & craſſa deſcendunt per totam tibiam,& manifeſta ſunt valde ſub inguinibus & genu, & ſuper calcaneum & iuncturas articulorum:& planta pedis tota eſt ligamentoſa.

Vltimò de oſſibus,ſecundum diuiſionem dictam magni pedis vel tibiæ, eſt dicendum.In prima parte,quæ dicitur coxa,eſt vnum ſolum os magnũ, medulloſum:& eſt ab vtraque parte rotũdum.Superior rotunditas(quæ eſt vna ſola,dicta Vertebrum, & vergit introrſum) recipitur pyxide oſſis anchæ:& eſt aliquantulum gibboſa exterius.In parte verò inferiori verſus genu,habet duas rotunditates, quæ recipiuntur & voluuntur in duabus concauitatibus,quæ ſunt in focili maiori tibiæ. Et ſupra eſt quoddam os rotundum latum, quod dicitur patella genu,& ita perficitur iunctura genu.

Deinde ſequitur tibia: & in illa ſunt duo oſſa dicta focilia: maius eſt à parte anteriori & domeſtica,quod facit aciem tibiæ,& deſcendendo de genu vſque ad pedem,facit malleolum interiorem.Minus eſt à parte exteriori & ſylueſtri,deſcendens ſub genu parum, vbi implantatur vſque ad pedem, ibique iungendo ſe alteri focilli,facit malleolũ exteriorem:Cuius oppoſitũ dicit Guill.de Saliceto,& ſectator eius Lanfrancus,& malè.Et qui volet

Lib. 4. cap. vlt.

videre,

videre, teſtimonium veritatis poterit perhibere. Forma iſtorum duorum focilium talis eſt: Maius habet duas concauitates verſus genu, in quibus recipiuntur rotunditates coxæ: quia minus non peruenit ad iuncturam, ſed implantatur (vt dictum eſt) & iacet prope ſub genu à parte exteriori: & ideò vocatur acus. Et verſus pedem iungendo ſe maiori focili, faciunt ambo vnam concauitatem lunarem, in quam recipitur primum os pedis.

Pes habet tarſum, metarſum & pectinem, ſicut & parua manus: ſúntque in eo tres ordines oſſium: in primo ſunt tria oſſa in ſimul rotundaliter aggregata. Primum eſt cahab Arabicè, Græcè aſtragalus: & eſt quaſi inſtar nodi baliſtæ, rotundum ab vtraque parte. In ſuperiore rotunditate firmatur concauitas focilium, & ibi mouetur pes: In alia rotunditate firmatur concauitas oſſis nauicularis. Poſt ipſum cahab, immediatè verſus pedem, eſt os nauiculare: quod eſt quaſi nauis concaua ab vtraque parte. In prima concauitate recipitur rotunditas cahab, & in alia rotunditates ſecundæ aciei oſſium pedis. Sub his duobus oſſibus, eſt calcaneus, factus ad formam calcaris: in quo firmatur totus pes, & exit verſus poſterius, ob ligamenta quæ ipſi inſeruntur. Poſt nauiculare immediatè eſt ſecundus ordo oſſium pedis, in quo ſunt quatuor oſſa ſatis curta: & vnum ipſorum dicitur grandinoſum, à parte exteriori verſus paruum articulum. Ea ſunt rotunda verſus nauiculare, & concaua verſus tertium ordinem. In tertio ordine ſunt quinque oſſa ſatis longa, quæ reſpondent digitis, eóſque reſpiciunt. Sunt verò hi quinque, habentes ſinguli tria oſſa, excepto pollice qui non habet niſi duo. Sunt ergo in pede paruo, viginti ſex oſſa: & in toto pede magno ſeu tibia, triginta. Ex quibus poteſt conſiderare chirurgus, modum diſlocandi & frangendi, & conſequenter modum reducendi. Videre poteſt etiã, inter iſtas iuncturas difficiliorem ad diſlocandum, & ad reducendum eſſe iuncturam pedis parui: faciliorem genualem, mediocrem ſciaticalem. Et Deus ſit adiutor noſter. Amen.

## TRACTATVS SECVNDVS DE APOSTEMATIBVS, EXITVRIS, ET puſtulis, cuius ſunt duæ doctrinæ.

*Doctrina prima eſt de apoſtematibus, puſtulis, & exituris, prout inſunt membris ſimplicibus.*

*Doctrina ſecunda in ſpeciali, ſeu particulatim prout inſunt membris compoſitis.*

Prima doctrina habet quinque capitula.

### *CAPITVLVM PRIMVM.*

*Sermo vniuerſalis, De apoſtematibus, puſtulis, & exituris.*

APOSTEMA per eſſentialia à Galeno diffinitur primo de ægritudine & ſymptomate, & ab Auicen. in ſuo can. lib. 1. eſſe ægritudo compoſita ex triplici genere morborum in vnam magnitudinẽ aggregatorũ. Iſta autem diffinitio oſtẽditur eſſe per- *Definitio. Cap. 11. Fen. 2. doct. 1. c. 5*

*Diff. 25.* fecta à Conciliatore & Alberto Bonon.ſequētib.viros prefatos. Nam dif-
*in appēd.* finiti eſſentiā cōſtituit, & facit illud differre à quocūque alio.Ponitur verò
in ea ægritudo pro genere:Reliqua,pro differentia aliorū modorū cōpoſi-
*Cap.12.* tionis,qui numerātur à Gal.vbi ſupra. Per accidētalia deſcribitur à Gal.in
*& 13.* lib.de tumoribus preter naturā,in quo magis curauit apoſtema manifeſta- "
*Cap.1.* re ſenſui,quàm intellectui,dū dicit:Vnum aliquid eorum quę accidūt cor- "
poribus,eſt res quæ indicatur vocabulo tumoris, & non cuiuſuis, ſed ma- "
*Cap.1.* gni,qui nocet actionibus,euidenter.Quam deſcriptionem in decimotertio "
therapeu.repetit ſub his verbis:Manifeſtum eſt,in tumore penes magnitu- "
dinē receſſiſſe mēbra ab eo quod eſt ſecundū naturam,puta ſecundū appa-
rentiā:quia forte primò,& magis per ſe peccat mala cōplexio,conſequēter
*Diff.75.* vnio,tertiò ipſa cōpoſitio,vt tenet Cōciliator.Nō ergo eſt apoſtema quod
*Cap.1.* mutat membrū à ſua naturali qualitate ſolū,vt decimotertio de ingenio ſa
nitatis,ſiue therapeut.Arabica tranſlatio dicebat:niſi quis vellet vocare o-
mnes diſpoſitiones,qualitates,ſicut in multis locis facit Gal.Porro apoſte-
*Cap.8.* matis diffinitionē perfectiſſimè explicauit Halyabbas octauo ſermone,par
tis primæ,lib. ſui de rega. diſp.vbi dicit: Apoſtema eſt tumor præter natu- "
rā,in quo materia aliqua replens & diſtendens eſt aggregata. Tumor ſi eſt "
*Cap.12.* magnus,ponitur pro genere:ſi paruus,pro accidente,in primo de diff.mor-
borū.Quomodo autem dicatur morbus vnus cōpoſitus,conſimilis:organi-
cus:quomodo etiā poſſit dici cauſa,& effectus genus,& ſpecies,accidens,&
differētia,pro diuerſis cōſiderationib.omitto impreſentiarū, maximè quia
ad phyſicā pertinet doctrinā.Sufficit autem chirurgo ſcire,tumorē,apoſte-
ma,inflationē,incraſſationē,eminētiā,eleuationē,excreſcētiā, nomina eſſe
ſynonyma,eandē rem propemodū ſignificātia,vt dicit Hēricus. Ponitur e-
tiā in predicta deſcriptione (preter naturā) ad differentiā tumorū naturaliū
capitis,ventris,& iuncturarum,in quo eſt aliqua materia ſuperflua, ſcilicet
nēpe humor quiſpiā, vel materia quę ad humoris naturā reducatur. (Con-
gregata) ponitur ad differentiā tumorū qui apparent in diſlocationibus &
fracturis,in quibus non ſunt humores,ſed oſſa eleuata. (Repellēs & diſten-
*Lib.2.c.* dens) ponitur vt oſtendat malā cōplexionem,vnionē, & cōpoſitionē in v-
*5.rub.1.* num eſſe aggregata.Ex quibus apparet,neotericos,nēpe Brunū,Theodori-
*The.lib.* cū,Lanfrancū & Henricū apoſtema ſatis ſimpliciter,ſeu perfunctoriè dif-
*3.cap.11.* finiuiſſe,dicentes eſſe tumorem, aut inflationem, aut craſſitiem quancun-
*Lan.tr.3.* que factam in membro vltra ſuam naturalem formam.
*doct.2.c.2.*
*Diff. & ſpecies.* Apoſtematū multæ ſunt ſpecies & differentię:nam quędā ſumuntur à rei
ſubſtantia,quædā à materia,quædā ab accidentibus,quędam à mēbris,quę-
dam à cauſis efficientibus. A ſubſtantia quidem ſic ſumit Auicen. primam
*Lib.1.fen.* differentiā,vt apoſtematū quędā ſint magna,quędā parua.Apoſtemata ma-
*2.doct.1.* gna ſecūdū Galenū de tumoribus preter naturā,ſunt magni tumores phle-
*cap.5.* gmonoſi qui in carnoſis fiunt particulis.Apoſtemata parua ſecundū Auic.
*Cap.2.* ſunt eminentiæ & puſtulæ paruæ bothorales in cute apparentes. A materia
*Ibidem.* autem ſumuntur differentiæ , primò generaliter ſecundum diuiſionē quā
ponit

ponit Gal.& Auic.ſequens eũ,ꝙ omne apoſtema aut eſt calidũ, aut nõ calidũ,loquẽdo de calido propriè,eſſentialiter & relatiuè,vt dicetur:nõ autem largè,nẽpe per putrefactionẽ,dicebat Auic.Calidũ eſt ſanguineũ & cholericũ:nõ calidũ,phlegmaticũ & melãcholicũ,vẽtoſum & aquoſum, quę reducũtur ad illa.Specificãdo magis,ſequẽdo viros præfatos dicemus apoſtemata quædã fieri ex humoribus naturalibus,quædã ex nõ naturalibus ſimpliciter & compoſitè,vt etiã dicetur:intelligendo ſanè.nã medici quandoque accipiũt ex,pro in qua,vel pro ab,largè & ad ſenſus iudicium ſæpe loquentes. Illa quæ fiunt ex humoribus naturalibus, dicuntur vera,propria, certa,& vniformia apoſtemata : quia in eis tumor (qui eſt ratio ſenſibilior apoſtematis) euidentiùs apparet. Quæ autem fiunt ex humoribus non naturalibus,dicũtur non vera,impropria,incerta,& difformia:quia in eis mala qualitas ſeu mala morigeratio magis apparet,quàm tumor:& ſecundum hoc aptius dicuntur puſtulæ, vlcerationes ſeu exituræ, quàm apoſtemata. Quæ fiunt à dominio vnius humoris, ſimplicia & ſimplici nomine nuncupantur. quæ verò à dominio duorum vel plurium, (vt de fe.colliget tertio doctor dicebat ſubtilis) compoſita,& compoſito nomine etiam dicuntur. Et tales differentias ſumptas à materia (præcipuè cõiuncta) ſequuntur differentię qualitatis & quantitatis,cum hæ ſint de gremio materiæ,vt in alia dicitur facultate. Et ideo præcipuæ & maximæ in libro de differentiis febrium dicuntur.Cæterùm illud aliis verbis conſueuit dici in ſchola noſtra communi Montiſpeſſulani:ſcilicet, apoſtematum quædam fieri ex materia non aduſta,neque corrupta:quædam ex aduſta & corrupta.Et vtrorumque nonnulla eſſe ſanguinea,quædam cholerica,quædam phlegmatica,quędam melancholica,nonnulla aquoſa & ventoſa,ſimpliciter & compoſitè.Prima dicebantur à ſocio noſtro magiſtro Ioanne Iacobo mala ſimpliciter : ſecunda, mala cum additione fraudulentiæ & malæ morigerationis. Et abſque dubio ita intellexit Auicen.in quarto,vbi dixit, apoſtemata calida & quæ currunt curſu eorum,eſſe à ſanguine & cholera laudabilibus, aut malis: Et proſequitur ſanguinea ex laudabili,craſſo & ſubtili ſanguine,ex quibus dicit fieri phlegmonem & eryſipelas, ſupple verum & certum, quod vocauit ſpinam,vt Dynus,ſequendo Gal.in ſecundo ad Glauconem exponit ſuper illum locum.Et non proſequitur cholerica ex cholera laudabili, quia iſta, & omnia alia vera, ſub ſanguineis comprehendit (ſanguis autem infra dupliciter dicetur) ſed ſolum ex illaudabili & mordaci,quæ formicas,& non eryſipelata nominauit: quod etiam in curationibus, tam calidorum quàm non calidorum, idem innuit ſubſequenter. Neque diuiſiones humorum aliter ſaluarentur. Diſcrepantia ſolùm eſt in verbis, non ergo in rebus, vt euidenter apparet. Sunt ergo apoſtemata quædam ex humoribus naturalibus, quædam ex non naturalibus, ſimpliciter & compoſitè, ſuo modo, cum ſuis nominibus, vt dictum eſt & dicetur. Ab 3.
accidentibus ſumuntur differentiæ multæ, prout multa in eis poſſunt apparere accidentia dolorifica & malitioſa. A membris etiam ſumuntur 4

*Lib.1.fen 2.doct.1. cap.5.*

*Lib.1.cap. 1.*

*Lib.4. fen.13. tr. 1.cap. 2.*

Cap. 1. differentiæ,ſecundum ipſummet Gal.in ſecundo ad Glauconem : nempe
quædam ſunt in oculo,quę dicuntur ophthalmiæ, vt quæ in collo, anginæ:
quædam in bubonibus ſeu emunctoriis : quædam intra corpus, quædam
extra:quędam in partibus nobilibus,quędam in ignobilibus: quędã in ſen-
ſibilibus,quędã in inſenſibilibus : quędã occurrunt in corpori pleno, quæ-
5. dam non pleno:& id genus.A cauſis efficientibus quędam ſumuntur diffe-
rentię,ſecundum Halyabbatem,vbi ſupra:quę ſunt,deriuatio & congeſtio:
vt dicantur quædam critica,quædam non critica:quædam à cauſis interio-
ribus,facta,quædam ab exterioribus.recolligantur ergo prædictæ ſpecies,
& differentiæ:quia à talibus potiſſimè indicationes ſumuntur curatiuæ.

Cauſæ. *Cauſæ apoſtematum*, exiturarum & puſtularum , quædam ſunt generales,
quędam ſpeciales.Generales ſunt rheuma & congeſtio. Cauſæ autem rheu
Cap. 6. matis,ac deriuationis materiæ,in ſecundo libro de ægri.&ſymptomate le-
guntur diffuſé.Halyabbas,vbi ſuprà eas reſtrinxit in ſex:videlicet in mem-
bri expellentis fortitudinem,in ſuſcipientis debilitatem,in materię multi- «
tudinem,in meatuum portantium amplitudinē aut laxitatem, & expellen- «
tium anguſtiam,& cùm membrũ ſuſcipiens in inferiori loco eſt ſitũ.Cauſæ «
autem congeſtionis ſunt:quando virtus nutriens membri, in quo eſt apo- «
ſtema,non poteſt cibum qui ad ipſum mittitur,digerere plena digeſtione. «
Tunc enim remanent in eo ſuperfluitates : quæ paulatim augentur, donec «
membrum repleatur & diſtendatur:fitque in eo apoſtema. Et ſecundũ hoc «
(vt dicit) prõptius materia calida difluit:Frigida verò congeriturr.Ex qui- «
bus apparet,apoſtematibus quæ fiunt per viam deriuationis concedi fiens,
Cap. 2. & factũ eſſe:à quibus ſumit Gal.13. therap.potiſſimas indicationes curati-
uas:fiens,eſt materia antecedens quæ fluit:factũ,eſt materia coniuncta,quę
fluxit,& impacta eſt loco.Apoſtemata verò congeſta non habent hoc : ſed
Cap. 3. cum factis,& fluxis reponuntur.quod Gal in lib.de inęquali intemperie ſic
declarat:Mox(inquit)ac rheumacalidũ deſcēderit in muſculũ,primũ quidē «
maiores venæ,& arteriæ implentur,& extenduntur:deinde minores vſque «
ad minimas:& dehinc ad regiones primorum corporũ,quæ ſunt caro,pan- «
niculi:&c.& fit apoſtema.Ecce fiens,illic eſt materia antecedens in venis: «
& factum materia coniuncta in carne:& ex hoc apparent cauſæ generales. «
Cauſæ ſpeciales ſunt tres:primitiuæ,antecedentes,& cõiunctæ. Cauſæ pri-
mitiuæ ſunt caſus & percuſſio.Cauſæ antecedentes, ſunt quatuor humores
Pag. 63. naturales , & non naturales . Humores enim (vt dictum fuit in anatomia)
ſunt duplices:naturales & non naturales. Naturales ſunt qui ſunt cum ſan-
guine,aut cum aliquo naturã ſanguinis retinente:& ſunt materia nutritio-
nis.Itaque intelligo naturales principaliter:& propriè , naturalitate nutri-
tionis & ſubſtantię,non quantitatis,neque iuuamenti,vt tollatur amphibo
o gia. (quod vbique ſubaudire oportet:)vt ſunt purus & verus ſãguis, cho-
lericus ſanguis,phlegmaticus,atque melãcholicus,qui licet ſic propriis no-
Cap. 2. minibus nominentur , communi tamen nomine in lib.de cholera nigra à
Gal.ſanguis vocãtur:Maſſa autem à rabbi Moyſe,vt quarto expoſitionis in
ſecundam

ſecundam epidimiorum allegatur. Halyabbas autem in 2.techni, maſſam ſanguineam dicit. Et talis ſanguis ſolus eſt materia nutritionis, non ille qui ſecundum formam diſtinguitur ab aliis humoribus: vt dicebat ſocius ille de S.Floro: qui Pariſiis (non eſt diu) ſatis bene concordantias Ioannis de S.Amando amplificauit. Non naturales verò ſunt, qui ſunt à ſanguine ſeparati: & præ eorum malitia non ſunt apti ad nutritionem ex ſe, ſed mittuntur ad loca deſtinata, propter iuuamenta quæ ſcis. aut extra corpus expulſi, faciunt apoſtemata, exituras, puſtulas, excreſcentias, ſcabies, decolorationes, ſudores: Aliquando inſenſibiliter reſoluuntur: & aliquando intus putrefiunt, & faciunt febrem: Aſſumunt porrò hi nomina naturalium humorum, vocantúrque ſanguis, phlegma, cholera, & melancholia: differunt tamen ab illis, ſecundum Gal. in lib. de cholera nigra: quia humores naturales coagulantur & nutriunt, ſúntque ſecundum magis, & minus rubri. Non naturales verò non coagulantur, ſed liquidi permanent, & diuerſos habent colores, flauũ, album & nigrũ: vt circa principium apoſtematum facti euidentia in apertione, & repercuſſione euidenter oſtendit. Iſtud etiam in ſecundo de elementis euidentiſſimè declaratur: & in cap. ſingulis ſequentibus ſpecificabitur manifeſtè. Ex his apparet, ex humoribus naturalibus fieri quatuor ſpecies apoſtematum verorum, quæ communi nomine in ſecundo ad Glauconem phlegmones vocantur: propriis tamen nominibus appellantur phlegmone, eryſipelas, œdema, ſcirrhus ſeu ſclirofis. Ex non naturalibus etiam ſunt quatuor ſpecies non verorum: ſcilicet puſtulæ & exituræ, quæ ſibi dicta nomina verorum vendicant, & aſſumunt: & duo ad hæc reducibilia, aquoſa ſcilicet & ventoſa. Sícque ſunt ſex nomina apoſtematum ſimpliciũ: cõpoſitorũ verò infinita: de quibus dicuntur pręfata nomina æquiuocè: primaria tamen ratione dicuntur de veris, ſecunda verò de nõ veris, quę ſunt puſtulæ & exituræ. Puſtulæ ſunt parua apoſtemata, & exituræ, coniunctæ aut ſeparatæ: vt glandulæ, & variolæ, ſeu bothores. Sonant tamen magis propriè de venenatis, vt dicit Henr. & ambo carnem, & cutem quodammodo comprehendunt: veſicæ verò cutẽ ſolã. Quæ & quales in ſpeciali ſint infrà apparebit. Exiturę autẽ (ſecundum Gal. in lib. de tumoribus præter naturã, & in ſecundo ad Glauc.) ſunt diſpoſitiones illæ in quibus abſcedunt partes interius quę prius ſe tangebant in quarũ medio ſpacio neceſſarium eſt contineri aliquam ſubſtantiam ſpumoſam ſeu humoralem, quę diuturnitate temporis in multiformes conuertitur ſubſtantias: vt in ſaniẽ ſiue pus: aut in aliquã ſubſtantiam extraneã ſimilẽ melli, fęci, aut amurcæ, aut lapidibus, aut filis, vt in glãdulis reperitur: quę quidẽ fiunt ex aliquo humore non naturali, qui mox fluxit, aut ex putrefacto phlegmone coadunatur pus, velut in aliquo ſinu. Cauſę autem coniunctæ apoſtematum, & puſtularum ſunt materię, quę in particula ſunt congregatæ, & impactæ.

Cap.2.

Cap.2. part.3.

Cap.4. Cap.7.

*Signa Apoſtematum* extrinſecorũ pertinentiũ ad hunc artificẽ, declarat ſenſus & pręſentia ſingulorũ. Vbicumque enim inuenitur inflatio præter

naturã,ex aliqua materia humorali (vel quę poteſt ad illã reduci) in mẽbro coadunata , ibi eſt apoſtema. Apoſtemata vera ſignificant tumor,dolor,& calor in diuerſis gradib⁹, ſecũdũ magis & minus. Nõ vera autẽ ſignificãtur ꝑ tumorẽ,& ſequeſtrationẽ, & malã morigerationẽ, ſecundũ magis & minus etiã determinata : ſicut partes minus calidæ,dicuntur frigidæ,reſpectu magis calidarũ.Omnis. n.res medicinalis dicitur ad aliquid,in ſecũdo artis
*Cap.13.* paruæ,& 3.ſimpliciũ pharmacorum.Signa verò ſingularium apoſtematum & eorum materiarum, in ſequen.cap.dicentur: Ex quibus cõpoſita cognoſcuntur. Neque ad ſingularia accedẽdũ eſt, donec ſermones generales ſint
*Lib.7. meth.cap. 4 & lib. 9.cap 17.* præuiſi,vt Gal.7.& 9.therap. conſuluit. Et ſcias ſecundum Auic. apoſtemata ſingularia parum eſſe pura,ſed plura eorum eſſe compoſita, præcipuè vera: quia multa non vera videntur eſſe pura. Curæ tamen ponentur ſimplicium , vt inde compoſitorum curæ extrahantur. Apoſtemata in perio-
*Fen.3.lib. 4.tr.1.c.1. Cap.16.* dis, paroxyſmis , & criſibus analogiam ſequuntur ſuarum materierum, vt in ſecundo de differentiis febrium innuit Gal. Apoſtemata quatuor tempora habent, ſcilicet principium, augmentum, ſtatum , & declinationem. Signum principij eſt, cùm vides materiam currere,& membrum diſtendi. Augmenti,cùm concauitas, & acumen manifeſtè augentur. Status, cùm prædicta ſtãt in ſua eſſentia. Declinationis, cùm moles incipit minui, vel tranſmutari Et hæc diſtinctio temporum eſt ab eſſentia apoſtematum: quamuis poſſint ſuo modo diſtingui ab accidentibus, ab alteratione materiæ,quæ curandi indicationẽ nonnihil immutant. Poſſet tamen oſtendi, quomodo interdum coincidunt omnia illa tempora , ſcilicet principium cum princ.&c. ſed ſæpius non coincidunt : quę omnia gratia breuitatis omitto. Apoſtemata, ſi non retrocedunt , terminantur per inſenſibilem reſolutionẽ,aut ſuppurationem,aut putrefactionem,aut indurationem. Et
*Cap.4.* ſecundum Gal. inde inæquali dyſcraſia , quæ per reſolutionem eſt melior aliis: & illa quę per ſuppurationẽ,melior quã quę per indurationẽ:per putrefactionẽ verò abſolutè mala. Apoſtema reſolui ſignificat, leuitas membri,& deficiens pulſatio.Signũ ſuppurationis eſt dolor,& pulſatio,cum augmento caliditatis. Signum corruptionis,eſt nigredo & liuiditas. Signum regreſſionis ſubita diminutio per infrigidationem,aut per venenoſitatem, ad quam ſequuntur feb. & accidentia mala. Indicia puſtularum in capitib. propriis dicẽtur.Indicia exiturarum ſunt hęc: Cùm videris(inquit Auicen. «
pulſationem plurimam,aut duriciem prolõgatã,aut caliditatẽ, & dolorem «
augmentatũ:tunc æſtima apoſtema eſſe in via vt fiat ſanies & exitura. Cùm «
*cap.22.* autem videris leuitatem quandam , & ſedationem doloris & caloris , ca- «
put acui,& digitis percipis inundationem , & colorem ad quandam albe- «
*Aph.47.* dinem declinare videbis , tunc ſaniem ſcias ibi eſſe. Vnde Hipp. in ſecun- «
do libro aphoriſmorum inquit , Circa generationem puris accidunt «
*Aph.41.* dolores, & febris quàm facto pure.Et in cognoſcendo pure ſis bene atten- «
tus:quia ſecundum Hippocr. in ſexto aphoriſmorum , multoties non ma- «
nifeſtatur , imò decipitur medicus propter ſpiſſitudinem loci , & puris «

craſ-

craſſitiem. Exitura ſecundum Auic. quæ fit prope membra nobilia, & prope iuncturas, & in membris neruoſis aut venoſis, & quæ fit in membro debili, & calore naturali depauperato, & quæ fit de materia craſſa, grauíſque motus, plana & non acuta, ſuſpecta eſt, & malæ maturationis: propterea indiget adiutorio, in maturatione, & feſtina apertione. Quæ autem huic ex aduerſo reſpondet, eſt laudabilis, & non indiget magno adiutorio: quia cito maturatur, & ſæpe per ſe aperitur. Exituræ terminantur aliquando per reſolutionem, ſæpius tamen per apertionem: & apertura quæ fit à natura melior eſt quàm quæ fit arte: & quæ ferro, quàm quæ ruptorio. Nam (ſecundum Auicennam) hæc perforatio quæ fit arte, generat virus, & ſordiciem, & fiſtulam: verumtamen cùm nulla patet excuſatio, tunc non eſt alia. Iudicia puris ponit Hipp. in primo prognoſticorum: pus autem laudatur quod eſt album & æquale omni ex parte, carens malo odore quod verò eſt contrarium, peſſimum. Iudicia aliorum contentorum, in ſingularibus capitulis dicentur.

*Li. 4. fen. 3. tr. 1. cap. 20.*

*Idem pag. 498.*

*Li. 4. fen. 3. tr. 1. cap. 27.*

*Cap 14*

*Curationem* apoſtematum Gal. perficere videtur, per intentiones ſumptas ab ipſis diſpoſitionibus, & à membrorũ natura. Et ſecundum generalem indicationem, videtur ipſe tractaſſe ſub nomine phlegmonis, de apoſtematibus veris, ex humoribus naturalibus generatis, in decimotertio therapeu. & de nõ veris ex innaturalibus humoribus factis, in decimoquarto. Et hic etiã tractabitur de cura apoſtematũ verorũ, ordinatorũ, & non corruptorum: quæ ſuapte natura, vtplurimum reſoluuntur: deinde ſub nomine puſtularum & exiturarum, de non veris, ſuppuratis, corruptis, & in alienam naturam conuerſis: indicationem curę ſumendo ab ipſa diſpoſitione, & à mẽbrorum (vt dictum eſt) natura. Diſpoſitio autẽ ipſa cõtinet quãtitatem, qualitatẽ, & materiã quæ includitur in eius ſubſtantia. Aliter enim curatur magnũ apoſtema, aliter paruũ: aliter per defluxionẽ eſt & fiens, aliter cõgeſtum & factũ: aliter calidum, aliter verò frigidum, &c. Natura membrorum indicat, aliter curari apoſtemata in carnoſis particulis, aliter in neruoſis, aliter in oculo, aliter in collo, aliter in emunctorio: & ſic de aliis, vt ſuperius fuit diſtinctum, & inferius diſtinguetur: principium ſumentes (in ſecundo ad Glauconem) ab inuentione occaſionis ægritudinis, vt quæ eã faciunt cauſæ abſcindantur: quod autem iam eſt factum, ſanetur, ſecundum eundem in decimotertio therapeut. Cùm ergo generatio communis
» omnium phlegmonarũ ex ſanguinis (id eſt, ex maſſę ſanguineæ influxione)
» fiat ampliore quàm indigeat particula: influit autẽ (vt dictum eſt) amplior,
» mandãte aliqua particula, quandoque verò trahẽte ipſa quæ patitur: mittit
» autẽ particula, quãdoq; vt ſuperfluũ, quandoq; vt triſte, quãdoque propter
» ambo: quæ verò trahunt, hoc faciunt propter calorem morboſum, aut do-
» lorem: & iuuant hoc debilitas recipientis particulæ, & meatuum latitudo, & mandantis viarum anguſtia, & ſitus inferior, vt ſuperius dictum fuit: Concluduntur ex his omnibus, ſumuntur, & iudicantur tres intentiones. Prima eſt, remouere ſuperfluũ quod influit. Secũda eſt curare & mitigare dolorẽ,

*Cap. 2.*

*Ex cap. 3. eiuſd.*

& occaſionem propter quam membrum excipit materiam, vel eam attrahit. Tertia eſt, quod factum eſt ſanare. Prima completur à Gal. vbi ſuprà dicente: *Lib.13. meth.c.6.* Cùm æqualiter inter ſe aucti ſunt humores, & plethorã faciunt, vel etiam ſi plethora non eſſet, dolore membri phlegmonem patientis, ac calore, fluxionem excitantibus, ſanguinis ablatione curamus, & balneis frequentibus, & exercitationibus, & frictionibus, oppoſiti membri, nec paſſio multa: dũmodo febris nõ adſit: adhuc etiã & pharmacis euaporantibus: & præter hæc omnia ieiunis, & regiminibus debitis. Cùm autem flaua, vel nigra bile, vel phlegmate, vel ſeroſis humoribus plenũ fuerit corpus, & cacochymia generata fuerit, ꝑ cuiuſq. humoris abũdantia, purgatio facienda eſt: de quibus infrà in ſingulis capitulis, & in antidotario dicetur. Reuerſio aũt, ſeu antiſpaſis (id eſt, in contrariũ auulſio) cõmunis eſt in talibus omnibus, quoad principium & augmentum. In ſtatu verò, & declinatione, non eſt malum vti euacuationibus per eandem partem: quãuis recentiores medici faciant talia abſque prẹuiſione: vt dicit Auerrois in ſeptimo, & dicetur *Cap.29. pag.476.* infrà in tractatu de phlebotomia. Secunda intentio completur ſedantibus dolorem, & emendãtibus malã qualitatem: cum adſtringentibus, & intercipientibus materiã à parte fluxionis relaxantibus partẽ per quam membrum conſueuit purgari. Tertia intentio completur euacuantib. materiam *Gal.13. meth.c.6.* à loco. Euacuatur autem, non ſolum diaphoreticis pharmacis, ſed etiam repercutientibus. Et incipientibus phlegmonibus magis repercutientibus eſt vtendum, quàm euaporantibus, caſibus quibuſdam exceptis: ex quibus *Ibidẽ & cap.12.* Gal. videtur quatuor ponere. Primus eſt, quando apoſtema ſit in emunctoriis. Secundus, quando fit à re venenoſa. Tertius, quando materia *Lib.1. fen. 4. cap.25.* eſt craſſa. Quartus, quando eſt vehementer impacta. Auic. non excipit, niſi quando eſt in emunctoriis, aut in loco vbi ſit timendum de reditu ad *Lib.2.* membra principalia. Rogerius excipit ſolùm, in materia venenoſa. Commentatores ipſius quatuor magiſtri addunt preterea, in materia congeſta, *Lib.2.c.5. rub.2.* & frigida valde: & quando fit per viam criſis, & iuxta membra principalia: *Tract.3. doct.2. cap.2.* & quãdo fit per ſubitam deriuationem. Brunus dicit vt Auic. Theodoricus, vt quatuor magiſtri. Lanfrancus excipit decem caſus. Henricus decem & nouem. Magiſter Dynus de Florentia ſuper quarto can. Auic. excipit viginti *Theod. lib.3.c.11.* tres. Ego autẽ, diſtinguẽdo de repercuſſiuis, ꝙ quædã ſunt propriè dicta repercuſſiua (vt oxycratũ ex aqua & aceto, plãtago, ſolanũ, bolus ar. abſinthiũ, cinnamomũ: & alia quæ repellunt materiã quã inueniunt, ad profundũ) & quædã ſunt repercuſſiua cõmuniter dicta (vt albumẽ oui, malua, oleũ roſarũ, oleũ camomillæ, atq. maſtichinũ, collyria alba, & alia quæ alterãdo prohibẽt mẽbrũ à ſuperfluitatũ receptione) dico duo: primò, in principio omniũ apoſtematũ phlegmonicarũ cõpetere repercuſſiua ꝓpriè dicta, decem caſibus ſolùm exceptis. Primus eſt, quãdo apoſtema eſt in emunctorio. ſecũdus, quãdo eſt ex materia venenoſa: tertius, quando eſt ex materia valde craſſa. quartus, quãdo eſt ex materia vehemẽter impacta. quint⁹ quãdo eſt criticũ. ſextus, quãdo eſt à cauſa primitiua: ſeptimus, quãdo eſt in corpore pletho-

plethorico: octauus,quando eſt in corpore debili.nonus, quando eſt iuxta membrum principale.decimus,quando eſt vehementer dolorificum. Secundò dico,in principio omniũ apoſtematum phlegmonoſorum cõpetere repercuſſiua cõmunia tribus caſibus duntaxat exceptis. Primus eſt, quãdo apoſtema eſt in emunctorio:ſecundus,quãdo eſt per viã criſis:tertius,quãdo eſt ex materia venenoſa.In omnibus iſtis caſibus(præcipuè quãdo materia iã fluxit,& apoſtema factum eſt,& materia aliqua in parte eſt relicta)oportet materiã reſoluere,& diſcutere cũ diaphoreticis non mordicãtibus, ſed domeſticis,mediocriter calidis & hu.maximè in caſibus tribus vltimis, in quibus volumus materiã attrahere,& apoſtema augere,& reditũ materiæ auertere:& hoc aliquãdo facimus cũ emplaſtris attractiuis,aliquãdo cũ cucurbitulis,vt dicit Aui.Sit ergo regula generalis,vt in principio omnium phlegmonũ præter exceptas ponãtur repercuſſiua.In augmẽto eis paulatinè miſceãtur reſolutiua.In ſtatu,& paulò antè,ipſa ſint æqualia. Cùm autẽ declinatio, vel finis ſtatus,fuerit, nihil ſit quod non reſoluat, & laxũ faciat. Quod idem eſt ac ſi diceres durãte fluxu eſſe repercutiendum: & ceſſante ipſo,reſoluendum:medio verò tempore vtendum mediis: ídque ſi apoſtema incedit via reſolutionis. Auxilia autem quibus iſta complentur pro diuerſitate materierum,in capitulis ſingularibus, & in antidotario dicentur. Si verò apoſtema via incedit exituræ, in ſecundo ad Glauconẽ curatio inſtituitur,quando illud fieri incipit per mitigatoria chalaſtica,id eſt laxãtia, & euaporationem, cum triapharmaco molli mitigatiuo, cui paululum ſit mellis additum,ex decimotertio therap.Quæ autem iã proceſſerunt,ad digeſtionem & ſuppurationem ducere oportet. Quæ autem in aliã ſpeciem tranſiuerunt,per chirurgiã abſcindenda ſunt. Porro de conſilio Gal.in decimo quarto therap.oportet operãtem,ad meliorem modorũ intentionis ire.Modi autem ipſius ſunt tres,breuitas ſcilicet curationis,& citra dolorẽ operari,atque tutò curare.Tutæ verò curationis ſunt tres intentiones: vna quidẽ & prima,vt omnino ſortiamur finẽ: altera,vt ſi nõ ſortiamur omnino finem,ſaltem vt paſſio alleuetur,& nõ noceas laborãti.tertia, vt non facilè reuertatur ægritudo:& ſecundũ hoc, in nunc propoſitis exituris inuenitur quãdoq. per chirurgiã,quandoque per pharmaciã, via ſanationis eligibilior.Quæ per chirurgiã, apoſtemata quæ toto genere præter naturam ſunt penitus abſcindere intendit:quæ verò per pharmaca, primò quidẽ diſcutere ac reſoluere,ſi verò hoc non eſt poſſibile,ſuppurare.ſecunda intentio in eis ſit:& per conſequens aperire,& mũdificare, & carne implere, & Cap.7.

» cõſolidare:denique ad curationẽ vlcerũ ducere. Neque enim (vt dicit Gal. Cap.5.
» 4.therap.)ſuppurare,& admouere cataplaſma eſt ex prima ratione curæ a-
» poſtematũ,ſed mitigatio quædã ſymptomatis,ſcilicet doloris.Et ſequitur:
» cõpendioſa enim cura phlegmonũ, per ſiccantia & reſoluentia completur
» pharmaca, quæ vel ex toto ſanãt diſpoſitionem, vel ſi relinquunt,exiguum
» quid ſuppurãdum ,id acri pharmaco euacuatur. & ſi ſubtilis circumpoſita
» fuerit cutis, & cito patientem liberare volueris, inciſione eſt opus. Et hoc

eſt quod dicebat Aui.curatio apoſtematis,quatenus eſt apoſtema,eſt extractio materiæ extraneæ quæ facit apoſtema.Auxilia autem maturatiua cum quibus prædicta complentur, in ſingularibus capitulis & antidotario dicentur. Maturato autem apoſtemate,aut trãſmutato & impacto, ſi pus aut alia materia non reſoluitur,vel ſi in conuenienti tempore ipſum ſponte ſua non aperitur(potiſſimè ſi timeretur eroſio,aut aliud nocumentum) aperiatur,& ſi neceſſe fuerit,cõtra aperiatur,& extrahatur. Promptius autẽ & tutius ob cauſam ſuperius dictã aperitur cum ferro.Et ſequẽdo doctrinã Albucaſis,fiat foramen ſecundum quãtitatem materię,& loci,ad formã folij oliuæ,ſiue myrti. Et oportet vt in aperiẽdo ſeptem obſeruẽtur cõditiones. Prima,vt ſectio fiat in loco materiæ.Secunda,vt fiat in inferiori loco.Tertia,vt fiat ſecundum rugas,& inceſſum muſculorum.Quarta, vt vitẽtur nerui,venæ,& arteriæ,quãtum erit poſſibile. Quinta,vt materia ſubitò tota nõ extrahatur,præcipuè in magnis exituris:quia timẽdum eſſet de virtutis proſtratione.Sexta,vt dolore quã poterit fieri minimo locus tractetur.Septima vt facta apertione locus mũdificetur,& carne repleatur,atque cõſolidetur. Auxilia ad mundificãdum ſunt ellychnia,& bonæ ſtupæ,& emplaſtra,& vnguẽta,quę in ſingulis capitibus,& in antidotario dicẽtur. Primis tamẽ diebus ſufficit vitellus oui,vel albumẽ inſpiſſatum cũ alumine,vt faciebat Guli.à Saliceto. Poſt verò trãſeundum eſt ad mel roſatũ, & mundificatiuũ de apio.Poſtremò ad vnguẽtum apoſtolorũ & Ægyptiaticũ. Supra verò admouebuntur baſilicõ,diachylon,diapalma: & alia quæ ad vlcera inſtituuntur: quia poſt apertionẽ,exiturę,excreſcẽtiæ, & puſtulæ ad curationẽ vlcerum reducuntur.Si autẽ æger ferrum pati recuſarit,apertio fiat cum medicamẽtis.Ad hoc autẽ laudat Aui.ſe.lini,fermẽtum,& ſtercus columbinum: & ſi incorporẽtur cum ſapone molli,aut cum mucagine ſinapis, melius erit.Ruptorium tamen ex calce,& ſapone,in hoc obtinet principatum.

*Li.1. cap. 22.25. & 27.*

*Li.4. fen. 3. tract 1. cap pen.*

## CAPITVLVM SECVNDVM

### *De phlegmone,& apoſtematibus ſanguineis.*

*Cap.12* *Cap.1. part.1.*

PHlegmone ſecundum Gal.in primo de ægritudine & ſymptomate,dicitur bifariã.Vno modo communiter,pro omni inflãmatione particularũ.Alio modo propriè,pro apoſtemate ex ſanguine vero,& puro generato,aſſumẽs ſibi(in ſecundo ad Glauc.)generis nuncupationẽ.Et eſt duplex, vera videlicet,& nõ vera.Vera ex ſanguine benigno multo,plus ſaltẽ quàm indigeat particula fit.Non vera ex malo,& nõ naturali efficitur.Sãguis autem eſt humor calidus & humidus,ex temperatiori parte ipſius chyli generatus:& eſt duplex,naturalis & non naturalis. Naturalis eſt humor calidus & humidus,ſubſtantiâ mediocris & purus colore,rubẽs,odore & ſapore amicabilis.Nõ naturalis eſt ille qui deflexit ab iſto intra terminos ſuæ latitudinis:quos ſi trãſgreditur,non iã eſt ſanguis, ſed alius humor. Hoc autem cõtingit dupliciter,vno modo in ſe,alio modo per aliud & in ſe dupliciter: vno modo, quando ipſius ſubſtãtia efficitur magis craſſa vel ſubtilis quàm debeat.Alio modo,quãdo aduritur,& eius ſubtile cõuertitur in choleram,

&

& craſſum in melancholiam,abſque ſeparatione . Per aliud fit innaturalis, quando alius humor illi permiſcetur:quod multipliciter cõtingere poteſt, prout multæ ſpecies phlegmatis, choleræ,& melancholiæ cum ipſo miſceri poſſunt. Ex quibus apparet,quòd ex ſanguine generantur quatuor ſpecies apoſtematum. Primò ex ſanguine naturali & benigno generatur vera phlegmone. Ex ſanguine illaudabili per admiſtionem, tria generãtur apoſtemata,prout tres humores poſſunt miſceri cũ eo:vt ſi acceſſerit illi cholera , generatur phlegmone eryſipelatodes:& ſi phlegma , phlegmone œdematodes:ſi melancholia,phlegmone ſcirrhodes. Ex ſanguine illaudabili, per ſubſtantiæ ſuæ aduſtionem , pro eius craſſitie & ſubtilitate generantur omnes puſtulæ cruſtoſæ,à carbunculo vſque ad eſthiomenũ:vt ſunt carbunculus,pruna,ignis perſicus,aut ſacer,eſthiomenus, & anthrax : Non autem formicæ,vt dicebat in concordantiis,ſocius ille de S.Floro.

*Cauſæ* phlegmones ſunt primitiuæ,vt caſus,& percuſſio, & improba victus ratio,& antecedentes,vt ſanguinis boni & laudabilis exuberantia:propter quam ad particulam debilitatam,calefactam, & dolẽtem deriuari cogitur,& impingi,vt in capitulo vniuerſali fuit dictum: ad quod oportet recurrere, (vt dictum eſt) ſi vis bene particularia videre. Coniuncta cauſa eſt, ipſemet ſanguis loco impactus.

*Signa* & iudicia ſunt, tumor eleuatus,calor torridus, rubor ſanguineus, dolor pulſatiuus,& renitentia extenſiua:& alia copiam ſanguinis ſignificãtia. Phlegmone quatuor habet tempora,principium, augmentum, ſtatum, & declinationem. Significatur principium , per ipſius cauſarum pręſentiã. Augmentum per additionem magnitudinis,& extentionis,declaratur. Status,per aggregationem materię. Declinatio,quia incipit tendere ad leuitatem. Phlegmone præterea terminatur per reſolutionem,aut ſuppurationem,aut putrefactionem,aut per lapideam indurationẽ. Et tu ſcis ex iis quę dicta ſunt in capitulo vniuerſali,illud apoſtema reſolui,cuius tumor minuitur,& dolor pulſatiuus alleuatur. Et ſcis illud pulſatio ſuppurari,cuius adaucta eſt & caliditas vtrinque fixa . Et ſcis putrefieri,per tenebroſitatem: & lapideſcere,per duriciẽ. Præterea in phlegmone plerũq; veniũt mala accidẽtia,quę curã ordinariã pręuaricãt,& impediũt,vt dolor magnus,quãdo eſt in mẽbro ſenſibili:& reditus materiei ad interna, quãdo eſt in emũctorio:& corruptio eſthiomenica,quãdo nimis infrigidatur , & materia conculcatur:& durities ſcirrhoſa,quãdo indoctè reſoluitur. Quocirca attẽdere oportet mẽte in vnaquaque mutatione, quò tẽdat eorum qui curantur tumorũ vnuſquiſque:& dare operã ei quod apparet, in ſecũdo ad Glauconẽ. *Cap. 7.*

*Cura* phlegmones duplex habet regimẽ,vniuerſale videlicet, & particulare. Vniuerſale ſumitur ex capitulo communi ſuperius poſito,particulare quatuor habet intẽtiones. prima vitę rationẽ pręſcribit,ſecũda materiã antecedẽtẽ adæquat,tertia materiã cõiunctã euacuat,ſed quarta accidẽtia corrigit. Prima cõpletur debita adminiſtratione ſex rerũ nõ naturaliũ,cũ ſuis annexis,quę vergãt ad frigiditatem & ſiccitatem: vt eſt aër,cibus & potus,

ſomnus,& vigilia,motus & quies inanitio,& repletio,& accidentia animæ. In primis ergo eligatur aër ſyncerus & clarus,non humidus, nec rheumaticus.Et cibaria ipſius ſint leuia,pauci nutrimenti.nō comedat pinguia,neque dulcia.dimittat iuſcula,leguminum ſubſtantiam, & lacticinia: ſpecies ſiue aromata abhorreat,& allia,& cepas,& vina fortia.vtatur lactucis,ſpinachiis,& borraginibus.ſatis aquæ indat vino:& ſi febricitet,ſit cōtentus ptiſſana,& lacte amygdalarum,& hordeato:ſobriè viuat,cœnam dimittat,ventrem habeat laxum:quieſcat, ſaltem mēbro apoſtemate affecto: parū dormiat,interdiu ſaltem:honeſtè viuat.Secundam rem complet phlebotomia ſi plethora ſit:è parte cōtraria,ſi apoſtema fuerit in principio:& ex eadem,
Cap. 5. ſi fuerit in ſtatu & declinatione.Imò etiam euacuamus (ſecundum Gal.13. therap.vt ſuperius dictum fuit) non ſolùm ob plethoram,ſed ob magnitudinem paſſionis,& dolorem,in commoderatione humorum. (Dolor enim & calor phlegmone tentati membri,cauſa rheumatis ſunt, tametſi abſque ſuperfluitate fuerit corpus) vniuerſales canones ſemper obſeruando. Tertiam rem complent repercuſſiua,& refrænantia in principio, exceptis caſibus in capitulo vniuerſali memoratis:&reſolutiua miſta inæqualiter cum refrænatiuis,in augmento:& ęqualiter miſta in ſtatu:& pura reſoluentia in
Pag. 82. fine ſtatus,ac in declinatione,vt ſupra:ſi apoſtema incedit via reſolutionis. Si verò incedat via exituræ,tunc maturantibus,aperientibus & mundificātibus vtendum erit.Et deſiccantia ſunt,quæ in vtriuſque fine ſanant,Auxilia repercuſſiua & refrænantia quę cōpetunt in principio,ſunt quatuor for-
Cap.2. mularum.Prima eſt Gal.ſecundo ad Glauconem,oxycratum, ex aqua & aceto in forma potabili miſtis,& cum ſpongia applicatum.Secunda eſt Aui. quod recipit ſucci ſemperuiui lib.1.. vini craſſi acerbi,lib.ß. farinæ hord.
Part. 2. quart.1.corticis granatorum,& ſumac,pulueriſatorum.ana vnc.ß.coquātur,
ſerm.3.c. & fiat linimentum. Tertia formula eſt Halyab.℞.ſandal.& rub, ana. drac.
27. 3. memithę drac.2. cimoliæ, boli arm.ana.drac.1. & ß. tere omnia ſubtiliter,& diligenter cribra,& diſſolue in ſucco ſemperuiui, aut portulacæ, aut lactucæ,& fiat linimentum.Quarta formula,eſt totius communitatis,regerens & infrigidans ad vulnera & contuſiones.Recipe albuminum ouorum, quantum vis: aquæ roſaceæ, aut olei roſacei, ad placitum: fiat linimentum & cum ſtupis,panníſque applicentur,& ſæpe mutentur. Localia quæ explent intentionem augmenti,ſunt trium formularum.Quarum pri-
Cap.17. ma eſt oleum roſac.nam (ſecūdum Gal.in tertio pharmacorum ſimpliciū) ex parte roſæ refrænat,ex parte olei euaporat.Secunda eſt Aui. Recipe foliorū malug.m.1.abſinthij,roſa.an.vnc.ß. farinæ hordei,vnc.1.olei chamæmelini,quart.5.coquantur,& pinſentur,& fiat emplaſtrū molle.Tertia formula eſt eiuſdē:Recipe vini cocti, quart.1.aquæ roſa.aceti,an.quart.ß.croci, dra.2.bulliant modicum,colentur,& fiat epithema cum ſtupis aut pannis:& tardius quàm repercuſſiua mutentur.Localia quę reſoluunt, & complent intentionen ſtatus,etiam ſunt trium formularum. Prima accipitur à magiſtro Dyno:Recipe parietariæ,foliorum maluæ, an.m.1.furfuris ſubtilis,

lis,P.1.anethi,fœnugręci,an.vnc.ß.olei chamom.quar.ß.incoquantur vino, & piſentur,& fiat emplaſtrum. Secunda eſt Gal.13.ther. Recipe medullæ panis frumentacei,lib.1.maceretur per horam in aqua feruēti,& exprimatur mellis,quart.1.miſceantur,& fiat emplaſtrum molle.Tertiam formulā ponit Aui.in diachylone & baſilicone:quorum formę & deſcriptiones ponuntur in antidotario:& iſta tardius adhuc mutentur. Declinationem verò per deſiccationem complent lana ſuccida,aut ſtupa,aut ſpongia,aut filtrum,vino ſtyptico calido imbuta,expreſſa & appoſita. Per ſuppuronem complent declinationem,auxilia trium formularū. Quarū prima eſt triapharmacum Gal. quod fit ex farina frumenti,aqua,& oleo ſimul coctis: & fiat emplaſtrū.Et ſi vis illud colorare momento croci licet.vbi ſupra.Secūda formula eſt eiuſdem Gal.& ipſam aſſumit Halyab.Recipe mucaginis ficuum,& corticum radicis maluauiſci,lib.1.farinæ frumenti,lib.ß.coquātur inſimul,& fiat emplaſtrum.Tertia formula eſt communitatis.Recipe foliorum maluæ,ſenationis, radicis lilij, & corticis maluauiſci, ana.m.1. farinæ frumenti,quart.1.farinæ ſelini,vnc.1.axungiæ porci recētis,lib.ß. coquātur herbę in aqua,& tundātur cum aliis in mortario,& fiat emplaſtrum.& iſta tardius mutentur.Si autem collectum fuerit pus, & apoſtema ſponte non aperiatur,aperiatur phlebotomo vel medicina aperitiua:& mūdificetur,& carne repleatur, & conſolidetur, iuxta formam dictā cap.vniuerſali, & dicendam in tractatu de vlceribus:quia exituræ apertæ (vt dictum eſt) ad vlcera reducuntur.Quarta res,quæ eſt accidentium correctio, completur ſecundum naturam accidentium quæ contingunt:vt ſi adeſt dolor, is omnibus modis mitigetur.Nam dolor proſternit vires,& legitimam operationem impedit.Ponantur ergo tempore doloris alterantia & dilatātia:vt eſt oleum roſa.cum vitellis ouorum:aut mica panis albi macerata in aqua feruenti expreſſa,& cum oleo roſa.miſta:aut maluæ coctæ in aqua,miſtæ cum furfure ſubtili,& oleo violarum.Et crocus aſſumitur in omni ſedatione doloris,ſecundum Aui.Et ſi eſt neceſſe tranſire ad hyoſcyamum,fac audacter. Nam herba ipſius ſub cineribus calidis cocta,& cum axungia recēti aliqua miſta,dolorem mitigat,& apoſtemata calida maturat, vt ponit Theodoricus.Caue tamen à nimia humectatione:quoniam in principio eſt verēda,vt dicit Aui.A recurſu materię ad interiora ſecuros reddit euacuatio,& attractio:& ſi non cum alio,ſaltem cum cucurbitulis.Si verò ſuſpicionem habueris,ne apoſtemata induretur,decoque in aqua radicē cucumeris ſylueſtris, vel bryoniæ,vel aſari:multoties quidem ipſas ſolas, quandoque autem & pingues caricas adiiciens. Deinde illi aquæ farinam miſce,& pinguedinem anſeris vel gallinæ,& coque,& fiat emplaſtrum,in ſecundo ad Glauconem.Si verò apoſtemati corruptio accidat,tunc ſcarifica locum, & aqua ſalita embroca ſeu infunde:poſtea emplaſtrum appone ex farina fabarum, aut orobi, cocta in oxymelite : & reliqua curatione eſthiomeni cura.

*Cap.15.*

*Lib.4. fen.3.tr. 1.cap.3.*

*Lib.2.ad Glauc.c.7.*

*Pag.84. Ibidem.*

*Loco præcitato.*

*Lib.3.ca.11.*

*Ibid.c.m.*

*Cap.7.*

*Cap.10. eiuſdem.*

### *Capitulum adminiculatiuum prædicto, de carbũculo, anthrace & eſthiomeno, aliiſque puſtulis malis ſanguineis.*

*Puſtulæ* malæ & corruptæ ſanguineæ (vt dictum eſt) ſunt omnes quæ in ſui eruptione dimittunt eſcharam. Ex quo apparet, quod licet furunculus ſit paruus phlegmon, non propterea eſt puſtula mala corrupta: quia in ſui eruptione non facit eſcharam. Curatur etiam & maturatur facta phlebotomia, frumento præmanſo, & diachylon: & mundificatur melle cocto, & ſarcocolla, vt ponit Rhaſis, qui eum vocat carbunculum. Sunt verò tales puſtulæ quæ dimittunt eſcharam (ſecundum Gal. in 14. therap.) ex ſanguine craſſo, feruente, & putrente: qui dum incipit ebullitio, cauſa eſt carbunculi, & prunæ, & ignis perſici ſiue ſacri. Quod ſi vltra protendatur, vt per ebullitionem adipiſcatur venenoſitatem, eſt cauſa anthracis. Si vlterius, adeò vt finiat ebullitio & putrefactio, cauſa eſt gangrænæ, & eſthiomeni. Sunt enim gangrænæ, & eſthiomeni, & carbunculi propriè phlegmones, in libr. de tumoribus præter naturam. Non ergo ſunt dictæ puſtulæ ex miſtione & aggregatione humorum naturalium, vt dicebant Lanfrancus & Henricus (licet ipſe Henricus in ſuis notabilibus de hoc dubitarit) ſed ſunt ex ſanguine craſſo bulliente, in quo ſubtile & craſſum (quæ in choleram & melãcholiã conuertũtur) ſunt adhuc ſimul: & propterea dicebat Auicen. illas eſſe ex cholera citrina, & melãcholia ſimul miſtis, differentibus ſecundum magis & minus, vt dicetur.

*Lib. 7. alman. cap. 10.*

*Cap. 10.*

*Cap. 6. Tract. 3. doct. 2. cap. 2.*

*Lib. 4. fẽ. 3. tr. 1. cap.*

*Eſt ergo* carbunculus, ſiue pruna, ſiue ignis perſicus, vel ſacer (quæ quaſi pro eodem accipit Auic.) puſtula phlegmonica, mala, veſicas faciens, & cõburens locum in quo eſt, nigra ſeu cinericia cum rubedine obſcura, & dolore verſuto, & ardore, & veſicis in circuitu: ex qua euenit quando rumpitur eſchara, qualem facit accidere combuſtio & cauterium.

Eius cauſſa eſt craſſus ſanguis ſemibulliens, & putrefactus, à quo non fuere adhuc ſeparata craſſum & tenue.

*Signa* carbunculi incipiẽtis ſunt rubor fuſcus, & citrinus, color, durities, dolor, calor & incendium, acumen, & paruitas formæ ad inſtar ciceris, velocitas augmẽti, veſicæ in circuitu: & quãdo maturatur, apparet caro mortua & eſcharalis ſeu cruſtoſa, quæ ſorditiẽ emittit viſcoſam, ac ſi eſſent radices quædam: & aliquando erumpit in multis locis, & poſt reducitur in vnum. Carbunculi non ſunt negligendi, quia aliqua ex parte ſunt venenoſi. Carbunculi licet à principio non ſint vlcerati, terminantur vtplurimum in vlcera: & ideo tractatus vlcerum in ipſis habet locum. Carbunculi ſequuntur peſtilentiam.

*Cura* carbunculi tres habet intentiones. Prima victus rationẽ præſcribit. ſecunda materiã antecedentẽ adæquat, tertia materiã cõiunctã regit & gubernat. Prima intentio completur debita adminiſtratione ſex rerum non naturalium, cum ſuis annexis ſecundum formam datam in phlegmone: niſi quòd oportet vt magis declinent ad tenuitatem, & infrigidationem, & hume-

humectationem: quoniam ad ipſos plurimum ſequitur febris. Et ideo ſubtrahantur vinum & carnes: vtatur lactucis, portulacis, & granatis, & omnibus acidis. Et ſi neceſſe ſit, detur ius pulli cum lactucis, & omphacio alteratum. Secunda intentio completur phlebotomia, primum à parte cõtraria, deinde, quando locus incipit alterari ad nigredinem ab eadem parte. Tertia intentio cõpletur ante vlcerationem, miſtis refrænãtibus, & reſoluentibus ne materia retrocedat, neque etiam irritetur. Ad hoc laudatur à Gal. in 4. therap. emplaſtrum de arnogloſſa: & ipſum accipit Auic. Cuius formula eſt, Recipe arnogloſſæ, lentium, panis furfuracei, ana. coquantur in aqua donec vniantur. applicetur ſuper locum, & in circuitu. Aui. eis addit gallas: & credo quòd ſi ſubtilis ſanguis magis appareret, quàm craſſus, laudabiles eſſent. Et emplaſtrum de duobus granatis, coctis in aceto aut aqua oxalidis idem probat. Remiſſa aliquantum furia mali, emplaſtrum Auicen. ex ficubus, vua paſſa, nuce, & farina hordei coctis in vino, ad maturandum & rumpendum eſſet bonum. Facta eruptione, mundificetur ſucco apij, melle, & farina coctis: & poſt more aliorũ vlcerũ cũ diachylon conſolidetur. Vngẽtũ tamẽ ex bolo ar. oleo & aceto ſemper in circũferẽtiis ponatur. Si verò locus incipiat peior fieri & corrũpi, ſcarificetur circũquaq. & lauetur aqua ſalſa: vlcus verò trochiſcis calidicon diſſolutis in vino deſiccetur: & eſchara mundificetur emplaſtro dicto de apio, aut ex butiro: & regimine anthracis & vlcerum putridorum curetur. *Cap. 10.* *Lib. 4. fen 3. tr. 1. cap. 10.* *Ibid.* *Ibid.*

*Anthrax* (ſecundũ Guli. de Saliceto) nihil aliud eſt, quàm carbunculus malignus. Materia nanque anthracis eſt ſanguis craſſus, & bulliẽs, adeo vt ob ſuam ebullitionẽ adeptus ſit venenoſã qualitatẽ. Dicitur autẽ bona buba per antiphraſin, quia peſſima, & periculoſiſſima: & deriuatur forte ab anthra, quod eſt cor, quia ſemper appetit cor. *Li. 1. cap. 59.*

*Signa* anthracis, ſecundũ Henricũ, ſunt ſigna carbunculi aucta, cũ vario venarũ circũpoſitarũ colore in modũ iridis: & magno mẽbri in quo eſt põdere, acſi eſſet vinculis conſtrictũ, cũ magnis & intolerabilibus anguſtiis, & caloribus, cũ proſtratione appetitus, & nauſea, & cordis palpitatione, cũ magna animi defectione. Antrax tota natura, eſt ægritudo acuta, & periculoſa: quia fit ex materia multũ venenoſa, peſtilẽti, & cõtagioſa. Et deterior eorũ eſt ſecundũ Aui. qui accidit emũctoriis, & vicinitati membrorũ principaliũ: timẽdum enim eſt de reditu materiæ. Et omnis puſtula mala venenoſa, quæ poſtquã apparuit retrocedit, eſt mortalis, maximè ſi apparuerint mala ſigna. Et quando accidentia ſunt vehemẽtia, eſt ſignũ malum. Si verò accidentia remittant, & quieſcãt, eſt ſignum bonum. Et ex lethalibus is minus eſt funeſtus, vt inquit Auic. qui rubet, & ab hoc citrinus. Ab eo verò qui ad nigredinem inclinat, nullus euadit. Anthraces in peſtilentia frequentes ſunt. *Lib. 4. fen. 3. tr. 1. cap. 17.* *Ibid.*

Cura anthracis quatuor habet intẽtiones. Prima vitæ rationẽ preſcribit: ſecunda roborat cor, tertia materiam antecedentem euacuat, quarta materiam coniunctam extrahit & gubernat. Prima completur debita

adminiſtratione ſex rerum non naturalium. Præſcribatur ergo manſio luminoſa, & inclametur, & parum ſinatur dormire: & alia inſtituantur vt fuit dictum in carbunculo: niſi quod tenuior victus eſſe debet & diæta qualis præſcribitur feb. peſtilentiali correpto. Sufficit ei ptiſana & aqua cum ſuc. roſ. lac amygdalarum & hordeatum, vſque ad quartum vel quintum diem: mala granata, arancia, limones, & omnia acida illi conueniunt. Et ſi eſt neceſſe, detur ius gallinæ coctæ cum vua immatura, & lactucis. Secunda res completur adminiſtratione bonæ & probatæ theriacæ, ad quantitatem vnius fabæ, diſſolutæ aqua ſcabioſæ, aut decoctione eius: aut aqua roſa & bugloſſi, ſi febris eſt multum acerba. Et ſit eius adminiſtratio (ſi eſt poſſibile) per ſex horas poſt cibum, & non commedat ante totidem horas. Et dico (poſſibile) quia in theriaca neceſſitas non habet horam, vt dicit Auenzoar in princ. theiſir. tanto enim tempore, vel circiter, communiter celebratur digeſtio prima. Auenzoar tamen in theriaca concedit ſeptem horas, & plus: Auer. verò nouem. Et totum hoc eſt ſecundum medietatem temporis vniuerſalis digeſtionis, quæ eſt ſexdecim horarum: ſecundum antiquum præceptum, quod in duobus diebus ter corpus reficiatur: tametſi velit Auic. terminum moræ cibi in ſtomacho eſſe à 12. horis vſque ad 22. quod de toto ſtomacho, & inteſtinis intelligi debet, vt dicit Albertus Bonon. Ratio prædictorum eſt, quia nullum pharmacoſum debet miſceri cum cibo: generatur enim inquietudo, & dolor, vt dicit Auenzoar vbi ſupra. Theriaca autem non ſolùm eſt pharmacoſum, ſed etiam in medio naturæ patientium corporum, & lædentium ea pharmacorum, lib. quinto ſimplicium: quod non propriè, ſed per ſimilitudinem eſt intelligendum. Et redeundo ad propoſitum, emplaſtri modo applicentur illi exterius ad regionem cordis, roſæ, cum viol. floribus bugloſſi, & ſandalis omnibus, atque cortice citri. Et ſi feb. concedit, addatur modicum meliſſę, & maioranę, atque croci: & pannus carlatus tinctus cocco baphica, in hoc habet magnũ locum. Tormentilla, & herba tunix loco theriacæ laudantur ab Arnaldo. Tertia res cõpletur phlebotomia eiuſdem partis: aut cucurbitulis, & ſcarificationibus, ſi ætas phlebotomiam nõ tolerat. Sed quarta res cõpletur infrigidãtibus, & reprimentibus in circuitu adhibitis & nõ ipſi agræ parti, ne materia retrocedat: vt eſt vnguentũ de bolo armen. & oleũ roſa. aut myrtinũ, cũ aceto miſtũ. Supra locũ apponãtur extrahẽtia materiã, & ſi aliis nõ licet, ſaltẽ admotis cucurbiculis, aut ſuctionibus ſuccurratur diligẽter: q̃a ægritudo eſt quæ breues dat inducias. Extremis verò ægritudinibꝰ extrema remedia ſunt neceſſaria ad exq̃ſitã curationẽ. Ego ſanè aliquãdo fui coactꝰ cauterio actuali anthracẽ extirpare: imò audiui illũ morſu alicuius ex humili plebe remoueri. Scarificetur etiã in circuitu, & irroretur aqua calida ſalſa, vt ſãguis exeat, & nõ coaguletur: aut erodẽs medic. apponatur: & arſenicũ in hoc obtinet prĩcipatũ. Porro, ſi aliquas daret inducias, maturetur & aperiatur admotis ficubus, & fermento, atq. ſale adinuicẽ miſtis, vt ponit Auic. Poſt ſecundã aut tertiam

*Ibid.* — *Lib.6. collig. ca. vlt.* — *Lib.3. fẽ. 13. tr. 3. Cap.8.* — *Cap.18.* — *Aph.6. lib.1.* — *Li.4. fen. 3. tr.1. cap.18.*

appo-

appoſitionẽ huius emplaſtri,locus ſolet apparere totus niger,& dehiſcens.
& ab eo tempore mundificetur cum mundificatiuo de apio, vt in carbun-
culo fuit dictum. Et poſtea cum diachylone abſoluatur curatio. Medica-
men ex vitello oui cum ſale, ſæpe applicatum maturat & aperit anthracẽ,
vt dicit Theod. Præterea ad maturandum, & rumpendum dictat Iamerius *Li.3.cap.*
tales pultes: Recipe radicis apij, ranarum, ſcabioſæ, roſtri accipitris, marru- *12.*
bij, farinæ frumenti, ſem. lini, mellis, olei, axungiæ veteris: coquantur in vi-
no, & fiat emplaſtrum. Conſolida quoque minor inter duos lapides con-
trita, quodam diuino miraculo anthracem ſanat, & interficit, & ex toto
concauat, intra vnius diei ſpatium, ita vt poſtea non indiget niſi aliorum
vlcerum cura, vt dicit Roger. quod affirmat Theod. Illud idem recipiunt *Lib. 2. c.*
quatuor magiſtri. Omnes verò ad vnum referunt hoc, notatu dignum, de *6.*
ſcabioſa: quod ipſa in potu ſumpta cum vino, vel comeſta, interiora apo- *Loao præ-*
ſtemata ad exteriora conuertit, & ea inſenſibiliter diſſoluit. Illud quod *citato.*
ponit Henricus de probatione anthracis curabilis, & mortalis, cum burſa
fellis porci, fabulæ ſunt Theodorici. In cura anthracis reſpice curam car-
bunculi, & eſthiomeni: quia in medio eorum eſt, vt ſuperius fuit dictum.

*Eſthiomenus*, licet propriè non ſit puſtula, eſt tamen effectus puſtula-
rum: & ipſius cura eis proportione reſpondet. Eſt autem mors, & diſſipa-
tio membri (& propter ea dicitur eſthiomenus, quaſi hominis hoſtis) cum
putrefactione, & mollificatione, ad differentiã lupi, & cancri, qui diſſipant
membrum cum corroſione, & induratione. Non ergo ſunt idem, vt dice-
bat Theodoricus, & Lanfrancus, atq; Hẽricus. Eſthiomenus vulgariter di *Theod. l.*
citur ignis ſancti Antonij, aut ſancti Martialis. Eſthiomenus vocatur gan- *3.cap 9.* *Lanfr.tr.*
græna apud Græcos. Sic enim Gal. in lib. de tumorib. Inter maximas phle- *3. doctr.2.*
gmonas eſt vocata gãgrena, mortificatio exiſtens patiẽtis particulæ. Auic. *cap. 2.*
tamen ponit differentiam inter ipſa, ſecundum maiorem & minorem mor *Cap. 6.*
tificationem. *Li.4.fen.* *3.tract.1.*

*Cauſa eſthiomeni* & deſtructionis vitæ in membris tripliciter accidit v- *cap.15.*
no modo, quando membrũ nõ poteſt recipere vitam ſibi à corde tranſmiſ-
ſam, propter diſſipationem cõplexionis & harmoniæ ipſius: idque præ ni-
mia frigiditate, vt per hyemẽ validã, & indoctam apoſtematum infrigida-
tionẽ: aut ab excellenti caliditate, & venenoſitate apoſtematis, & puſtula-
rum malignarum. Alio modo, quando in membro vita recepta ſuffocatur:
vt in magnis apoſtematibus, quæ ita obturant venas, & poros cutis, vt ſpi-
ritus carens perſpiratione, ſuffocetur. Tertio modo, quãdo vita nõ poteſt
venire à corde ad mẽbrũ, propter ligaturã, aut cõtuſionem factam in via.

*Signa & indicia* ſunt hæc, ſecundũ Gal. vbi ſuprà. Primum quidem extin
guitur coloris floridũ illud quod adhæret phlegmonis: deinde, & dolor &
pulſus diſcedũt, nõ ceſſante diſpoſitione, ſed emortuo ſenſu. Nigrum ergo
mẽbrũ efficitur molle, & putridum cum fœtore cadaueroſo: & ideo cum
premitur digitis, facilè cedit in profundum, & non reuertitur: imò ferè vi-
detur cutis à carne ſeparata. Eſthiomenus tantæ eſt ferocitatis, vt niſi cito

ſuccurratur, facilè emoritur laborans particula:& inuadens vicinas,interficit hominem.

*Cura eſthiomeni* tres habet intentiones. prima vitæ rationem præſcribit: ſecunda materiam antecedentem adæquat: tertia locum corruptum, & mortificatum regit & gubernat. Prima completur debita ordinatione ſex rerum non naturalium quæ declinent ad frigiditatem,& tenuitatem. Cibus ergo illi ſit mica panis lota aqua, hordeatum, auenatum, lac amygdalarum,ius gallinæ alteratum, lactucis, maximè ſi febricitet. Vtatur portulaca,pomis granatis,& aliis acidis. Et ad præcautionem, quia fumi qui eleuantur à corrupto, poſſunt inficere cor,detur illi theriaca,& alia cardiaca adminiſtrentur,vt ſuperius dictum eſt in puſtulis. Secunda intentio completur phlebotomia, necnon ſanguinis mundificatione cum catholicone,& caſia fiſt.tamarindis,lupulis,fumo terræ,polypodio,& talibusquæ ſanguinem habent depurare:quia in iſtis corruptionibus ſemper eſt calefactio & motus choleræ,& ſanguinis infectio. Tertia intentio completur,

*Lib.4. fen.3.cap. 16.* eo modo quo dicit Auic.Cùm ergo(inquit)vides membri colorem altera- " ri,tunc oportet vt liniatur vnguento de bolo Armenia,terra ſigillata,& a- " ceto.Si autem illud non valet,non inuenies excuſationem, quin ſcapella- " tionem profundam facias in diuerſis locis,aut ſanguiſugas apponas,& ve- " nas paruas proximas aperias: & locum aqua ſalſa laues, vt ſanguis craſſus " exeat, & non congeletur. Et pone ſuper locum ſcapellatum quod putre- " factionem prohibeat, & reſoluat:vt eſt farina orobi, aut fabarum, cum ſy- " rupo acetoſo mixta:& ſemper bis in die, aceto calido laua. Poſtquam autem calefactio & furia ceſſauerint, vnguentum Ægyptiacum (quod fit ex flore æris, alumine, melle, & aceto, æqualitér miſtis, & coctis) ſuperimponatur. prohibet enim, & reſoluit putrefactionem: & facit cadere quod eſt putrefactum, & conſeruat illud quod adhuc eſt integrum. Si verò vlterius progreſſa fuerit diſpoſitio,& incipit venire ad mollitiem & putrefactionē, vre,& ſepara corruptum à ſano,adhibito cauterio actuali: aut medicina cauſtica, vt ſunt trochiſci calidicō,aut aldaron,aut aſphodelorū.

*Lib. 3. c. 9.* Et ad hoc melius,& ſecurius eſt(ſecundum Theod.& Henricum,& me)arſenicon ſublimatum purum,aut correctum, in puluere, aut vino diſſolutum, linamento aut xylo exceptum & applicatum, præcipuè inter ſanum & corruptum. Et ſi neceſſe eſt,prius ſepara modicum ſpatumine inter ſanum & corruptum:Etenim confeſtim ſine dolore ſiſtit ægritudinem.Modum verò vtendi infrà ſcilicet capitulo de glandulis,& de cancro, & ruptura ſpeciatim docebo.Poſtea procuretur caſus eſcharæ,admoto butyro,aut aliquo vnctuoſo. Et poſtquam exciderit eſchara, locus purificatur lauãdo ſemper aceto,& (ſecundum Guil. à Saliceto) tale emplaſtrum admoueatur.Recipe mellis,lib.ß. vitellos ouorum crudos, tres vel quatuor numero: farinæ hord.lib. ß. miſceantur & fiat emplaſtrum. Et poſt duos vel tres dies,vt melior fiat mundificatio, addantur huic emplaſtro drach.decē

myrrhæ

myrrhæ electæ. Cæterùm quādo eſt neceſſariū incidere membrū, quia putrefactio nō ceſſat, & timetur ne corruptio aliā inuadat mēbra: incidatur & ſerrâ amputetur, iuxta doctrinā infrà dicendam: & vratur pars ei continua: *Tract. 6. doct. 1. c. 8.*
» quia hoc eſt tutius. Quomodo autem membrum corruptum & mortuum
» ſeruetur ne fœteat, dicetur vbi de cōſeruatione mortuorū tractabitur. Hæc *Li. 4. fen. 3. tr. 1. c. 16.*
» eſt ergo quantitas quā dicimus hîc, inquit Auic. Et tu quidem inuenies in
» ſermone communi de vlcerib. putrefactis, quæ te oportet addere huic cap.

## *CAPITVLVM TERTIVM*
### *De Eryſipelate, & apoſtematibus cholericis.*

Licet phlegma in generatione humorum ſequatur ſanguinē, & poſt ſanguinem phlegmatis plus ſit in corpore: nihilominus quia apoſtemata cholerica in multis cōueniūt cū ſanguineis, ideò poſt phlegmonē & apoſtemata ſāguinea, dicetur de cholericis. Apoſtemata cholerica, nomine cōmuni nominantur Græcè eryſipelata, quia adhærent pilis & pelli. Eryſipelas enim cutis eſt propria paſsio, ſicut phlegmone carnis, licet cōſequenter ſe extendāt, 14. therap. Eſt tamen duplex eryſipelas: ſcilicet verum & nō verum. *Cap. 2.* Verum eryſipelas ex cholera fit naturali abūdante, vt dictum eſt (quæ propriæ ſanguis dicitur ſubtilis) quod Auic. vocat ſpinam. Non verum ex cholera fit non naturali, quod formicam vocat Auic. Vnde Gal. 14. therap. inquit: eryſipelas duplicem habet differētiam: etenim aut ſine vlceratione, aut cum hac exiſtit. Prius autē vniforme eſt, & vocatur phlegmone: aliud (ſupple) vocatur formica, ſiue herpes. Iſtud etiam inueniebat in lib. de tu- *Cap. 10.*
„ moribus præter naturā ſcribēs: Cùm igitur peruenerit cholericū rheuma,
„ quod quidem verè ſit tale (id eſt purū & ſequeſtratum) vlcerat cutē. Quod *Part. 2. cap. 1.*
„ verò eſt tenue, & ſanguini commiſtum, id eſt non ſeparatum, magis in tu-
„ morē attollit quàm vlceret. Horū autem alterū vocatur eryſipelas: Alterū
„ verò herpes. In ſecundo etiā ad Glauconem facit diſtincta capitula: primò enim determinat de formicis, & erpetibus: deinde de eryſipelate certo, quod ex ſanguine ſubtili fit. Eſt ergo eryſipelas apoſtema cholericorum, cum duplici dicta differentia: prius tamen dicitur de vna, poſterius de alia. Cholera autem eſt humor calidus & ſiccus, ex ſubtiliori parte chyli generatus. Et eſt duplex, naturalis & nō naturalis: loquēdo de naturali dupliciter, vt dictū eſt. Naturalis eſt humor calidus & ſiccus ſubſtantia tenuis, colore rubicundus, declinans ad quandā citrinitatē, odore & ſapore acutus ſeu acris. Non naturalis eſt, qui declinat ab iſto intra terminos ſuæ latitudinis: quos ſi tranſgrediatur, iam non eſt cholera propriè, ſed alius humor. Hoc autem contingit dupliciter: vno modo per ſe, & in ſe: alio modo per cōmixtionē. Per ſe & in ſe dupliciter: vno modo quādo cholera naturalis putreſcit, & aduritur: & talis dicitur cholera aduſta per putrefactionē. Alio modo, quādo cholera nō naturalis vitellina dicta aduritur, ſiue in ſtomacho, ſiue in hepate, ſiue in venis & efficitur praſſina, & æruginoſa, quę

ſunt extremè malæ.Per admixtionẽ verò efficitur cholera non naturalis,cũ alius humor accedit illi extrinſecus.Et hoc fit multipliciter:vt ſi phlegma tenue admiſcetur ei,efficitur cholera citrina:ſi craſſum, vitellina:ſi melancholia aduſta permiſcetur, efficitur cholera aduſta per admiſtionẽ.Et ſic
*Li.1.fen. 4.c. 1. part.1.* ſunt ſecundum Auicennam ſex ſpecies choleræ non naturalis : ſed ſecundum Halyabbatẽ non ſunt niſi quatuor,quia de duabus ſpeciebus aduſtis nullã fecit mentionem.Gal.autem in ſecundo de virtutibus naturalib. nõ
*par.1.c.vl. Cap.9.* ponit præter naturam,niſi vitellinam:quia praſſinã, & æruginoſam ex malis oleribus dicit generari in ſtomacho,aut ex aliqua mala diſpoſitione venarũ,in librum ſecundũ prognoſticorum. Ex quibus apparet,ex cholera generari quatuor ſpecies apoſtematum.Primò ex cholera laudabili,quam tenuẽ ſanguinẽ vocant,generatur vnum apoſtema,quod certũ & verum eryſipelas dicitur in ſecundo ad Glauconem. Ex cholera illaudabili per ad-
*Part.2. cap.1.* mixtionem generãtur tria apoſtemata,ſcilicet eryſipelas phlegmonodes. eryſipelas œdemodates,eryſipelas ſcirrhodes.Ex cholera illaudabili per aduſtionem,generantur ſecundum eius ſubtilitatem & craſſitiẽ, omnes puſtulæ corroſiuæ ab hepate vſque ad cancrum:vt ſunt herpes,ſerpigo, & for
*Cap. 2.* mica,in decimoquarto therap.

*Cauſæ* autem eryſipelatis veri,ſunt tres,vti & phlegmones veræ,primitiuæ videlicet,antecedentes, & coniunctæ.

*Signa* & iudicia ſumuntur ex cõparatione eryſipelatis ad phlegmonem,
*Cap.1.* iuxta doctrinã Galeni in decimoquarto therap.& ſecũdo ad Glauconem,
*Cap.1. part. 2.* Et ex hoc apparet eryſipelas verum & certũ,eſſe ſpeciẽ phlegmones. Aſſumendo erga primũ ſignum veri,eſt color rubens declinans ad citrinitatẽ: ſecundũ rubedo cito euaneſcẽs digitorũ appreſſu:tertiũ,tumor non multum excedens cutẽ : quartũ caliditas vehemens febrẽ excitans, & pluſquã in phlegmone,quintũ,pulſatio non magna:ſextũ,dolor mordicans, & pũgens,non tenſiuus,vt in phlegmone:& alia ſigna dominiũ choleræ ſignifi-
*Libr. 7. aph.9. & 10.* cantia.Eryſipelas vtplurimũ accidit faciei, & incipit in lepore naſi: deinde ſpargitur in faciẽ totam:& hoc eſt propter leuitatẽ choleræ,& faciei raritatem.In oſſis denudatione eryſipelas malum.In eryſipelate putredo,aut ſuppuratio,malũ. Eryſipelas verũ quatuor habet tẽpora,vt alia apoſtemata:quorũ ſigna à ſuperioribus eliciãtur.Eryſipelas verũ rarò facit pus: vtplurimũ enim per inſenſibilẽ euacuationẽ terminatur.Prętereа in eryſipelate cõtingunt accidẽtia, quæ aliquãdo in curatione ſuperant ſuã cauſam,
*Pag.88.* & præuaricant ordinem curationis,vt de phlegmone dictum eſt. Adhæc eryſipelas motum ſequitur tertianæ febris,quia ad eius materiam habet analogiam.

*Cura eryſipelatis* veri,vt cura veræ phlegmones,præter regimẽ vniuerſale, quatuor habet intẽtiones.Prima vitæ rationẽ præſcribit: ſecunda materiã antecedentẽ adæquat. tertia materiam cõiunctam extrahit & euacuat. ſed quarta accidẽtia corrigit & emẽdat.Prima cõpletur debito regimine, declinante ad frigiditatẽ & hu.vt in tertiana. Eligatur ergo aer, & habitatio

frigida,

frigida,& infrigidata ſparſione foliorũ ſalicis,vitis,cãnarũ,& iuncorũ,roſa. & viol.Et dimittat omnia calida,vnctuoſa,pinguia,dulcia , & acria:dimittat vinũ,& lacticinia:vtatur lactucis,portulacis,cucurbita, hordeato,oryza & aliis ſanguinem incraſſantibus,& infrigidantibus:ſobriè viuat.Ventrem teneat laxum.Dormiat & quieſcat : ac etiam honeſtè viuat.Secundam rem complent euacuatio,& phlebotomia.Itaque euacuetur materia aliquo cholagogo,vt eſt electuarium de ſucco roſa.aut aqua tamarindorum Raſis,quæ *Lib.10.* Recipe pruna Damaſ.viginti:tamarindorũ recentium drac.decem.zuc.vio. *almanſ.* quart.ſemiſſem.fiat colatura:quæ detur mane.Et ſi efficacior reddatur,addi *cap.4.* ta drach.vna elect.de ſucco roſa. eſſet valde bonum. Phlebotomia fiat (ſi expedit) ſecundum modum qui dictus eſt in phlegmone. Tertiã rem complent infrigidantia,& repellẽtia in principio,caſibus dictis in capitulo generali exceptis.Et poſtea euaporãtibus extra, per occultã ſenſui trãſpirationem.Quoniam verò non quantitate ſolùm affligit eryſipelas, ſed & qualitate vehementem habent inflammationem , infrigidatione indigebit ampliori quam phlegmone.Terminus autem infrigidationis ſit, mutatio coloris:etenim ceſſat tunc certiſſimè. Aui.etiam ad hoc laudat perfuſionem *Lib.4.f.* aquæ frigidæ:Gal.vero ſuccum ſolani,ſemperuiui , portulacæ, pſyllij,hyo- *3.tr.1.* ſcyami, & aliorum in capitulo de phlegmone dictorum.deinde euaporat *cap.5.* materiã Gal.impoſita farina hordei, & aliis in cura phlegmones iam ſupe- *Lib.14. meth.c.3.* rius dictis.Sicut enim eryſipelatis ſigna ſumebantur ex analogia ſignorum *Ibid.* phlegmones, ita & auxilia ex analogia curationis ipſius. Quarta intentio completur,quantum ad timorem de reditu materiæ,& induratione,& corruptione,ſicut in phlegmone dictum eſt.Ad dolorẽ & ardorem,optimum fit mitigatoriũ ex foliis & radicibus hyoſcyami,inuolutis in ſtupis & coctis ſub prunis,miſtis cũ populeone,vel cũ axũgia: vt de phlegmones dolore ſuperius fuit dictum. Si contingeret ipſum vlcerari,curetur vnguento albo,aut vnguento de lithargyrio:aut ſi adderetur eis ſcoria plumbi , optimum eſſet.

### *Capitulum adminiculatiuum prædicto,de formicis,herpetibus, & puſtulis malis cholericis.*

*Puſtulæ* malæ cholericæ (vt dictum eſt)ſunt omnes quæ in ſui eruptione dimittunt eroſionem & virulentiam , vt ſunt omnes ab herpete vſque ad cancrum.Et licet ſint multæ ſpecies carentes nomine, tamen ſunt duæ nominatæ manifeſtè : herpes videlicet Græcè,& formica Arabicè. Et ſunt omnes ex cholera non naturali , differente ſecundum craſſitiem & ſubtili- *Cap.7.* tatem. Quod autem tranſit vltra in craſſitie, herpes eſthiomenus Græ- *Cap.17.* cè vocatur,cancer Latinè. Et hæc eſt intentio Galeni in libro de tumo- *Part.2.* ribus præter naturam , & 14.therap.& ſecundo ad Glauc.Auicenna verò *cap.1.* omnes puſtulas malas cholericas, factas ex cholera non naturali & ſeque- *Lib.4. fen 3.tr.* ſtrata,vocat Formicas:quia ex cholera naturali,naturalitate nutritionis di- *1.cap.1.*

ćta (quæ eſt ſanguis tenuis) dicit fieri ſpinam, id eſt verum eryſipelas, vt ſuperius fuit dictum. Commiſceamus ergo Græcum,& Arabicum,& faciamus gratia manifeſtæ doctrinæ,duas ſpecies puſtularum malarum cholericarum,ſub quibus contineantur aliæ:vna vocetur herpes,quæ ſit ex cholera ſubtiliore:alia vocetur formica, ex cholera craſſiore:& non curemus de nominibus,dummodo res intelligantur.

*Sit ergo* Herpes puſtula,vel puſtulæ malæ cholericæ,eryſipelatæ,veſicatæ & inflammatæ,cum pruritu, & rubedine declinante ad citrinitatem. Et breuiter,herpes nihil aliud ſit, quàm eryſipelas puſtulatum,& vlceratum. “
Cap.17. vnde Gal.in 14.therap. Valde enim eſt tenuis cholera quæ herpetem generat,vt non ſolum omnes pertranſeat interiores particulas,quæcunque carnoſæ ſubſtantiæ ſunt:ſed & cutem,vſque ad epidermida, quam ſolam erodit,eo quòd detinetur nonnihil ab ipſa: Quod ſi demum hanc pertranſiret velut ſudor,non vlcerat.

*Cauſæ & ſigna* ex dictis nota ſunt.Ex dictis etiam apparet, herpetẽ eſſe velocioris reſolutionis quàm ſit formica.Etiã apparet, eſſe mediũ tranſitũ ab eryſipelate ad formicam,& à formica ad cancrum.

*Curatio* tres habet intentiones,vt in eryſipelate.Prima vitæ rationẽ præſcribit:ſecunda materiam antecedentem adæquat,tertia materiam coniunctam regit & gubernat. Prima & ſecunda complentur vt dictum eſt de eryſipelate:niſi quòd iuuamentum ex phlebotomia minus in hoc eſt.
Cap.2. Tertia verò non ſimiliter,docente Gal.in ſecundo ad Glauconem:quia illud indiget refrigatione cum his quæ humectãt, cùm nõ eſt vlceratũ:iſtud verò cũ iis quæ ſiccare apta nata ſunt.Non ergo cum lactucis,nec portulacis, nec cum aqua frigida:ſed cum capreolis vitis ſoliis rubi, & plãtaginis, cum lentibus,& farina hordei:& eo quod ſcriptum eſt ad phlegmonas,miſcendo aliquantũ mellis,ſi indiget mundificatione. Ad vlcerationes verò, quæ non ſunt multum malè morigeratæ,ſufficiunt vnguenta alba, & metallica,quæ dicta ſunt,& dicentur in vlceribus virulentis.

*Formica* eſt puſtula,vel ſunt puſtulæ malæ cholericæ,abſque latitudine, cum inflammatione & pruritu,ambulãtes in cute cum vlceratione,eroſione,& virulentia:&(vt paucis dicã)formica nihil aliud eſt,quàm herpes malus.Eiuſdẽ enim generis ſunt,vt dictũ eſt.Eius ſunt duæ ſpecies: vna eſt leuioris motus,quia ex magis acri, & tenui cholera. Alia tardioris,quia ex craſſiore cholera: adeo vt quibuſdam viſum ſit permiſceri choleræ phlegma,& hæc dicitur miliaris.Poteſt verò adeò craſſari materia, vt videãtur eſſe puſtulæ ficales & bothorales:quia in modum fici,& bothoris deprehẽduntur.Et his apparent cauſæ & ſigna.

*Iudicia.* formica eſt tardioris reſolutionis, quàm herpes. Formica non habet eſcharam,licet poſſit habere putredinem & virulentiã. In omni for-
Lib. 4. f. 3.tr.1. cap.6. mica ſentitur quaſi punctura formicæ,inquit Aui. Verruca natiuitate ſimilis eſt formicæ, non tamen materia:ſed poſt efficitur claualis. & Gal.inue-
Cap.17. nit eam curare cum embuba.14.therapeut. Formica & puſtulæ cholericæ, licet

licet ab initio non ſint vlceratæ,terminãtur vtplurimum ad vlcera:& ideo tractatus vlcerum in eis habet locum.

*Cura formicæ*,vt herpetis,tres habet intentiones. Prima vitæ rationem dictat:ſecunda,materiam antecedentem adæquat: ſed tertia materiam coniunctã regit, & partẽ puſtulatã ſanat.Prima & ſecunda intentio cõplentur, ſicut dictum eſt de eryſipelate,& herpete. Verũtamen in curatione formicæ illius mulieris Romanæ,Gal.approbauit ſerum lactis,in quo parum ſcãmoni apposuerat. Auic.verò in miliari iubet virtutem turbit addere,& etiam epithymi.Super verò locum,antequam vlceretur ponenda ſunt medicamina miſta,habentia virtutem repercuſſiuam videlicet, & diaphoreticam. Et ideo in talibus laudatur emplaſtrum de arnogloſſa, dictum in carbunculo.Et emplaſtrum de duobus granatis ante vlcerationem,& poſt, ſæpiſſimè vtile inueni. Aqua quæ diſtillat ex ligno vitis cùm aduritur,in miliari & ficali ſeu bothorali laudatur ab Auic. Et ſi in ea decoquerentur capita piſcium ſalſorum,eſſet optima.Millefolium,& parietaria cum pauco ſale piſta, ſunt optima ad bothoralem ſeu ficalem, vt dicit Theodoricus.Et ad deſiccandum putredinem,in miliari præcipuè laudat Auic.linimentum factum ex flore æris, & ſulphure,cum aqua dicta. Vnguentum ex bolo armenia,& terra ſigillata,aceto,& aqua roſa (ſaltem in circuitu) approbat Halyab.& laudo vt continuetur. Quando autem manifeſtè apparet eroſio,& vlceratio, non prætermiſſis refrigerantibus in circuitu,ſuper vlcus appone trochiſcos aldaton, vel calidicon, cum vino ſtiptico vel aceto miſtos,vel cum aqua roſa. ita vt fiat linimentum,inquit Halyab. Et ſi iſta non ſufficiunt,oportet tranſire ad fortiora, velut ad arſenicum, & ferrum ignitum,in ſecundo ad Glauconem. Talia enim abſumendo materiã coniunctam erodentem,ſanant eroſionem.Poſt verò procuretur caſus eſcharæ admoto butyro,aut aliquo vnctuoſo. Et ſi oportet ea incidere, incidantur, aut vrantur, aut ligamine inſtar veri fici, euellantur, & curatione aliorum vlcerum vlcus ſanetur.

*Cap.8. præc. loc.* *Ibid.* *Lib.3. cap.43.* *Ibid.* *Part. 2. ſer. 3. cap. 29.* *Part. 6. cap.2.*

## CAPITVLVM QVARTVM
### *De œdemate, & alijs apoſtematibus phlegmaticis.*

SIcut ex cholerico rheumate fit eryſipelas, ſic ex phlegmatico œdema lib.decimoquarto therap.quod eſt apoſtema phlegmaticũ, duas habens differẽtias,vt & alia: verũ videlicet,& nõ verũ.Verũ œdema fit ex phlegmate naturali:qđ nihil aliud eſt quã ſanguis crudus,ſiue diminutè coctus, qui in maſſa ſanguinea ad nutriẽdũ mẽbra phlegmatica reperitur.Nõ verũ eſt, quod ſit ex phlegmate nõ naturali.Eſt autẽ phlegma,humor frigidus & hu. ex crudiori parte ipſius chyli generatus:cuius aliud eſt naturale, aliud non naturale.Naturale eſt humor frigidus & humidus,ſuſtantia crudus, colore declinans ad quandam albedinem, ſapore verò & odore ad dulcedinem. *Cap.4.*

Non naturale eſt,quod recedit ab iſto intra terminos ſuæ latitudinis: quos ſi prætrāſeat,nō eſt phlegma,ſed alius humor. Hoc autē contingit dupliciter:vno modo in ſe,quādo illius ſubſtātia cōuertitur in aquoſam,flatuoſā, aut prætenuē:& fit nunc phlegma tenue,aquoſū,ſiue flatuoſum.Aut incraſſatur & viſcoſus redditur:& fit tunc phlegma craſſum,mucillaginoſum: & gypſeum ſeu vitreum,per vlteriorē indurationem. Aut ipſum putreſcit,& alteratur:& efficitur ſalſum,& nitroſum & corroſiuum. Secundo modo nō naturale efficitur,per admiſtionem,quando alius humor accedit illi extrinſecus:vt ſi ſanguis,efficitur phlegma dulce:ſi cholera,efficitur ſalſum:ſi melāncholia,auſterum & acidum.Sunt ergo octo ſpecies phlegmatis non naturalis ſecundum Aui. Halyab.verò non ponit niſi quatuor. Gal.non videtur ponere niſi ſalſum & acidum: Nihilominus in ſecundo de differentiis febriū. Et ſecūdo de locis affectis,& in multotis aliis locis,facit mentionem de vitreo: quod,propter conuenientiā, multoties reponit cū acido.Ex quibus apparet,quod ex phlegmate generātur octo ſpecies apoſtematum. Primò,ex phlegmate naturali generatur œdema verum & certum.Secundò, ex phlegmate non naturali per admiſtionē, generantur tria genera apoſtematum prout tres humores poſſunt cum eo miſceri: vt œdema,phlegmonodes,eryſipelatodes,& ſcirrhodes.Tertiò,ex phlegmate non naturali per alterationē ſuæ ſubſtantiæ,generātur quatuor apoſtematū genera:primò, ex phlegmate flatuoſo & vaporoſo,generatur apoſtema flatuoſum:ſecundò,ex phlegmate aquoſo,generatur apoſtema aquoſum.tertiò ex phlegmate crudo,craſſo,& mucillaginoſo,generantur omnes nodi,& exituræ phlegmaticæ à lupia vſque ad nactam:vt ſunt glandula,& nodi leues,dubelles, & teſtudines:quartò ex phlegmate vitreo & gypſeo fiunt omnes nodi duri, & ſcrophulæ.Ex phlegmate corrupto & putrefacto,generantur fiſtulæ,& vlcera ſcrophuloſa.Eſt ergo œdema Græcè,& zimia Arabicè, apoſtema laxū & indolens: id eſt parum dolorificum, comparatione facta ad phlegmonem & eryſipelas.

*Lib.fen. 1.doct. 4. cap.1. Part.1. ſer.1.cap. vlt. Lib.2. fac.nat. cap.9. Lib.1. diff.feb. cap.6. Lib.2. loc.aff. cap.5.*

*Cauſa œdematis* ſunt,vt aliorum apoſtematum,triplices: Primitiuæ,vt caſus,& percuſſio,& malum regimen.Antecedentes,vt multiplicatio humoris phlegmatici. Coniunctæ,ipſummet phlegma coadunatum in membro.

*Signa & iudicia* ſunt,tumor laxus & mollis,adeò vt cedat digitis,& remaneat impreſſio poſt digitorum remotionem:dolor paruus,calor debilis,color declinans ad albedinem,cum aliis ſignis dominium phlegmatis ſignificantibus.Oedema,vt cætera apoſtemata,quatuor habet tēpora: principiū, augmentum, ſtatū & declinationem. Terminatur & declinat œdema vt plurimum per reſolutionem,rarò per ſuppurationem, ſæpiſſimè per conuerſionem in nodos,& in alias excreſcentias: quarum terminationum cognitiones ſupra in capitulo vniuerſali ſunt dictæ. Apoſtemata phlegmatica multiplicantur hyeme,& in ſenibus atque crapulæ deditis.

*Curatio* œdematis veri,præter regimen vniuerſale,quatuor habet intentiones. prima, viuendi rationē inſtituit,ſecunda, materiam antecedentem

adæ-

adæquat:tertia materiam coniunctam gubernat: ſed quarta,accidētia corrigit. Prima completur debita adminiſtratione ſex rerum non naturaliū, & trium eiſdem annexarum, quæ oportet declinare ad caliditatem & ſiccitatem,cum quadam attenuatione.Et ideò competit eis aer tenuis,& ſiccus:& panis bene coctus & præparatus: Vinum ſit bonum,ſyncerū, & clarum,cum pauca aqua.carnes ſint electæ ex auiculis campeſtribus,& ex bono veruece.Paucis vtatur iuſculis,& oleribus,atque offis,caueat ab azymis, & crudis,& aquoſis. non comedat ſubſtantias leguminum , neque caſeum, neque fructus grandiores. piſces non guſtet,niſi fortè ſaxatiles, & illi cum vino coquantur.aſſa ei ſunt vtiliora elixis,& paſta incluſis.ſobriè viuat:parum comedat,& minus potet.Venter laxetur ficubus.& cartamo. Exercitium temperatum eſt bonum.Parum aut nihil dormiat,præcipuè interdiu. fugiat balneum,& omnes res humectantes. Secunda intentio completur, digerendo materiam aliquo oxymelite : & eam euacuando aliquo phlegmagogo,vt ſunt pillulæ cocciæ,aut de benedicta,aut diaturbit.Et ſi plethora adeſſet,laudabiliter poſſet aperiri vena. Tertia intentio completur, in principio repellentibus,non infrigidantibus,ſed ſimul præſtātibus exiccationem & reſolutionem.In augmento,reſoluentibus fortioribus. In ſtatu,puris & fortiſſimis.In declinatione,conſumptiuis, ſi incedit via reſolutionis : ſi via exituræ, regitur cum maturatiuis , & reliquarum exiturarum regimine.Auxilia repellentia ſimul exiccandi ac digerendi vi prædita, quæ competunt principio,ſunt trium formularum.Prima formula eſt Gal. 14. *Cap.4.*
» therapeut. & ſecundo ad Glauconem , vbi inquit : Ob phlegmaticum hu- *Cap.3.*
» morem ſufficit aliquando & ſpongia ſola, aqua macerata , modicum aceti
» habente. Fiat autem miſtio vtique vt biberet quis : ſupple , & calefiat. Et quandoque (dicit Auic.)loco ſpongiæ admouetur pannus duplicatus , aut *Lib. 4.* (ſupple)quid ſimile: Et bonum eſt diu admouere,& mutare ſæpe: & illud *fen. 3. tr. 2.cap.3.* comprehendat omnia latera:& ligatura ſit cum bona conſtrictione,à capite membri incipiendo. Secunda formula eſt Auic. Reci.aquæ bauracis,ci- *Ibid.* nerum,& aceti,ana quod ſufficit. Tertia formula eſt Rhaſis , & eam concedit Auic.Recipe aloes,myrrhæ,licij,acaciæ,ſief memithæ,cyperi,croci o- *Lib.7.almanſ.cap. 12.* rientalis,boli armenici,ana partes æquales puluerizentur, & cum ſucco caulium,& aceto miſceantur,& fiat emplaſtrum. Auxilia quæ complent intē- *Ibidem.* tionem augmenti, ſunt prædicta cum aceto copioſiore. Sed ea quæ complent ſtatum,& declinationem, ſi tendit ad reſolutionem, ſunt trium formularum.Prima eſt Auic.& eſt ſpongia in lixiuio cinerum vitis,& fici , & ilicis,id eſt quercus.Secūda eſt Bruni,& eā accipit Theodoricus. Recip.a- *Ibidem. Lib. 2. c. 5.rub.4.* luminis,ſulphuris,myrrhæ,ſalis,ana partes æquales : miſceātur omnia cum oleo roſa.& aceto, & fiat linimentum. Tertia eſt Auic. Recipe ſtercoris *Lib.3.c. 17.* vaccini,lib.ß.olibani ſtyracis,vſneæ,calami aromatici,ſpicæ, abſinthij,ana *Ibidem.* vnc.ß.confice cum aceto,& aqua caulium,& fiat emplaſtrum.Ad maturandum apoſtemata phlegmatica laudat Rogerius diachylon,quod ipſe conficit.Item ad idem: Recipe maluam,brancam vrſinam,radices biſmaluæ,ra- *Lib. 2. c. 8.*

dices lilij,cepas aſſatas,limaces, fermentum, & ſe.lini cocta & ſubacta, & cum axungia,vel butyro mista, & fiat emplaſtrum. Item Theodoricus extrahit ſuccum ebuli,ſambuci,lapathi,leuiſtici, & marathi: decoquit bene, & cum dialthæa,melle,oleo,& butyro,facit emplaſtrum. Maturato autem apoſtemate,non expectetur vt aperiatur ſponte, (quia tardè aut nunquam aperietur, vt dicit Henricus) ſed ferro aperiatur, aut cauſtico, iuxta formam ſuperius dictam. Et detergeantur ſordes vnguento apoſtolorum, & mundificatiuo ex apio, & ſucco abſinthij. Aut cum iſto, quod (ſecundum Dynum) attrahit,& mundificat pus craſſum. Recipe galbani,ammoniaci,reſinæ,pini,terebenthinæ, picis,ſepi vaccini, olei antiqui,ana partes æquales.diſſoluantur gummi ex aceto, & liquefiant ad ignem cum aliis,& fiat vnguentũ:& curatione vlcerũ ſordidorũ cura:& ita cõpletur tertia intentio.Sed quarta intẽtio cõpletur pro natura accidentiũ: vt ſi accidat dolor,tunc ſecundum Auic.oportet vt ſedetur in primis iis quæ ſunt ſicut œſypus & vinum coctum,& cerata ex oleo chamæmelino, de abſinthio, de ſpica,&cera.Si durities,diſſoluatur medulla bubula, ceruina,& conſimilibus,vt dicetur inferius.

*Lib. 3. c. 17.* — *Cap. de vnguẽtis, c. f.* — *Lib. 4. fen. 3. tr. 2. cap. 3.*

### *Capitulum adminiculatiuum de apoſtemate flatulento.*

*Tempus* eſt iam de inflationibus diſſerere, quæ non eandem œdematibus curam habent, ait Galen. in 14.therapeut. Nam illa quidem (vt dixi) à phlegmatico fiunt humore: & propterea,prementibus nobis cedunt ſatis altè in profundum, digitis deſcendentibus in ea. Inflationes verò ex ſpiritu coaceruato fiunt,quandoque quidem ſub cute, quandoque verò in mẽbranis quæ circa profundum conſiſtunt:quandoque circa vnum membrũ, quandoque verò per totum corpus diſcurrunt:quandoque etiam cum dolore ſunt,quandoque verò ſine ipſo.

*Cap 7.* — *Cap. 2. c. m.*

*Cauſa* huiuſmodi flatuum (in ſexto de ægritudine, & ſymptomate) eſt debilitas caloris in materia phlegmatica ad hoc diſpoſita. Eſt enim (inquit) & horum generatio ex ipſis humoribus phlegmaticis, vel cibis,in vaporẽ reſolutis à caliditate egena. Nã perfecta quidẽ infrigidatio, nullatenus vaporem efficit: quoniam non omnino attenuat,neque excoquit,neq; diſſoluit cibum.Fortis autem caliditas,multò valentior, pluſquàm ad generationem vaporis ſubtiliat nutrimentum, niſi iſtud flatulentum fuerit natura. Tunc enim generatur quidam ſpiritus turbidus, (qualem dicat quis caliginoſum) & paucus,adeo vt vna eructuatione euacuetur. Retinetur autem in loco, vt dicit Auic.propter ſpiſſitudinem membri, aut propter ipſius vaporis craſſitiem.

*Li. 4. fen. 3. tr. 2. c. 19.*

*Signa & iudicia* ſunt inflatio magna, turgida, renitens tactui, cum clara luciditate,ſonans vt vter dum percutitur: & ſentitur ſæpe flatus diſcurrens per totum corpus,dolorem extenſiuum pariens. Vaporoſus ſpiritus incluſus qui non diſſoluitur,multa parit incommoda. Flatus fumoſus diſcurrẽs per corpus cum dolore, & anxietatibus, eſt verendus: quia videtur attolli ab aliqua materia venenoſa.

*Cura*

*Cura apoſtematis* flatulenti tres habet intẽtiones: prima eſt in vita: ſecunda, circa digeſtionem: ſed tertia in extirpatione materiæ coniunctæ. Inſtitutio vitæ ſit, vt ipſe abſtineat ab omnibus craſſis, viſcoſis, crudis, phlegmaticis, & flatuoſis: vt ſunt res dulces, ſubſtantia leguminum, fructus, rapæ, caſtaneæ. Vtatur calidis & ſiccis, ſubtiliantibus & diſcutientibus flatus: vt eſt panis hordeaceus, in quo ponatur ſal, & cyminum. Potus eius ſit vinum album, aut ſubrubellum, (quod claretum vulgo dicitur) aut vinum Græcum, & bonum pigmentum. Vtatur puretis cicerum, cum cepis, & petroſelino, calamento, atque ruta, quibus addatur cyminum. carnes ſint volatilium, & aliorum, vt dictum eſt in capitulo præcedenti. Secunda intentio eſt virtus concoctrix roboretur bonis ſpeciebus, & cõfectionibus, vt diacymino, diacalamento, & cum tali tragea ſeu drageta. ℞. aniſi, marathri, carui, dauci, cymini, baccarum lauri, tritorum ana vnciam j. glycyrrhizæ raſæ, zinzib. albi, galangæ, ana vnc. ß. caryophyllorum, cubebarum, piperis longi, ſem. rutæ, ana drac. ij. aniſi ſaccharo incruſtati, quartarium vnum, panis ſacchari lib. ß. fiat tragea. Extrinſecus inũgatur ſtomachus oleis de ſpica, de coſto, atque de ruta. Sed tertia intentio completur, his quæ habent mixtam virtutem, vt digerãt & euaporent, & aſtringant moderatè, & non augeant dolores.
" Ad iſta ſumuntur tres formulæ remediorum à Gal. 14. therapeutices. Pri- *Cap. 7.*
" ma eſt, ſpongia noua in lixiuio calido macerata. Exiſtente dolore verò for-
" ti inungatur aliquo oleo reſolutiuo: vel aliquo calaſtico, id eſt relaxante.
" non exiſtente forti dolore. Secunda formula eſt lana ſuccida, lixiuio mace-
" rata cum vino cocto & oleo ſimul miſtis, addendo acetũ & vinũ auſterũ,
" maximè circa principiũ. Fortis autẽ virtus eſt in lixiuio, & in aceto: nõ ita
" in vino. Horum autẽ (ſcilicet vini, aceti, & olei) plus miſcens quàm lixiuij,
" cum mitigare volueris. Expellere autem, & corroborare volens plus vini q̃
" aliorũ: ſit autẽ vinũ auſterũ nigrũ. Euaporare eligẽs plus lixiuij. Acetũ au-
" tẽ ad ambo facit, quia mixtã virtutẽ habere demonſtratum eſt. Tertia formula ſit, linimentũ ex terra tenaci & calce viua, ſimul coctis ex aqua & vino. Quod ſi verò talis ſpiritus flatuoſus eſt fumoſus, malus, & corruptus, à materia venenoſa excitatus, diſcurrens per mẽbra cũ dolore & æſtuationibus intolerabilibus, nõ eſt cõſiliũ melius ſecundũ Gulielmum à Saliceto, quàm quod vbi fuerit cõprehenſus in vno loco, ligetur membrũ à parte ſuperiori & inferiori: & in medio perforetur raſorio cultro, aut ferro calido, ita vt exeat: poſtea impleatur locus aloe, & bolo armenia diſſolutiis oleo roſato & aceto: & poſt tertium aut quartum diem locus carne impleatur & ad cicatricem perducatur. Diæta tamen in hoc caſu ſit tenuis: & purgetur corpus aliqua medicina. Et ſi theriaca illi daretur, bonum eſſet. *Li. 1. cap. vlt.*

*Capitulum adminiculatiuum, de apoſtemate aquoſo.*

*Ex phlegmate* aquoſo, & ſeroſo generatur apoſtema aquoſum, laxũ, & omnino indolẽs. Vnde in ſexto de ægritudine & ſymptomate, inquit Gal. ex ſeroſis quidem ſuperfluitatibus abũdãtibus in corpore generatur hyderus: *Cap. 2.*

in particulis autem veſicæ, & apoſtemata aquoſa. Quorum cauſæ ſunt, alteratrix virtus refrigerata, & malè diſpoſita: & ciborum prauitas, & aquoſitas. Et ideo in 14. therapeut. & 2. ad Glauconem ſimile ait eſſe tale phlegma phlegmati hydropicorum, & cachexia laborantium, quod eſt penitus aquoſum: non indicans diuerſam curam ab œdemate vero, niſi in maiori deſiccatione.

*Cap.4.* *Cap.3.*

*Signa & iudicia* ſunt eadem ferè quæ & œdematis veri, niſi quòd tumor eſt laxior in hoc, quàm in illo: & ideo non ita renititur tactui: & reſonat nō vt ventus, ſed vt aqua: & tranſlucet aliquantum luci expoſitus. Apoſtema aquoſum eſt à debiliore calore, quàm flatulentum, vt ponit Gal. in quartū aphoriſmorum commentario vndecimo. Apoſtemata aquoſa magis accidunt pedibus, & teſticulis, capiti, & iuncturis, quàm aliis locis: quia aquoſitas plus ad eas deſcendit: & caliditas magis in eis hebetatur, vt ait Gal. ſecundo prognoſticorum. Sicut flatus raro reperitur ſine aqua, ita neque aqua concluditur in parte aliqua ſine flatu.

*Cap.10. cōm.60.*

*Curatio* quinque habet intentiones. prima conſiſtit in vita. ſecunda in emendatione concoctionis. tertia in purgatione per ſeceſſum. quarta in eductione per vrinam. quinta in euaporatione humiditatis coniunctæ. Primas duas præſcripſit Gal. in lib. de ſubtiliante diæta. Tres vltimas poſuit in ſecundo ad Glauc. & ſeptimo aphoriſmorum, cōmentaria illius, Quibuſcūque hepar. Quod ad vitæ rationē attinet, prima res perficitur regimine dicto in duobus cap. præced. niſi quòd oportet hîc eſſe magis calefaciens & deſiccans. Itaque æger dimittat omnia humida & aquoſa, vt aquam, & herbas recentes, fructus, caſeum, lac atq; piſces, & omnia legumina, & carnem porcinam: dimittat offas, & omnia iuſcula: ſobriè comedat, & potum minuat. Panis eius ſit ex hordeo, in quo nonnihil ponatur aniſi. Vinum ſit optimum, tamen in parua quantitate ſumptum: vina Græca, & pigmenta ſunt ei vtilia. Decoctum cicerum, ſaluia, hyſſopus, calamenthum, allia, & cæpe cocta, & ſpecies, ſeu aromata, & genera ſalis, cōueniūnt: ciueria cuniculorū, & auicularū campeſtriū, & carnes gallinarū, & veruecis, cōueniunt, & omnia ſicca. laboret, vigilet, & ieiunet. Ventrem, & veſicā ſæpe inuitet ad ſui exonerationē. Secunda intētio completur bonis ſpeciebus, & bonis trageis, & vnctionibus ſuperius dictis. Tertia res cōpletur purgātibus humiditates aquoſas & ſeroſas: vt ſunt panis factus ex farina hordei, & lacte tithymali: aut puluis factus ex eſula, & granis catapuciæ, atque tartaro, cum modico ſpicæ: aut pillulæ ex ſucco cucumeris agreſtis: & ſpeciebus dictis ab Heben Meſue in ſimplicibus medicinis ſuis. Quarta res completur tragea ſuperius dictata, cui addātur ſemē apij, petroſelini, & ſe. alkekengi, atque ſpica. Quinta res perficitur cum exiccantibus, & reſoluentibus trium formularum. Prima eſt Galen. vbi ſuprà, cum oxyrrhodino & ſale. Secunda eſt eiuſdem, ſpongia perfuſa lixiuio, & alia auxilia dicta in œdemate vero, fortiora reddita admiſto aphronitro, alumine & ſulphure. Tertia formula eſt cuiuſdam emplaſtri deſcripti ab Auic. in cura ſcrofularum, ex lib. catage-

*Cap.4.* *Aph.56.* *Lib.14. therap. c. 4. & lib. 2. ad Gl.* *Lib.4. fen.3. tr. 2. cap.10.*

catageni,Gal.attributi,quod (vt ille prædicat) reſoluit omnem duritiem ad ſummum intra hebdomadam:in tribus plerũque diebus. Ego etſi illud in citato libro non inueni,tamen ad reſoluendum duritiẽ aquoſam, & flatulentam recepi.Eius deſcriptio hæc eſt:℞.ſeminis ſinapis, ſem. vrticæ, ſulphuris,ſpumæ maris,ariſtolochiæ,bdellij,ammoniaci,olei antiqui,ceræ,quod ſufficit:& fiat emplaſtrum. Si autem iſtius operâ non reſoluitur, non eſt conſilium melius quàm vt ferro aperiatur: & poſt detergeatur,& more vlcerum ſordidorum curetur.

*Capitulum adminiculatiuum,de nodis,glandulis,ſcrofulis,& omnibus excreſcentiis phlegmaticis.*

*Glandula*, & ſcrofula,nodus & lupia,teſtudo,& nata brõchocele(quod bocium vulgo dicitur) hernia ,atque bubo fugilinus, vbicunque in corpore naſcantur, phlegmaticam videntur habere materiam, vt dicit Rogerius,& bene dicere videtur:quia licet aliqua ſint mutata in duritiẽ melancholicam,radix tamen eorum ſecundũ Auic. fuit phlegma, maiori ex parte:quia aliquando coniungitur ei alius humor. Verum nos loquimur ſemper de ſimplicibus, vt ſunt exempla cõpoſitorum, prout ſuperius fuit dictum.Omnia igitur prædicta ſub genere,exiturarum, & excreſcentiarũ phlegmaticarum reponuntur.Speciales (præſertim inter ſe) habentes differentias.Glandula enim ad formam glandis dicta,ſatis mollis,vnica,mobilis,& ſeparata, vtplurimum in emunctoriis genita reperitur. Scrofula in modum ſcrofæ porcinæ multiplicata, non omnino ſeparata, in collo vtplurimùm reperta.Lupia,ſicut lupulus,mollis,rotunda, in iuncturis, & locis ſiccis ſuam patefacit natiuitatem.Nodus,ſicut nodus chordæ,rotundus,durus & permanens circa loca neruoſa inuenitur. Teſtudo eſt exitura magna,humoralis,mollis,lata forma in modum teſtudinis,dicta in capite talparia,in collo bocium ſeu bronchocele in teſticulis hernia. Ea interdum cum pure & ſquâmis,vel fiſtulis reperitur.Nacta eſt etiam excreſcentia magna,carnoſa,velut caro natium ſeu ancharum, diuerſarum formarum & magnitudinum, velut melon,& cucurbita,ſortiens diuerſa nomina ſecundum formam & membra.Plura alia nomina habent prædictæ excreſcentiæ.Sed non eſt curandum de nominibus,dummodo res cognoſcantur, quæ diuerſæ ſunt,& indicãt ſub talibus diuerſitatibus curam. Excreſcentiarum quædam continentur ſacculo ſiue cyſti,quædam verò ſunt carni intricatæ:quædam etiam ſunt reſolubiles :quædã verò minimè:quædam ſunt cum gracili pede ſeu radice:quædam verò latiore : quædam magnæ,quædam paruæ:quædam ſuppurabiles,quædam verò non:quædam etiam ſunt ſquammoſæ,fiſtuloſæ, & canceroſæ : quædã verò nequaquam:& ſic de aliis.

*Li.4. fen. 3. tr.2. c.4.*

*Cauſa iſtarum* excreſcentiarũ ſunt triplices,videlicet primitiuæ,vt caſus, & percuſſio, crapula,& regiminis grauitas. Antecedentes ſunt humores, maximè non naturales phlegmatici & phlegmones permutati, vt ſuprà

dictum. Cauſæ coniunctæ ſunt,ipſæmet materiæ quæ eo loco continẽtur. Continentur autem in iſtis,quandoque humores aquoſi,putridi, & corrupti,limoſi, & mucoſi,vel ſimiles melli,pulti,& adipi.Quãdoque verò continentur carnes phlegmaticæ,& ſpongioſæ,atque glanduloſæ: quandoque verò lapides,& aliæ res.

*Signa & iudicia* habentur ex earũ ſuprà dictis deſcriptionibus & differẽtiis.Signũ quod concludantur cyſti,eſt mobilitas,& cutis ſeparatio.Quando verò ſunt permanentes ſeu fixæ, & adhærentes carni,ſine cyſti videntur eſſe.Nouæ ſeu recentes & tractabiles, videntur eſſe reſolubiles: duræ verò & antiquæ,nequaquã.Rubor, & dolor,& caliditatis auctio,oſtendunt excreſcentias ſuppuraturas,vel degeneraturas in fiſtulas & cancros.Multiplicatio ſcrofularũ,& diſcurſus earum per corpus,& caliditates aduentitiæ,ipſas oſtẽdit eſſe germina ſcrofularũ intrinſecarum.Vnde Arnaldus,inquit, *Doct. 6. reg.vniu. aph.18.* Scrofularum extrinſecarum multitudo, clamitat earum pluralitatem intrinſecã.De quibus dicit Auic.quod tales ex caſu, & offenſione multiplicantur. *Lib. 4.f. 4.tr. 2. c. 4.* Et ideo ſequitur apud Arnaldũ,quod in talibus parum proficit exterius operari,& tu ſupple,eis multum conferre purgantia, & potiones diureticas,atque electuaria exſiccãtia,& ætatis mutationẽ in pueris. *Ibid.* Præterea pueri,propter voracitatem,& raritatem corporis,ſæpius incurrunt ſcrofulas.ſenes autem tardius,propter contrarium.Ad hæc habentes frontem curtã,& tempora compreſſa,& maxillas amplas,parati ſunt ad ſcrofulas: quia in talibus promptè materia deriuatur ad collum,vt dicit Henricus. Inciſio excreſcentiarum,& corroſio,eſt multum verenda circa ventrem,collum, & commiſſuras:propter propinquitatem venarum,arteriarum, & neruorum, ac intrinſecæ capacitatis.In inciſione magnarum glãdularum, eſt vitanda vena quæ nutrit eas circa radicem.Sæpe enim parit hæmorhagiam, & periculum magnum.

*Curatio* duos habet proceſſus,vniuerſalem videlicet & particularem. Vniuerſalis proceſſus vitæ ſpectat ad rationem,ne multiplicetur materia, & adæquat materiam antecedentem,ne addatur coniunctæ. Primum completur,per regimen dictum in capitulis proximè præteritis, ſed ad maiorem ſubtiliationem & inciſionem declinando. *Lib. 4.f. 3.tr.2. cap.10.* Quare ſecundum Auicen. oportet vt vitent cibos craſſos,& potum aquæ frigidæ,& nauſeoſam ſatietatem,& repletionem,& tolerent famem quantum poterunt. Super omnia bonam digeſtionem procurent. Caueant habitationem humidam,in vallibus ſitam,aquis malis irrigatam. Potus eorum ſit bonum vinum,aut aqua aluminoſa vel ſulphurea. *Doct.6. aph.20.* Nam ſecundum Arnaldum,vſus aquarum mineralium, maximè ſaporis tartarei, non ſolùm interiora bocia, ſed extrinſeca, valet attenuare. Secundum completur tripliciter: euacuando per ſeceſſum (& per phlebotomiam quandoque) & purgando per vrinam, ac euaporando abſumẽtibus & reſolutiuis. Ad primum laudatur ab omnibus puluis turbit, qui ſecundum Auic.fit ex turbit.zingib.& ſacch.

par-

partibus æqualibus & dat ex eo drac.ij. & teſtatur, præter hoc quod educit
phlegma craſſum, non calefacere, nec abradere inteſtina. Rhaſis verò,qui
fuit audacior in laxatiuis,eum conficit cap.de doloribus ventris, in nono *Cap.71.*
Alman.ex viginti partibus turbit, & 10.zingib.& ſacch.30.& drac.iij.ex
eo puluere vna vice concedit.Benedicta,& hiera,& pilulæ de agarico,& de
hermodactylis maiores, ſunt ſatis conuenientes. Ad ſecundum, ex dictis
multorum talem conſueui dare potionem.Recipe ſcroful.partes tres:fili-
pendulæ,partes duas:pimpinellæ, piloſellæ, tanaceti, caulium rub.rubiæ
ma.ana part.j.ariſtol.radicis ſpatulæ fœtidæ, radicis raphani,ana partē ß.
conquaſſentur,& in vino albo & melle vſque ad conſumptionē medietatis
coquantur,& fiat colatura:ex qua tertio quoque die hora matutina, quar-
tarius vnus tepidus propinetur. Ad tertium, Galen.14.therapeut.(ma- *Cap.12.*
ximè ad glandulas internas, quæ externarum ſunt cauſæ) conſulit the-
riacam, athanaſiam, atque ambroſiam: & medicamen quod ex cretica
nepita (aliter calatum fluuiale nuncupata) conſtruxit. Plures alias
potiones,& electuaria,olea etiam iniicienda in aures, & empirica mul-
ta poſuerunt noſtri maiores, quæ in operibus meis non recepi. Con-
cedo tamen,quòd virtute diuina ſereniſſimus rex Franciæ ſolo manus at-
tactu ſanat multos:& de regimine,ac proceſſu vniuerſali hactenus.Particu
laris ſiue localis proceſſus maximā ſumit diuerſitatem à materiæ ſubſtātia,
tumoris quantitate,natura membri & corporis.Temporis autem duratio, *Cap.4.*
licet non indicet curam,indicat tamen qualis ſit diſpoſitio, lib.quarto the
rapeut.Et quanuis à prædictis poſſunt ſumi multæ indicationes & inten-
tiones,reducātur(quantum attinet ad rem præſentē)ad ſex.Primò,molles,
& paruæ(quæ vocantur lupiæ)quando ſunt in mēbris firmis, quas propter
paucā duratione ſuſpicamur habere tenerā cyſtim,cōſtringūtur & deſiccā-
tur.Secundò,maiores non multū duræ, nec inueteratæ, more apoſtematū
phlegmaticorum,mollificando,reſoluuntur,& conſumuntur. Tertiò ſup-
purandæ & apoſtemoſæ maturantur,aperiuntur & mundificantur.Quartò,
quæ non poterunt ex prædictis curari,& ſunt mobiles & tractabiles, inci-
dantur & extrahantur.Quintò,quæ erunt,immobiles,& intricatæ atque la
tæ,corrodantur & mundificentur.Sextò,quæ pedē ſiue radicem habebunt *Lib.4.f.*
gracilē,ligentur & euellantur. Primū completur,ſi tales ſecundū Auicen, *3.2.c.6.*
conterantur,& cōprimantur:deinde ſuper ipſas ſtringatur, cum graui liga-
tura,plumbū:quoniam(vt ait)digerit ipſas.Primò autem fricetur lupia ma
nu,vt aliquātulum calefiat, & molleſcat.deinde tenendo particulā firmi-
ter,fundo ſcutellæ,aut aliqua ſolida re lignea toties & taliter percutiatur,
vt euaneſcat,& cyſtis interior ſit dilaniata,& materia ſparſa.Et ſtatim ſupra
locū lamina plumbi ſecundū quantitatē lupiæ,faſcia duorū capitum, ſtri- *Lib.2.c.*
ctè & firmiter ligetur:nec ante nouē dies amoueatur.Rogerius tamen præ *10.*
mittit vnguētum factum ex plūbo vſto,& fuligine ſambuci, aut ficus,oleo *Lib.3.c.*
& aceto. Brunus autem (quod accepit Theodoricus) præmittit empla- *25.*
ſtrum factum ex aloë,acacia, myrrha, olibano, & ſarcocolla, cum aceto

vel albumine oui.Henricus quoque illud præmittit:& ſuper lamina,ponit etiam paruas plagellas ex ſtuppis maceratas albumine oui, inſpiſſato cum ſale & alumine ſaccharino.Secundum completur, vltra auxilia phlegmaticorum apoſtematũ ſuperius poſita(quæ ad iſta & ad omnes hernias cum ſe

*Cap.II.* quẽtibus remediis ſunt vtilia)quodã emplaſtro Gal.ſexto catageni quod diſſoluit exituras craſſas,& cõfert patiẽti ſcrofulas, & apoſtemata quæ fiũt in radice auriũ,& podagrã: & in multis aliis facit opus extremè laudabile. Reci.olei veteris,vnc.xij.picis ſiccæ,vnc.vj.ladani,vnc.iij.lithargyri,drach. xij.viridis æris,drac.xiiij.galbani,vnc.iij,teratur lithargyrũ cũ oleo, & coquatur:& cũ erit inſpiſſatũ,ſupponãtur pix & viride æris:& vltimò ponatur ladanũ,& tũdãtur in mortario: & vſui reſeruẽtur. Similiter eadẽ intentio, (ſecũdũ Raſin,& multos alios) cõpletur diachylone cõmuni,& ireato:cui⁹ forma infrà in antidotario ponetur (ſc.pro quo,ad vnã libram diachylonis

*Doct. 1. cap. 5. de mollif.* malaxatur vnc.j.pul.radicis ireos)aut cũ diachylone magno heben Meſ.cuius etiã forma ponetur infrà.Ipſe autẽ Rhaſis,vir magnę experiẽtiæ,cõſulit ſtercus antiquũ caprillum,cũ melle & aceto ſupra ignẽ redactũ ad formam emplaſtri:aut emplaſtrũ factũ ex fœnugræco,ſe.lini,ſemine cauliũ,cũ muccagine maluauiſci ſubactis:& eſt bene maturãs. Halyabbas cõmẽdat iſtud:

*Part.2.ſ. 3.cap. penult.* Reci.farinæ fabarũ,farinæ hordei,cuiuſque drac.decẽ: glycyrrhizæ,radicis althææ,picis,cuiuſque drac.quinque:ceræ albæ,adipis anſerini,cuiuſq;drac. decẽ.terãtur, & in vnũ redigantur ex oleo antiquo,& vrina pueri virginis,

*Lib. 4.ſ. 3.tr.2. cap.10. Lib.2. c. 7.rub.2. Lib.3. c.24. Lib.2. c. 10.in annot.* & ſuprà lentũ ignẽ fiat emplaſtrũ.Ex auxiliis Auic.hoc accipio: ℞.ſtercoris vaccæ vnc.ij.radicis cauliũ,radicis capparũ,ſquillæ,ficuũ pinguiũ,ana vn. ß.lupinorũ,bdellij, ana drac.ij.mellis,aceti,axũgiæ porci,fæcis olei antiqui, ana quãtũ ſufficit:fiat emplaſtrũ.Brunus probauit in omnibus apoſtematibus duris(& Theodoricus ab eo accepit)ammoniacũ, bdellium,galbanum, omniũ partes æquales: macerentur aceto per tres dies,quibus ſupra ignem addatur furfuris ſubtilis quantũ ſufficit:fiat emplaſtrũ. Rogerius ad ſcrofulas:℞.radices filicis,& aſphodelorum(& ſi adderetur rad. ebulorũ, bonum eſſet)coquantur in optimo vino:& tundendo addatur modicũ ſulphuris viui:& fiat emplaſtrũ.Magiſter meus Montiſpeſſulanus ſummè laudabat emplaſtrũ factũ ex limacibus duodecim coctis in vino,aut lixiuio cinerum (vt vulgo dicitur)clauellatorũ,aut ex capitello.imò(qđ forti⁹erat)qualibet die

*Part. 2. ſer.3.cap. penult. Lib. 4.ſ. 3.tr.2. cap.10.* vnã ſiccã,aut condictã ægris adminiſtrabat.Tertia intẽtio cõpletur cõmuniter vſu prædictorũ.nã omnia reſoluẽtia & molliẽtia, quando inueniunt materiã repugnãtẽ reſolutioni,eã maturant, & ſuppurãt:præcipuè ſi fuerit dulcis materia,aut ſanguini aſſociata. Halyabbas tamẽ ad maturãdum eas, adhibet emplaſtrum factum ex farina hordei, & olibano atque pice ex vrina pueri in vnũ corpus redactis. Auic. verò ad infrænandam furiam calidi tatis,conſulit farinam prædictam cum aqua coriandri: & fortius illo fit ex myrrha, cũ duplo lycij ex aqua prædicta. Ipſis autẽ maturatis(qđ ſcies ex ſignis puris)aperiãtur,aut ſetone trãffigãtur,&mũdificẽtur vnguẽto apoſtolorũ ad Chriſtianos relato,efficacię magnę in ſcrofulis malignis &vlceratis:

aut

aut vnguento Ægyptiaco Rhaſis,quod in antidoto dicetur & diachylō,aut diapalma ſuperponendo. Et ſi ſunt in loco in quo oſſa ſint contaminata, & corrupta(vt in iūcturis dicetur infrà)aut aliqua mala morigeratio inducta, regantur regimine vlcerum ad quæ referuntur. Quarta intentio cōpletur ſecundum doctrinā Albucaſis: quē in hoc ſequuntur omnes, præter quàm in experiendo materiā cum intromiſſo ſeu ſpecillo: quod fortè facit, quoniam eas quæ continent humores in longum aperit & mundificat: continentes verò res duras,in crucē ſecat & excoriat.vtvt ſit,glādulas, & ſcrofulas,& tales,excreſcentias tractabiles iubet digitis apprehēdere,& in longum ſcindere,& excoriare aliquo ſpatumine obtuſo, & non acuto: hamulis diducendo labia, & eas cum folliculo ſuo prorſus extrahere (quia alioqui redirēt)& vulnus ſi neceſſe eſt ſuere, & reliqua vlcerum curatione tractare.Ego autem quò melius extraham, apprehendo ſupernè cutē: & forficibus pro quantitate excreſcentiæ,ad formam folij myrti quod ſupereſt de cute incido:& in reliquiis, vt dictū eſt procedo.Si autem ſanguis te perturbat,iubet eum auxiliis ſanguini ſiſtendo dicatis compeſcere, & poſtea ad operationem redire.Paruum autem fluxum ſpongia,ſtuppis,aut xylo (id eſt cotone)imbutis aqua & aceto,& poſtea exiccando, ego inhibeo. Si verò aliqua vena notatu digna connexa ſit pedi, illius glandulæ, iubet eam ligare:& ita quouſque cadat ſinere.Si aliquid ex cyſti aut folliculo,vel aliquo extraneo remanſerit, iubet abſumere in primis diebus implendo vulnus xylo ſeu cotone,vel conſimili imbuto aqua ſalſa. Ego autem albumine oui alumine inſpiſſato:poſt verò vnguento Ægyptiaco,vel aliquo ex corroſiuis. In omnibus autem iſtis operationibus, quod dolorem ſedat iubet apponere. Propterea igitur ſuper totam partem ſtupam albumine oui,& oleo roſaceo appono.Quinta intentio ſic completur, ſecundum Brunum, & ſequentes eum. Cutis cauſtico pro ratione magnitudinis excreſcentiæ rumpatur:& cautè obſeruetur ne ad alias partes diffundatur. Et ad hoc non fallit,& operationem iuuat,ruptorium ex calce & ſapone: & operationem ſuam perficit ſaltem in duodecim horis: & ſi diutiùs permaneret,non eſſet malum. Deinde ſinde per medium eſcharæ in longum verſus profundum ferè vſque ad viuum:& inciſum locum imple incarcera aliquo ellychnio ex aliquo corroſiuo ſeu forti medicamine,à puluere aſphodelorum ad fortiora(ſi opus fuerit)procedendo.Et licet multi multa ponant,& in antidotario multa nominabuntur, arſenicum ſublimatū & præparatum, qui ſcit eo bene vti,obtinet principatū,vt inferius dicetur in ruptura. Modus autem vtendi,& gubernādi talia,certè deſcribi non poteſt autore Gal. in tertio therapeutices. Eſt verò arſenicum, fortis & violenta medicina, excitans febrem, & accidentia mala, in parua quantitate magnam faciens operationem.Quantitas cōmunis eſt medietas grani frumenti: in robuſtis corporibus, & longè à membris principalibus,plus: in contrariis, minus. Melius eſt ſemper iterare,quàm vna vice nimis ponere.Per tres dies durat eius operatio:quare interim teneat infirmus reginē,ac ſi haberet febrem,

*Lib.2. cap. 45.*

*Lib. 5. c. 7.rub.2.*

*Tract. 6. doct.2. cap 7.*

*Cap.3.*

& membrum,& partes adiacentes cum populeone,ſolano,& aceto,& aliis infrigidantibus defendãtur. Quando autem conſtabit tibi per duritiem, & tumorem eſcharæ, glandulam eſſe corruptam,tunc procura caſum eſcharæ butyro loto,& modico farinæ frumẽti inſpiſſato:aut axungia,vel aliquo alio pingui non ſalito.Et poſt caſum eſcharæ,ſi aliquid remanſerit,puluere aſphodelorũ,aut vnguento Ægyptiaco abſumatur.ſi verò totũ eſt conſumptum,more aliorum vlcerum ad cicatricem perducatur.Sexta intentio cõpletur vinculo ſericeo,aut ex pilis equinis,ſtringendo in dies magis ac magis vinculum poſitum(aut ponẽdo aliud) quouſque excreſcentia fuerit deſiccata:Iuuando vinculum aliquo corroſiuo, & ſedando dolorem albumine oui, & oleo roſ.& populeone, aut aliquo ſedatiuo. Et poſtquàm ceciderit more aliorum vlcerum,ſupradicto curentur.

## CAPITVLVM QVINTVM
### *De ſcirrho,& apoſtematibus melancholicis.*

TEmpus eſt iam tranſire ad aliud tumorum genus, ex humore (videlicet) melancholico generatorum, qui habent duplicem differentiam. quippe eorum vnus eſt verus,alter non verus,vt & alia apoſtemata.Eſt autẽ verum apoſtema,quod ex melãcholia fit naturali: quæ nihil aliud eſt,quàm ſanguis craſſus,qui in maſſa ſanguinea ad nutriendum membra melancholica reperitur.Non verum,quod fit ex melancholia non naturali.Melancholia autem eſt humor frigidus & ſiccus, ex craſſiore parte ipſius chyli generatus.Et eſt duplex:naturalis,& non naturalis. Naturalis, eſt boni ſanguinis fæx & turbida portio, ſubſtantia craſſa, colore declinans ad quandam nigredinem, ſaporis pontici & acidi. Non naturalis, eſt quæ generat ab iſta intra terminos ſuæ latitudinis:quos ſi prætergrediatur, non eſt melancholia,ſed alius humor.Quod contingit quadrupliciter.Vno modo in ſe,quando aduritur & putrefit: & efficitur cholera nigra acida, quæ ſi proiiciatur ſuper terram,bullit ſicut acetum : & muſcæ eam fugiunt. Secundo modo, quando fit ex aduſtione aliorum humorum, vt choleræ aduſtæ, quando vlterius aduritur : & eſt etiam ita maligna, vt bulliat, & muſcæ eam refugiunt.Quando autem anguis, & phlegma aduruntur, efficitur etiam non naturalis melancholia per aduſtionem. Iſtę tamen duæ ſpecies ſunt mitiores, vt dicit Auicenna. Galen.verò & Halyabbas non faciunt mentionem niſi de duabus primis. Tertiò efficitur melancholia non naturalis, congelatione & induratione : vt quando extrinſecus phlegmone, & apoſtemata ex humoribus naturalibus, indoctè refrigerantur aut reſoluuntur : ſubtile enim tunc reſoluitur, & craſſum lapideſcit, ac in melancholiam reducitur. Quarto modo efficitur non naturalis, quando alius humor accedit illi & permiſcetur: atque omnes dulcorant eam, exceptis choleris duabus aduſtis.Ex his apparet,quatuor genera apoſtematũ naſci ex melancholia. Primò ex melancholia naturali generatur ſcirrhus ſiue ſcliroſis vera & certa, phlegmonica,quieta,cui aliquis ſenſus ineſt,abſque dolore.Secũdò ex melan-

*Li.1.fen.1.Do.4.c.1.li.2.fac.nat.c.9.Part.1.ſer.1.cap.vlt.*

lancholia non naturali per admiſtionem triafiunt apoſtemata,vt ſcirrhus, phlegmonodes,œdematodes & eryſipelatodes. Tertiò ex melãcholia non naturali per congelationem, & indurationem generatur ſcliroſis vera & certa, dura, cui nec ſenſus nec dolor ineſt. Quartò ex melancholia non naturali per aduſtionẽ generãtur omnes ſpecies cãcrorum. Eſt ergo ſcliroſis ſiue ſcirrhus & arabice ſephyrus apoſtema durũ,quietũ,ſedatũ, & indolẽs. Cauſæ ipſius ſunt triplices,vt & aliorũ apoſtematũ:Primitiuæ,videlicet,vt eſt praua viuendi ratio,multiplicans melancholiam,&ſanguinem craſſum. Antecedentes,humor melancholicus multiplicatus,& male à ſplene attractus,& extra corpus minim èexpulſus.Coniunctæ ſunt, ipſamet melãcholia particulæ impacta.

» *Signa & iudicia* ſunt, tumor durus cũ ſufficiẽti reſiſtẽtia,&color medius
» inter rubrũ & nigrũ,qualis eſt fęcis color:vocãt autẽ plurimi medicorũ li-
» uidũ.Et ſi venas notatu dignas habeat particula,videntur exaltatæ à craſſo,
» & nigriore quodãmodo ſanguine,qualis per aluũ multorũ hepaticorũ ex-
» cernitur:vt hæc legũtur 14. therapeu. Et preterea adſunt ſigna ſignificãtia *Cap.9.*
melãcholiã. Apoſtemata melãcholica incipiũt vtplurimũ apparere parua, & paulatim fiunt magna.Et quędã ſunt ſolũ in vno mẽbro, quædã mutãtur ab vno mẽbro ad aliud: & hoc nominatur ferinos,ſecundũ Auic.Rurſus apoſtemata melancholica multoties terminantur reſolutione, ſæpe tamen remanent indurata,plerunque etiam in cancrum degenerant. *Li.4. fen. 3.tr.2. cap.11.*

*Curatio* tres habet intẽtiones: prima eſt in vitæ rationes: ſecũda in materia antecedẽte, tertia in cõiuncta. Victus pręſcribatur in ſex rebus nõ naturalibus,ſobrius &moderatus,declinãs ad calidũ & humidũ:Vtatur bonis cibariis,euchymis & bonũ ſanguinẽ generãtibus : vt eſt panis triticeus purus,bonũ vinũ,& bonæ carnes gallinarũ,& capreorũ,porcellorũ,& eorum iura,pręcipuè gallinarũ.nã ipſarũ ius reparat totã naturã.Vtãtur ſpinachiis, boragine,lupulo,lactuca, & aliis quæ ſanguinẽ reddũt puriorem.Denique omnia quæ melãcholicũ ſanguinẽ generant,fugiat : quæ in tertio de locis affectis numerantur: vt ſunt carnes boum, caprarum,aſinorum,camelorũ, vulpiũ,leporũ,atque canũ, & ſylueſtriũ porcorũ: & vt ſunt piſces cetacei, & oſtracodermata. Olerũ verò braſſica & leguminũ lens viliſſimus eſt cibus:& panis furfuraceus & leguminoſus & vinorũ quæ craſſa & nigra ſunt, & veteres caſei. Caueant etiã à retorridis,aſſis,frixis,ſalitis,acidis & acrib. veluti ſunt allia,cæpæ,piper,ſinapi,& omnia ſanguinẽ adurentia.Caueãt ab ira, & ſolicitudine, & nimio exercitio, & vigiliis ſuperfluis: ventrem teneant laxum. lætitiam diligant, & tranquillitatem. De ſecundo præcipit Auic.vt corpus purgetur, & incidatur: & ad hoc laudat Heben Meſ.ſennam, epithymum, polypodium, fumum terræ, lupulum, & volubilem, caſiam fiſt. mirabolanum indas, atque lapidem lazuli.Diaſcenne, diacatholicon, & hiera Rufi ad hoc etiam deſtinantur. De tertio Auicennæ aſſentior, vt cautè agatur. nam materia tantæ eſt malitiæ, vt ſi indoctè reſoluatur, lapideſcat : ſi nimis remolliatur, *Cap.6.* *Li.4. fen. 3.tr.2.ca. 12.* *Lib.1. ſimpl. intent.1.* *Ibid.*

timendum eſt ne corrumpatur,& in cancrum vertatur obídque ipſe pręcipit facere duas reuolutiones,primam mollificantium,ſecundam reſoluentium. At quia difficile eſt iſtas reuolutiones ſigillatim abſque errore fieri, ideo eſt tutius talia auxilia præſcribere, quę miſtam habeãt virtutem, mollificandi videlicet,& reſoluendi,cum quadam repreſſione ſaltem ab initio.
*Ibidem.* Ad hoc autẽ Auic.inſtituit multas formulas: quia tamen dicatæ magis ſunt ſcliroſi è phlegmone vel eryſipelate generatis,vt in cap.ſequenti oſtendemus,aſſumo (poſt quandam refręnationem ab initio faciendam, cum ali-
*Cap. 13.* quibus domeſticis) medicamẽ Rhaſis ſeptimo Almãſ.Quod recipit bdellij,ammoniaci, galbani, ana partes æquales: quæ oleo de ben, aut de lilio mollificata,in mortario terantur:deinde muccago fœnugręci,ſemi.lini, & ficuum (quæ eiuſdem ſint ponderis cum omnibus prædictis) ſumantur: &
*Cap. 5.* omnia ſimul terantur,donec in vnum coẽant & fiat emplaſtrum. Ad idem Gal. quartodecimo therap.cortices radicis maluauiſci coctas,& cum axungia gallinæ tuſas & in vnum redactas,ſummè commendat.Si tamen accidat materiam ſuppurari,cautè procede,vt dictum eſt,ſine calefactione & irritatione, ne ex eo cancer accidat. Quod ſi aperiatur, diachylon ſit tibi frequens.Sin induratur,& tranſit in lapidem,ad capitulum ſequens recurrendum erit.

*Capitulum adminiculatiuum ſuperiori, de ſcirrho & apoſtemate melancholico, ex melancholia non naturali à congelatione & induratione phlegmones generato.*

QVANDO contingit, (vt ſupra dictum eſt) phlegmonem nimis refrigerari,ita vt materia ipſius cõgeletur: aut ita vehementer reſolui,vt ſubtile euacuetur, tunc remanet in particula humor viſcoſus & craſſus,qui eam indurat,& ſcirrhum generat: & de iſto præcipuè dicetur hîc. Quãdoque cõtingit indurari particulã propter tenſionẽ,à flatu aut humore aquoſo:de quo dictum eſt in apoſtemate flatulento & aquoſo. Quandoque propter priuationem humiditatis,& deſiccationẽ materiæ:de quo dicetur infrà vbi agetur de duritie iuncturarum.

*Signa & iudicia* eius ſunt,tumor durus, & inſenſibilis aliqua ex parte, ac indolens,non habẽs alium colorem quàm corporis. Igitur inſenſibilis quidem penitus (id eſt qui nec tactum,nec punctionem ſentit) inſanabilis eſt:
*Cap. 5.* ægre ſenſibilis verò,non inſanabilis quidem,neque facile ſanabilis,in ſecũdo ad Glauconem.Durus ex deſiccationẽ,& maraſmo,non ſanatur.ſatis e-
*Tr.6.doc. 1.cap.4.* nim eſt ſi quis prohibeat ſiccari citius:vt infrà dicetur de macie & impinguatione.Quando ſcliroſi ſuperuenient pili,non ſperatur ſanitas, vt dicit
*Fi.4.fen. 3.tr.2.c. 11.* Aui.Ad hęc ſcirrhus magnus,& durus,qui refert colorem corporis,non ſanatur,neque vnquam permutatur.
*Cap.4.* *Cura verò* eius communis intẽtio in 14.therap.eſt euacuare omne quod " præter naturam in particula continetur.Modus autem proprius euacuatio- " nis eſt. expurgare enim oportet illud quod difficile ſolutu inhæret.Igitur " ſi repen-

» ſi repente ſimulat attrahētibus & reſoluentibus pharmacis tentarit quis e-
» uacuare,ſine mollificantibus, paucis quidem diebus videbitur melioreſce-
» re,non tamen ſic res habet:quia reliquum diſpoſitionis, toto eo quod erat
» tenuium partium euaporato,inſanabile & ſimile concretioni lapideæ lin-
» quitur.Propterea igitur in duris diſpoſitionibus,nullum eorum quæ vehementer calefaciunt & deſiccant pharmacorū,congruum eſt.Sola verò quęcunque mollificãdo reſoluere poſſunt,apta ſunt huic operi:vt ceruina medulla,vitulina,& adeps caprina.Adhæc ammoniacum, galbanum, bdelliū, & ſtyrax liquida:radix etiam altheæ,& folia maluarum ſylueſtrium,quæ vbique reperiuntur, cocta, & contuſa cum axungia anſerina vel gallinacea, vtilia ſunt valde.Auic.verò prohibet axũgias ſalitas:& addit prædictis maſtichem,ladanum,œſypum,ſorditiem balnei,ſtercus aſini, & fæces oleorū è lilio,alcanna,& è cherua. Et cum apoſtema fuerit vehementis craſſitiei, non eſt excuſatio ab aceto.Sed in eius adminiſtratione ſit cautela, quia vehementer penetrat,& incidit,& neruos ferit.Et ideo Gal.in coxa ſcliroſata illius pueri,præmiſit fomentum ex oleo ſabino:deinde acetum cũ ammoniaco admouit.Tendones verò,lapidibus pyritis ſeu marcaſitis,vel molaribus ignitis in acetum proiectis ſuffmigando locum, fouebat: & multi (vt ipſe dicit) hoc modo curationis ſanati ſunt perfectè, vt ferè magicum opus videretur:Sed oleum præmittebat,& emplaſtrum conueniens ſuperponebat.quod magis explicabitur,vbi de duritie quæ remanet poſt algebrans tractabitur,cap.de arthritide,in ſexto.

*Loci præcit.cap.12*

*Lib.2.ad Glauc.c.5*

*In fine tr. de gutta.*

### *Capitulum adminiculatiuum de apoſtemate cancroſo.*

*Cancri* dictio ęquiuoca eſt ad duo morborū genera,videlicet ad cãcrum, apoſtema, de quo dicetur hîc: & ad cancrum vlcus, de quo dicetur infrà. Cancer ergo apoſtema,eſt tumor durus,rotundus, venoſus, fuſcus,velociter accreſcens,aſſiduè fatigãs,calidus,& dolorificus. Vnde in lib.de tumoribus pręter naturam,ait Gal.Quæ in carnem nigra incidit cholera,mordax
» quidem exiſtens,erodit cutem & vlcus excitat. Moderatior verò cum qui
» ſine vlcere eſt cancrum gignit.Incipit autem vtplurimum obſcurè ad quãtitatem ciceris,aut fabæ,ita vt vix inſtar paruarum plãtarum cognoſcatur: deinde augetur in tantam molem,vt neque puerum lateat,14.therapeu.

*Tr.4.doc. 1.cap.6.*

*Cap.13.*

*Cap.9.*

*Signa & iudicia* hæc ſunt: habet ſubſtantiam duram, liuidum colorem & obſcurum, venas in circuitu inſtar pedum cancrorum tumentes, cum dolore, & extranea caliditate. Cancer toto genere eſt ægritudo pernicioſa. Cancer vtplurimum accidit mamillis, & locis glanduloſis, præcipuè mulieribus quando non habent menſtrua, & viris quibus hæmorrhoides defecerunt. Cancer eſt particularis lepra, ſeu elephantiaſis, nam melancholia aduſta vni particulæ impacta, cancrum facit, aut varices: diſperſa per corpus, facit elephantiaſin, in ſecundo ad Glauconem. Cancer confirmatus non curatur, niſi radicitus extirpetur. Et ideo ſæpe ex non vlcerato, efficitur vlceratus. Quod tamen eſt peſſimum, iuxta illud Hippo.

*Cap.11.*

[Aph. 38.] ſexto aphoriſmorum: Quibuſcunque cancri abſconditi fuerint, hos non curare melius eſt, quàm curare. Curati enim citius pereunt: nō curati autē, longum tempus perdurant.

*Cura cancri* non vlcerati tres habet intentiones. prima vitæ rationem dictat, ſecunda materiam antecedētem adæquat, ſed tertia locum peculiariter tractat. Prima intentio perficitur regimine dicto in ſcliro ſiue ſchirrho: & propriè quando in cibis eorum ponuntur ea quæ refrigerant & humectant, & generant materiam ſalubrem ſicut aqua hordei, & piſces ſaxatiles, vitelli ouorum ſorbilium, & his ſimilia. Et quando adeſt caliditas, tūc detur lac vaccinum à quo butyrum eſt extractum, & ex oleribus quæ refrigerant & humectant vſque ad cucurbitam. Secunda intentio completur purgantibus iam dictis: epithymum tamen in hoc obtinet principatum, de quo drac. iij. vel iiij. in ſero caprino, tertio quoque die conceduntur à Gal. [Li.14.the. cap.9.] Et hieram ellebori concedit Aui. In cancro (ſecundum Gal. in ſecundo ad Glauconem) non eſt incongruum, ſi non eſt quod prohibeat venā aperire. [Li.4. fen 3.tr.2.ca. 17.] Nec verò ab his euacuationibus abſtineas, ſecundum Halyab. cum ſemel aut bis euacuaueris, ſed tandiu illud fac, donec totus humor fuerit euacuatus. [Cap.12.] Sed tertia intentio perficitur medicinis domeſticis, & non mordacibus, miſtam habentibus virtutem refrænandi, & reſoluendi. Materia autem craſſa, eſt contumax & maligna: & ideò ſufficit, ſi cancer prorſus non curatur, vt augeri prohibeatur, aut ab vlcere vindicetur, ſecundum Aui. [Loci præcit. ca.16. vbi ſupra.] Et ad hoc laudat Gal. ſecundo ad Glauconem ſuccum ſolani, & ei pompholygem addit: proinde etiam Theodoricus vnguentum diapompholygos inſtituit, [Lib.3.cap. 6.] quod reci. olei roſ. ceræ albæ, ana vnc. v. ſucci granorum rubrorum ſolani, vnc. iiij. ceruſſæ lotæ, vnc. ij. plumbi vſti & loti, pompholygos (quæ eſt tuthia) ana vnc. j. thuris, vnc. ß. fiat vnguentum. Ad idem [Cap.8. ex Apoll. ad acharas.] Gal. libro primo de compoſ. medic. ſecundum locos, hoc præſcribit: Reci. lithargyri pulueriſati, & ceruſæ, ana cum oleo roſ. ducantur in mortario plumbeo, cum piſtello eiuſdem materiæ, ad ſolem quouſque recipiant colorem plumbi: fiat vnguentum, vt in ſexto de Tinea dicetur. [Doct.1. cap.1.] Quantum autem valet virtus plumbi in diſpoſitionibus cancroſis, ſcit ille qui expertus eſt, & qui legit librum nonum de ſimplicibus medicinis. [Cap.50.] Ad eandem diſpoſitionem laudat Auic. emplaſtrum ex cancris fluuiatilibus, & præſertim cum cadmia. [Li.4. fen. 3.tr.2.cap. 18.] Auic. autem incidere radicitus præcipit cancros paruos, in locis quibus apprehendi poſſunt. [Cap.16. eiuſdem.] Et iubet exprimere ſanguinem circunquaque, & poſtea cauterium admouere. Et licet Gal. idem innuat, [Lib. 14. therap. c. 9.] timorem tamen hæmorrhagiæ, & conuerſionis cancri ad vlcerationem, ego regimine dicto, propter ſcandala quæ vidi, ſum contentus. Complementum verò iſtius operis, in cancro vlcerato tractabo, Deo iuuante. [Tr.4.doct. 2.cap. vlt.]

DOCTRI-

# DOCTRINA SECVNDA

## DE APOSTEMATIBVS, EXITVRIS, ET *puſtulis, prout inſunt membris compoſitis, continens capitula octo.*

### CAPITVLVM PRIMVM.

*De his quæ inſunt capiti, vt ſunt apoſtemata, & aqua in capitibus puerorum.*

TALES quidem igitur, vt dictum eſt, ſunt paſſionum ſanationes ſecundum genus, ait Gal. variant autem pro patientium organorum natura. Quatuor enim ſunt quæ ab his indicationes ſumuntur à complexione eorum videlicet, & cõpoſitione, virtute, & ſitu. A complexione quidem, quia calida calidioribus indigent auxiliis, & ſicca ſiccioribus: & ſic de aliis. Carnoſiores igitur partes ſecundum hoc minus indigent ſiccari. Non carnoſis verò, ſufficit vt ſeruetur eorum natura. Sicut enim paſſio ad curam indicat contrarium, ita particula ſimile, quinto therapeut. Compoſitio autem docet, aliter rara, aliter denſa medicanda eſſe corpora. A virtute verò habetur delectus acrium, & domeſticorum pharmacorum. Nam ſenſibilia membra, velut oculus, nec acria, nec grauia ſuſtinent pharmaca: inſenſibilia verò, velut cranium, non læduntur ab eiſdem. Situs in profundo, & ſuperficie, etiam variat medicamina & per quæ, & qualiter oportet euacuare docet. Et ita apparet, quomodo ſecundum membra organica variant ſanationes. Non minus autem, & ſecundum proprietates membrorum, velut in capite teſtudines, in oculis ophthalmiæ, in collo anginæ: & multæ aliæ paſſiones ſecundum membra, de quibus dicetur infra. Hîc autem de apoſtematibus propriis eſt dicendum. *Ex lib. 2. ad Glauc.*

Capiti accidunt apoſtemata calida, frigida, purulenta & non purulenta, nodoſa, glanduloſa, & aquoſa: quorum cauſę, & ſigna ex ſuperioribus habentur. Iudicia verò ſunt talia, propter commiſſuras, & propinquitatem cerebri eſſe verenda, vt eſt dictum in anatomia. Teſtudinem & glandulam ſiue talpam quæ adhæret cranio, & id contaminauit, ſecundum Rogerium melius eſt dimittere, quàm cum trypanis (vt ipſe docet) curare. Et ego (vti etiam Lanfrancus) vidi hominem qui habebat talpam vlceratam ſuper proram capitis, cum corruptione oſſis, adeò vt ita perſpicuus eſſet panniculorum motus, ac ſi locus eſſet detectus. Cui conſului regimen palliatiuum, & receſſit. *Li.1.c.20.*

*Cura ſpecialis apoſtematum* calidorum & frigidorum in olla capitis, non differt à cura cõmuni ſuperiꝰ dicta, niſi in tribus. Primò, qđ ad vitæ rationẽ attinet in omnibus paſſionibus capitis prohibentur peculiariter omnia fumoſa, & vaporifera. Secundo, ad euacuationẽ materiæ antecedẽtis, materię calidæ dicãtur electuariũ de ſucco roſ. & pillulę mirab. & de fumoterrę: ad frigidas, hiera, & pillulæ cociæ, & aureæ. Tertiò, circa locũ & materiã coniunctam in affectibus ollæ capitis, aptantur tria præcepta. Primum eſt, in

principio talium apoſtematum non debere apponi propria &fortia repercuſſiua:propter propinquitatem membri principalis.Sufficiunt enim oleũ roſ.& talia refrænantia,largo modo dictà repellentia.Secundum,vt quando ad ſuppurationem veniunt,non trahatur mora in aperiẽdo,ne pus contaminet cranium. Tertium eſt,quod cum apoſtema eſt magnum, vt melius abſtergatur, debet fieri apertio triangularis,ad formam cifræ ſeu characteris arithmetici 7. cuius angulus ſit verſus partem ſuperiorem. Nodi verò,& glandulæ,vt ſuperius dictum eſt curentur.

*Lib.1.c.1. Tr.3.do. 2.cap 3. Li 3.fen. 1. tr.4. cap.11.*

*Aqua in capitibus* puerorum, ſecundum Guliel.à Saliceto, & ſectatorem eius Lanfrancum, oleo chamæmelino, aut anethino, cui ſulfur ſit vnitum, reſoluendo exiccetur: & ſi eſt neceſſe, fiant duo aut tria cauteria à fronte vſque ad occiput,per quæ aqua paulatim euacuetur. Et lana, aut ſtupa macerata oleo,& vino tepidis, ac expreſſis, ſecundum Auicen. ſuperponatur.

## CAPITVLVM SECVNDVM

### *De apoſtematibus faciei,& partium eius.*

APoſtemata calida & frigida,ſuppurabilia & non ſuppurabilia,nodi,& glandulæ,in facie nõ variant à cura communi aliorum: niſi quod inciſiones non fiant ſecundũ rugas, vt in aliis membris: quia muſculi (præcipuè in fronte) non ſequũtur rugas, ſed corporis lõgitudinẽ. In palpebris, ab angulo ad angulum pertuſione ſemilunari in dorſum ſeu connexa pro ſitu oculi:retro aures & mandibulas,æqualiter,vt dicit Auicen.

*Lib.4. fen.3.tr.1 cap.29.*

### *De ophthalmia.*

*Cap.vlt.*

*Ophthalmia eſt apoſtema* proprium oculorũ:vnde ophthalmia in primo de ægritudine & ſymptomate, dicitur phlegmone innatæ membranæ, id eſt coniunctiuæ. Et ipſius coniunctiuæ eſt paſſio per ſe, oculi autẽ per accidẽs eſt ægritudo,vt dicit textus. & ita volunt omnes, ophthalmiam ſcilicet,eſſe apoſtema coniunctiuæ. Puſtulæ,veſicæ,bothores, & pus retro corneam, quidnam ſint,ex prædictis apparet.

*Cauſæ autem* ophthalmiæ non variant à cauſis aliorum apoſtematum vniuerſalibus, & particularibus, niſi in eo quod rheuma magis defluit in ophthalmia à capite, quam in aliis apoſtematibus aliorum membrorum. In cauſis autem primitiuis fumus,puluis,vẽtus, ſol, acrimonia ſubeuntium oculum,cauſæ ſunt generationis ophthalmiæ: maximè quando occurrunt corpori plethorico. Tunc enim,ſecundum Auic.velociter mutatur in apoſtema manifeſtum: ſicut mutantur febres ephemeræ in alias febres. Sunt autem ſecundum hoc, duo modi ophthalmiarum. Quædam enim eſt parua,non pertranſiens terminum,ſed eſt ſola rubedo cum humectatione: quædam eſt magna,pertranſiens terminum in magnitudine: & per hãc albedo cooperit pupillam. Ieſus tamen filius Haly aſſignauit tres modos: quia illam quæ mouet cauſam intrinſecam, vocauit mediam.

*Lib.3. fen.3.tr.1. cap.6.*

*Tr.2.cap. 3.*

*Communia ſigna* ophthalmiarum ſecundum Ieſum, ſequuntur accidentia apo-

apoſtematum aliorum membrorum: vt inflatio, dolor, durities, calor, & rubedo, venarum repletio, & fluxus humiditatum. Signa autem propria ſignificantia materias, accipiuntur ab Alcoatim, ab Alcarā Galaf, & Albucaſ. nempe factam ex ſanguine denotant rubedo, & caliditas oculi, temporum & partium adiacentium, inflatio, & craſſities venarum coniunctiuæ, & palpebrarum lippitudo, & lachrymarum multitudo: tenſio & grauitas in toto corpore, maximè in capite: & reliqua ſanguinis ſigna. Signa factæ ex cholera, ſunt dolor, calor fortis & acutus, rubor floridus in oculo, & partibus circumiacentibus, lachrymarum multitudo cum acrimonia, & paucitate lippitudinis: intra oculum ſentitur punctura & mordicatio, acſi arena ineſſet: & ſigna choleræ in corpore manifeſta ſunt. Signa cauſæ phlegmaticæ ſunt, multa inflatio cū remiſſa rubedine, calore, & dolore: lachrymarū exuberātia, abſq; acrimonia: grauitas in corpore, & reliqua phlegmatis ſigna. Signa cauſæ melancholicæ ſunt, paucitas rubedinis, tumoris, & humiditatis, cum reliquis melancholiæ ſignis. Ophthalmia quatuor habet tempora, vt & alia apoſtemata: ſcilicet, principium, augmentum, ſtatum, & declinationem. Signa principij ſunt, accidentia prædicta parua & incipiētia. Quando verò augentur, & refluūt ab oculis & naribus lachrymæ, & humores crudi, augmentum iudicatur ſecundum Ieſum. Quando eſt magna furia, & mox incipit tantilla remiſſio, eſt ſtatus. Quando autem ceſſat fluxus notabiliter, & mucilagines ſunt paucæ, & ſpiſſæ, & palpebræ coniunguntur, tunc eſt declinatio. Coniunctio autem illa (vt dicit Ieſus) eſt ex maioribus ſignis maturationis. Iudicia lippitudinis ſunt hæc: lippitudo velox, cum grauitate, & bona maturatione, æqualitate, & albedine. Et quæ citò ſeparatur & reſoluitur, eſt laudabilis: cōtraria verò & granoſa, eſt praua. Ophthalmiam capitalem declarant grauedo, & dolor capitis. Et ſi adeſt rubedo, calefactio, dolor, pulſatio circa frontem & tempora, cum extenſione, venarum repletione, & inflatione, ſignificatur eſſe propter velamen extrinſecum. Et quando prædicta non adſunt, & adeſt continuus fluxus, ſternutatio, pruritus in naſo & palato, accidit propter intrinſecum. Et ſi eſt à ſtomacho, eſt cum nauſea, & vomitu, ac conturbatione ſtomachi. Dolores acuti oculorum ſunt moleſti. Nullum enim ſymptoma (inquit Galen. in quarto cata topous) ita moleſtat laborantes, atque dolor. Mori ſiquidē mallēt, quàm tota die pati dolorem. Et ideo cum maxima diligentia ſunt ſedandi dolores, vti cephalalgia, quandó coniunguntur ægritudinibus oculorum, vt dicetur infrá. Dolores verò, mordicationem materiæ, aut multitudinem, aut ventum vaporoſum, in oculis oſtendunt, eodem autore, lib. 13 therapeut. Quando in ophthalmia feb. augetur, magnā præſagit occaſionem. Præterea, ſi remedia ophthalmiæ nō cōferunt, & inflammatio in oculo tardauerit, ſcias rheuma deſcendere in oculum, aut materiam retineri intra tunicas, aut ſcabiem ineſſe palpebræ, quæ continuant ophthalmiam. Inſuper ſcias, ophthalmiam habere perio-

*Tract. 2. cap. 35.*

*Cap. 1.*

*Tract. 6. doctr. 2. cap. 2.*

*Cap. vlt.*

dos, & paroxyſmos, ſequentes analogiam materiarum, ex quibus fit, in ſecundo de differentiis feb. & longior periodorum prolongatur vſque ad dies ſeptem, vt dicit Ieſus. Præterea ſcias, ophthalmiam eſſe morbum contagioſum: & tranſire vtplurimum ab vno oculo ad alterum. Ex oculis laborantem diarrhœa corripi, bonum, ſexto aphoriſmorum. Ophthalmia, ſecundum Gordonium, non eſt negligenda: quia ſi malè curatur, malas dimittit reliquias: vt rupturam corneæ, maculas & pannos moleſtos.

*Cap. 13. & 16. Tract. 2. cap. 35.*

*Alph. 16 Part. 3. c. 2. rubr. 1.*

*Cura ophthalmiæ* maioris & minoris non variat, niſi ſecundum magis & minus: Vltra communem verò curationem apoſtematum aliorum membrorum, ſpecifica eſt in quatuor rebus. Prima in ratione victus, ſecunda in materia antecedente, tertia in coniuncta, ſed quarta in correctione accidentium. Prima ſic explicatur, vt minuatur cibus & potus, maximè ſerotinus; vitando vaporoſa: eligendo cibos pauci & laudabilis nutrimenti, dimittendo carnes, & vinum præſertim in princ. & in materia calida, & forti dolore. Et mox à cibo accipiat nonnihil coriandri, aut citoniorum, ad reprimendum fumos, ne aſcendant in caput. Et ſtet in loco obſcuro, & coram ſe teneat pannos virides, nigros, atque venetos, ſeu cæruleos. Fugiat lucem, ſplendorem, fumum, puluerem, ventum, coitum, atque iram. Non iaceat ſuper faciem ſuam, imò ſemper teneat caput altum. Ventrem laxet: ſomnum diligat & quietem. Nullo modo grauet oculos tactu, & aſpectu. Secunda res completur pro materiæ diuerſitate (vt ſuperius fuit dictum) euacuando, diuertendo, & intercipiendo materiam: rheuma, & dolorem capitis ſiſtendo phlebotomia, & euacuatione per medicamenta purgantia propria, vt dictum eſt in aliis affectibus capitis: & clyſteribus acribus, frictionibus, & ligaturis dolorificis extremitatum: cucurbitulis, & ſetonibus vel cauteriis, ſuper ſcapulas & collum: emplaſtris deſiccantibus materiam defluentem capiti admotis ex milio, & ſale, & ſtercore columbino, chamæmelo, aniſo, & conſimilibus: necnon cauteriis punctualibus vocatis ſuper molle capitis. Et ſi neceſſe eſt, vt melius intercipiatur materia, præſertim calida, præcipit Galen. in 13. therapeut. incidere venas temporum & frontis: & eas claudere grano frumenti, aut thuris toſti, aut aliquo corroſiuo. Aut arterias ligare quemadmodũ varices, in duobus locis, & medium incidere, & poſtea carne implere. Et ſuper frontẽ & tempora ligare faſcia emplaſtrum adſtringens factum ex bolo arme. farina lentium, gallis, malicorio, acacia, aloe, thure, & ſimilibus, quę excipiantur albuminibus ouorũ. Et iſta toties iterare, quouſque habeatur intentio. Tertia requirit ſecundũ Heben Meſ. alterationem, & coctionem eius quod tranſmiſſum eſt. Et id completur repercuſſiuis domeſticis in principio: & paucis reſoluentibus additis repercuſſiuis in augmento: & æqualiter miſtis in ſtatu: & puris reſoluentibus & deſiccatiuis in declinatione. Igitur in principio, quãdo materia eſt calida, ponantur ea quæ materiæ acrimoniam & inflammationem remouent, ac reprimunt: qualia ſunt aqua roſacea, & albumen oui, portulaca trita & ſuperpoſita, endiuia, ſolanum, & pſyllij mucci-lago:

*Cap. vlt.*

*Sect. 1. part. 1. ſum. 5. l. 5.*

*Curatio materiæ cal.*

lago: & collyrium album in quo non eſt opium, vt vult Haliab. quia opium (niſi quando dolor ſuperat) viſum hebetat & cõfundit, tertio therapeut. Huius forma ſecundum Galaf, ex libro ſumitur Damaſceni. Recipe ceruſſæ ablutæ, drach. viij. amyli drach.iiij. gummi arab.tragacanthi, ana drach.ij. fiat collyrium cum aqua roſ. Et ſi prædictis cum xylo ſeu cotone emplaſtri modo leuiter, & abſque dolore muniretur oculus, eſſet bonum. Deinde in augmento, cõuenit lac muliebre, & muccago cidoniorum & fœnugræci, extracta in aqua roſ. Et collyrium album in quo eſt ſarcocolla. cuius formula à Rhaſi eſt aſſumpta: Recipe ceruſſæ ablutæ, drachm. viij. amyli, drach.iiij. ſarcocollæ nutritæ lacte aſinæ, gummi arab. tragacanthi, drach.ij. opij, drach.ß. fiat collyrium cum aqua pluuiali. Et huiuſmodi emplaſtrum admouere ex iſtis, & vitello oui, tunc eſt ſatis expediens. Et miror multum Gordonium dixiſſe omnes ſapientes cõuenire in hoc quod ſarcocolla non competat, niſi in declinatione: & tamen in ipſa eſt diſſoluendi parua facultas abſq; mordicatione: quod eſt neceſſariũ in augmẽto. & idcirco Rhaſ. Alcoatim, Heben Meſ. & Acharã eã in augmẽto cõmẽdãt. Fortè credidit, quia Ieſus eã pulueratã prohibuit in prin. etiã & aliis tẽporibus illum prohibere. In ſtatu verò ponatur muccago fœnugræci, in aqua meliloti extracta: Aut collyriũ album in quo eſt cadmia, ex magno antidotario Galaf acceptũ. Recip. ceruſſæ ablutæ, drac. viij. amyli, drac. iiij. cadmiæ drach.ij. gũmi arabici, olibani, an. drach.j. opij, drach.ß. fiat collyriũ, cũ aqua fœnugræci. Collyriũ citrinũ, & collyriũ roſatũ, ad eandẽ intentionem ſũt cõfecta. Et emplaſtri modo eadẽ admouere eſt vtile: aut cũ mica panis, aut cũ medulla pomorum coctorũ in aqua roſ. collyriũ roſatũ ponitur à Ieſu cap. de liuiditate, & ſanie retro corneã. Recipe roſ. rub. recentiũ mundatarũ à capitib. ſuis, drach.iij. viridis æris, ſquammarũ æris, ana drach.ij. ſpicæ nardi, drach.ij. myrrhæ, drach.iiij. gummi arabici, cadmiæ vſtæ & lotæ, ana drach.xxiiij. croci, drach.vj. opij, drach.iij. ſumma medicinarũ eſt nouẽ. Terantur, & ſubigãtur ex aqua pluuiali, & fiat ſief. Collyriũ citrinũ deſcriptionis Alex. tale eſt, Rec. amyli, drac.xx. ſief memithe, drac. viij. ſarcocollæ, tragacãthi, gũmi arabici, ana drac. iij, croci, drac. ij, & ß. myrrhæ, drach.j. opij, drach.ij. confice cum aqua pluuiali. In declinatione balneũ, & fotus ſiue pyria, cũ aqua decoctionis roſ. chamæmeli, meliloti, fœnugræci ſunt optima: & collyria ex tutia, & puluere tunc habent locũ. Eorũ formulæ ſunt tres. Prima eſt Montiſpeſſulani: Recipe tutiæ præparatæ, vnc.ß. lapidis calaminaris præparati, drac.ij. cariophyl. clauos quinque numero. faui cum melle, vnc.j. vini albi, vnc.ij. aquæ roſ. quartariũ vnũ: cãphoræ drac.j. fiat collyriũ. Secũda formula eſt collyriũ de domo: Recipe tutiæ præparatæ, vnc. j aloes ſuccotrinæ, vnc.ß. camphoræ, drach. j aquæ roſ. lib.j. ſucci granatorum quart.j. Tertia formula eſt, puluis quem magiſter Arnaldus fecit pro Papa Ioanne, ad rubedinẽ & humiditatẽ oculorũ. Recipe tutiæ præparatæ, vnc. j. antimonij præparati, vnc.ß. margaritarum, drac.ij. floris coralli rub. drach. j. & ß. ſerici crudi ex folliculo vermis, drachm.ß. fiat puluis ſubtiliſſimus:

*Part.2. ſerm.5.c. 34. Cap.2.*

*Lib.9. alm. c.15.*

*Rhaſ loco præcitato. Meſ. loco præcit. Tr.2.cap. 35.*

*Tr.2.cap. 59.*

Fibr. 6. ilm.c.16. & ſeruetur in pyxide ærea,& ſtylo applicetur.Item & puluis citrinus (qui, ſecundum Rhaſim,valet in fine ophthalmiæ) ſic fit.℞. ſarcocollæ nutritæ, drach.x. ſief memithe, drach.iij.lycij,aloes,ana drach.ij. croci,drac.j. myrrhæ,drach.ß.fiat puluis.Si autem materia eſt frigida, in principio adminiſtretur ſief de ſpica:Cuius formula ſecũdum Heben Meſ. talis eſt:℞. ſarcocollæ,drach.v.ſpicæ,drac.ij.roſ.croci ana drac.ij.amyli,aloes,gũmi Arabici,tragaganti,ana drac.j.opij,drac.ß. fiat ſief cum aqua pluuiali. Et applicetur oculo emplaſtrũ ex foliis maluarũ,& anetho,coctis in vino.Cùm autẽ ſigna maturitatis apparuerint, foueatur oculus aqua decoctionis fœnugræci,& meliloti,& imponatur puluis citrinus,& emplaſtrũ ex medulla panis macerata vino,& expreſſa:& adminiſtretur meri potatio. Et tunc verus deprehendetur totus aphoriſmus Hipp. dolores oculorum meri potio,lauacrum,pyria,phlebotomia, aut pharmacia ſoluit. Quarta res completur corrigentibus accidentia,quæ occurrunt,vt ſequentia.

*Curatio materiæ frigid.* *Loco præcitato.* *Aph. 31. lib.6.*

## *De dolore oculorum.*

*In dolore* oculorum adminiſtrentur medicamina puncturarum,& mordicationum,narcoticæ qualitatis parum habentia, & ſedantia prout exiget diſpoſitio pleni aut flatulenti.Talia ſunt ſecundum Heben Meſ. albumen oui cõcaſſatum cum aqua papaueris,& mucilago pſylij ex eadem aqua extracta,aut ſucco pomorum mandragoræ aut lactucæ. Et quãdo neceſſitas occurrit, ponendum eſt opium:non autem multiplicanda ſunt narcotica: quia tardant ſtatum,& maturationem,& ſimul nocent viſui,vt dictum eſt. Et ad hoc laudatur collyrium album cum opio , cuius forma eſt ſuperius dicta:dummodo ei addatur opij drach.j.Et iſtud fomentum ad hoc dictat Azarã: Recip.papaueris,plantaginis,ana partes ij. croci, memithe, aloes, gummi arab.acaciæ, ana partem j. coquantur in aqua, & adminiſtrentur. Iſtud etiam emplaſtrum valet ad hoc, & accipitur à xxj. parte antidotarij magni Azaram:Recip.croci,memithe,lycij,aloes,acaciæ,ana partes æquales. terantur, & cum ſucco auriculæ muris, & lacte mulieris puellam nutrientis, fiat linimentum. Nocumentum quod prouenit à marcoticis fomento decocti chamæmeli,meliloti,& fœnugræci remouetur.Puluis Azaram ex corticibus ouorum gallinarum præparatis, quem vſurpat Ieſus ad ſoporandum infirmum, & puluis tutiæ, ſarcocollæ , & zuc.quem benedixit Beneuenutus ad omne tempus ophthalmiæ,non placẽt mihi: quia pulueres omnes in principio,& in dolore forti oculos irritãt & aggrauant, vt ipſemet Ieſus confitetur. Somnus prouocatur narcoticis dictis (præcipuè addendo papauer,roſas,viol.nenufar,& ſandalos) cum lacte, & ſucco hyoſcyami confectis,& ſupra proram capitis applicatis.Sordes remouẽtur humectando palpebras aqua tepida,& abſtergendo eas xylo ſeu cotone ſubtili ſuper ſtylum inuoluto.Et vniuerſaliter in curatione ophthalmiæ,& ægritudinum aliarum oculi,documenta ſeruẽtur quæ infrà in tractatu oculorum dicentur.

*Part.1. ſect.1. ſect.5.c.3.* *Tract.2. cap.35.* *Tract.6. doctr.2. part. 2.*

De

*De pure ſub cornea.*

*Iam ſi producta* fuerit ophthalmia.& pus acciderit ſub cornea, medicandum eſt ſief de thure, vtili vlceribus,& puri craſſo, quod ſic deſcribitur à Ieſu in capitulo de dubellati. Recip. ceruſſæ, drac. viij. opij, ſarcocollæ nutritæ, ana drac. j. tragaganthi, gummi arabi, ana drac. iiij. thuris, drac. j. Et ſecundū Heben Meſ. ammoniaci, croci, anna drac. j. fiat ſief cum aqua pluuiali, aut cum mucilagine fœnugræci. Et ſi iſtis non reſoluitur, curetur diaphoreticis,& conſumptiuis: ad quæ ſummè conferunt infuſiones,& ſtuphæ, & collyria data ad declinationem,& ad frigidam ophthalmiam: & collyrium ex myrrha (quod in 14. therapeut. multū cōmendatur) & omnia quæ conferūt curationi aquæ: ſicut opoponax, euphorbiū,& ſimilia,& balſamū in hoc eſt mirabile. Et ſi non poteſt reſolui, conſilium Ieſus & Alcoatim eſt, vt ſcindatur locus ſpatumine paruo ſuper corneam, inter pupillam & album, & extrahatur pus. Et Gal. dicit 14. therapeu. quòd tempore ſuo quidam medicus oculorum curabat pus ſub cornea tali modo. Faciebat ſedere ægrum: & tenebat caput ipſius ex ambabus partibus: & quatiebat illud motione vehementi, quouſque videbat pus deſcendere infra.

*Tr. 2. cap. 45.*
*Sect. 1. part. 1. ſ. 5. cap. 5.*
*Cap. 19.*
*Tract. 2. cap. 59.*
*Cap. 19.*

*De bothoribus & veſicis.*

Præcipitur vt reſoluātur,& maturentur ſupradictis. quod ſi nequeāt reſolui, nec per inciſionem extrahi, ad decorandum oculum (vt dicetur infrà de eminentia accidente vlceribus oculorum) ligentur filo: & poſt eruptionem, cura vlcerum regantur. De macula,& veſtigio quæ ſequuntur iſta, infrà, Deo dante, dicetur, nempe tractatu ſexto. De apoſtemate etiam lachrymalium, in tractatu de vlceribus dicetur.

*Doct. 2. part. 2. c. 2. de ægr. cornea.*
*Tr. 4. do. 2. c. 2. de fiſt. in lachrym.*

*De apoſtematibus aurium.*

*Apoſtemata* aurium calida & frigida, ſuppurabilia & non ſuppurabilia, quædam fiunt in profundo auris, quædam in ſuperficie, quædam in radice auris. Et ſi habent cauſas,& ſigna, ſicut alia apoſtemata, vt in cōmuni ſermone de apoſtematibus ſuperius fuit dictum. *Iudicia tamen* habēt propria: videlicet, quòd ea ſequūtur dolores maiores quàm alia, maximè calida, quæ ſunt in profundo verſus porum auditorium. Dolores aurium fortes ſunt periculoſi, quos ſæpiſſimè ſequitur feb.& delirium,& ſyncope, atque etiam mors. Et magis periclitantur ex dolore adoleſcentes, quàm ſenes. Vnde iuuenes in ſeptem diebus pereunt, & vix ſuppurationem expectare poſſunt. Senes autem vlterius tranſeunt,& eorum apoſtemata ſuppurantur. Et hoc eſt etiam propter diuerſitatem ſenſibilitatis ipſorum, in tertio prognoſticorum.

*Hipp. l. 3. proem. Cap. 4. aph. 16.*

*Cura talium* apoſtematum, quoad diſpoſitionem non variat à cura communi aliorum apoſtematum: ſed quoad locum, & ſymptoma dolorificum, diuerſa eſt. Quia licet apoſtemata in profundo & ſuperficie aurium, ab initio curentur aliquibus domeſticis repellentibus, auribus dicatis, alterantibus & refrænantibus materiam, tamen quæ ſunt in

*Lib.3.cat. top.cap.2. part.1.* radicibus aurium, & emunctoriis cerebri (quæ Gal.appellat parotidas) nullo modo repercutiuntur, neque refrænantur: imò quantũ fieri poteſt extrahuntur, vt dicetur infrà, quandò de apoſtematibus axillarũ, & inguinum tractabitur: tametſi de hoc dubitauerit Henricus. Dolor etiam, quia aliquando ſuperat ſuam cauſam, præuaricat ordinẽ curationis, & inducit neceſſitatem narcoticorum. Porrò in cura iſtorum apoſtematum (profundi videlicet, & ſuperficiei aurium) ſpeciatim tractantur quatuor res. Prima eſt in vitæ ratione, ſecunda in materia antecedẽte, tertia in cõiuncta, quarta in accidentibus. Primum & ſecundũ complentur per cõmunia capita, quæ fuerunt completa, dictata & explicata in affectibus, & in oph-
*Cap.5.* thalmia. Tertium cõpletur pro diuerſitate materiæ: quia apoſtemati ex calida materia competunt, in principio alterantia frigida domeſtica: qualia
*Part. 2. ſerm. 5. c. 63.* ſunt (ſecundũ Gal. in tertio ſec.loc.) oleũ roſa. bullitum in aceto vſque ad conſumptionem aceti, & trochiſci de glaucio (id eſt memitha) in quibus
*Li. 3. fra. 4.cap.8.* ſit duodecima pars gũmi ara. confecti cum aqua pluuiali, & diſſoluti vino. Haly. verò concedit collyria alba lacte diſſoluta: & Auic. laudat lac muliebre alternis vicibus vſque in tertium diẽ. Deinde poſt principiũ cõcedit mucilaginẽ ſem. lini, & fœnugræci: & aquã volubilis: quã dicit conferre in tali hora. In ſtatu non cedũtur vaporationes miſtarum virtutũ, velut eſt decoctum roſ. chamęmeli, meliloti, adminiſtratæ per embotũ: & iniectiones oleorũ declinantiũ ad aliquã caliditatẽ, vt oleũ amygdalarũ. Poſt iſta
*Part. 3. c. 1.* Gal. in tertio ſec. locos, laudat baſilicon diſſolutum oleo roſ. ſi adhuc eſt caliditas: & oleo nardino, ſi fuerit remiſſa. Et Auic. in iſto caſu (quando ſci-
*vbi ſuprà.* licet caliditas fuerit remiſſa) iubet diſtillare alternis vicibus ſtylo, qui xylo ſeu cotone ſit inuolutus, adipẽ vulpis tepidam, aut lacerti, aut anatis: & butyrum, vel medullã cruris vituli: de qua dicit Heben Meſ. eſſe probatã.
*Sect. 1. part.1. ſum.6.c.3.* Si autem non eſſet apoſtema calidum, iubet adminiſtrare medicamen cõpoſitum ex adipe caprino, melle, ſapa & œſipo: necnon oleum laurinũ, de lilio, de nardo, de ruta, & de balſamo. Et ſi tunc fieret ſubfumigatio ex decocto hyſſopi, ſambſuchi, betonicæ, fœniculi, & rutæ, non eſſet malũ. Quod ſi apoſtemata conuertantur ad ſuppurationem, medicamen iſtud laudatur ab Heben Meſ. ℞. farinam fabarum, farinam hordei, chmæmeli, melilotum,
*Loco præcitato.* viol. & althæam. decocantur in aqua, & ſapa, & oleo chamæmeli, & fiat emplaſtrum, quo vtere. Si autem apoſtema fuerit extra aurem, quia eſt parum verendum, ſecundum Auic. ſufficit emplaſtrum dictum. Ad puſtulam verò quæ fit in aure, ſufficit decoctum ficuũ cũ tritico. Pus autem vino & melle, & reliqua cura vlcerum auris curetur. Quarta intentio completur pro natura accidentium. Dolor enim (qui eſt prorpium ſymptoma iſtorum apoſtematum) ſedatur ſecundum materiã ex qua fit, ſi fit à cauſa calida, lau-
*Loco præcitato.* dat Gal. in tertio ſec. loc. trochiſ. factos ex opio, caſtoreo, & vino cocto, diſſolutos eodẽ vino tepefacto: qui ſuauiter cum lana molli in aurem infundãtur. Poſtquã autem bene foueris, ſines parum quieſcere: & exterius lanã ipſi orificio, & toti auri. calida apponatur. Et ſi eguerit, iterato fotu rurſus fouea-

foueatur: cauens quantum eſt poſſibile, ne ipſum porum tangas, nec moleſtes. Auic. autem ad hunc dolorem laudat oleum roſ. vel viol. tepidum, aut albumẽ oui cum camphora: verùm oleum viol. dicit eſſe magis ſedatiuum quàm roſatum, propter mollificationem quæ eſt in ipſo: & lac mulieris, cũ aqua ſolani, & oleo roſ. aut amygdalarum, in quo vermes terreſtres (aut qui reperiuntur ſub vrceis, aut lapidibus, donati multis pedibus, & rotundi vt media faba) bullierint. & oleum ex ſem. cucurbitæ, & oleũ nenufarinũ, papauerinum, & ſalignum, iniecta tepida. & exterius cum lana applicata. Et Auenzoar glorioſus iubet apponere, oleum ex vitellis ouorum: quoniã (vt dicit) ſtatim remouet dolorem, & accelerat exitum puris. Si verò à ſpiritu flatulento, aut ab humore non habente exitum fuerit dolor, permiſce quæ dicta ſunt cum aliquo aperientium pharmacorum: cuiuſmodi (ſecundum Gal. vbi ſuprà) eſt nitrum & ſpuma nitri, & quod aphronitrum vocatur, & vterque elleborus, & vtraque ariſtolochia, & ruta, centaureum minus radix cucumeris ſylueſtris, radix bryoniæ, ari, & dragontij, coſtus, cinnamomum, & cubebæ. Propterea (vt dicit) ſcripſit multa exempla pharmacorum ne ſit eorum inopia: quia non omnia in omnibus regionibus reperiuntur, ſed certa in certis. Auic. autem laudat calefactoria, cum cucurbitula plena aquæ calidæ, & milio, & ſale, & pannis calefactis: & Heben Meſ. euaporationem per embotum factam ex decocto chamæmeli, meliloti, anethi, fœnugræci, caulium rubrorum, ſambſuchi, herbæ venti, ſeu parietariæ. Et oportet (vt dicit Auicenna) poſtponere vſum narcoticorum, donec timeatur ſyncope, præſertim cum fuerint humores frigidi. Iſtud enim nocet eis valde. Quod ſi acciderit nocumentum ex vſu narcoticorum, adminiſtra caſtoreum poſt illud ſolum.

*Lib. 3. f. 4. cap. 8.* *Lib. 1. tr. 4. cap. 1.* *Lib. 3. cap. top. cap. 1. ſect. 4.* *Ibid. Sect. 1. part. 1. ſ. 6. cap. 2.* *Ibid.*

Glandulæ & ſcrofulæ, quæ in iſtis locis ſæpiſſimè generantur, vt ſuperius fuit dictũ, curãtur. Apoſtemata in emũctoriis cerebri ſub auribus curẽtur, vt in cordis emunctoriis dicetur. Caue tamen dũ fit inciſio à venis, & arteriis, quæ ibi ſunt magnæ & craſſæ, ex quarũ inciſione multa accidunt pericula: & à recurrente neruo qui eſt ibi, quia per eius inciſionẽ perditur vox. De aliis autem paſſionibus quæ accidunt faciei, infrà dicetur. Nam licet polypus narium, & noli me tangere & aphthæ à principio ſint apoſtemata ſeu puſtulæ, tamen quia cito efficiuntur vlcera, cum illis reponentur. Apoſtemata faucium tractantur, vt agina, de qua mox dicetur.

## *CAPITVLVM TERTIVM*

### *De apoſtematibus colli, & dorſi.*

APoſtemata colli ſunt duplicia: quædam ſunt in membris extrinſecis continentibus, quædam intrinſecis contentis. Prima aſſumunt nomẽ generis, & vocantur ſimpliciter apoſtemata, bocia, glandulæ, aut puſtulæ: quæ vt alia curantur communia. Secunda verò nomen habent proprium, quippe anginæ vocantur, & proprium habent modum curationis.

### *De Angina.*

*Eſt ergo* Angina apoſtema gutturis, & partium eius, viam aëris &

cibi impediens. Cuius ſpecies ſecundum loca diſtincta, quatuor aſſignat Auic.ſequendo ſententiam Gal.in quarto libro de locis affectis. Vna eſt, quādo apoſtema eſt in lacertis extrinſecis,ita vt ſit apoſtema ſolū apparens extra in membris continentibus.Secunda ſpecies eſt,quando eſt in lacertis extrinſecis verſus ſpondylos: ita vt apoſtema ſolum appareat intus verſus fauces,& amygdala,quando comprimitur lingua. Tertia ſpecies eſt,quando eſt in lacertis intrinſecis ipſius œſophagi:& tunc non apparet ſenſui,ſed manifeſta eſt rationi,per maiorem offenſionē tranſglutitionis, quàm anhelitus. Quarta ſpecies eſt,quando eſt in lacertis intrinſecis ipſius cannæ ſeu laryngis:& tunc etiam non apparet ſenſui, ſed rationi: quia magis offendit anhelitum quàm tranſglutitionem. Vnam aliam ſpeciem aſſignat Gal. lib.quarto de locis affectis,quæ vocatur ſtrumoſa:quæ fit propter diſlocationem primi aut ſecundi ſpondyli colli, de qua in diſlocationibus infrà fiet ſermo.

*Lib.3.f. 9. cap.8. Cap.4.*

*Cap.4.*

*Cauſæ* anginæ ſunt,vt & aliorum apoſtematum,vniuerſales,& particulares:fiunt enim vtplurimum per viam deriuationis,& habent materias calidas & frigidas,vt in ſermone communi apoſtematum fuit dictum.

*Tr.5. do. 2. cap.3.*

*Signa & indicia*,quantum ad cauſas,ſunt vt aliorum apoſtematum: quantum ad locum autem(ſecundum Galen.vbi ſuprà)omnes ſpecies quandam difficultatem pariunt tranſglutitioni, & reſpirationi:& ægri coguntur ſtare erecti,& linguam exerere.& potus ſæpiſſimè aſcendit in nares.Auic.addit oculorum egreſſionem,& linguæ difficultatem,è naribus locutionem. Signa mala & verenda in angina ſunt,dyſpnœa fortis & origmonica,tranſglutiendi magna difficultas, colli contractio, lingua exerta & ſpumæ emiſſio,inſtar fatigati equi:color malus in lingua, labiis,& oculis: necnon extremitatum frigiditas,ſudor frigidus, & lipothymia. Signa verò bona ſunt,quies,ſomnus tranquillus,alleuatio doloris, & anhelitus, & tranſglutitionis,& malorum ſignorum priuatio.Angina eſt ægritudo breuis, & periculoſa: & ſecundū Hipp.tertio prognoſticorum, illa eſt peſſima,& citius mortifera,quæ neque intus in gutture,neque extra apparet:& quæ eſt cum dolore acutiſſimo,atque orthopnœa:hæc enim ſpecies in primo die,aut ſecundo,aut tertio,aut quarto ſuffocat. Altera ſpecies mala eſt,quando apparet intus in gutture,& non extra.Et ipſa tardius mortem infert, quàm prima.Tertia quæ apparet intus & extra,prioribus diuturnior eſt. Quarta autem ſpecies quæ omnino extra prominet,tutior eſt aliis. Angina quæ nō tranſmutatur,neque per eam patiens putredinem expoſuit,& dolor requiē ementitur,& ſubitò euaneſcit, mortē vel laboris iterationem promittit. Item quinto aphoriſmorum,quibuſcunque angina ad pulmonem conuer- «
titur,in ſeptem diebus moriuntur.Si verò hos effugerint,empyici fiunt.Præ «
terea lib.ſexto aphoriſmorum, trigeſimoſeptimo, In angina bonum eſt a- «
poſtema foras exire,& membra interiora dimittere.Præterea,ſecundum Auic.omne apoſtema præfocatiuum aut reſoluitur, aut permutatur,aut collectionem facit,aut interficit.Signa reſolutionis ſunt,ſigna bona iam dicta.

*Cap.9.l. pracit.*

*Cap.5. aph.18.*

*Et lib.7. aph.50. Cap.8.loci praeſcr.*

Signa

Signa permutationis ſunt, ſubita detumefactio, cum nocumento alterius particulæ Signa collectionis ſunt, lenitas, & prolongatio vltra quartã diem. Signa mortis ſunt, ſigna perniciosa iam dicta. Amplius angina critica eſt ſuſpecta. Nam ſecũdum Auicen. criſis ex apoſtematibus prçfocatiuis, procul dubio eſt perniciosa.

*Cura anginæ* conuenit cum cura apoſtematum communium, in diæta, & ſubtractione materię, & in applicatione repercuſſiuorum ab initio, & reſoluentium ac maturantium in fine, & miſtorum in medio. Differt tamen in hoc quòd repercuſſiua nõ adminiſtrentur extrinſecus, ſed intrinſecus, & quod euacuationes, & deriuationes fieri debeant abſque vlla dilatione. Specialis verò curatio talium apoſtematum conſiſtit in quatuor, primò in vitæ ratione, ſecundo in materia antecedente, tertiò in coniuncta, quartò in accidentibus. Primum ſic completur: quod præter diætam communem dictã ſuperius, (vt Heben Meſ. vult) ſint contenti in principio hydromelite, & aqua zuc. deinde procedant ad aquam lentium excorticatarum, & hordei. extingũt enim ſitim, acrimoniam, & inflammationem. deinde ad ius cicerum, cum aqua hordei: deinde gradatim ad ſorbitiones ex farina fabarum, & ex amylo, & ex colatura furfuris cum melle. poſt hæc veniant ad vitellos ouorum ſorbilium, & iura pullorum, & ſimilia: & nullo modo repleant ſe. Et venter eorum ſemper ſit laxus. Somnus eorum ſit menſuratus. nam ex longiore ſomni timetur ſubita ſuffocatio: quare oportet vt parum dormiant, & ſæpe excitentur. Secundum completur per euacuationes, & diuerſiones cõmunes, ídque phlebotomiis, & medicinis laxatiuis ſecundum materiam peccantem: & clyſteribus acribus, & fortibus frictionibus, factis feſtinenter: quia ęgritudo, propter membri functionem, non dat inducias. Fiant ergo primò fricationes, & ligaturæ extremitatum, ſtatim à reiecto clyſtere, & poſtea mox fiat phlebotomia è ſaphenis: demum poſt, ſi virtus tolerat, è brachiis: & poſt eadem die è venis ſub lingua. Et ſi eſt poſſibile tranſglutire, in craſtinũ detur illi in materia calida diaprunum, aut catholicon acrius redditum cum electuario de ſucco roſ. Et in frigida dentur hiera picra, aut pilulæ cochiæ, aut de agarico. Et intercipiatur rheuma, milio & ſale torrefactis, & ſuper caput applicatis: aut ſtercore columbino. Et detur lambẽdum diapapauer: aut pilulæ ſtoracinæ teneantur ſub lingua. Tertiam rem complent, ſecũdum Gal. in ſexto miamir, ſeu cata top. repercuſſiua in principio ab interna parte & lenientia ab externa, vt materia non impingatur intra guttur: & reſolutiua in fine, & miſta (vt dictum eſt) in medio: at non qualiacunque, (quia non vitriolum, vt ipſe dicit: nam noxium eſſet, ſi deſcenderet ad inferiora) ſed certa & dicata naturæ partis. Vt in principio cõcedit dianucum (ſeu diacaryon, id eſt confectum ex nucibus,) in quo virtus roſ. balauſtiarum, myrtillorum, lentiſci, rubi, gallarum, ſumac, memithe, & conſimilium ſtypticorum ſit impreſſa. In augmento diamorum, in quo virtus myrrhæ, & croci, & conſimilium imprimatur. In fine verò diahirundinum, in quo virtus ficuum ſiccarum pinguium, calamenti, origani, vel pule-

*Sect. 1. part. 2. ſum. 1. c. 5.*

*Sect. 1. c. 1.*

*Ibidem.*

gij,hyſſopi,ſatureię,& p̃terea(ſi neceſſe fuerit) ſulfuris,& nitri ſit impreſſa:
& quæ valẽt proprietates,velut ſtercus hirũdinis, canũ, luporũ,& puerorũ
qui nutriti ſint lupinis:& vt ſunt capita halecũ,piſciũ ſalitorũ,& herba di-
*Sect.3.e.b.* cta morſus diaboli, & cõſimiliũ.Diamoron ſic fit ſecũdũ Gal.vbi ſupra.℞.
ſucci merorũ vtrorũque,partes v.mellis,partẽ j. coquãtur ad mellis ſpiſſi-
tudinẽ.Dianucum fit eodem modo:℞.ſucci corticum nucum, partes quin-
que,mellis partem vnam coquantur ad mellis ſpiſſitudinẽ. Et iſtæ ſunt eo-
rum compoſitiones ſimplices,quæ conferunt mulieribus, & infantibus, &
*Sect.2.* debilibus.Ego quidem,inquit Gal.ratione adductus inueni melius,dianu-
cum incipientibus phlegmonibus, cõſtructum ſimul cum aliquo ſtyptico-
rum prædictorum:augentibus ipſis,cum croco & myrrha:in ſtatu verò, cũ
diaphoreticis dictis.Diahirundinum ſic fit,Reci.cineris hirundinum drac.
iiij.croci,nardi indicæ,ana drac.j.confice cum melle,& fiat conditum. Iſta
autem ſunt quæ Gal.dicat internæ parti gargarizando,lambendo,vngendo
*Lib.3.fen.* atque inſufflando. Extrinſecus autem ab initio præcipit Auicẽ.inuoluere
*9.cap. 11.* collum leuiter lana ſuccida,macerata oleo oliuæ,aut chamęmeli. Deinde
poſtremò iubet iſtis addere attrahentia,ſicut baurac,ſulfur,coſtum, ſinapi,
atque caſtoreum,& omne quod ruborem,& veſicas excitat. Atque iſta ha-
bent locum,ſi apoſtema incedit via reſolutionis. Quando autem tendit ad
maturationem,præcipit Heben Meſ.iſtud emplaſtrum.Recipe farinæ hor-
dei,ſeminis lini,ana vnc.j.carnium dactylorum,ficuum ſiccarum pinguiũ,
ana vnc.j.ß.micæ panis quart.ß.coquantur omnia in rob,& ſubigantur,fiát-
que emplaſtrũ.Et ſi impinguaretur modico butyri, eſſet melius. Rogerius
*Lib.2.cap.* recipit radicis ebulorum, ſenationum,vel cardui benedicti,abſinthij,ana.
*13.* m.j. farinæ hordei, ſeminis lini, ana quart.ß. mellis, vnc.ij. axungiæ porci
*Tr.3.doct.* quartarium vnum:coquantur,& pinſendo fiat emplaſtrum.Lanfrancus hoc
*2.cap.5.* dictat:Recipe nidum hirundinis,& fac illũ in aqua bullire diu,poſtea cri-
bro cola,& in colatura coquãtur radices lilij,maluauiſci,& bryoniæ,& fo-
lia maluarum,violarum,parietariæ,tundantur fortiter,& miſceãtur eis fer-
menti bene acris,farinæ ſeminis lini,ana quod ſufficit bulliãt:& in fine ad-
dantur olei veteris,axungiæ porci ſine ſale,ana modicum:& fiat emplaſtrũ.
Hoc enim emplaſtrum mirabiliter diſſoluit,vel maturat omnem anginam.
Et præter hæc fiat ſemper gargariſmus maturans ex aqua, & vino cocto,&
melle decoctis radicis althææ,ficuum,ſeminis lini, & fœnugræci atque ſi-
milium.Maturato apoſtemate pręcipiunt ipſum rumpere, ſi eſt apparens,
cum ſagittella:& abſtergere mundificatiuo de apio, vel aliquo communiũ
exiturarum. Si autem eſt intus non apparens, rumpatur vnguibus, vel fri-
cando re aliqua,ſi eſt poſſibile: aut gargariſmis maturatiuis, & aperitiuis:
*Lib.3.fen.* vt eſt decoctum ficuum, dactylorum, & fœnugræci, addendo fermentum.
*9.cap.11.* Fortius,ſecundum Aui.eſt baurac,nitrum, myrrha, piper, ſtercus hirundi-
*Lib.2. ca.* num,& lupi,ſemen ſinapis,& harmel.Et ſecundum Rogeriũ ſumatur par-
*13.in ann.* uum fruſtum carnis bouinæ ſemicoctę:& ligetur firmo filo & longo:& fac
vt tranſglutiat:& dum id tranſglutiet,retrahatur ſubitò filum cum violẽtia,

& ita

& ita rumpetur apoſtema. Illud idem poteſt fieri cum ſpongia. Apertum apoſtema abſtergatur gargariſmis mundificantibus, ex vino & melle, & ſimilibus. In materia autem frigida, in principio fiat gargariſmus ex oxymelite: deinde aſcendes ad cinnamomum, ſpicam, pyrethrum, & aſſam fœtidam. Et ponantur extrinſecus olea, & emplaſtra conuenientia. Si autem induratur; mollificetur diachylone pręmollito axungia gallinacea, aut conſimili: aut aliquo ex remollientibus in capitulo de ſclirosi dictis ſuperius, & infrà dicendis. Quarta res completur pro natura accidentium: vt ſi dolor adeſt fortis, fiat gargariſmus ex lacte tepido: quia illud eſt laudatum ab omnibus. Et ad idē valet ſyrupus violaceus, & papauerinus, & penidiæ, & mucilago ſemin. lini. pſyllij, & ſeminum cydoniorum, diſſoluta in aliqua aqua ſtyptica, vt eſt roſ. plantagi, ſolani. Et Halyab ſummè ad hoc commendat caſſiam fiſtulam aqua glycyrrhizæ diſſolutam. Si autem adeſſet tanta angu- *Part. 2. ſerm. 6. c. 29.*
» ſtia, vt non poſſet deglutire, ponantur cucurbitulæ in circuitu colli, vt ca-
» nalis amplificetur. Et quandoque (dicit Auicen.) intromittatur cannula *Lib. 3. fen. 9. cap. 11.*
» aurea, vel argentea, aut ex alia materia, vt iuuetur reſpiratio. Et aliquando
» confert ad dilatationem vt reddatur facilior deglutitio & anhelitus, com-
» preſſio ſcapularum fortis. Cúmque anginæ vehementiores fiunt, & nō va-
» lent medicinæ, & creditur perditio futura, dicit Aui. quod ſperatur euaſio, *Ibidem.*
» apertione cannæ, non epiglottis, (ſupple) inter duos annulos, ita vt æger *Tr. 3. doct. 1. cap. 1. & doct. 2. c. 3.*
» poſſit reſpirare: demittendo per tres dies, (& non vltra: cuius cauſa, dicetur infra) apertum, donec tranſiuerit ægritudinis malitia: & poſtea ſuatur, & agglutinetur. Quod probat Albuca. ancillæ teſtimonio, quæ cultello partē canalis pulmonis inciderat. Et Auenzoar dictam operationem in capra expertus eſt. *Lib. 2. ca. 43. Lib. 1. tr. 10. cap. 14.*

### *De bronchocele vulgo dicta Botium.*

*Botium eſt* apoſtema, ſiue exitura, aut excreſcentia in collo, ex materia humorali in aliam materiam conuerſa. Cuius cauſæ, & ſigna ſunt, vt aliorū apoſtematum exituræ nuncupatorum. Iudicia tamen aliqua habēt propria. Botium naturale, ſecundum Albucaſim, non recipit curam. Botium quod eſt intricatum neruis & arteriis, nōn eſt tutæ operationis. Botium magnum quod occupat ambas partes, eſt dimittendum. Quocunque modo botiū extirpare, corroſione, aut inciſione in collo, ſecundum Arnoldum, eſt verendum. Botium ægritudo regionalis, & hęreditaria apud multos reputatur. *Tr. 2. cap. 44. Doct. 2. aph. 19. & breuiar. li. 2. cap. 4.*

*Cura botij* colli non eſt diuerſa à cura communi aliorum botiorū, & glādularum, dicta ſuperius: niſi in hoc, quòd (ſi non poſſunt curari reſolutiuis, aut maturatiuis dictis loco allegato, neque deſiccatiuis & cōſumptiuis propriis mox dicendis) fiant, ſecundum Rogerium, cum ferro calido duo ſetones, vnus in longum, alter per tranſuerſum: & quotidie mane, ac ſero trahātur ad exteriora, donec penitus caro ſeu materia ſit cōſumpta. Si q̄d autem relictū fuerit, puluere aſphodelorū, vel cōſimili deuaſtetur: poſtea vt cętera vlcera curetur. Si verò eſt liberū, & non venis & arteriis intricatū, ſcindatur cutis, & à carne ſeparetur: & ipſū cū ſuo folliculo totū (vt ſuprà dictum *Lib. 2. ca. 13.*

eſt) extrahatur, & curetur. Aut ſi videtur tibi expediens, vt dictum eſt de ſcrofulis, cautè à corroſiuis exedatur. Deſiccantia propria & experta à magiſtris ſunt hæc: Primò de aſſumendis preſcribit Roger. electuarium tale, Reci. radicis viticellæ, radicis cucurb. agreſtis, cyclamini, polypodij, ruſci, aſparagi, ariſtolochiæ rotundæ, radicis cucumeris agreſtis, radicis ari, radicis taſſi barbaſſi, ſpongiæ marinæ, & paleæt marinæ, ana partem j. aduſta ſpongia & palea, reliqua puluerentur: & conficiantur in modum electuarij, ſupple cum melle, de quo præcipit aliquantulum ponere ſub lingua, cùm it dormitum: & manè adminiſtretur vnus cyathus potionis factæ ex vino decocti radicis maliterræ, radicis taſſi barbaſſi, polypodij, betonicæ, brancæ vrſinæ: & ita iubet continuare per x. aut xj. dies. Prædictis etiam iubet lac porcæ primos fœtus lactantis apponere. Empiricum eſt: quare non multũ curo. neque etiam de prædicto auxilio, niſi quatenus diureticum eſt: Et purgatio per vrinam in talibus fuit ſuperius, cap. de glandulis, cõmendata. Emplaſtra ad diſſoluendum, ipſe cum ſuis magiſtris docet facere ex radice lapathij, raphani, cucu. agreſtis, ſaxifragiæ, coctis & cum axungia aliqua miſtis. Superius tamen in cap. ſcrofularum, plura ſunt compoſita emplaſtra ad reſoluendum, & maturãdum: quare illhinc requirantur. Lanfrancus ad hoc dictat aliam potionem, ex vino decoctionis paruæ plãtæ nucis cum ſuis radicibus, & piperis. Magiſter Dynus facit puluerem ex ſpongia combuſta, oſſe ſepiæ, ſale gemmæ & communi, radice chelidoniæ, & cyperi, ſucco cyclamini, zingib. pyrethro, bedegaro, nuce cupreſſi, & palea marina. Ego addo ſcrofulariæ radicem, & filipendulæ: & vtatur vt ſupra. Tales autẽ medicinæ multas habent promiſſiones, effectus verò paucos.

*Lib. 2. cap. 12.* — *Tr. 3. do 2. cap. 16.* — *In compil. empl. & vnguentorum.*

*De apoſtematibus dorſi.*

*Quia in* anatomia colli fuit poſita anatomia dorſi, idcirco expedientes dicimur, quod apoſtemata dorſi in cauſis, ſignis, & cura, ſatis conueniunt cum cõmunibus: niſi in hoc, quod iſta magis ſunt periculoſa, propter propinquitatem ſpinalis medullę, quæ vicaria eſt cerebri, vt in anatomia fuit dictum: vnde lib. 12. de vtil. particularum, ſymptomata ſpinalis medullæ, ſimilia ſunt ſymptomatibus cerebri, inquit Gal. Et proinde non debemus ea repercutere ita fortiter ſicut alia. Sufficit enim in princ. ponere alterantia, & refrænantia domeſtica, quale eſt oleum roſatum. Ad hæc, quãdo ſuppurant, nõ differatur apertio vſque ad perfectam maturationem: & dum aperiuntur, ad profundum procedatur, ſed caueatur neruorum origo. nam eorum punctura, & inciſio eſt periculoſa. Gibboſitas eſt propriè dorſi paſſio: verùm quia propriè non eſt apoſtema, (licet poſſit apoſtema illius eſſe cauſa,) ſed diſlocatio, de ea dicetur infrà.

*Tr. 1. doct. 2. cap. 3.* — *Cap. 12.* — *Tr. 6. doct. 2. cap. 3.*

## CAPITVLVM QVARTVM

*De apoſtematibus omoplatæ, & brachiorum.*

Apoſtemata omoplatæ & brachiorum non variant à cura communi: niſi quòd circa iuncturas anticipari debet apertio, ne pus ſua mora arrodat,

arrodat,& diſſipet neruos,& ligamenta: & cōſequenter profundum ſubeat iuncturæ,& efficiat ibi fiſtulam,pręcipuè circa cubitum,vbi maior eſt ligamentorum , & oſſium intricatio. Et caueatur apertio circa ſummitatem, ſed fiat circa latera .nā motus,& oſſis denudatio,impediūt conſolidationē.

*De apoſtemate facto à phlebotomia.*

*Cæterùm* contingit brachia apoſtema pati nonnunquam poſt phlebotomiam: vbi, quod conſulit Auic. in principio eſt bonum:videlicet,vt ex altero brachio ſanguis mittatur, pro ęgri tolerantia: & ſuper ipſum ponatur emplaſtrum ceruſſæ, & in circuitu ex infrigidantibus fiat epithema. Ego autem emplaſtrum facio ex bolo ar. & albuminibus ouorum. Illud autem quod dicit Iamerius de fomentatione mollificante & reſoluente , & ſtupa, & ligatura,competit in proceſſu. *Li.1.1. fen.4. cap.20.*

*De Aneuryſmate.*

*Emboriſma*,ſeu aneuriſma,eſt apoſtema leue,& ſanguine & vētoſitate repletum , ſecundum Auic.quarto ſui canonis, cap.de fluxu ſanguinis. Vnde Gal.in lib.de tumoribus præter naturā,inquit, Arteria verò deſtructa, aneuriſma hæc paſſio vocatur. fit autem diuiſa ea, cùm iam ad cicatricē peruenit præiacens ei cutis.Quod,vt dicit Auic. plurimū fit in flexuris,collo, & inguinibus , per ſe à cauſa intrinſeca , aut ex phlebotomia. Et quia illud magis accidit brachio, ideo ponitur in cap.brachiorum.Cognoſcitur autē huiuſmodi paſſio,per viros præfatos,quia pulſat vt arteria,& premēdo recedit & reuertitur vt ruptura.Cura ipſius fit dupliciter: vno modo, cōpreſſione facta emplaſtrò ſtyptico,& ligatura in modū rupturæ.Alio modo vt ab vtraque parte arteria detegatur, & ligetur filo : & illud quod erit inter duas ligaturas,incidatur:& poſt more communiū vulnerū curetur.Alium modum aſſignat Albuc.ſcilicet arteriam duabus acubus ligando : de quo infrà in eminentia vmbilici dicetur. *Fen.4.tr. 2.cap. 16. Cap.12. Ibid. Tr.6.de. 2.cap.6.*

*De chiragra.*

*Solet circa* manus aliquando accidere inflatio carnea , & phlegmatica, quæ à multis Chiragra dicitur. Cuius cauſæ,& ſigna in apoſtematib⁹ phlegmaticis ſuperius ſunt dicta: verumtamen quæ eſt naturalis,antiqua,& cōfirmata , non recipit curationem. Cura verò curabilis, non differt à cura communi apoſtematum phlegmaticorum : niſi in eo quòd propria aliqua habet auxilia,& cauterium:quo indiget ſecundum inceſſum oſſium rachetæ: ex cultelari , vt morbus non redeat. Auxilia propria ſunt hæc : Primò magiſter meus Montiſpeſſulani faciebat hoc , Recipe caulium rubrorum, m.v.ebulorum , tribulorum marinorum , ana m.ij. coquantur in lixiuio cinerum clauellatorum , & aliquantulo aceto , & ſale : terantur , & fiat emplaſtrum. Conſequenter ſecundum magiſtrum meum Toloſanum, fiat chirotheca ſiue burſa ex bono corio : & impleatur bono lixiuio cinerum ficulneorum , & ſarmentorum , atque filicis, cum modico ſale,

& aceto:& in ea manus ponatur & ita claudatur chirotheca & ligetur, vt nihil exeat:& ipſam ſæpe aqua calida in altero vaſe calefaciat:& hoc tam diu continuetur, quouſque manus detumuerit. Nonnulli verò primò eam balneant in aqua decoctionis ſchœnanthi, vel alicuius rei attenuantis: poſtea pice, & cera applicatis, violenter attrahendo mollificant manum. Conſequenter eam ſuffumigant, & ſtuphant fumo eleuato ab aceto iniecto ſuper marchaſitam, aut lapidem molarem ignitos. Vltimò emplaſtrũ admouent ex galbano, & ammoniaco, & conſimilibus. Modi tamen primi à me ſunt magis experti. Nihilominus in tali caſu magis aſſueui vſurpare ſpongias maceratas lixiuio forti calido, in quo ſit alumen, & ſuphur, & ſal, ligando ſtrictè magis quàm in alio aliquo: vt in apoſtematibus fuit dictũ phlegmaticis:& dicetur in elephantia magis cõpletè. In omnibus tamen diſpoſitionibus, materia ad alteram manum deriuetur fricationibus, & pondere. Et tandem cum cauteriis dictis, qui vult, procedere poteſt.

*De apoſtemate fiſtuloſo digitorum.*

Li.1. cap. 30. Li.4. fen. 3. tra.2. c. 11.

*Naſcuntur* circa iuncturas digitorum quandoque apoſtemata phlegmatica, dura, coloris fuſci: in quorum circuitu venæ attolluntur: vlcerantia & corrodentia oſſa, & ligamenta (vt dicit Guliel. de Saliceto) currentia & mutantia ſedem aliquando à membro ad membrum, velut ſephyros dictus ab Auic. Fermos. Illorum cauſæ, iudicia, & cura ſunt ſicut ſcrofularum ſquamoſarum: vnguendo à principio oleo de ſpica, & de lilio, & diachylone ſuper poſito. Quod ſi contingat ea vlcerari, mundificentur vnguento apoſtolorum, & puluere aſphodelorum. Et ſi eſt neceſſe, arſenicum adhibeatur, ſicut in ſcrofulis fuit dictum. Si autem os fuerit corruptum, vratur, & remoueatur ab eo corruptum. Nam cauterium omnem corruptionem remouet, vt dicetur: poſtea verò, curatione aliorum vlcerum curetur.

*De pannaritio.*

*Pannaritium* eſt apoſtema calidum de natura exiturarum circa vnguium radices generatum. Cuius cauſæ, & ſigna, ex capitulis calidorum apoſtematum ſuperius traditis habentur. Iudicia tamẽ aliqua habet propria: quia ſecundum Auic. eſt difficilis, & vehementis doloris: ita vt aliquando faciat feb. delirium, & ſyncopen, & conſequenter interficiat. Et quandoque vlceratur, & perducit ad eroſionem, & corruptionem carnis, oſſis, & conſequenter ad totius digiti eſthiomenam ac perditionem: emittitque pus tenue ſeu liquidum, & fœtidum vtplurimum.

Li.4. fen. 7. tr.4. c. 8.

*Cura ipſius* non variat à cura communi, niſi in maiore refrigeratione, & refrænatione circa principium, & maiore ſedatione doloris. Facta igitur phlebotomia, euacuatione, & diuerſione & diæta vt ad calidam materiam præſcripta, refrigeretur ab initio admoto aceto puro, aut cum ſeminis pſyllij muccagine, aut gallis, & corticibus granatorum miſto. Vnde Halyabbas dicit, quod ſapiens Hippo. in quarto epidemiorum, galla viridi, & aceto

ceto dahaſen curabat. Camphora etiam ab Auic.in hoc multum laudatur. In augmento & ſtatu acetum cum farina hordei, aut cum furfure apponatur. Et in fine competit oleum cum thure, & nigella ad reſoluendum. Si verò collectionem facit, iuuetur maturatio mucilagine pſyllij, cum aliqua adipe miſta: aut iſto emplaſtro quod eſt Guli. Recipe vitellos tres aut quatuor ouorum coctorum: farinæ fœnugræci, & ſem.lini, mucilaginis maluauiſci, ana vnc.j.butyri recentis quart ß. miſceantur in vnum omnia, & fiat emplaſtrum. Et cùm eſt maturatum, perforetur perforatione ſubtili, & parua, vt euacuetur quod in eo incluſum eſt: & mundificetur melle,& farina lentium,& lupinorum. Et aloe eſt de melioribus rebus ad carnis generationem. Si verò vnguis carnem pungat,is abſcindatur.Si verò ad vlcus peruenit panaritium,id trochiſcis aſphodelorũ,aut calidicon vel arſenico, deſiccetur. Quod ſi fortè fuerit corruptũ os, detegatur:& os ferro calido vratur.Cauterium enim in hoc iuuat plurimũ, vt dicit Albuc.Si etiam ad eſthiomenum tendit, ſcarificetur, & cura illius percuretur.Et ſi ambularet corruptio ad digitum,ita vt illi timeatur,incidatur & cauterium adhibeatur. In omni autem diſpoſitione, ad intercipiendum materiã, circumcirca digitus & manus oleo roſ.aut vnguento de bolo armenia inungantur.Dolorem autẽ mitigat Auic.opio.& ſi mucilago pſyllij cum eo miſceretur, res eſſet perfecta.Guliel.tamen ad hoc facit tale vnguentum,in quo Halyab.conſentit.Recipe olei roſ.vnc.j.opij, hyoſcyami,ana ſcrup.j.ſe.apij.ſcrup.ß.aceti,drac.ij.pinſendo fiat vnguentum.Omnia autem auxilia ſuaui panno,&ſine dolore apponantur,quia hîc accidens ſuperat cauſam ſuam.

*Cap.9.loci præcit.*

*Li.4.fen.7.tr.4.cap.9.*

*Li.1.c.31.*

## CAPITVLVM QVINTVM
### *De apoſtematibus pectoris.*

Circa regionem pectoris vel thoracis exterius multi modi apoſtematum generantur: vt bubones in axillis, & apoſtemata mammillarum, & ipſarum coſtarum: de quibus ordine eſt dicendum: & primò de bubonibus. Vbi ſciendum, bubonem ſumi tripliciter: propriè, pro ſolo apoſtemate latitante, inſtar illius animalis circa parietes, in axillis. Alio modo largè, pro apoſtemate generato in tribus emunctoriis: ſcilicet cerebri ſub auribus, cordis ſub axillis, hepatis in inguinibus.Alio modo largius apoſtematibus generatis in membris glandulofis, vt prædictis, & preterea in mammillis,& teſticulis:quæ licet ſint nobilia, & principalia mẽbra,nõ tamen ſunt neceſſaria ad eſſentiam indiuidui,ſed ſpeciei. & ideo ſuſtinẽt aliqua repercuſſiua:alia verò, nulla. Et ita intellexit Auic. in ſuo quarto.Hîc tamen ſumitur primo & ſecundo modo,pro apoſtemate emunctoriorum,præcipuè cordis,tanquam omniũ præcipuo membro.

*Li.4.fen.3 tr.1.cap.19.*

*Iſta autem* apoſtemata ſunt calida,& frigida,& dura(quæ Auic.vocat fugilica) ſecundum materias ex quibus fiunt. Et licet modus generationis vtplurimum ſit per deriuationem, & expulſionem, factam à natura,

*Li.4.fen.3.tr.2.c.8.*

vt ſuperius fuit dictum: nihilominus excitantur ab vlcerib.& apoſtematibus extremitatum: quorum cauſæ ſpeciales, & ſigna ex doctrina generali habentur ſuperius.

Iudicia vero aliqua habent propria: quale eſt hoc, quod ipſa vtplurimũ ſequitur febris. Sunt tamen (ſecundum Hippo.in quarto aphoriſmorum) omnes febres ab eis malæ, præter ephemeras.& cauſa eſt, quia ſignificant tales bubones eſſe germina, & effectus apoſtematum interiorum, vt ponit Gal.in comment. Apoſtemata autem interna, maximè quæ ſunt prope membra principalia, ſunt periculoſa. Et hoc manifeſtè vidimus in illa ingenti,& inaudita mortalitate, quæ apparuit nobis Auinioni, anno domini 1348. pontificatus domini Clementis ſexti, anno ſexto: in ſeruitio cuius de illius gratia, licet indignus, tunc eram. Et non diſpliceat: quia propter ipſius mirabilem conditionem,& prędidentiam ſi iterum accideret, narrabo qualiſnam fuerit. Incepit autem dicta mortalitas ſiue peſtis, apud nos menſe Ianuarij,& durauit per ſeptẽ menſes. Et habuit duos modos. Primus fuit per duos mẽſes, cũ febre continua,& ſputo ſanguinis. Et iſti moriebantur intra tres dies. Secũdus fuit per reſiduũ tẽporis, cũ febre etiã continua, & apoſtematibus, & anthracibus in exterioribus, potiſſimè in axillis, & inguinibus: & moriebantur intra quinque dies. Et fuit tantæ contagionis, pręſertim quæ fuit cum ſputo ſanguinis, vt non ſolùm morando, ſed etiam inſpiciendo, vnus exciperet ab alio: Itáque homines moriebantur ſine ſeruis, & ſepeliebantur ſine ſacerdotibus: pater non viſitabat filium, nec filius patrem: charitas erat mortua, ſpes proſtrata. Et nomino, eam ingentem: quia totum mundum ferè occupauit. Incepit enim in oriente: & ita ſagittas ſuas mittendo in mundum, tranſiuit per nos verſus occidentem. Et fuit ita magna, vt vix quartam partem hominum dimiſerit:& inaudita: quia legimus de illa ciuitatis Cranonis,& Palæſtinæ,& de alia in libro epidemiorum facta tempore Hipp.& de illa quæ accidit genti ſubiectæ Romanis, in libro de euchymia tempore Gal. & de illa ciuitatis Romæ tempore Gregorij: & nulla fuit talis. Quia illæ non occupauerunt niſi vnam regionem: iſta totum mundum: illæ erant curabiles in aliquo: iſta in nullo. Fuit enim inutilis medicis & verenda: quia non audebant inuiſere ægros, timore contagij: & quando viſitabant, parum proficiebant,& nihil lucrabãtur. omnes enim qui ægrotabant, moriebantur: exceptis paucis circa finem, qui cum bubonibus maturatis euaſerunt. De cauſa iſtius ingentis peſtilentiæ multi hæſitauerunt. In aliquibus locis crediderunt Iudæos venenaſſe mundum, & ideò interfecerunt eos. In aliquibus pauperes truncatos & fugabant eos. In aliis nobiles: & idcirco dubitabant ire per mundum. Tandem eò deuentum eſt, vt pręficerentur cuſtodes ciuitatibus & villis, qui neminem permitterent intrare, niſi bene notum. Et ſi alicui inueniſſent pulueres, aut vnguenta, timentes ne eſſent venena, cogebant eos tranſglutire. Quicquid tamen populus diceret veritas fuit, huius mortalitatis cauſam fuiſſe duplicẽ: vnã agentẽ vniuerſalis

*Aph.55*

*Digreſſio de mortalitate.*

alteram

alteram particularem patientem. Vniuerſalis agens fuit, diſpoſitio cuiuſdam coniunctionis maioris trium corporum ſuperiorum, Saturni, Iouis & Martis: quæ præceſſerat anno Domini 1345. 24. die menſis Martij, in 14. gradu Aquarij. Maiores enim coniunctiones (vt dixi in libello quem feci de aſtrologia) ſignificant res admirandas, fortes, & terribiles: vt mutationes regnorum, aduentus prophetarum, atque peſtilentias magnas. Et illæ diſponuntur ſecundum naturam ſignorum, & aſpectus eorum in quibus ſunt. Non ergo fuit mirũ, ſi ſignificauit peſtẽ admirandã & terribilem illa magna coniunctio: quia non fuit ſolùm de maioribus, imò quaſi de maximis. Et quia fuit in ſigno humano, damnum ſupra naturam humanam direxit: & quia ſignum erat fixum, longam durationem ſignificauit. Incepit enim in Oriente paulo pòſt coniunctionem: & durauit adhuc anno quinquageſimo in Oriente. Impreſſit verò talem formam aëri, & aliis elementis, vt quemadmodum magnes mouet ferrum, ſic ipſa moueret humores craſſos, aduſtos & venenoſos: & cogeret eos ad intrinſeca, & faceret apoſtemata: ex quibus ſequebantur febres continuæ, & ſputum ſanguinis in principio, dum forma fuit valida, & confundebat ſeu perturbabat naturã. Poſteaquã autẽ remiſſa fuit, natura non adeò confundebatur, quinimo expellebat, vt poterat ad exteriora, maximè ad axillas, & inguina: & erat cauſa bubonum, & aliorum apoſtematum: ita vt illa apoſtemata extrinſeca, eſſent effectus apoſtematum intrinſecorum. Cauſa particularis & patiens fuit diſpoſitio corporum: vt cacochymia, debilitatio, & oppilatio. Et propterea moriebantur plebei agricolæ, ſordidè viuentes. In cura fuit laboratum ad præſeruationem ante caſum, & ad curationem in caſu. Ad præſeruationem, nihil erat melius quàm ante infectionem fugere regionem, & purgare ſe pilulis aloeticis: & minuere ſanguinem phlebotomia: reſtituere aërem igne: & confirmare cor theriaca, & pomis, & rebus odoriferis: placare humores bolo armenica: & reſiſtere putrefactioni acidorum beneficio. Ad curationem fiebant phlebotomiæ, & euacuationes, & electuaria, & ſyrupi cordiales. Et apoſtemata extrinſeca maturabantur admotis ficubus, & cepis coctis, tuſis, & miſtis fermẽto, & butyro: poſtea aperiebantur, & curatione vlcerum curabantur. Anthracibus cucurbitulæ adhibebantur, & ſcarificationes, atque cauteria. Et ego vt vitarem infamiam, non fui auſus recedere. Sed cum continuis timoribus præſeruaui me prædictorum vſu, quantum potui. Nihilominus verſus finem peſtilẽtiæ, incurri in febrẽ cõtinuam, cum apoſtemate inguinali: & ægrotaui quaſi per ſex ſeptimanas: & fui in tanto periculo, vt omnes ſocij mei moriturum me crederent: ſed maturato apoſtemate, & curato, vt dixi, euaſi iuſſu Dei. Poſt verò anno Do. 1360. pontificatus domini Innocentij ſexti anno 8. retrogradando ex Alemania, & partibus ſeptentrionalibus, rediit ad nos peſtis. Et incepit verſus feſtum ſancti Michaelis, cum bubonibus, febribus, carbunculis, & anthracibus, paulatim augeſcendo: & aliquando interpolãdo, vſque ad medium anni ſexageſimi primi. ſed poſtea ita furioſè vſque ad tres ſequentes

*Guido librum compoſuit de aſtrologia.*

menſes durauit, vt non reliquerit in multis locis hominum partem dimidiam. Differebat tamen ab alia præterita, quia in prima plures deceſſerunt plebei: in iſta verò, plures diuites & nobiles, & pueri infiniti, & mulieres paucæ. Per hãc ex dictis magiſtri Arnaldi de villa noua, & magiſtrorũ Mõtiſpeſſulani, & Pariſienſiũ, tale electuariũ theriacale cõpoſui: quod recipit ſem. iuniperi drac. ij, & ß. cariophylli, macis, nuciſmuſ. zing. zedoariæ, ana drac. ij. vtriuſq; ariſtolochiæ, radicis gẽtianæ, tormẽtillæ, radicis herbæ tunicis, dictamni, radicis enulæ campanæ, drach. j ß. ſaluiæ rutæ, balſamitæ, mẽtæ polemenon (quod eſt pulegium ceruinum, ſecundum magiſtrum Arnaldum: aut chelidonia, ſecundum magiſtrum Mundinũ) ana drach. j. baccarũ lauri, doronici, croci, ſe. acetoſæ, ſem. citri, ocymi, maſticis, olibani, boli ar. terræ ſigillatæ, ſpodij, oſſis è corde cerui, raſuræ eboris, marg. fragmẽtorum, ſapphyri, & ſmaragdi, coralli ru. ligni aloes, ſandali ru. & muſcatellini, ana drach. ß. cõſeruæ roſ. cõſeruæ bugloſſi, conſeruæ nenufar. theriacæ probatæ, ana vnc. j. panis zuc. lib. iij. fiat electuariũ cũ aqua ſcabioſæ, & roſ. modicũ camphorata. Accipiebam vt theriacam: & fui ſeruatus iuſſu Dei, cuius nomen ſit benedictum in ſecula ſeculorum. Amen.

*Lib.4.* *Cura bubonum* ſecundum Auic. eſt diuerſa à cura aliorum apoſtematum,
*fen.3 tr.1.* in euacuatione & repulſione: eo quòd ſi id eſt per viam criſis, aut expulſio-
*cap.19.* nis à mẽbro principali, tunc nõ oportet vt præmittas euacuationẽ, ſed ſta-
tim applices localia: & nõ repulſiua, imò trahẽtia materiã ad locũ apoſte-
matũ quauis attractione: etiã admotis cucurbitulis, vt dictũ fuit in ſermo-
ne generali. Si autem non eſt ſecundum ſemitam dictam, ſed eſt ab vlceri-
bus extremitatũ, aut alia cauſa primitiua, & adeſt repletio: aut ſine ea occa
*Cap.5.* ſione doloris (vt ſuprà ex lib. 13 therapeut. fuit allegatũ) tunc euacuatio eſt
*Ibidem.* radix curationis: & minutio cibi & eius attenuatio, vt dicit Auic. Et in i-
ſto caſu, vt reprimatur concurſus humorum à principio, poſſunt applicari
aliqua alterãtia cũ quadã corroboratione: vt oleũ roſ. cum chamæmelino.
in alio autem caſu, minimè: ſed mollificãtia. tametſi Henricus doceat poſt
euacuationem indifferenter ponere ab initio repercuſſiua. Mollificantia
autem ſint, non quæcunque, ſed domeſtica, niſi vrgente neceſſitate, vbi do-
*Ibidem.* meſtica non ſufficerent. Nam, vt ait Auic. ſicut in expulſiuis eſt timor re-
ditus materiei ad mẽbra principalia, ita in mollitiuis eſt timor attractio-
nis ſuperfluæ: à quibus ambobus ſecuros reddit euacuatio in eo caſu. Et
*Cap.2.* hoc eſt, quod Gal. dicebat in tertio ſec. locos: Parotides (id eſt, apoſtemata «
ſecus aures) licet ſint de genere phlegmones, non tamẽ vtimur in eis primã «
intẽtione phlegmone laborãtiũ particularũ, ſed cõtraria, pharmacis attra- «
ctiuis vtẽtes. Et ſi nihil dignũ ratione profecerint hæc, cucurbitulã quoque «
afferentes, aduertẽdo tamẽ, vt ſi vehementẽ impetũ habet id quod influit, «
nihil operemur: ſed naturæ totũ cõmittamus, ne ex vehemẽtia attractionis «
dolor vehemẽs apprehendat hominẽ: cuius ratione & vigiliæ fiãt, & feb. «
adueniat, & virtus diſſoluatur. Mitigare igitur magis tunc, & nõ coadiuua- «
re fluxionẽ ac impetum humorum conuenit cataplaſmatibus vtẽdo miti- «
gatiuis,

„ gatiuis,quæcunque præter cõmoderationem humidæ caliditatis qua miti „ gare valent,adhuc etiã habent quo humores influentes cõcoquere, ac ſup- „ purare poſſint.Et hoc eſt quod dicebatur in decimotertio therap. Calefa- „ cere,& humectare moderatè oportet totã extremitatẽ, & ipſum adenẽ ( id „ eſt emunctoriũ) vt doloris expers fiat:prima die oleo calido imbutã lanã ſuperponentes,non (vt quidã) confeſtim cũ ſale. Poſtea verò ſale vtamur (ſupple cũ aqua calida miſto) fomẽtando & cataplaſma,vt reſoluatur quod collectum eſt, mitigato dolore. Si quod collectum eſt non poteſt reſolui, coquere & ſuppurare oportet illud admotis cataplaſmatibus ſuppuratiuis: quale eſt triapharmacum & farina,aqua, & oleo coctis:aut aliquo ſuprà in ſermone vniuerſali dicto:& poſtea procedere vt ibi eſt dictum. *Cap.5.* *Cap.2. doct.1.*

*De apoſtemate fugilico,& indurato in emunctoriis.*

*Apoſtemata* autem dura (quæ ſcirrhos Gal.fugilica Auic.vocãt) in dictis locis difficilia ſunt ad ſanandũ : & curatione ſcrofularum ea curare præcipit Gal.in decimoquarto facit therap.Auic.tamẽ his propriũ emplaſtrũ è cinere limacum & adipe. Gal.eaſdem ex melle authoritate Archigenis, in hoc caſu commendat. Multi autem duritiem incidunt, & glandulas naturales euellunt.Quod ego non facio : quia locus poſtea cicatrice induratur, contra intentionẽ naturæ:quæ illas partes inſtituit molles , ad recipiendũ membrorum principalium ſuperfluitates.Quicquid tamen fiat,inciſiones in axillis,& inguinibus debent fieri ſemitranſuerſæ ad formam lunæ,vt oſtendit Albuc.retro autem aures, æqualiter,inquit Auicenna. & intelligo æqualiter,id eſt ſecundum longitudinem. *Li.4.fen. tr.2.c.8.* *Li.4.fen. 3.tr.1.c. 29.*

*De apoſtematibus mammillarum.*

*Apoſtemata* mammillarum quædam ſunt propria, quædã à ſimilitudine ſic dicta,vt lactis coagulatio,& mãmillarũ incraſſatio præter naturã,de quibus dicetur infrà.Apoſtemata calida & frigida in hac particula, habẽt cauſas & ſigna apoſtematum cõmunium ſuperius dictorum niſi ꝙ ad eorũ generationem in mulieribus multũ facit retentio menſtruorum:& ad illorũ curationem,prouocatio eorumdem,atque phlebotomia ſaphenarũ. Habent etiam ſigna & indicia aliqua propria : quia in apoſtematibus ſemper eſt aliqua caliditas, & dolor, atque tumor : in coagulatione verò lactis, horum parum eſt , aut nihil. Lac etiam coagulatum expanditur æqualiter per mammillam : Apoſtema verò in altera parte (præcipuè quando venit ad augmentum ) monſtrat eminentiam. Lac præterea non venit niſi grauidis à partu : Apoſtema verò omni tempore generatur.In apoſtematibus mãmillarũ timẽdum eſt de mania,iuxta illud quinti aphoriſmorũ.Mulieribus quibus ad mãmillas conuertitur ſanguis,maniam ſignificat. *In fine c. & tract. 6.doct. 2. cap.5.* *Aph. 4.*

Et licet aphoriſmus ſit ſuſpectus, ipſum tamen moderatur & verum eſſe oſtendit, quando ſanguis repugnat ſuæ conuerſioni ob mordacitatẽ & multitudinem, quibus lædit & cerebrum. Lanfrancus tamen teſtatur ſe hoc vidiſſe. Ego autem nunquam vidi, ſicut nec Gal. vidit, vt ipſe teſtatur in commentario. Auic. bene vult birſen ad apoſtemata mãmillarum, ſeu pleureſim. reſolui, ſed non contrà.

*Tract. 3. do. 3. c. 5. Li. 3. fen. 12. tr. 1. c. 6.*

*Curatio* apoſtematũ mãmillarũ nihil habet proprij: niſi quòd repercuſſiua oportet eſſe domeſtica, propter vicinitatem cordis. Sufficit enim admouere calidis (vtplurimum) in principio, qualia ſunt oleum roſ. cum modico aceto: aut aqua cum aceto, non frigida actu, ſed calida. Poſtquam autem pertranſiuerit principium, fiat emplaſtrum ex farina fabarum, & foliis ſolani, & meliloto contritis, & coctis in oxymelite, & oleo ſeſamino, aut amygdalarum. Si autem apoſtema videtur facere collectionem, maturetur emplaſtris maturatiuis dictis & dicendis: & præcipuè iſto, quod laudat Auicenna: Recipe micæ panis quartarium vnum: farinæ fabarum, radicis mal uauiſci ana quartarij ſemis, farinæ fœnugræci, vnc. j. ouorum coctorum vitellos iij. numero, addendo modicum croci, & myrrhæ, & aſſæ fœtidæ, fiat emplaſtrum. Ipſum maturatum aperiatur in inferiori loco, ad formam lunarem, vt oſtendit Albucaſis. & non ponatur magna turunda, propter dolorem: & mundificetur vt alia. Si autem apoſtema eſt frigidum, inungatur oleo de ſpica, & lilio, vt alia. Et ſi tenderet ad duritiem, Auicenna ponit emplaſtrum ex oryza coacta in vino dulci, oleo viol. & vitello oui. Si verò durities conuertatur ad cancrum, non eſt aliud conſilium curationis, quàm abſcindere totam mammillam: quod tamen, (vt ſuperius eſt dictum) valde verendum eſt. Melius enim eſt in tali caſu palliare, ſeu fucare. quàm velle curare, & incurrere infamiam.

*Ibid.*

*Lib. 3. fen. 12. tr. 3. c. 8.*

### *De coagulatione lactis.*

*Coagulatio* lactis, quæ vtplurimum fit à frigido, diſſoluitur eiſdem dictis in apoſtemate frigido: & embrocatione aquæ calidæ decoctionis ſiclæ, apij, mentæ, atque calamenti. Et laudat Lanfrancus iſtud emplaſtrum. Recipe medullæ panis mundi, farinæ hordei, fœnugræci, ſemin. lini, ana vnc. j. radicis maluauiſci, foliorum herbæ erucæ, ana. m. j. Hæc duo vltima bene coquantur, & tundantur: & cum oleo modico miſcendo, fiat emplaſtrum.

*Tr. 3. do. 3. c. 5.*

### *De apoſtematibus parietum pectoris.*

*Apoſtemata* quæ ſunt in parietibus pectoris, nihil habent proprij, niſi quòd cautè repercuti debent propter cauſam dictam: & ad inceſſum coſtarum aperiantur, neque longa expectetur maturatio, ne pus ad intrinſeca deriuando, penetrantem fiſtulam pariat. Scriptum enim eſt ab Hippo. primo prognoſticorum: quæ intus, & extra erupuerunt, mala ſunt. & commentatur Gal. naturã nõ inuenire locum, cui innitatur ſicut fundamento in terra, ſuper quo generet & conſolidet carnem: parit ergo fiſtulã, cuius curatio eſt mala, vt dicetur infrà. Quomodo autem regatur fiſtula, quæ in tali caſu

*Galen. 3. aph. 45.*

ſu

ſu ad internum ſpatium penetrat, dicetur infrà, vbi de fiſtula fiet ſermo. Quæ autem deuenerunt ad internam ſuppurationem, vrantur, aut incidantur: & ſi pus eſt laudabile, euadere poſſunt: ſi verò malum, pereunt, ex 7. aphoriſmorum. Locus in quo debet fieri apertio, etiam infrà oſtendetur. *Lib. 4 de. 2. cap. 5. Aph. 44. Tr. 3. de. 2. c. 5.*

## CAPITVLVM SEXTVM
### *De apoſtematibus ventris.*

APoſtemata communia, à parte exteriore ipſius ventris, nihil habent proprij, niſi quæ dicta ſunt pectori conuenientia: & hoc etiam, quod omnibus reſolutiuis & maturatiuis, miſceri debent aliqua aromatica ſtyptica, & corroborantia, eo q̃ propter propinquitatem quã habẽt cum mẽbris nutritioni dicatis, poſſent ea, & eorum actionem toti corpori neceſſariam, debilitare. Miſceantur ergo eis oleum nardinum, vel melinum, myrtinum, maſticinum, & oleum de abſinthio, & de ſpica: quæ Gal. dicat confirmandis viſceribus & præſertim hepati in 13. ther. Ab initio itaque applicetur oleum roſ. cum oleo melino, aut myrtino. In augmento oleum chamæmelinũ cum abſinthite, aut nardino. Si verò tendant ad ſuppurationem, apponatur artomel (id eſt, panis cum melle) non purum, vt Attalus diſcipulus Sorani ponebat, ſed oleo maſticino, aut abſinthiti miſtum. *Cap. 12. Lib. 13. therap. cap. 15.*

### *De duritie ſtomachi.*

*Si autem* declinent ad duritiem, cautiſſimè aduerte: quia talia apoſtemata facilè indurantur: & indurata difficilia ſunt, & periculum eſt ne inducant hydropiſim, vt dicit Lanfrancus. Gulielmus tamen de Saliceto dicat iis quãdo ſunt in orificio ſtomachi, diachylõ. Ego verò miſceo cum eo modicum pul. hieræ, cum oleo abſinthite malaxati. *Tr. 3. de. 2. cap. 10. Lib. 1. c. 37.*

### *De duritie hepatis.*

*Suprà verò* hepar, dictat emplaſtrum commune ad omnem duritiem: quod Reci. galbani, ſagapeni opoponacis, ana vnc. j. farinæ fœnugr. & ſeminis lini, ana vnc. ij. terebent. lib. ß. olei chamæmel. vnc. iiij. farinæ frumẽti, quod ſufficit ad inſpiſſandum. ponantur gummi in oleo chamomillæ minutim inciſa, & diſſoluantur ad ignem: poſt addatur terebinthina, & coletur: deinde admiſceatur farina, & fiat emplaſtrum. Si tamen adderetur oleum roſ. aut melinum, vel abſinthites, ad virtutem hepatis ſeruandam, eſſet melius.

### *De duritie ſplenis.*

*Ad duritiem* verò ſplenis, Recipe ammoniaci, ſagapeni, bdellij, opoponacis, ana vnc. j. olei de ſpica, vnc. v. terebint. vnc. ij. farinæ fœnugræci, & ſeminis lini, ana vnc. j. farinæ lupinorum, quod ſufficit ad iuſtam conſiſtentiam: fiat emplaſtrum, vt dictum eſt pro hepate. Albucaſis autem conſulit in iſtis locis, (quando in eis eſt frigus, & humiditas multa, & curationes aliæ non valent) cauteria punctualia tria vel quatuor, pro magnitudine apo- *Lib. 1. c. 38. & ſeq.*

ſtematis:& vt non multum penetrent vltra cutem.

### *De hydropiſi.*

*Hydropiſis* ſecundum Brunum dicitur ab hydros,quod eſt aqua:& piſis, quod eſt paſſio:id eſt paſſio aquoſa, propriè in ventre. Eſt enim hydropiſis (quãtum ſpectat ad captum chirurgi) apoſtema & inflatio ventris,ex materia aquoſa & ventoſa,intra ſpatium ventris, errore virtutis coctricis hepatis,generatum. Vnde in quinto de locis affectis, niſi patiatur hepar,nunquam fit talis paſſio.Patitur autem hepar,quandoque ex proprietate, quãdoque ex colligatione. Et hoc innuebat Hippocr.ſecundo prognoſticorum ,inquiens:Conſurgit ab hepate,& ab ilibus. Talis autem paſſio in hepate dicitur error,& infrigidatio ſeu diminutio caloris naturalis ipſius,facta à frigido per ſe,& vniuocè:à calido verò per accidens , & æquiuocè,reſoluendo calorem naturalem ipſius hepatis. Et propter hoc dicit Gordonius,mirũ non eſſe , quod in hydropiſi à cauſa calida,in eadẽ parte hepatis fit frigiditas & caliditas ſimul:vnum tanquam formatũ & coniunctum,reliquum tanquam formans & antecedens:vnum naturale , reliquum præter naturam:vnum materiale,reliquum formale:vnum apparẽs, reliquum occultum.Ex qua refrigeratione (in libro de tumoribus præter naturam, & ſexto de ægritudine & ſymptomate)coaceruatur multitudo aquoſæ materiæ,in aſcite,ſpirituoſæ verò,in tympanite : phlegmaticæ verò, in anaſarca & leucophlegmatia nominata. Sunt ergo iuxta hoc tres ſpecies hydropiſis.

*Cap.6.* *Cap.1. aph.1.2.3.* *Part.6. cap.5.* *Cap.9.*

*Cauſas* hydropiſis non oportet chirurgum aliter inquirere , quàm dictæ ſunt ſuperius in ſermonibus de apoſtematibus phlegmaticis: perfectam enim & exquiſitam inquiſitionem recipere debet à medicis.

*Signa* communia trium ſpecierum ſunt, inflatio, & malus color faciei & extremorum,& debilis ſuperfluitatum expulſio.Signa propria aſcitis, ſunt emaciatio partium ſuperiorũ,& inflatio inferiorum:& ſi venter agitetur,ſonat velut vter aquæ ſemiplenus:& alia ſigna apoſtematum aquoſorum dicta.Signa tympanitis ſunt eadem:ſed ſi vẽter percutiatur , ſonat vt vter plenus vento:& ſigna ſuperius dicta apoſtematum flatulentorum. Signa anaſarcæ ſunt,tumor vniuerſalis totius corporis: Et ſi caro comprimatur digitis,retinet iis ablatis foueam:& reliqua ſigna phlegmatis dicta: & vẽter nõ eſt ita inflatus,ac in aliis ſpeciebus.Signa quæ recipiũtur à pulſu, & ab vrina,& ab egeſtione,& aliis expulſis,à medicis petatur.De hydropiſi Hippo. iudicat in ſecundo prognoſticorum , quod omnis hydrops in acuta febre malus eſt. Hydropiſis enim quæ ſequitur febrem continuam, vix aut nunquam curatur.Hydropiſis in complexione calida,& ſicca,eſt mala: quia eſt cum diſconuenientia particularum. Hydropiſis quæ prouenit ab hepate, peior eſt illa quæ prouenit à ſplene,vel aliis membris. Inter omnes ſpecies hydropiſis,aſcites eſt deterior : hypoſarca, ſalubrior : & tympanites tenet medium. Quicquid autem ſit,hydropiſis eſt morbus difficilis : & ideo de eius

*Cap.1. aph.1.*

eius curatione parũ promittas. In ſola aſcite operatio chirurgica habet locum: aliæ phyſicis ſeu medicis relinquantur.

*Cura hydropiſis*, præter communia dicta in apoſtematibus phlegmaticis, habet quædam propria. Primò, vt victus ſit tenuior, & exſiccans. Secundò, vt hepar emendetur & confirmetur. Tertiò, vt purgantia per ventrem, & educentia per vrinam ſint crebriora. Quartò, vt exterius, euaporationi quàm ſuppurationi magis ſtudeamus. Et hoc erat Gal. præceptũ quod allegatum fuit ſuperius in apoſtematibus aquoſis, ex ſecundo ad Glauconẽ, & ſeptimo aphoriſmorum, in commentario illius ſententiæ, Quibuſcunq; hepar, &c. Propterea in aſcite (cui eſt proprius iſte ſermo) euacuetur materia pilulis de rhabarbaro, quæ ſunt tales ſecundum Rhaſim: Reci. rhabarbari, ſucci eupatorij, ſeminis ſcariolæ, ana drac. iij. agarici, drãc. v. mezereon. j. laureolæ, drac. x. fiant pilulæ. dentur drac. ij. ß. Educãtur etiam humiditates per veſicam apozemate ex radicibus, quod eſt tale, ſecundum Rhaſim: Re. corticis radicis apij, & fœniculi, ana drahm. decem: ſeminis apij, & fœniculi, ameos, chœmanthos, ana drac. v. roſ. rub. ſpicæ, ana drac. iij. coquantur in vna lib. aquæ, donec ad tertiã redeat: & detur in potu. Et ſecundum Gal. tertio de complexionibus, ſeu temperamentis medicamen ex cantharidibus correctis per aduſtionem, aut per gummi ceraſorum admiſtionem, datum cum vino in quantitate grani parui, valde iuuat hydericos, i. hydropicos: quia multimodam humiditatem euacuat per vrinam. Confirmetur hepar introrſum trochiſcis de berberis, qui ſecundum eũdem Rhaſim ſunt huiuſmodi: Reci. ſucci berberis, drac. x. ſeminis ſcariolæ, ſeminis citrulli, ſeminis portulacæ, an. drac. iij. roſ. drac. ij. rhabarbari, drac. j. ſpicæ. drac. ß. fiant trochiſ. aur. j. detur vnus cum ſyrupo acetoſo. Extrinſecus verò epithemetur hepar ſandalis, cinnamomo, atque roſ. cum vino pontico. In omnibus autem prædictis, quando eſt caliditas præter naturam in hepate, addatur endiuia, ſcariola, cichorium atque hepatica. Reſoluatur autem materia applicando ſuper vẽtrem emplaſtrum ex farina hordei, ſtercore ouino, cypero, ſulphure, nitro, bolo armenia, terra cimolia, atque limacib, cũ teſtis ſuis tritis, & permiſtis cũ lixiuio, & pauco aceto. Et hoc fricetur ad ſolẽ, cum cuſtodia capitis, & hepatis: quia in hoc negocio mirabilis eſt caliditas ſolis. Et ſi prædicta non valent, vel haberi non poſſunt, ſuccus radicis ireos potatus manè ad quantitatem duorum cochlearium, ſummè purgat eos, tam supernè quam infernè. Aqua etiam diſtillata ex medianis corticibus, radicibus, & floribus ſambuci, optima eſt ſecũdum Gordonium. Et ſi iſtis admiſceretur propria vrina, maiorem haberent efficaciam. Si autem curatio cum prædictis non valet, oportet (vt dicit Albucaſis) vt tu cauterizes cum multis cauteriis claualibus, nõ multũ penetrantibus vltra cutẽ ſc. in circuitu vmbilici, quatuor: ſupra hepar, & ſplenẽ, & ſtomachũ, tribus: & inter ſpondylos in dorſo cũ cultellari, duobus: & dimitte vlcera aperta tẽpore lõgo, vt aquoſitas per ea poſſit expurgari. Et ſi in ſcroto ponetur ſeto, optimũ eſſet. Si autẽ aliud nõ potes facere, & cũ magna inſtãtia fueris rogatus præmiſſa ꝓgnoſticatione de periculo, ſi tu inuenis patiẽtẽ (nõ debilẽ) iuuenẽ nõ ſenẽ, neq;

*Cap. 4.*
*Aph. 55.*
*Lib. 9. al. cap. 69.*
*Lib. 9. al. cap. 67.*
*Cap. 3.*
*Lib. 9. al. cap. 67.*
*Part. 6. cap. 5.*
*Lib. 1. cap. 33.*

puerum) & qui non habeat tuſſim, neque fluxum, neque aliud accidēs quod operationem cum ferro impediat: autoritate Albuc. Halyab. & Aui. ipſum incide à parte anteriori, ſub vmbilico ad tres digitos, ſi hydropiſis eſt cauſa inteſtinorum: à parte ſiniſtra, ſi hepatis: à dextra, ſi ſplenis: vt poſſit iacere in latus minus dolens, non ſuper fiſſuram, ne aquoſitates fluant præter noſtrā voluntatem. Et modus talis eſt, vt ponas patientem erectum coram te, aut ſedentem, ſi non poteſt ſtare erectus. Et ſint miniſtri à dorſo, ſuſtinentes eum: & manibus aquam ad locum inciſionis ducentes. Deinde tu pellem ventris ſurſum ſpatio vnius digiti trahe. Et ibi raſorio cultro ſiue ſpatumine perfora, vſque ad locum vacuum, ita vt aqua exire poſſit. Et tunc antequā notatu digna portio aquæ exeat, pellem dimitte, vt claudat vulnus peritonæi, & prohibeat aquam ne exeat, quouſque fruſto panis toſti macerati vino, aut ſimili, patiens ſit refocillatus. Poſtea pellem ſurſum trahe, & tubulum ex ære, aut argento factum artificioſè impone: & aquæ nō multum, ſed quantum poterit ſuſtinere, virtus infirmi, exire permittes. Melius eſt enim, vt ait Aui. infra ſubſiſtere, & pervices, & paulatim euacuare, virtutémque ſeruare, quàm totum ſimul, & exquiſitè euacuare, & infirmum ad ſyncopen, aut mortem ducere. Memoria tenendo ſemper, omni euacuationi annexum eſſe caſum virtutis. Et poſtquam detraxeris aliquam portionem, extrahe tubulum, & dimitte pellem deſcendere, & claudere vulnus peritonæi, & liga: & non mutetur vſque ad aliam diem. Et iterum confortes, & nutrias patientem cibariis & potibus electis, ſubtilibus, odoriferis, & roborantibus. Altera die eodem modo operare: & tertia ſimiliter fac, donec maior pars aquæ illius ſit extracta, deinde conſolida. Et ſi quid remanſerit, deſiccantibus dictis deſicca. Quidam faciunt primam inciſionem vſque ad peritonæum: deinde excoriando deſcendunt modicum, & ibi perforant peritonæum, & poſtea vt dictum eſt procedunt: vtrunque tamen in idem recidit. diagonaliter enim proforantur, & diagonaliter in vtroque foramina clauduntur.

*Lib.2.c.54.* *Part.2.ſ. cap.41.* *Lib.3.fen.14.tr.4. cap.13.*

*In tympanite* educatur materia per ventrē, & veſicā, vt de aſcite dictū eſt, & clyſteres ſuppoſiti ex oleo ruthę, cymino, & baurace, ſunt vtiles. Hepar roboretur etiam, vt dictum eſt. Flatus internè diſſipetur diacymino, & electuario è baccis lauri: Externa verò pars fricetur alliis multoties, foueatúrque milio, & ſulphure. Et quandoque neceſſarium eſt apponere cucurbitulas.

*In hypoſarca* bonum eſt euacuare pilulis ex agarico: quæ recip. agarici, drac. ij. ſucci eupatorij, rhabarbari, ariſtolochiæ rotundæ, ana drac. ij. fiant pilulæ cum oxymelite ſquillitico. dentur drac. ij. Hepar roboretur internè trochiſcis de lacca, qui ſic fiunt, Recipe laccæ, rhabarba. ana drac. iij. ſeminis apij, ameos, ſem. iuniperi, ſpicæ, amygdalarum amararum, maſtiches, ſchœnanthos coſti aſari, rubiæ, ariſtolochiæ, gentianæ, ſucci eupatorij, ana drac. vnam & ß. fiant trochiſc. drac. vnius dentur cum apozemate ex radicibus. Extrinſecus verò admoueatur hepati epithema ex ſpica, maſtiche, cypero, ſchœnantho cinnamomo, calamo aromatico, croco, & myrrha vino

Ponti-

pontico diſſolutis. Æger quoque ad ſolem calidum in arena calida ſepeliatur, & in furno à quo exiuerint panes ſtuphetur: & alia fiant ad diſcutiẽdum & reſoluendum materiam, quæ videbuntur.

## CAPITVLVM SEPTIMVM

### *De apoſtematibus ancharum & partium earum.*

APoſtemata partium ancharum, quædam fiunt in partibus continentibus: & iſta in cauſis, ſignis, atque curationibus nihil habent proprij, imò curantur ſicut apoſtemata communia aliorum membrorum. Quædã fiunt in partibus contentis, quæ huius conſcriptionis non ſunt. Quædam fiunt in partibus extra procedentibus, vt inguinibus, teſticulis, virga, vulua, atque ano. De his quæ fiunt in inguine, dictum eſt ſuperius in axillis: de aliis verò hîc eſt dicendum. Et primò de hernia, & apoſtematibus oſchei ſeu burſæ teſticulorum, quæ communi nomine herniæ, ſeu ramices nuncupantur. *Cap. 5.*

*Herniæ ergo* teſticulorum, quædam dicuntur propriè apoſtemata, quædã per ſimilitudinem. Propriè apoſtemata dicuntur, & ſunt, quinque: videlicet hernia humoralis, aquoſa, ventoſa, carnoſa, atque varicoſa. A ſimilitudine dicuntur herniæ (ſed verius ſunt eminentiæ, rupturæ ſeu crepaturæ) zirbalis, & inteſtinalis ſeu epiploocele & enterocele. De his quæ propriè dicuntur apoſtemata, dicetur hîc. De aliis, inferius, nempe tractatu ſexto. *Doct. 2. cap. 7.*

### *De hernia humorali.*

*Hernia humoralis* eſt apoſtema calidum, vel frigidum, ſuppurabile vel non ſuppurabile, ex humoribus nõ multum declinantibus à natura, in ſcroto generatum. Cuius cauſæ, & ſigna, & ferè etiam cura, eſt eadem quæ apoſtematum aliorum membrorum: excepto eo quòd, quia illa membra ſunt multum ſenſibilia, & in loco inferiori ſita, & quaſi naturæ emunctoria, abſconſa, & putrefactioni obnoxia, necnon oſtenſioni verecunda, difficilioris eſt curationis. Et excepto etiam, quod aliqua habet auxilia propria: vt ad purgandum, ſecundum Auic. adminiſtrentur ſuppoſitoria. nam attrahendo materiam ad anum, conferunt magnificé. Et ad repercutiendũ conuenit cimolia cum aceto, licet teſticuli ſint membra principalia: quia non ſunt neceſſarij ad eſſentiam indiuidui, ſed ſpeciei, vt ſuprà dictum fuit. Ad reſoluendum præſcribitur farina fabarum, & aqua caulium. ad ſedandum verò dolorem, folia hyoſcyami obtinent principatum, & hoc dico de materia calida. In frigida verò, cum farina fabarum ponitur fœnugræcum, & cyminum. Si verò apoſtema incedat via maturationis, maturetur & aperiatur vt alia: hoc excepto, quòd apertura, timore fiſtulæ (quæ leui de cauſa iuxta anum generatur) quantum erit poſſibile ab eo elongetur. Quòd ſi ad duritiem conuertatur, mollificetur vt alia. Verùm Auic. ad mollificandum duritiem teſticulorum applicat furfurem, qui indeſinenter teratur, & cribretur: & cum oxymelite, in quo ammoniacum fuerit diſſolutum, con- *Lib. 3. fen. 22. tr. 2. cap. 2.* *Lib. 3. fen. 20 tr. 2. cap. 4.*

ſiciatur:& calidum loco ſuperponatur,& reiteretur aſſiduè.Eſt enim conueniens(vt dicit)omni duritiei.In omnibus autem ligatura reticulari iuncta ſubligaculo teſticuli ſuſtinentor.

### *De hernia aquoſa,& ventoſa.*

*Hernia aquoſa* eſt apoſtema aquoſum in ſcroto, ſicut & ventoſa ventoſum. Et eſt duplex: quædam ſparſa per totum ſcrotum: quædam non eſt
*Lib.2.c. 62.* ſparſa,ſed incluſa ſacculo,ac ſi eſſet vnum ouum,vt dicit Albucaſ.quæ poteſt duci per didymum vſque ad inguem, ſicut teſticulus. Et aliquando ſubintrat foramen peritonæi: quamobrem vidi multos deceptos, creden-
*Cauſæ.* tes hoc eſſe rupturam. Cauſa iſtarum herniarum eſt, debilitas virtutis coctricis, præcipuè in hepate: & ad hoc iuuat regiminis malitia, vt ſuperius fuit dictum de hydropiſi,& apoſtematibus flatulẽtis,& aquoſis:ad quæ oportet recurrere pro complemento iſtorum. Signa herniæ aquoſæ ſunt,
*Signa.* inflatio, & grauitas cum mollitie, ſplendor pellucidus. Signa flatulentæ ſunt,inflatio, & leuitas cum reſiſtentia, & ſplendor cum claritate. Et ſicut
*Lib. 1. c. 51.* aquoſa venit paulatinè, ita & ventoſa ſubitò,vt dicit Guli.de Salic. Et ſicut apoſtemata communia rarò inueniuntur ſingularia,ita etiam & iſta vtplurimum ſunt commiſta:ſed nominãtur à prædominante,vt ſuperius fuit dictum.In omni hernia apoſtemoſa cauendum eſt teſticulis: quia diuturna mora rerum alienarum iuxta ipſos, alterat & corrumpit eos, vt in-
*Cura.* nuunt doctores. Cura localis (ſuppoſita vniuerſali, dicta in hydropiſi,&
*Cap.13.* apoſtematibus aquoſis, & ventoſis) ſecundum Gal.14. therapeut. eſt euacuatio aquoſi humoris, quæ fit per pharmaca, aut per chirurgiam. Per pharmaca autem cõpletur in ambabus adhibitis emplaſtris hydropiſis,&
*Lib. 3. fen.22.tr. 1.cap.6.* apoſtematũ ventoſorum & aquoſorũ.Et ad aquoſam propriè dictat Auic. emplaſtrum,quod recipe nitri drac.x.ceræ drac.ij,& ß.olei vnc.ij.grana piperis & lauri,ana xxv. fiat ex eis emplaſtrum. Ad ventoſam conceditur cyminõ,rutha, calamenthũ, & oleũ coſtinũ, atq; nardinum.Per chirurgiam
*Lib.2.c. 66.* quæ propriè competit aquoſæ (quia in ventoſa non vidit aliquem Albuc. qui auſus ſit aggredi curationem eius cum ferro: licet Halyab.dicat, quod
*Part. 2. ſerm.9. c. 49.* ad modum aneuriſmatis fit operatio) multipliciter cõpletur. Primò Gal. 14.therapeut.cũ ſiphone vel ſetone aquã extrahere præcipit. Fit autem ſe-
I to in hunc modum, Forcipibus latis, perforatis in parte inferiori vitando
*Cap.13.* futurã ſcroti,vſq; ad vacuũ apprehẽditur: deinde acus lõga ignita,in capite
II cuius eſt ſeto, per foramẽ tranſmittitur.Poſtea extractis forcipibus,& acu, ſeto dimittitur:& ſuper ipſum primis diebus oleũ cum albumine oui, aliis verò foliũ caulis apponitur: agitatur, & mutatur, atque dimittitur quouſ-
III que aqua fuerit euacuata. Auic.autẽ (quẽ Guliel. ſequitur) elatis teſticulis,
*Lib.3.fen. 22.tr.1.c. 6.* in eadẽ parte phlebotomo lato vſque ad locũ aquæ aperit,& extracta aqua claudit. Et vt nõ redeat,emplaſtrum conſtrictiuum ſuper inguẽ cum ſub-
*Li.1.c.51.* ligaculo apponere præcipit. Et ſi redit aqua (ſicut intra ſex menſes face-
*L.2.c.62.* re conſueuit,vt dicit Albuc.)iterare operationem præcipit,& ita ſalubriter

dies

dies ſuos infirmus pertranſibit. Albuc. & Halyab. à medio ſcroti vſque prope inguen aperiunt, & aqua extracta ita didymum cõſolidant, vt aqua amplius deſcendere non poſſit. Et iſtũ modum obſeruo, maximè in illa aqua, quæ concluſa eſt in xyſti. Ipſum enim didymum vſque ad os pectinis deduco, & à parte ventris, ne ingrediatur intus, firmiter miniſtrum tenere præcipio. Et ego ex parte ſcroti, vt non deſcendat, etiam firmiter teneo. & tunc cum phlebotomo aperio, & aquam extraho. Deinde ad conſumendum folliculum, modicum arceneci appono, cum xylo ſeu cotone. Et poſt caſum eſcharæ, cõſolido, & firmiter ſigillo. Nonnulli verò (vt magiſter Petrus de Orlhiaco) cauſtico, & corroſiuo ſuper pectinem locum aperiunt, vſque ad didymi vacuitatem: poſtea perforando, ducendo caudam ſpecilli vſque ad locum aquæ, ipſam extrahunt: & poſt caſum ſcharę, conſolidant & ſigillãt. Alij autem cauterio actuali prædictam operationẽ perficiunt. Quocũque modo fiat, dummodo aquoſus humor extrahatur, & nõ redeat, eſt bonum. Si verò teſticulus eſſet corruptus (quod ſcitur per fœtorem & malum colorem iuxta conſilium Albuc. ligetur ſupra didymus, & incidatur: & ipſo extracto ad maiorem ſecuritatem cauterium adhibeatur, vt dicit Rogerius, & locus, vti cetera vulnera, curetur.

*IIII. Part. 2. ſer. 9. c. 47.* — *V.* — *VI.* — *Lib. 2. cap. 62.* — *Lib. 3. cap. 39.*

### *De hernia carnoſa, & varicoſa.*

*Hernia carnoſa* ſecundum Galenum de tumoribus præter naturam, dicitur teſticulorum (vel carnis natæ iuxta ipſos, vt dicit Halyb.) ſchiratio: ſicut varicoſa (quod eſt nomen nouum) dicitur venarum præter naturam in eis ortus. Quarum cauſæ ſunt, humorum craſſorum ad locum decurrentium abundantia, atque locis ipſius debilitas.

*Part. 2. ſerm. 9. c. 48.*

Signa verò carnoſæ ſunt durities, & inflatio, cum longa temporis duratione, & pauca aut nulla diminutione: & quando tangitur id totum quod eſt intra teſticulum, mouetur. Signa varicoſæ ſunt venarum contortarum inſtar vitis repletio & teſticulorum mollificatio.

Iudicia iſtarum duarum herniarum, ſecũdum Albu. ſunt, quod ſunt difficiles, & periculoſæ ad operandum. Quapropter illi videtur, quod earũ dimiſſio melior eſt, quàm extirpatio: verùm oportet vt dicatur operatio, quam fecerunt in eis primi.

*Li. 2. cap. 63. & 64.*

*Cura localis* (ſuppoſita vniuerſali) eſt experienda, in primis illis mollificantibus, & reſoluentibus dictis ſuperius in capitulis glãdularum, & ſcirrhi. Si autem nõ proficit, & tu fueris rogationibus multum infeſtatus, prognoſticato periculo iuxta doctrinam Albu. ſeca cutem teſticulorum. Et ſi carnem liberè à teſticulo potes ſeparare, incide & extrahe. Si verò non, aut ipſemet teſticulus eſt ſchirroſus, aut corruptus, liga ſuperius didymũ, & ſcinde, & cauteriza: & totũ extrahe, & poſtea vulnus ſue. Si verò fuerit varicoſa, liga eã à parte ſuperiori, aut inferiori: & quod erit in medio, ſeca ſectione totali, & extrahe, & ſue. deindę cura vulnus, vt dictũ eſt. Aut fiat cauſtico

corroſiuo(vt magiſter Petrus faciebat) quemadmodum in glandulis ſuperius eſt dictum.

*De apoſtematibus virgæ, & vuluæ.*

*Apoſtemata* virgæ,& etiam vuluæ,proxima ſunt curationi apoſtematum teſticulorum: veruntamen quia ſunt particulæ magis calidæ & inflammationi opportuniores ipſis teſticulis, ideo magis tolerant in principio ſtyptica, tametſi ea ſunt velut emunctoria,& principalia membra, quantum ad ſpeciem,non autem ad indiuiduum, vt dictum eſt ſæpe. Et in proceſſu maiore indigent ſedatione propter earum inſignem ſenſum, & maiori tranſpiratione, propter earum citam putrefactionem. Et propter hoc in calidis,quantum ad principium laudat Auic. lentes, cortices granatorum, roſas coctas in aqua cum oleo roſ.mixtas. Adhæc vnguentum populeon,& ſolanum valent. Et ad ſedationem doloris conceditur fomentum ex maluis, & hyoſcyamo:& applicatio olei viol.cum albuminibus ouorum ſimul miſtis. necnon medulla panis albi lacte imbuta & macerata,bene miſta cũ vitellis ouorum ſemicoctorum, & modico opij, & croci, omnia in vnum reducendo,cum oleo papauerino. Ad tranſpirationem, & mundificationẽ multum confert crebra renouatio, & vt foramen virgæ teneatur apertum turundis ex cera,aut panno. Et ligaturæ ad ſuſtinendum, fiãt inſtar ſacculi, cum ſubligaculo,ita vt ſint firmæ ligaturæ,& nullo modo inferant dolorẽ.

*Lib. 3. fen. 20. tr. 2. cap. 25.*

De tenſione flatulenta quæ dicitur priapiſmus,dicetur infrà.

*Tr. 6 doc. 2. cap. 7.*

*De apoſtematibus ani.*

*Apoſtemata* ani cum prædictis apoſtematibus maximam etiam habent communitatem. Et præterea hoc habent ſpeciale,quòd maturatiuis, & ſedatiuis additur taſſus barbaſſus. Poſtquam verò fuerint maturata, nõ permittatur pus longo tempore eſſe in eo loco. Et apertiones fiant rotundæ, quaſi lunares, vt humores facilius extrahantur, & non aggregentur in eo loco, & fiant fiſtulæ. Quomodo autem curentur hæmorrhoides, & fiſtulæ ani,infrà dicetur.

*Tract. 2. doct. 2. c. 7.*

## *CAPITVLVM OCTAVVM*

### *De apoſtematibus coxarum, & tibiarum, ſiue pedum magnorum.*

APoſtemata coxarum, & tibiarum, non variant ab aliis cõmunibus aliorum membrorum: niſi in hoc, quòd ante rotulam genu non fiant apertiones profundæ: quoniam ſequuntur eas accidentia mala, à quibus pauci liberantur, vt dicit Auicen. & Henricus hoc ſuo experimento confirmat.

*Lib. 4. fen. 4. tr. 1. cap. 3.*

*De elephantia, varicibus, & vena meden.*

*Solent quandoque* contingere(in tibiis vtplurimum) inflationes,& craſſities præter naturam,quæ dicuntur varices, vena meden,& elephantia. Sunt autem varices,venæ dilatatæ, & inuolutæ inſtar vitis,variæ & in ramos diuiſæ,

uiſæ,in crure & pede vtplurimum: quiaquãdoque in aliis particulis reperiũtur. Vena medẽ (ſic dicta ab Auic. cruris ab Albuc.famoſa ab Haly.) eſt vena elongata inſtar varicis,& vermis voluntariæ mouentis,quę incipit cũ inflammatione,veſicatione,atque dolore. Elefantia eſt additio carnis in pedibus & tibiis,vltra menſuram,vt eſt videre in tibiis elephantum. *Li.4.fen. 3.tr. 2.c. 24.* *Lib.2.1. 93.*

*Cauſæ iſtarum* ægritudinũ ferè ſunt eædem: videlicet ſanguis craſſus,melancholicus atque phlegmaticus, & aduſtus: qui ad illa loca deſcẽdit propter eius multitudinem,aut propter labores vehementes. Et idcirco accidunt melancholicè viuentibus,& onera portantibus, & poſt ægritudines acutas,quando materia illuc expellitur. *Part.1. ſerm.8. cap.18.*

*Signa autem* ſunt manifeſta: quia vnaquæque diſcernitur à ſuo ſimili,colore & regimine antecedente,vt dicit Auic. Iudicantur autem eſſe difficiles,& verendæ curationes,præcipuè antiquæ,& confirmatæ: quia quando materia quæ ſolebat currere ad loca vilia,retinetur, & peruenit ad ſublimiora,ſecundum Auic.peiorem inducit diſpoſitionem. Iuxta illud Hipp. ſexto aphoriſmorũ duodecimo, „Ab hæmorrhoidib.antiquis ſanato,niſi v-„na relicta fuerit,periculum eſt hydropen,aut phthiſim fieri. Tales ergo eſt „melius non curare. Nam curati,citius pereunt: Nõ curati verò longũ tempus perdurant: quos ego vidi in pluribus. & Lanfranchus idẽ teſtatur. Praeterea,iſtæ paſſiones ſe conſequuntur,& vtplurimũ vlcera generant mala: & difficilis curationis. Adhæc,inciſio iſtorum tumorum,de hæmorrhagia,& cãcro eſt ſuſpecta. Cæterũ iſtæ paſſiones ſunt regionib.nonnullis peculiares,& quaſi hæreditariæ: præcipuè vena meden,quæ in illa regione (& cõſequenter in aliis ita calidis) frequens eſt. Venam meden,ſeu cruralem Albuc.pondere plumbi,longitudinis.xv.vel xx.palmorum,extrahit. Ego autem nunquam eam vidi: neque Gal.vt teſtatur Auicenna. *Li.3.fen. 22.tr.1.c. 17.* *Ibid.c.18.* *Tr.3.do.3. c.24.* *Li.4.fen. 3.tr.2.c. 22.*

*Curatio tres* habet intẽtiones. Prima eſt in victu,vt humor craſſus & melancholicus non generetur. Secunda in materia antecedente,vt ipſa genita euacuetur. Tertia in coniuncta,vt ipſa deſiccantib.aut attrahentib.conſumatur. Intentio prima completur ſecũdum Rhaſ.abſtinendo à craſſis & melancholicis: vt ſunt carnes vaccinæ,& quæ venatu capiuntur: & confectiones è melle,& lentes, caules,triticum elixum panis azymus, & vinum craſſum dulce: & tota diæta dicta ſuperius in apoſtematibus melancholicis. Caueat etiam à nimia ambulatione,& ſtatione ſuper pedes ſuos. Et ſit contentus cibis ſubſtantiæ tenuis,pauci nutrimenti,ſanguinem tenuẽ generantibus: ſicut carnes pullorum & columborum iuuenum, & hœdorũ: & olera ſubtilia,& vitelli ouorum ſorbilium,& vinum album tenue ſunt bona,& panis bene præparatus. Secunda intentio completur phlebotomia,& pilulis maioribus de hermodactylis,& hiera Rufi,epithymo, polypodio,& lapide lazuli: necnon vomitu ſemel in hebdomada, & vſu tryphe ræ minoris. Sed tertia res completur ponendo ſtyptica,& deſiccãtia,& reſoluentia vehementer,ſuper totum pedem,& tibiam. Et vtatur ligatura cũ iſtis,ab inferiori parte ad ſuperiorem, vt fuit dictum ſuperius in apoſte- *Li.1.1. alm.c.93.*

matibus phlegmaticis & chiragra,ad quæ pro iſto negotio eſt recurrendũ. Et ad hoc ordinantur tres aut quatuor formulæ auxiliorum. Primum eſt, lauacrum totius communitatis ex aqua fabrorũ,cimoliæ, & aceto. Secundum eſt epithema Rhaſ.ex aqua cinerũ,decoctionis ſeminis caulium,ſtœchados arabicæ,lupinorum,fœnugræci,nitri,& ſtercoris caprini.Tertium eſt eiuſdem,ex myrrha,aloe,acacia,hypociſtide,& alumine,diſſolutis in aceto.Quartum eſt Theodorici,propriũ quando materia eſt magis phlegmatica,& flatulenta:Quod recipe radices aſphodelorũ, ebulorum,filicis, folia ſambuci,parietariæ,cauliũ rubrorũ:quæ cocta in vino &aqua marina, piſta,& miſta cũ fæce vini,erunt meliora.Et ſi ex iſtis fieret, vaporariũ, nõ minus valeret. Si autẽ adeſſent inflammatio, & veſica cum dolore(vt contingit in vena medem)iubet Auic.emplaſtrum admouere ex ſuccis frigidis notis,& duobus ſantalis,pſyllio,aloe,myrrha,& cãphora. Et ſi non valent aliquid,& fueris inſtanter rogatus, ſcinde carnem circa plicaturam genu, vbi apparet truncus & radix omnium varicum: vel ſine inciſione comprehendatur vena vncino in duobus locis, diſtantibus per duos aut tres digitos:& liga firmiter bono filo ſericeo:deinde à carne ſeparando eleua,& ſcinde quod eſt in medio,conſequenter ſolue ligaturã factam à parte inferiore ipſius varicis, & manibus exprimendo ſanguinem ſurſum ipſum quantum eſt poſſibile extrahe.poſtea, caput venæ ſuperioris, & totum vulnus ferro calido,aut arſenico vre,& mũdificãdo firmiter cõſolida.Et ſi aliquid illius ſanguinis remãſerit,medicaminibus dictis quãtũ potes abſume, & deſicca. Nonnulli porrò,vt Albucaſis, talem operationem cum ferro duobus modis inſtituunt:vnus eſt, vt ſecando ſanguis niger extrahatur: alter verò,vt vena cum ſanguine euellatur.Sectio fit hoc modo:ligata coxa vſque ad genu adhibita bona vitta, ſeu faſcia, vena in duobus aut tribus locis ſecetur & aperiatur: deinde comprimendo ſanguinem vſque ad loca aperta, quantum erit poſſibile, extrahatur. Et tale regimen poſtea infirmo præcipiatur, vt in poſterum non lædatur. Eleuatur, & euellitur ſeu eradicatur tota vena, incidendo cutem edirecto varicum, in tot & talibus locis,vt abſque eo quod vena aperiatur,vncis comprehendatur,& trahatur quouſque euellatur à parte ſuperiori,& inferiori.Poſtea vulnus lana imbuta oleo & vino curetur,donec ſanetur. Primus modus mihi videtur ſecurior:& Galenus præcipit eum facere in temporibus ad rheuma calidum oculorum,vt tertiodecimo therap.dum ſubdit:Etenim varices curamus ita, vinculũ vt ſupra temporibus immittentes prius, ſicque abſcindentes quod medium interiacet.Et Halyab.in ſermone nono ſecundæ partis lib. regalis diſpoſitionis,ipſum approbat,& ponit.De podagra & dolore iuncturarum dicetur in ſexto tractatu,in quo ponentur paſſiones, quæ propriè non ſunt apoſtemata,nec vulnera,nec oſſium paſſiones.

*Lib.9.al. cap.93.* *Ibid.* *Lib.3.c.22.* *L.4.f.3.tr.2.c.22.* *Lib.2.c.92.* I. II. *Cap. vlt.* *Cap.49.*

TRA-

# TRACTATVS TERTIVS DE VVLNERIBVS,

## Cuius ſunt duæ doctrinæ.

*Doctrina prima eſt de vulneribus, prout inſunt membris ſimplicibus.*
*Doctrina ſecunda in ſpeciali, prout inſunt membris compoſitis.*

Prima doctrina quinque habet capitula.

### CAPITVLVM PRIMVM.

*Sermo vniuerſalis de vulneribus & ſolutionibus continuitatis.*

VVLNVS eſt ſolutio continuitatis recens, ſanguinolenta, ſine pure, in partibus mollibus facta. Solutio continuitatis hîc locum obtinet generis, ex primo de ægritudine & ſymptomate: quæ eſt communis ægritudo ſimplicibus & compoſitis particulis: magis tamen propriè ſimplicibus ineſt quàm cōpoſitis, ſecundū Auerro. in ſecundo & tertio colliget, cū in eis verior cōtinuitatis ratio ſoluetur. Reliqua differētiæ rationē habēt, Recēs videlicet, ſanguinolentū, & ſine pure, ad differentiā vlceris: qđ eſt cū pure. In partibus mollibus ponitur ad differentiā fracturarū, quæ mēbris duris contingunt. Vnde iuxta hanc generalē diuiſionē particularum Ioannitius dicebat, chirurgiā eſſe duplicē: aut.n. in carne, aut in oſſe exercetur. Dixit enim carnē pro muſculis, neruis, & venis, quæ ſub mollibus particulis cōprehendebat Cōmētator nouus in tertio techni. Solutio cōtinuitatis multas habet ſpecies, in ſecūda fen. primi canonis Auic. vulnus, vlcus, apertura, pūctura, inciſio, euulſio, fractura, & id genus: Quorum deſcriptiones & differētiæ ſuis locis dicētur. Nec de diſcrepātia nominū eſt curandū, dum modò res intelligantur. Vnū tamē pro reliquo ſæpe poni inuenio. Vulnus.n. & vlcus in tranſlatione è Græco idē ſunt, in Arabica verò differunt. Et ſanè Græca tranſlatio melius dixit: quia vulnerū, ſiue vlcerū, iuxta Galenum quarto therapeutices, duæ ſunt duntaxat differentiæ maximæ: videlicet ſine cauſa præſente, & aſſociatum cauſæ operanti. Vulnus autem & plagam idem eſſe putat Halyabbas, ſermone ſexto diſpoſitionis regalis. Species ſolutionis continuitatis ſuas ſumunt differentias potiſſimas à tribus: primò à natura particularum in quibus fiunt, & ita dicimus ex tertio techni, quaſdam fieri in partibus conſimilibus & homiomeris, quaſdam in

*Cap.11.* *Cap.6.* *Cap.14.* *Doct.1. cap.4.* *Cap.1.* *Part 1. cap.3.* *Cap.88.*

organicis. Et quæ in conſimilibus, quaſdam in partibus mollibus, quaſdam in duris, quaſdam in mediocribus. Et quæ in mollibus, quædam ſunt in carne, quædam in pinguedine. Quæ verò in duris, quædam in ſubſtantia oſſis, quædā in iunctura conſiſtunt. Et quæ in mediocribus, quædam in neruis & ligamentis, quædā in arteriis, & venis. Quæ autem in organicis, quædā in principalibus, vt corde, hepate, cerebro: quædā in iis quæ ſeruiūt principalibus, vt trachæa arteria, gula, veſica, &c. Quædam in nō ſubſeruiētibus eis, vt auricula, oculo, &c. Albucaſis verò dicit, vnlnera ſecundum loca ſic diſtingui: quod quædā fiant in capite, quædā in collo, pectore, ventre, &c. Et pro varietate rerum à quibus inferuntur, vt dicetur ſtatim. Secunda differentia

II. Cap.10. ſumitur ab eſſentia ſolutionis, in tertio therap. Etenim quædā eſt ſimplex, quædam cōpoſita: Simplex enim non eſt aliqua diſpoſitio cōplicata. Compoſita: in qua eſt duarū aut pluriū cōplicatio, diſpoſitionū (inquā) non habentiū rationē cauſæ efficientis maximè vulnus, ſed ſine quibus non obti-

Cap.1. netur ſanatio, in quarto therap. & ſeq. cap. & magis de vulceribus dicetur in-

III. Cap.vlt. frà. Tertia differentia ſumitur à propriis differentiis ipſius ſolutionis, in tertio eiuſdē: vt à magnitudine & paruitate, æqualitate & inæqualitate, profunditate & ſuperficie, totali inciſione & aliqua ex parte, rectitudine & obliquitate, & id genus. A talibus autē differentiis ſumuntur iudicia, & intentiones curatiuæ, & auxilia, & modi quibus cōplētur. Vnde Gal. tertio ther. inquit, vltra indicationes primas (quæ non ſunt partes artis ratione dignæ

Cap.1. cùm ſint idiotis notæ, oportet conſiderare inſuper indicationes particulares, & ſubſtantiā vniuſcuiuſque particulæ, actionem, vtilitatem, atque ſitū: A quibus procedēs medicus, quod nō poteſt ſanari præſciet: & pro eo quod poteſt ſuſcipere ſanitatem, de auxiliorum inuentione diliberabit.

Cauſa. *Licet* Gal. in ſecundo de ægritudine & ſymptomate. ſummatim duplices cauſas omnium ſolutionum cōtinuitatis ſtatuat, has quidem quæ extrinſecus procedūt, alias verò ab ipſo corpore: Nihilominus cauſæ vulnerū recentiū (prout ſunt vulnera) cenſentur, quæcūque extrinſecus perforare, aut

Part.2. cap.18. caſſare apta nata ſunt. Et has ſpeciatim expreſſit Halyab. ſermone quarto diſpoſitionis regalis, dum dixit: (cauſæ hæ ſunt aut à corporibus inanimatis, vt enſe, iaculo, lapide, & ſimilibus: aut ab animatis, vt venenoſorum punctura, atque ferarū morſus. Ex quibus ſumitur alia differētia vulnerū: quod quædā ſunt inciſiones, quædam contuſiones, quædā verò mor-

Cap.3. & 4. ſuræ: A qua etiā ſumitur curationis indicatio, per accidens tamē, quia probatū eſt quarto therap. à diſpoſitione ſumi indicationē: à cauſa verò primitiua (tanquam à non exiſtente) & tempore, ſignificatio.

Signa. iudicia. *Signa vulnerū*, ſenſus & ſingulorū præſentia demonſtrat. Iudicia autē vulnerum & omniū aliarū ſolutionū cōtinuitatis habētur ex cognitione ſub-

Cap.6. ſtantiæ, & actionis, & vtilitatis particularū, & eſſentiæ diſpoſitionū, vt ſuperius eſt allegatū: Ob id iudicat Gal. in quarto therap. vulnera & ſolutiones continuitatis magnas & graues, nō modicè periclitari. fiunt enim magnæ ſeu graues tripliciter: vel propter præcellētiam patiētis partis, vel propter

cacoethiam,ſeu malam morigerationem, vel propter magnitudinẽ diſpoſitionis. Quamobrem percuſſiones quęcunque capiti thoraci, & ventri acciderunt,non paruum inferunt periculum : & maximè quando ſimul percuſſum eſt aliquid interiorum.Sed & malè morigeratas citò fieri omnes in articulis acceptas percuſſiones,ſciunt ferè omnes.vbi enim ſunt tendones, & nerui & carne vacua atque oſſea loca:periculum eſt doloris,vigiliarum, ſpaſmi & delirij. Adhæc quęcunque adeò magna ſunt vulnera vt ſutura indigeant, (vt,ſupple,quæ fiunt penitus per tranſuerſum muſculorum pręcipuorum) & quæ magnas venas,& arterias,& neruos, atque medullas concutiunt,maximum inferunt periculum.Primum concludit Gal.ex illo ſexti *Aph.18.*
» aphoriſmorũ,Veſica diſciſſa,aut cerebro,aut corde,aut diaphragmate , aut
» aliquo inteſtinorum tenuium,aut hepate,aut ventriculo,mortale. Secundũ
» ex illis aphoriſmis quinti:Quibuſcunque œdemata, (id eſt tumores) in vl- *Aph.65. & 66.*
» ceribus apparent,non admodum cõuelluntur.Et ſi in vulneribus malignis
» & fortibus œdemata non appareant,hoc magnum malum . Et vocabat vlcera maligna (vt ipſemet Gal.exponit in commentario) vulnera quæ iuxta capit, vel fines muſculorum,& maximè neruoſorum ſunt . Circa quod aduertendum,periculi nomine intelligi mortem totius corporis , aut particularis membri: quæ eſt priuatio vitę,aut maleficij, ſeu membri impotentia perpetua & incorrigibilis:hoc eſt priuatio motus & ſenſus, & propriæ actionis ipſius ad quod ſequitur membrum non dici membrum,neque partem corporis propriè,ſed denominatiuè & æquiuocè, velut lapideus oculus aut æreus, vt ait Ariſtoteles, ſecundo de anima , & quarto meteorum. Et iſtud eſt multum neceſſarium chirurgo, atteſtanti & iudicium ferenti *Cap.1.* de vulneratis,apud magiſtratum,ſcire videlicet quę vulnera ſunt mortalia, & quæ malefica.Pro quibus eſt ſciendum, ex mente Gal.in ſextum apho- *Aph.18.* riſmorum in commentario,Veſica diſciſſa,&c.vulnera quædam eſſe mortalia valde & neceſſariò:quædam non neceſſariò, ſed vtplurimum. Et contrà,quædam ſanabilia omninò, quædam vtplurimum. Mortalia neceſſariò ſunt vulnera ſubſtantiæ cordis,quæ interficiunt ſtatim : pręcepto enim naturæ mittitur totus ſanguis ad cor:vnde fit hęmorrhagia reſolutiua ſpirituum,aut apoſtema,& oppilatio prohibens diffundi ſpiritum vitalem in vniuerſum corpus.Cor enim diu non poteſt pati ſolutionem continuitatis, nec apoſtemata calida permanente vita, vt inquit Auic. Ad hęc mortalia neceſſariò ſunt vulnera magna & profunda ſubſtantię cerebri , & hepatis, *Lib.1.fen. 2. doct. 1. cap.4.* diaphragmatis,ſtomachi,inteſtinorum gracilium,renum, trachee arteriæ, gulę ſeu œſophagi,pulmonis,ſplenis,cyſtis fellis, & omnium aliorum mẽbrorum principalium, aut ſeruientium membris principalibus ſeruitute neceſſaria ad vitam.Et cauſa eſt,quia ex eis nulli ſanãtur, vt demonſtrabitur.Conſequenter, vulnera mortalia non neceſſariò, ſed vtplurimum,ſunt vulnera parua & ſuperficiaria prędictorum membrorum,& quę penetrant ad regionem ipſorum,& vulnera capitum muſculorum.Et cauſa eſt,quia ſi bene non tractentur,ex eis contingit mori : ſi verò bene, ſanari : ſicut ego

vidi de parte poſteriore cerebri,ex qua exiuit parũ ſubſtantię cerebri:quod fuit cognitum ex læſione memoriæ,quam poſt curam recuperauit. Nõ tamen dico conualiturum,ſi exiret tota vna cellula : vt de illo ſellario narrat Theodoricus. Nec Gal.dicit,de illis duobus quos vidit ſanatos Smyrnę,viuente magiſtro ſuo Pelope,exiuiſſe aliquid ſubſtantiæ cerebri , ſed duntaxat vulneratum fuiſſe cerebrũ.Neque de illo quem ipſe vidit ſanatũ Smyrnæ (vt narrat libro octauo de vtili. ) dicit exiuiſſe aliquid ſubſtantiæ cerebri,ſed in altero ventriculorum geminorum fuiſſe vulneratum.Et hoc,voluntate dei accidiſſe putabatur. Si tamen ambo ventriculi fuiſſent vulnerati,pauco tempore vixiſſet,vt dicit.vnde concludit geminationis aliquorum organorum vtilitatem,vt ſuperius in anatomia fuit dictum . Et tam iſtius quàm illorũ, ſanatio rara rarorum valde euentuum eſt,vt pręallegato dicitur commentario. Cauſa,quare vulnera cerebri & panniculorum eius ſunt mortalia modo dicto,eſt quia ad læſionem cerebri,ſequitur lęſio thoracis & aliorum membrorum reſpirationi ſubſeruientiũ:vnde eucraſia corrumpitur cordis:ad quod ex neceſſitate ſequitur animal totum perire , vt quinto de locis affectis ait Gal. De hepate etiam vidi , vulnera parua circa lobos ſanari:non tamen profunda , nec cum deperditione alicuius particulæ ipſius,ſicut idem Gal.etiam teſtatur.Cuius cauſam reddit ipſe in quinto de loc.affectis.Quia propter deperditionem nutricationis moritur cor, & perit animal : hoc tamen,tempore fit ampliori.Vulnera diaphragmatis, præcipuè quæ in locis fiunt neruoſis,incurabilia ſunt:quia carent ſanguine, & adhæc habent continuũ motum.Vulnera enim non curantur niſi quieſcant, & labia coniungantur . In carnoſis tamen partibus conſolidata ſunt multoties,vt teſtatur ipſemet Gal. 5.therapeu.Vulnera pulmonis, quia citiſſimè phlegmonem patiuntur,etiam ſunt incurabilia vtplurimum : quia nec propria vulnerum pharmaca tangere poſſunt vlcus:& quoniam mouetur per reſpirationem,& laceratur per tuſſim. Vulnera etiam tracheæ arteriæ magna,præcipuè in parte cartilaginea,etiam rarò curantur:quia eſt dura & exanguis, & continua reſpiratio per vulnus fit . Vulnera etiam œſophagi magna non curantur:quia tranſitus cibi & potus impediunt agglutinationem.Vulnera etiam venarum organicarum magna non curantur,niſi raro:quia propter earum magnam hæmorrhagiam perit ſpiritus, & vita:& quia non poſſunt ſuſtinere,timore ſuffocationis,ligaturam neceſſariam ad reſtringendum hęmorrhagiam.Vulnera ſtomachi ſunt mortalia modo dicto:& inteſtinorum gracilium, (præcipuè circa ieiunum,) & matricis, renum,veſicæ vrinariæ & fellis:quia ſunt neruoſa & exanguia, & eſt locus & tranſitus malarum humiditatum, & eorum ſeruitus continuò vitæ eſt neceſſarius:adhæc medicamina conuenienter non poſſunt applicari.Vulnera ſplenis etiam cùm habeat officium toti neceſſarium (cùm ſit alterum hepar,vt dixerunt multi) ſunt periculoſa:ſed non ſunt ita periculoſa,vt aliorum membrorum.Vulnera etiam penetrantia ad intrinſeca membrorum, iudicantur mortalia vtplurimum:quia aër qui ingreditur per ea ſine alteratione,

*Ti 2.c.2.* *Aph.18. lib.6.* *Cap.10.* *Aph.18. lib.6.* *Cap.1.* *Aph.18. lib.6.* *Cap.1.* *Cap.9.*

ratione,offendit intrinſeca mẽbra. Et quia per ea expiratur ſpiritus, vnde offenditur & debilitatur virtus: accedit huc,non poſſunt bene mundificari:Et tandem pariunt fiſtulas,& empyemata,à quibus moriuntur. Signa vulnerationis iſtorũ membrorũ,& multa quæ omittũtur breuitatis gratia, dicentur inferius in ſuis locis.Cęterũ vulnera & puncturę quæ fiunt in capitibus muſculorum,vbi ſunt nerui,& chordæ,& ligamẽta ferè nudata carne,ad tres digitos prope iuncturã,& in tẽporibus ſunt mortalia:vtplurimũ in tertio artis medicinalis,vbi Gal.ait:Nerui verò & tẽdonis pũctura prõpta eſt ad excitandũ ſpaſmum, (propter ſenſus vehementiam) quem referunt ad cerebrum:& per conſequens mortem. Et cauſa eſt, nocumentum quod venit à cerebro ad membra reſpirationis,vt ſuperius eſt dictum. Et propter hoc dicebat Hippocrates in 5.aphoriſmorũ, In vulnere ſpaſmus ſuperueniens, mortale:non neceſſariò, ſed vtplurimum, inquit Gal.in cõmentario. Membra particularia iudicantur emortua, quando principales venæ,arteriæ,& oſſa,à quibus viuificabantur, nutriebantur & ſuſtentabantur, penitus ſunt exciſæ & deſtructæ:& incipiunt nigreſcere,mollificari, & cadaueris ſpeciem induere,ad inſtar eſthiomeni: vt videre eſt in exciſione brachiorum & tibiarum.Membra etiam iudicãtur affecta maleficio,& impotentia perpetuò,quando nerui, chordæ, & ligamenta, quæ regebant ea, ſunt abſciſſa, & penitus deſtructa, & perdunt protinus actionem ſuam, & incipiũt areſcere & reſiccari.Vulnera verò ſanabilia omninò ſunt,quæ ſunt in euchymis corporibus & in locis carnoſis, paucorum neruorum & venarum,non magnæ capacitatis, neque profunditatis. Et cauſa eſt, quia ad ea non debet ſequi febris,neque mala accidentia:modò ſaltem bene regãtur. Et ideo eſt bonum,vt in aſſertionibus ſeu depoſitionibus talium, tu dicas hoc:& dummodo aliud non ſuperueniat,quod impræſentiarum non apparet,neque ſemper venire conſueuit.Vulnera ſanabilia vtplurimum,quæ cũ quadam differentia dicta ſunt mortalia vtplurimum (ideóque indifferentia & media,& ſecundum tertium ſignificatum neutra) ſunt vulnera in capitibus muſculorum,& cranij,& thoracis,& ventris.Et cauſa eſt,quia ſi tractantur bene & artificialiter,& adhibeatur bona diligentia, & infirmus ſit obediẽs, & habeat quæ neceſſaria ſunt exteriora,poſſunt curari:ſi verò nõ, interficere.Et ideo in vocatis depoſitionibus talium, de hoc cautè oportet facere mentionem. Attende tamen ad tuam depoſitionem, vt tu videndi vulneratũ,& ipſa vulnera, habueris præceptũ à magiſtratu, & vt nomines vulnera,& loca vulnerum:& reddas cauſam tuę ſententię ſiue depoſitionis. Nec ſis (rogo te) in iudicando & deponendo velox & præceps,ſed conſultus & prouidens. Scriptũ enim eſt à patre noſtro Hippoc.Iudiciũ difficile. Et licet,(vt infrà dicetur de vulnere capitis,)termin⁹ vltim⁹ vulnerũ ſit 40. dierũ, 1.intra ſeptẽ,medius ad 14.iuxta formã acutorũ morborũ:Nihilominus in ſuſpectis vulneribus expectãda eſt ad deponẽdũ, & iudicãdũ dies 7. quia ferè intra id tẽpus cõſueuerũt apparere accidẽtia, & bona & mala:ſcilicet febris,ſyncope,alienatio,ſpaſmos & cõſimilia.Et interim cõſiderãdæ

*Doct.2.c.5.& 6.*

*Cap.92.*

*Aph.2.*

*Aph.1. lib.1.*

Li.1.pro. c.1.aph.7.

ſunt actiones virtutũ ex pulſu,vrina,vomitu, & aliis excretis. Cõſiderandus etiam eſt apetitus, & tolerantia, & vultus ſeu facies vulnerati, & conſimilia. Et prout inuenies, iuxta doctrinã Hippo.& Gal.in prognoſticis, compara robur virtutis & ægritudinis. Et ex his fac tibi capitulum, & clauem totius prognoſtici ac iudicij, mortis & ſalutis, quo rectè iudices & deponas.Nec valet ſi diceres,quod non fuiſſet mortuus quantumuis peccaſſet in victus ratione,ſi non fuiſſet vulneratus:quia nec etiam eſſet mortuus, ſi voluiſſet, & ea quæ ſunt rationis feciſſet. Oportet enim non ſolùm ſeipſum præbere,ſed & patientem.Licet enim eorum quæ fiunt à fortuna,ſit ars curatiua, non tamen eſt ars præſeruatiua, vt ait Gal.in tertio techni. Natura humana multipliciter eſt ſerua: & ſic ex diuerſis periculis expoſita, vt in alia dicitur facultate. Eſt autem etiam intelligendum, ſecundum Auic.in 4. de exactione ſagitarum, licet vulnera quædam ſint mortalia, propter hoc non omittas facere ſecundum rationem & quicquid erit faciendum,modò ſis obnixè rogatus. Sed præmittatur bona prognoſticatio, propter verba ſtolidorum: quia multoties ſanantur aliqui abſque ſpe, mirabiliter quibus ſi eos auxilio deſtitutos relinqueremus,accideret mors:& haberemur paucæ miſericordiæ & pietatis. Vlterius ſcias, vnionem in organicis partibus eſſe impoſſibilem,ſecundum Gal.lib.tertio artis paruæ. Et cauſa eſt, quia inciſis omnino poris per quos veniebant nutrimentũ, & vita, & ſenſus ipſi membro organico(ſecundũ nouum Commentatorem in artem paruam) ſubitò expirant ſpiritus & virtutes,propter magnam tenuitatem quam habent (quod non contingit in animalibus imperfectis, & plantis)non propter repugnantiã medicaminum, vt dicebat Halyabbas in commentario. Præterea vnio poſſibilis eſt in carne, iuxta intentionem primã: in oſſe verò,iuxta intentionem ſecundam. Vocatur autem prima intentio, quando coniunguntur diuiſa abſque medio heterogeneo, ſed rore nutrimentali, qui modica conuerſione fit caro conſimilis, & vniformis priori. Secunda intentio vocatur, quando coniunguntur diuiſa medio heterogeneo: ſicut faber ærarius cõſolidat plumbo,vt dicit prædictus cõmẽtator.Et iſtud mediũ dicitur porus ſarcoides:quod fit ex humore magis craſſo quàm carnis, & minus craſſo quàm oſſis.Et cauſa quare os nõ coaleſcit intentione prima,eſt durities ipſius, vt ponit Galen.in textu: quia ſola humida vniuntur prima vnione: & debilitas virtutis nutritiuæ alteratiuę, cum ſit particula frigida,vt dicit commentator nouus ſupradictus:non carẽtia materię ſpermaticæ,vt dicebat Halyab.quia oſſa ſemper habent nutrimentum ſpermaticum,per conuerſionem(ſupple)& aſſimilationem. De neruis & venis dicit Aui.autoritate Galen.in 5.therapeu.ſe habere medio modo: prout ipſa ſunt mediocria inter duritiem & mollitiem. Vnde agglutinantur quando ſectio eſt parua & corpus eſt humidum:& non valeſcunt cõtrariis caſibus. Vnde Gal.vbi ſupra:Videtur autẽ experientia ſubſcribere rationi.In infantibus enim & mulieribus vidi glutinari arteriã,propter humiditatẽ & mollitiẽ corporũ, & in vno iuuene breuẽ habẽte diuiſionẽ. Et hoc confirmatur auto-

Apho.1. lib.1.

Li.3.sect. 109.

Li.3.sect. 114.

Lib.4.f. 4.tr.1.c.1.

autoritate Hippo.ſexto aphoriſmorum,cum diſciſſum fuerit os, aut cartilago,aut genæ pars tenus, aut præputiũ, nec creſcit, neque conglutinatur Neque valet inſtantia de oſſe puerili, quod eſt poſſibile coaleſcere, vt ponit Gal.tertio techni:quia mollitiem habet, & virtutis fortitudinem,propter propinquitatem natiuitatis. Nec de dentibus, quod generentur non ſolum in pueritia, ſed in aliis ætatibus: quia non generantur ex materia ordinata, ſed ex ſuperfluitate: non à virtute prima informatrice, ſed nutritoria inducente actum generatiuæ, vt dicebat Albert.Bonon.in lectura aphoriſmorum.Vltimò iudicat Hippo.ſexto aphoriſmorum, quod quæ in hydropici corpore fiunt vlcera, non facilè ſanantur. Vnde Auic.& ſolutio quidem cõtinuitatis,& vlceratio, & his ſimilia, cum in membro fuerint bonæ complexionis, citò ſanantur. Et cum fuerint in membro malæ complexionis, longo reſiſtunt tempore: & tantò plus, cùm in corporibus contingunt eorum, qui patiuntur hydropiſim, & conſtructionis malitiam,& lepram. Præterea in quinto aphoriſmorum, vlceribus frigidum mordax, cutem indurat, dolorem inſuppurabilem facit liuorem, rigores, febriles ſpaſmos &tetanos inducit.Iudicatur quòd ſolutiones magnę malè curatæ, maximè circa iuncturam, inducunt maciem particulæ ſequenti. & hoc eſt propter oppilationem,&virtutis debilitatem,vt dictum eſt,&dicetur.Multa alia iudicia oportet obſeruari in capitulis ſingularib.& in tractatu vlcerũ,in quib cõmunicat vlcera&vulnera,vt dicetur infra iuſſu Dei,&c.

*Cap.91.* *Ii.1.fen. 2.do.1. cap.4.* *Aph.20.* *Cap.90.*

*Curatio*.Intentio communis omnium ſolutionum cõtinuitatis eſt vnitio, in tertio techni:& eſt indicatio prima omnibus nota, ab eſſentia ægritudinis,quæ præcipit abiicere contrarium per ſuum contrarium, ſumpta. Quæ quidem intentio generalis, & prima, perficitur à duobus: à natura tanquam à principali agente, que operatur propriis virtutibus: & nutrimento conuenienti: & à medico, tanquam miniſtro qui agit quinque intentionibus inuicem ſubalternatis. Prima præcipit, remouere extranea, ſi qua ſint inter diſtantia. Secunda, adducere inuicem partes diſtantes.Tertia,cõſeruare partes reformatas & ad inuicẽ in vnũ adductas.Quarta,cuſtodire & præſeruare mẽbri ſubſtantiã.Sed quinta docet corrigere accidẽtia.

*Primum completur*, Si ſolutio non eſt ſatis aperta, & aliquod extraneum fuerit inter partes (vtputa ſquammula oſſis ſeparata pungens, aut aliquod infixum vt ſagitta, ſeu aliud extraneum vt ſpina)dilatando: & ſi eſt aperta ſufficienter,illud remouendo, & extrahendo leuiter, & abſque dolore digitis, aut volſella, aut forcipib.aut aliquo inſtrumento per teipſum inuento. Extrahuntur verò infixa inuentis inſtrumentis. Et modus inueniendi, habetur ex conſideratione naturæ & diuerſitatis infixorum, & conſideratione naturæ & diuerſitatis membrorum. Ex quibus duobus elicitur tertium, ſcilicet modus extrahendi, & inſtrumentorum inuentio. Porrò diuerſitas infixorum, licet ſit infinita, & certis litteris nequeat ſcribi (& propter hoc eſt conſilium, vt examinentur formæ proiectorum ab inimicis) nihilominus Auicen. ſub diuiſione octuplici

*De modo extractionis ſagittarum & aliorum infixorum.*

ea comprehendere conatur : de quibus accipio gratia breuitatis, communiores. Infixorum quædam ſunt ferrea, quædam ſpinoſa, quædam oſſea, aut alterius naturæ. Item quædam plana, quædā ſpiculis cincta. Præterea quædam habēt dolia ſeu tubulum in quē intrat lignum ; quædam clauū qui ſubit lignum Amplius quædam ſunt venenata quædam non venenata. Diuerſitas membrorum habetur ex anatomia: quod quædam ſunt principalia, quædam carnoſa, quibus debiliter infiguntur : quædam oſſea quibus firmiter adhæret infixum. Præterea quædam ſunt apparentia, in quibus parum penetrat infixum: quædam profunda, in quibus ſubmergitur infixum: imò aliquando adeò ſubit profundum, vt veniat ad partem oppoſitam.

Inſtrumenta quæ ab his inueniuntur, licet ſint multa, octo tamen apud me ſunt magis communia. Primum, ſunt forcipes Auicen. & ſunt ſemilunares denticulatæ. Secundum ſunt forcipes Albuca. & ſunt in modum roſtri auis denticulatæ. Tertium forcipes concauæ in modum cannæ, ad ſagittas ſpiculis cinctas. Quartum eſt terebellum inuerſum, ad capiendam cannam ferri. Quintum autem eſt terebellum rectum, ad ampliandum oſſa. Sextum ſunt impellentia concaua, & impellentia ſurda. Septimum ſunt inciſoria ad ampliandam carnem, vt facilius infixa extrahantur. Octauum eſt baliſta. Modus autem operandi qui à prædictis oritur, eſt talis: Si infixum primo occurſu non poteſt ſalubriter extrahi, debet dimitti vſquequo caro marceſcat & putrefiat. Et tunc id circumuoluendo & mouendo illuc iſtuc, leuius extrahetur: Non obſtante dicto Henrici (qui præcipit vt ſtatim extrahantur) quia ita volunt Auicenna, & Albucaſis & Brunus. Deinde vulnus debet curari, vt alia vulnera: niſi quod ſanguis alteratus ab infixo debet expelli, vt vulnus à putrefactione ſecurum euadat: & debet perfundi oleo calido, maximè ſi dubitatur de dolore. Si autē fuerit toxicatum, curetur vt morſuræ venenatorum. Et ſi non poteſt leuiter per modum dictum haberi, exuto armis patiente, & præparatis præparandis, & præfato prognoſtico, ſi eſt neceſſe, iuxta formam datam, capiatur forcipibus communibus contorquendo, & extrahatur. Et ſi illę non valent, capiantur aliæ fortiores. Et ſi ſunt ſagittę ſpiculis cinctę, apprehendantur ſpicula forcipibus cannulatis. Si lignum exiuit è tubulo terebello inuerſo, immiſſo in tubulum, extrahatur. Si lignum eſt cum tubulo, extrahatur terebello directo. Et ſi aliter non poſſunt extrahi, amplificetur foramē carnis (ſi eſt poſſibile) raſorio cultro, oſſis verò terebellis rectis, aut trypanis : & vt dictum eſt, extrahantur. Et ſi hoc non valet, ligetur baliſta forcipib. & patiente bene ſtabilito laxatur baliſta, & telum extrahitur. Si autem ſagitta eſt immerſa, & non poteſt extrahi à parte per quam intrauit, impellatur impellentibus concauis aut ſurdis ad partem oppoſitam. Et ſi commodè poteſt fieri, per illam partem extrahatur. Si verò non eſt poſſibile, dimittatur quouſque natura eam expellat, aut manifeſtet. Albucaſ. verò narrat, multos ſe nouiſſe, in quibus ſagittæ diu ſteterunt occultæ, qui ita vixerunt longo tempore abſque nocumento : & in aliquibus aliquę fuerunt

*Loco præcit.* *li.1 c.13.*

natura

natura manifeſtatæ,& extractæ, & ſanati fuerunt. De incantationibus, & coniurationibus vocatis Nicodemi, quas ponit Theodor. & Gilber.non curo. Medicinis verò extrahentibus infixa, vſus ſum in ſpinis, & piſcium oſſiculis, & lapidibus, ac vitri & oſſium fruſtulis. Et inueni peculiare medicamentum ſumptum ab Auic.quodRecip.fermenti,mellis,aut ſordicici aluecariorum,ana lib.ß.viſci querc.quart.j.ammoniaci, quart.ß.olei, quart. j.fiat emplaſtrum, & deſuper ponatur. Rogerius aſſerit probatum, quod radix arundinis trita, cum melle appoſita ſuper infixum, ipſum extrahit ſine dolore. Plura alia in antidotario ponuntur: & ita completur primum. *Li.1.cap. 22.*

Secundum completur,manibus trahendo & coniungendo partes diſtantes,& membrum quantum poterit minimo cum dolore conformando, vt inferius in ſpeciali dicetur.

Tertium completur,bona & decenti ligatura, & ſitu debito, & ſutura ſi eſt neceſſe.

*De modo & qualitate ligandi.*

Circa ligationem eſt ſciendum, quod ſecundum intentionem Auicen. in 4.triplex eſt ligatura: incarnatiua, expulſiua, & retentiua. Ligatura incarnatiua competit vulneribus recentibus, & fracturis: & fit,faſcia à duobus capitibus plicata vſque ad medium, incipiendo ab oppoſita parte loci vulnerati, ducendo vnum caput verſus partem ſuperiorem membri, & aliud verſus partem inferiorem, capiendo de partibus adiacentibus quantum videbitur expedire, ſtringendo plus ſuper locum læſum, quàm in partibus adiacentibus. Caueat tamen ne nimis ſtricta, aut nimis laxa ſit ligatura. Terminus eſto, bona infirmi tolerantia. Capita autem faſciȩ ſuantur. Et ſi neceſſe ſint plures faſciæ, ponantur, & eodem modo reuoluantur. Per iſtum autem modum ligandi, vnum labium cum alio coniungitur, & phlegmon prohibetur, vt 6.therapeut.probatur. Nonnulli verò adaptant pannum duplicatum, & ſtringendo ſuunt eum ſupra locum ſolutum. Ligatura expulſiua competit vlceribus, & cauernis, ad expellendum materiam à fundo, & ad defendendum ne altera materia veniat ad locum. & fit, faſcia ab vno capite plicata, incipiendo à parte inferiore ipſius membri, ibi fortius ſtringendo, deinde reuoluendo proceditur vſque ad partem ſuperiorem. Dico autem ſuperiorem partem, vt Galen.5.therapeut.eam, quæ eſt verſus cor aut hepar, à quibus oriuntur omnia vaſa. Ego autem talem faſciam membris inæqualibus, (velut ſunt tibiæ) adapto, ſcindendo eam ab vna parte ſingulo quoque palmi interuallo, ſtrictè ſuendo à parte arcuata & inciſa,laxè à parte dorſali & non inciſa:& ligando,partem largam dorſalem teneo verſus craſſiorem membri,regionem: partem curuam inciſam verſus graciliorem.Quot autem bona fecit mihi iſta ligatura in vlceribus, varicibus, & inflationibus tibiarum, nouit Deus. Ligatura retinens medicamina, competit membris in quibus non poteſt fieri ſtrictura, neque alia ligatura: vt in collo, & in ventre,& in omnibus

*Fen.4.tr.3.cap.2.* *Cap.5.* *Cap.3.*

apoſtematibus & diſpoſitionibus dolorificis. & fit faſcia vnius capitis, aut multorum capitum ſiue brachiorum, incipiendo ſuper locum læſum, ligando in oppoſito eiuſdem. Modus ſoluendi ligaturas ſit ſuauis, & citra dolorem: & ſi ligamenta nimis adhæreant, tantiſper madefiant vino donec ſeparentur. Inſuper vult Gal. quòd bindæ fiant ex panno mundo, latæ & longæ ſecundum naturam particularum: vt quæ ligant humerum, in latitudine ſex habere debent digitos tranſuerſos: quæ coxam, quinque: quæ tibiam, quatuor: quæ brachium, tres: quæ digitum, vnum. Longitudo ſit ſecundum reuolutionum neceſſitatem. In hoc enim multum facit ingenium medici, (quod artem adiuuat, & naturam operantem, vt dicit Damaſcenus) & ſcientia conformationis membrorum. Et hoc eſt quod dicebat Gal. quarto therapeu. ligare enim vlceratam particulam, non cõtingit bene aliquem niſi ſumat indicationem à conformatione particularum.

*Li.5.therap.cap.5.*

*Aph3. Cap.v.lt.*

*De modo & qualitate ſuẽdi.*

*Circa modum* & qualitatem ſuendi eſt ſciendum, quòd ſutura eſt triplex, incarnatiua, ſuppreſſoria ſanguinis, & conſeruatrix labiorum ad tempus. Sutura incarnatiua (quæ competit omnibus vulneribus dehiſcentium labiorum, ſi poſſunt prope adduci: & quibus non ſufficit ſola ligatura: quæ nulla habent extranea inter labia, & ſunt recentia, vel antiqua renouata per ſcariſicationem & pellis remotionem, vt dicit Halyab.) fit quintupliciter. Vno modo, filo forti, æquali & plano, vt ſericeo in communibus vulneribus: primum punctum ponendo in medio vulneris, & aliud in medio ſpatio cuiuſque lateris: & ita procedendo in ſpatiis, inter duo puncta faciendo punctum, quouſque ſutum ſit conuenienter. Quod erit, quando inter duo puncta ſpatium vnius tranſuerſi digiti remanebit. Acus ſint longæ, planę & læues ſeu politæ, cuſpide triangulari cauda vt locetur filum, & non impediat acus tranſitum excauata. Cannula habeatur feneſtrata, qua firmetur altera pars labij, vt non vagetur dum immittitur acus: & vt per feneſtram poſſit videri, quando tranſiuerit acus. Et tunc trahatur acus & filum, fulciendo labium iuxta filum cum ſpecillo, vt trahendo filum, labium non ſequatur. Et ligetur primò duabus inuolutionibus, & ſecundò vna, deinde filum ſcindatur remotè aliquantulum à nodo. Secundo modo fit ſutura incarnatiua, acubus, aut haſta plumæ ſeu pinna introducta cum acu, in vulneribus magnis & profundis, quorum labia ſunt multum ſeparata: acus filo in eas intromiſſo tot quot ſunt neceſſariæ, imponendo & eas cũ filo reuoluẽdo (ſicut faciũt mulieres quãdo ſuper manicas acus reſeruãt cũ filo intromiſſo) & remanẽt vſque ad vulneris cõſolidationẽ. Tertio modo fit ſutura incarnatiua, veruculis ęqualibus, factis ex ſtupis bene contortis, gracilibus vt palea, longitudinis vt digiti vnius internodiũ: aut ex calamo plumæ: quæ quidem cõpetit in locis, quibus volumus ſuturam perdurare longo tempore. Et fit adhuc nodum acus filum ducens per ambo labia traiicitur: deinde reuertitur acus per idem foramen, vſque quo remaneat vna anſa, in qua ponitur vnum ex capitibus veruculi, & poſtea caudæ duorum filorum ſtringuntur, & ligantur ſuper caput aliud

aliud veruculi:& ibi ſcinduntur capita filorum, & remanet veruculum vſque ad perfectam conſolidationem. Quarto modo fit ſutura incarnatiua IIII ſecundum Gal. hamis: qui debent eſſe parui pro ratione membri, ab vtraque parte curuati:& figẽdo in vno labio, ducatur labium in alterũ labium, & in illo etiam figatur, vt faciunt tonſores pannorum. Quinto modo fit ſu V tura incarnatiua admotis pannis:& cõuenit in locis in quibus volumus cicatrices nõ apparere, vt in facie. Et ſic fit: Sumũtur duo pãni triangulares, magni pro membri quãtitate:& liniuntur linimento viſcoſo, facto ex puluere ſanguinis draconis, thuris, maſtiches, ſarcocollæ, picis, farinæ volatilis molẽdini, incorporato cũ ouorũ albumine:atq; ita applicetur quilibet pãnus in quolibet latere vulneris ad diſtantiam vnius pollicis: & poſtquam erunt deſiccati, ſuantur illi panni ingenioſè, & adhærebunt labia. Sutura 2 ſuppreſſoria ſanguinis fit acubus, & filo, intrando & reuoluendo, ſicut ſuũtur pelles: & hoc, quando aliæ ſuturæ non poſſunt fieri propter magnum ſanguinis impetum, in vulneribus venarum. Iſta etiã eſt vtilis ad ſuendum inteſtina, panniculos, & loca carne denudata: ſuſpecta tamẽ eſt, quia rupto vno puncto cætera relaxantur. Conſeruatrix ſutura fit vt aliæ: ſed non eſt 3 ita ſtricta, quia nõ fit niſi ad retinendum labia, donec vulnus ſit firmatum. Et conuenit vulneribus dilaceratis: & in quibus deperdita eſt caro, ad appropinquandum partes vt citius conſolidentur:& in quibus eſt in progreſſu aliquid extrahendum. Tempus remouendi ſuturam eſt, quando compleuerit finem ſuum. Modus remouendi eſt talis: Ponatur aliquod ſpecillum ſub puncto, & ſupra ſpecillum ſcindatur filum, ponendo ſpecillum ſuper labium per quod extrahitur, ne dilaceretur extrahendo.

### *De modo & qualitate plumaceorum.*

*Quia plumaceoli* ſiue puluilli faciunt ad fulcimen & compreſſionem partium diſſolutarum, & ad confortandum calorem naturalem membri diſiuncti, & ad prohibendum grauitatẽ ligamentorũ, idcirco de ipſis eſt hîc tractandum. Eſt tamen ſciendum, quòd quia antiquitus fiebant ex pluma inter pannos ſuta, talem aſſumpſerunt denominationem: ſed quia oportebat eos ſæpe renouare, erat tædioſum, adinuentum eſt eos facere ex ſtupis canabinis, præcipuè bene pectinatis & mundatis:& quandoque fiunt ex lana, vel xylo ſeu cotone. Multi verò loco ipſorum applicant pannos ſuaues duplicatos aut triplicatos, aut ſpongiam adaptant. Et ponuntur duo vel tres, & plures, prout videtur expedire. Et aliquando applicantur ſicci, aliquando madefacti, imbuti albumine oui, vel vino, vel oxycrato, & quãdoque oleo, prout diſpoſitio requirit. Et ſunt trium formarum. Triãgulares laudat Auic. ad incarnandum, vnum in latere cuiuſlibet labij, ſ. per ipſum vulnus ſe iungendo. Sunt etiam rotundi, qui ponuntur ſicci ſuper alios, ad conſeruandum calorem naturalem, & ad ebibendum ſordem. Sunt etiam quadrati qui ponuntur ad prohibendum ne à ligamentis pars lædatur.

*Lib. 4. fen. 4. tr. 1. cap. 8.*

*De modo, & qualitate turundarum, ellychniorum*, eſt ſciendum turundam ſiue ellychnium in ſolis octo poni caſibus. Primò in vulneribus quæ volumus ampliare, mundificare, aut aliquid à fundo extrahere: vt ſunt vulnera profunda quæ neceſſe eſt contra aperire propter ichorem qui congregatur in fundo, & in ſinu eorum. Secundò, in vulneribus concauis, in quibus debemus carnem generare. Tertiò in vulneribus ab aëre alteratis, quæ oportet mundificare. Quartò in vulneribus contuſis. Quintò in apoſtemoſis. Sextò in iis quæ ſunt ex morſu. Septimò in vulneribus in quibus circa oſſa eſt operandum. Octauò in vulneribus vlceratis. In omnibus autem aliis vulneribus ſine turundis & ellychiis conſolidationi ſtudemus. Propterea eſt ſciendum, quòd turundæ & ellychnia ſumunt diuerſitatem à fine cuius gratia fiunt. Quia quædam fiunt ad mundificandum vulnera: & iſta fiunt ex linamento ſuauis panni, præcipuè veteris. Quædam fiunt ad tenendum aperta labia: & illa fiunt ex ſtupa bene mundata, aut ex fructibus panni ſupradicti, aut xylo, quòd bombacem & cotonem vocant, *Lib. 7. alm. c. 3.* vt faciebat Rhaſis: aut ex canna æris, vel argenti perforata, vt in naribus, propter aërem: & in vulneribus profundis, vt ſanies per ſe exeat, & non includatur. Quædam fiunt ad ampliandum orificium vulneris: & illa fiunt ex ſpongia bene intorta, aut è radice gentianæ. Forma ellychniorum debet eſſe æqualis, turũdarum verò inæqualis ad inſtar lignei clauiculi, quem Latini impagem, barbari cauillam dicunt. Et aliquando applicantur ſiccæ, quandoque intinctæ aliquo vnguento, prout videtur expedire. Reliqua pertinentia ad prædictas operationes, ingenio operantis relinquantur. Nã *Cap. I.* reprehendendus eſſem, ſi te tua docerem, ait Gal. primo ad Glauconem. & ita perficitur tertia intentio.

*Quarta intentio* (quæ eſt cuſtodire membri ſubſtantiam, & prohibere dolorem, apoſtema, & cætera accidentia) completur admouendo emplaſtra *Lib. 7. alm. c. 3.* & liniẽdo membrũ albuminibus ouorũ, & rebus frigidis (vt dicit Rhaſ.) in primis diebus. Et poſtea vino craſſo ſtyptico, necnõ apertionibus, & cõtra apertionibus, & figura apta: & venã tundẽdo & purgando quando erit neceſſe, cum bona & artificiali diæta. Nec obſtat quòd multi dicũt, vulnus inquantũ vulnus, nõ indigere iſtis: quod concedendum eſt in paruis occaſionibus, & in corporibus eucratis, quæ vbi ſunt, nouit Dominus. in magnis autem occaſionibus, & in corporibus cacochymis, ad præcauendum accidentia eſt neceſſarium prædicta conuenienter præſcribere. Et hoc dicebat «
*Cap. 2.* Gal. ſexto therapeut. inquiens: Supponatur quis venire ad nos punctus, & «
(ſupple) vulneratus, & diſiunctus. hic homo, ſi boni vlceris, id eſt eucratus «
fuerit, pharmaco facilè carebit, nihil patietur mali. ſi verò vlceris mali, id «
eſt cacochymus fuerit, primò quidem dolebit: poſt hoc autem iam etiam «
pulſabit & inflammabitur particula. In omni enim membro carnoſo ſunt «
nerui, arteriæ & venæ, quæ præparãt ad ea accidẽtia mala, & ideo Hippocr. «
*Aph. I.* dicebat primo prognoſticorum, de melioribus rebus eſt vti præuiſione. «

*De phlebotomia* cõſulunt ſapientes, Rhaſis & Albucaſ. ſi ſanguis à vulnere non

re nõ exiuit ſufficienter, vt fiat ex parte oppoſita. Nam euacuatio per antiſpaſin (in quarto therap.) multum placuit Hippocrati.

*De ventre*, hoc ſtatuẽdum eſt, vt ſi fuerit conſtipatus, fiant ſuppoſitoria, aut clyſteres: aut adminiſtretur aliquod lenitiuũ ex caſia fiſtula aut mãna.

*De potionibus* quæ conſueuerunt adminiſtrari vulneratis, dico me non conſueuiſſe dare aliquam potionem in vulneribus recentibus: quia calidæ ſunt, & aperientes, & commouent ſanguinem, & præparant vulnus ad phlegmonem, & ad fluxum. In antiquis verò vlceribus, fiſtuloſis, & cãceroſis: necnon ſanguine congelato in interioribus, ac purè congregato in pectore, & in glandulis intrinſecis, & herniis vulgo dictis crepaturis (vt in ſuis capitulis dicetur,) quandoque conceſſi. Antiqui tamen (vt Rogerius & quatuor magiſtri) indifferenter adminiſtrabant potiones omnibus vulneribus, & fracturis, compoſitas ex rubia maiore (ex qua plus ſumebatur, & ex conſolidis, plantagine, tanaceto, cannabe, caulibus rub. herba Roberti, pede columbino, caryophyllata, lingua canis, pimpinella, piloſella, & conſimilibus. Et extrahebant ſuccum, aut decoquebant ea in aqua, vino, & melle: & dabant quolibet mane quartam ß. & ſuper vulnus foliũ inuerſum caulis rubri mane & ſero ponendo, ligabant. Et aſſerunt tales empirici, quòd ſi potio euomitur, malum ſignũ eſt: ſin retinetur, & per vulnus exit talis qualis fuit aſſumpta, bonum. ita iuuet eos Deus. Peius eſt Theod. *Lib.2.c.3.* & Henric. conſilium, qui pigmentum fortiſſimum iubent dare vulneratis recenter: maximè in capite, & in pectore, neſcio vnde venit iſta inſania. ſcio bene quòd Galen. id non præcipit.

*Diæta omnium* vulneratorũ & ſolutorũ, in principio vſque ad ſeptẽ dies (intra quos couſueuerunt eſſe ſecuri à febre, & inflãmatione) debet eſſe tenuis, frigida & ſicca: præcipuè ſi patiẽs fuerit repletus, iuuenis, & aer ſit calidus. Subtrahatur ergo illi vinũ (præcipuè purum) & carnes craſſæ, & piſces craſſi, panis azimus malè coctus, caſeus, & fructus, allia, & cepa, ſinapis, & omnes ſpecies acres, & omnes res ſalitæ, & acidæ. Vtatur pullis, perdicibus, auiculis paruis, alteratis aqua roſata: vtatur etiam auenato, hordeato, amygdalato, & amylo, ſpinachiis, boraginibus, lactucis, plãtaginibꝰ, iure ſimplici, aut cõpoſito cũ ouis. Potus eius ſit aqua bullita, in qua ſit infuſus panis ſordidꝰ aut aqua hordei, aut aqua cũ modico vino craſſo ſtyptico. Parũ cœnet, quieſcat: à mulieribus ſummè caueat. Poſtquã autẽ ſecurus fuerit ab apoſtemate, incraſſetur diæta, & redeat ad cõſuetudinẽ ſuã paulatim. Vtatur ergo tũc bono vino, bonis carnibus gallinarũ, caponũ, & caſtratorũ, & omnibus bonũ ſanguinẽ generantibus, & reficientibus naturã. Et quòd talis *Li.7.alm.* diæta ſit vulneratis vtilis, ſic probatur: Quia illa diæta eſt vulneratis vtilis, *c.1.& 3.* quæ retinet ac fulcit virtutẽ, & nõ cõmouet febres, neq; apoſtemata, neq; *Li.1.c.3.* hæmorrhagias excitat, & nutrimentũ cõueniẽs præparat tẽpore cõueniẽti, *Lib 2.c.1.* talis eſt huiuſmodi: ergo eſt vtilis. Et propter hoc eã cõmendant Gal. Rhaſ. *Tr.1.doct.* Haly. Auic. Brunus, Guli. atq; Lãfrãcus. Nõ autẽ Theodoricus, qui à principio diætã vinoſam & calidiſſimã præcipiebat. Et plus miror de Henrico, *3.cap.10.* *Li.1.c.11.* *& 25.*

qui fuit Pariſiis nutritus inter philoſophos,qui illum in hoc ſecutus eſt.de Anglico nõ miror:quia nihil dicit,niſi quod ab Henrico habuit. Neque ratio eorum valet,dum dicunt debilitatum eſſe confortandum:quia contrarium dicit Gal.in principio aphoriſmorum His qui ægrotãt, augere virtutem non properamus:moderatè enim diminuimus, aut qualis eſt (ſaltem in chronicis) cuſtodimus.Niſi tamẽ eſſet tãta debilitas, vt poſtponere ſuaderet omnes alias indicationes:quod nõ eſt in cõmunibus vulneribus.Adde quòd aduerſantibus indicationibus nõ oportet alterius extremitatẽ cupientẽ,obliuiſci alterius penitus,ſed miſcere eas,vt pręcipit Gal.lib.ſeptimo therap.Vnde in octauo,circa finẽ:Exercitatũ quidẽ & natura prudentẽ oportet eſſe medicũ,vt vniuſcuiuſque indicationis ſubtiliter ponderans virtutẽ,adinuicẽ omnes cõparans, vnũ aliquod capitulum coaceruet propriarũ laboranti diætarũ.Illud autẽ quod decepit eos,fuit Arabica tranſlatio in quarto de ingenio,capitulo penultimo, quæ dicit: itẽ oportet te cauere vinum,dum apoſtema calidum eſt In alio verò tempore nõ. Quia debuit dicere,dum apoſtema eſſe poteſt. Quod patet per Græcam trãſlationem,quæ dicit:palam autem eſt, quòd vini vſum cauere oportet tempore phlegmonûm : aliter nihil prohibet dare.Et ita conceditur, quòd in principio vſque ad ſeptem dies (quod eſt tempus inflammationis)nõ detur vinum:ſed tranſacto illo tempore,non prohibeatur. Et ita completur quarta intentio,quæ erat membri ſubſtantiam conſeruare.

*Li. 1. aph. 4.* *Cap. 6.* *Cap. vlt.*

*Quinta* intentio,quæ eſt accidentium introductorum correctio,ſecundum accidentium diuerſitatem completur. Accidentia autem quæ cõſueuerunt ſuperuenire ſolutis continuitatibus,ſunt dolor,phlegmone, dyſcraſia,febris,pruritus,ſpaſmus,paralyſis,ſyncope,atque alienatio,durities,impotentia,motus. ſiquidẽ vulnus nunquam curatur, quouſque iſta corrigãtur.Accidentia enim quæ ſuperant ſuam cauſam, ordinem curationis peruertunt,vt ait Gal.in principio ad Glauconem.

### *De dolore.*

*Dolor,quia* eſt cauſa trahendi materiam ad locum læſum, & generãdi apoſtema,ſuper omnia oportet vt euitetur. Dolor verò communiter ſedatur fomentando particulam oleo calido. Et ſi oleum eſſet roſatum, vtilius eſſet.Et ſi adderetur albumen oui, vel vitellus,vbi non eſt magna caliditas, non tantùm macularet vulnus.Et ſi eſſet neceſſe aliquantulum ſopire particulam,oleum ſit papauerinum.Et ſi eſt neceſſe,addatut parum opij, aut mandragoræ:vt conſulit Guliel. Quatuor autem magiſtri laudant ad hoc radicem ſolani cum axungia porci mixtam.Theodoricus multum cõmendat emplaſtrum ex foliis paruarum maluarum , coctis & tritis , & cum cribratura furfuris miſtis.Et ſi adderetur modicum olei roſ. melius eſſet.Medulla etiam panis frumenti in aqua feruenti macerata,optima eſt,vt ſuperius fuit dictum.Si autem eſt dolor fortis, ſignificatur neruus eſſe læſus: & tunc ad vulnus neruorum habeatur recurſus.

*Lib. 1. c. 20.* *Doct. huius c. 4.*

Phle-

*Phlegmone* generatur, cognoſcitur, & curatur, vt dictum eſt in tractatu ſecundo de apoſtematibus. Nihilominus Auic. laudat, dicat omni membro à capite vſque ad pedes, emplaſtrum factum ex grauato dulci in vino ſtyptico decocto, & ſubacto in mortario, & applicato. Si autem non poteſt repercuti, nec reſolui, maturetur emplaſtris ad maturandum apoſtemata dictis. Et ad hoc dictat Rogerius embrocham ſeu folium ex maluis, abſinthio, artemiſia, farina frumenti coctis in vino, cum pauco melle, & axungiæ quod ſit ſatis. Quod ſi pus non deriuetur ad vulnus, aperiatur in loco magis apto. *De apoſte mate. Lib. 4. fen. 4. tr. 1. c. 6.*

*Dyſcraſia* ſi eſt calida (quod cognoſcitur ex rubedine, & veſicatione) infrigida locum, non hyoſcyamo, neque mandragora, vt dicit Gal. quia nimis refrigerãt, ſed roſis, & plantagine, & vnguento albo: quæ ſiccando moderatè refrigerant. Si eſt frigida (quod cognoſces ex mollitie & diſcoloratione) calefacias locum, non reſina, pice & aſphalto, ſed vino, & vnguento nigro (fuſco videlicet) & baſilicone. Sed cùm iſta accidentia conuertunt vulnera ad vlcera, ad doctrinam iſtorum habeatur recurſus. Si autem dyſcraſia fuerit ſicca vel humida, per ſua contraria corrigatur. & ita de cõpoſitis, vt dicetur infra. *De dyſcraſia. Lib. 3. th. ca. 8.*

*Si ſuperuenerit* febris, infrigidentur, & regantur, vt de apoſtematibus calidis eſt dictum: Et in hoc domini phyſici vocentur. *De febre.*

*Per ſpaſmum* intelligit Auer. decurtationem membrorum, aut talem rigiditatẽ vt nõ poſſint flecti neque dilatari: quia per eũ actio non eſt ablata, ſicut in paralyſi, ſed eſt immutata. Eſt enim ſpaſmus in quinto de ægritu. & ſymptom.) motus malus, accidens virtuti motiuæ voluntariæ, à diſpoſitione morboſa. & ideo eſt ægritudo neruoſa (in tertio can.) quia mouentur lacerti ad principia ſua, & inobedientes ſunt extenſioni. *Cauſa* autem eius (ſecundum Gal. in eodem) eſt duplex, vt Hippo. indicauit, impletio & euacuatio: in phlegmonoſis quidẽ diſpoſitionibus impletio, in ardẽtiſſimis autem & ſicciſſimis febribus, euacuatio. Quod autem & impletis, & euacuatis plus æquo vniuerſis corporibus neruoſis, ea tendi contingat, indicant chordæ in muſicis organis tenſæ, rumpuntur enim, ſiue in humidam, ſiue in ſiccam domum tenſæ reponantur. Et propterea remittunt eas artifices, antequam reponant. Et ſecundum illud, idem indicant corrigiæ igni, & aëri (ſcilicet humido) expoſitæ, vt docet Auerrh. Colliget tertio. Tertium autẽ capitulum addit Aui. quod licet materia non reſpondeat proportione, eſt tamen nocumentum contriſtans cerebrum, propter quod nerui refugiunt, & contrahuntur ad expellendum ipſam cauſam impedientẽ. Sunt ergo tres modi ſpaſmorũ, inanitionis, repletionis, & cerebri cõpaſſionis. Primus accidit maximè propter fluxus magnos, quinto aphoriſmorum: & caliditates immoderatas, & putredines liquefacientes, in ſecundo eorundem aph. 26. Febrem ſpaſmo ſuperuenire. Secundus fit propter apoſtema, & tumores euaneſcentes, in fine quinti aphoriſmorum, Quibuſcunque œdemata. Et frigiditates immoderatas, implentes & condenſantes neruos, in eodẽ quinto, *De ſpaſmo. Collig. 3. cap. 33. Cap. 1. & 2. Fen. 2. tr. 1. cap. 5. Lib. 2. ſympt. cauſ. cap. 2. Aph. 39. lib. 6. vbi ſup. vbi ſup. Aph. 3. Aph. 65.*

Aph.17. frigidũ ſpaſmos &c. Tertius verò ſit propter dolorẽ, tertio rechni, Nerui &
Cap.92. tendonis punctura. Et propter mordicationẽ mali humoris, & qualitatis
Aph.1. venenoſæ, in cõmento quinti, ſpaſmus ex elleboro. Spaſmi autem præfati quidã ſunt vniuerſales, qui fiunt quando nocumentũ peruenit ad cerebrũ, & ipſum dum conatur expellere nocumentũ, cõtrahit neruos, & mẽbra neruoſa, & conuellit ea. Alij ſunt particulares, quãdo nocumentũ non peruenit ad cerebrum, ſed remanet in membro incuruans ipſum. Et hoc etiã Auen-
Lib. 2.tr. 7.cap. 15. zoar teſtatur. Dico autẽ vniuerſales, quod teneãt maiorẽ partem membro-
Cap.5. rum: ad differentiã epilepſiæ, quæ tenet omnia, & ideo ſpaſmus totius dicitur, ſcilicet humidus. Eſt tamen interpolatus, non continuus, cũ nocumento mentis & ſenſuũ, prout tertio de locis affectis declaratur: quod nõ eſt in ſpaſmis de quib⁹ fit hîc ſermo. Inquirere exquiſitè differẽtias ſpaſmi, cauſas, & modũ generationis, alterius eſt ſpeculationis: quare ea dimitto. Sufficit.n. chirurgo ſcire quod dictũ eſt, & ſigna eorundẽ, & correctiones ſi quæ ſunt.

*Signa* communia ſunt, motus membrorum difficultas, colli tenſio, labiorum contractio ac ſi vellet ridere: maxillarum, dentium, & gutturis ſtrictura, oculorum & totius faciei tortura. Signa ſpecialia ſpaſmi ab inanitione, ſunt aduentus paulatinus, & poſt ægritudines conſumptiuas. A repletione verò ſunt, aduentus ſubitus, & poſt apoſtemata, & repletiones, & frigiditates ſpiſſantes. Spaſmi autẽ cõpaſſiui ſigna ſunt, aduẽtus à cauſis extrinſecis: & eſt cũ dolore, & mordicatione, & cõtriſtatione. Si nocumẽta ſpaſmi veniãt ad mẽbra anhelitus, ſubitò moritur patiẽs. Spaſm⁹ cõfirmatus nõ curatur, maximè ex inanitione: quia ſiccitas cùm prorſus cõpleta fuerit, inſana-
Cap.5. bilis eſt, ſeptimo therap. Non confirmatus verò aliquam recipit correctionem, ſpecialiter quando eſt ex repletione, quod innuebat Hippocr. in ſecũ-
Aph.26. do aphoriſmorum, Febrem ſpaſmo melius eſt ſuperuenire, quàm ſpaſmum
Lib.3.f. 2.tr.1. cap.7. febri. *Curatio* & præcautio ſpaſmi ſicci eſt, vt dicit Auic. verùm cõueniẽtior cura eſt tina, ſiue labrum, & inunctio cum oleo humido à balneo. Horum frequens iteratio. Et ſi eſſet poſſibile labrum implere lacte, atque errhina & gargariſmata, & clyſteres, denique iura cum lacte fierent, optimum eſſet dum modò febris non adſit: tunc enim fiant præfata ex aquis, & oleis in quibus decocta ſint folia ſalicis, & hordeum fractũ, viol. atque nenufar. Atque hæc ponãtur ſuper iuncturas, & originẽ lacertorum. Cibaria ipſorum ſint ſorbitiones pingues, leues, factę ex amygdalis, hordeo, & ſuccaro bono, & aqua carnis aſſumpta ex carnibus agnorũ & hœdorum. Et ſi cum dictis miſceretur modicũ boni vini, vt penetrare faciat, nõ eſſet à ratione alienũ

II. Cùm autem ſpaſmus eſt humidus, oportet vt curetur euacuationibus fortibus humorum craſſorum, vt per hierã, & pilulas de agarico. Et clyſteres acuti ſunt optimi, & phlebotomia quandoque. Et gargariſmata, & errhina & ſternutatoria ex acribus ſunt cõueniẽtia. Et inũctiones, colli, axillarũ, & inguinũ, oleis calidis ex lilio, & coſto, ſpica, laurino, pulegino, factis acrioribus, addito caſtoreo, & euphorbio, ſunt bonæ: & coopertura è molli lana plurima. Rogerius ad talẽ ſpaſmũ tale dictat vnguẽtum, & ipſum acceptauit

uit Theodor. Re. olei muſcellini vnc.j. petrolei, vnc.ß. olei communis, butyri, ana vnc.iiij. ceræ vnc.j. ſtyracis calamitæ, ſtyracis rub. ana drach.ij.& ß. maſtiches, olibani, an. vnc.ß. gũmi hederæ, drach.iij.ß. omnia liquabilia ponãtur ad ignẽ, & alia puluerizata miſceãtur. Vltimò ponatur ſtyrax, & fiat vnguẽtũ, quo ceruix, & collũ, atq; ſpina, aut etiã totũ corpus inũgatur inter duos ignes. Iſti vnguẽto in alio loco videtur addere Theodoricus herbas q̃ ingrediũtur vnguẽtũ aregon, & agrippa, & oleũ ex caſtoreo, & pinguedinẽ limacũ rubrarũ: & id vocat alabaſtrũ, & eſt valde cõueniẽs contractioni neruorum. Et ſi accideret febris (dummodo eſſet ephemera) eſſet bonum. Hypocauſta, & ſuffumigationes ſiccæ, & ea quæ prouocant ſudorem, ſunt conferentia huic ſpaſmo. Spaſmus verò compaſſiuus, ſi fuerit ex dolore, curatur leptomeris, & aliis ſedantibus dolorem, vt in cap. de vulneribus neruorum dicetur. Quod ſi eſt ex punctura ferarum, curetur admota theriaca, & cucurbitulis ſuper locum. Et ſi fuerit ex mordicatione ſtomachi, prouocetur vomitus, & ſtomachus roboretur. Et in omnibus cerebrũ conſoletur: & caput, & collum, dorſum, axillas, & inguina oleo liliorum inungendo: quia dicatum medicamen eſt ſpaſmo humido, vt Auenzoar dicit. Et baculus teneatur inter dentes, vt prorſus non claudantur. Et ſi aliud non poteſt fieri, neruus qui mandat nocumentum, tranſuerſim incidatur, vt conſulebat Rhaſ. quia melius eſt perdere actionem vnius membri, quàm totius corporis.

*Lib. vlt. cap. vlt.* *Lib. 1. c. 24.* *Lib. 1. tr. 10. cap. 3.* *Lib. 7. al. cap. 3.*

*Paralyſis* etiam ſequitur vulnera, & cõtuſiones, maximè capitis, & totius dorſi: vt in tertio de locis affectis per multa exempla declaratur. Vtrum autem ſequatur vulnera eiuſdem partis, vel contrariæ, vt infrà cap. de vulneribus capitis dicemus. Eſt autem paralyſis neruorum mollificatio, cum priuatione ſenſus & motus vtplurimum: ſicut erat ſpaſmus, durities cum motu malo & permutato, vt tertio colliget dicebatur. Vnde tertio de locis affectis, ſicut apoplexia eſt mollities totius corporis, ita & paralyſis vnius medietatis: quandoque quidem dextræ, quandoque ſiniſtræ: quandoque verò vnius partis, vt pedis vel manus. Et propter hoc ſuſcipe illam diuiſionem ſpaſmi, in paralyſi, ſcilicet vniuerſalis & particularis: vniuerſalis, totius lateris: particularis, vnius mẽbri. *Cauſæ verò* paralyſis, & talis ablationis motus & ſenſus, ſunt duplices, extrinſecæ, videlicet & intrinſecæ. Extrinſecæ, vt caſus, percuſſio, inciſio, dilatatio, frigiditas, apoſtemata, & talia quę extrinſecus continuũ ſeparãt, vel claudunt ſpirituum vias. Intrinſecæ ſunt humores craſſi, viſcoſi, qui oppilant ipſos neruos in cerebro, & in ſpinali medulla. quæ vicaria cerebri eſt dicta. Inquirere autem quomodo fiat hoc, & qualiter aliquando perditur motus remanẽte ſenſu, & differentias, & cauſas omnes exquiſitè, alterius eſt ſpeculationis. Sufficit enim chirurgo ſcire quod dictum eſt, & cognoſcere partem à qua oritur nocumentum: quod ſciet per anatomiã. Nam ſi nocumentũ eſt vniuerſale, quia nerui qui regunt vniuerſum, veniunt à cerebro, ſcis nocumentum oriri à cerebro: ſi particulare, & in membris ſuperioribus, ſcis venire à collo. ſi inferioribus, à ſpondylis: ſi in

*De paralyſi.* *Cap. 10.* *Do. 2. c. 1. in indiciis.*

mediis,à mediis,prout hæc leguntur in primo & tertio de locis affectis.Hu
*Cap.6.* *Cap.10.* morem peccãtem agnoſcis per ſigna humoris.Cauſas extrinſecas,ſcis iudicio patientis. *Iudicari verò* poteſt,quòd paralyſis, & omnes ægritudines neruorum ſunt difficilis curationis:quia parum habent naturæ calidæ, quæ eſt effectrix curationis.Et proinde dicitur,quòd paralyſis in ſenib' difficulter curatur.Adhæc iudicatur, quòd tremor & febris ſignificant bonum in paralyſi.Præterea paralyſis quæ fit ab ictu non conterente neruos vehementer,quandoque ſanatur: vt apparet ex dictis Gal.in illo Pauſania,lib.3.de *Cap.10.* locis affectis.Si autem nimis conterantur, non eſt ſpes ſanationis,quia vulnera neruorum perfectè non agglutinantur, vt dictum eſt. Et dixit Auenzoar, quòd ſi læſio fuerit in neruis anhelitus, morietur patiens ſuffocatus breui. Si membrum non minuitur,nec eius color mutatur, ſpes eſt aliqua curationis.Si verò diminuitur, & color mutatur, ſignum eſt magnum, vt *Part.2.c.27.* dicit Gordonius. *Cura* paralyſis à cauſis intrinſecis pertinet ad dominos *Cap. proprio.* phyſicos:quam perficit Heben Meſue duplici regimine, communi & proprio.Commune autem regimen nunc partem morbi tangit,nunc proprietatem,interdum verò diætam.Primum completur adminiſtratione omnis ſtudij ad partem capitis poſteriorem, & ſpinalem medullam: quia nocumentum,vtplurimum oritur ab illis locis. Et hoc eſt commune infirmitatibus quinque:videlicet paralyſi,ſpaſmo, tremori,ſtupori,& torturæ. Secundum verò completur, adminiſtratione medicinarum, proprietate & virtute corroborantium neruos, vt eſt acorus, iua, caſtoreum. Tertium completur paucitate cibi & potus,& regimine exiccatiuo dicto in capitulo apoſtematum phlegmaticorum. Regimen autem proprium capit quatuor res.prima eſt adæquatio materiæ:ſecunda,abſciſio eius: tertia,conuerſio illius reſidui ad oppoſitum & diuerſum: quarta, corrigit accidentia. *Li.3. fen. 2.tr. 1. c. 4.* Quomodo autem iſta complẽtur', dicet vobis doctor allegatus. Cæterùm curã paralyſis à cauſis extrinſecis(quæ erat à percuſſione, aut caſu) perficit Auic.ſi factum eſt apoſtema, & materia ad locum deſcenderit, phlebotomia,& medicis calidis, & euaporatiuis:vt ſunt vnguenta, emplaſtra ſuper locum percuſſum: & cucurbitulæ quandoque ponuntur. Ego autem conſueui vti linimento laudato ab Heben Meſue in paſſionibus cordis, quo vngitur collum,dorſum,& membrum læſum: & eſt valde bonum. Verba doctoris Euangeliſtæ ſunt hæc: Sermones inunctionis ſpinæ, Credo peritos medicos, & peritos philoſophos, traditionem, & memoriam & laudẽ tanti beneficij naturæ occultaſſe:cùm eius veſtigium in eorum tractatibus ſit abſciſum. Et eſt de elegantioribus iuuamentis, præſeruans ſubſtantiam vitæ.Scis enim principium neruorum eſſe ſpinalem medullam,quæ germẽ eſt cerebri: & ſpinam eſſe plateam publicam arteriarum, neruorum, ſpirituum,& virtutum,& lectum ſpiritualium membrorum:quæ continet medullam veræ humiditatis. Sic ergo cumulabis multas bonas intentiones. Confortabis enim ſubſtantiam velantem, & ſubſtantiam ſpirituoſam, & neruos,& oſſa vniuerſa,ſubueniens paralyſi & omnibus neruorum ægritu-

dinibus,

» dinibus, palpitationi cordis, & tremori. Hoc laſſitudini ſubuenit manifeſtè: & eſt medicamen omnium medicamentorum celerrimæ confortationis. Modus confectionis eſt: Recipe myrrhæ electæ, aloes hepaticæ, ſpicæ nardi, ſanguinis draconis, thuris, mumiæ, opopanacis, bdellij, carpobalſami, croci, maſtichis, gũmi arabici, ſtyracis liquidæ, ſtyracis rubræ, ana drac. ij. & ß. muſci drac. ß. terebinthinæ, ad pondus omnium: miſce omnia hæc pulucrizata, cum terebinthina: & pone hoc totum in alembico: & ingenioſè diſtilla: & liquorem diſtillatum excipe vaſe vitreo, & forti: accedit enim proximè ad balſamum, & ego interdum addebam herbas paralyſi dicatas: & erat pretioſius.

*De ſyncopa.*

*Syncope eſt* ſecundum Gal. in 12. therapeu. ſubita & acuta conciſio virtutis, quæ conſueuit ſequi immoderatas euacuationes, & dolores. Quam eſſe proximam cognoſces ex pulſu deficiente, & colore pallido, & motu præcipuè palpebrarum & extremorum difficili, acſi non poſſet erigere ea: & ſudore (maximè circa collum) frigido. Syncope nullo modo eſt negligenda, quia via eſt ad mortem, imò parua mors apud omnes dicitur. Regimen & curatio, quod ad pręſens attinet, eſt omni modo cauere ne accidat ſyncope cõſolãdo infirmũ, & expellẽdo, hominũ turbã ne calefaciãt cubiculũ, neq; terreãt ægrũ. Et eſt cautella, vt prius quàm accidat, detur illi fruſtulum panis albi toſti, maceratum optimo vino, cum modico aquę roſ. Et potet modicum ex illo vino. Nam (vt ait Gal. vbi ſupra) vinum quidem quod natura calidum ſit, & anodoſin (id eſt deductionem in corpus) promoueat, his qui ſyncope detinentur eſt dandum. Et irroretur, proiiciendo validè & affatim eis in faciem aquam roſ. aut aquam frigidam, ſi non habet aquam roſaceam. Fricentur extrema, trahãtur pili, naſus, & aures: & proprio nomine altè vocetur: dentur alapæ, & cætera fiant quę præcipiunt domini phyſici in iſto caſu. *Lib. 12. therap. cap. 4.*

*De mentis alienatione.*

*Deſipientiæ* ſecundum Gal. quinto de ægritudine, & ſymptomate, omnes peccata exiſtentes hegemonicæ (id eſt principis) virtutis ſunt, quę ab Auic. tertio canonico alienationis dicuntur. Et licet ſint accidentia aliàs propria, aliàs cõmunicata, hìc tamẽ nõ agitur niſi de his quę ſunt accidẽtia veniẽtia ex cõmunione & colligãtia, quę contingunt in vulneribus, & articulorum percuſſionibus: vt quarto therapeut. dicebatur. Similis enim eſt generatio horum ſymptomatum, autore Gal. tertio de locis affectis, his qui ſuffunduntur (id eſt imaginationes in oculis patiuntur) ex diſpoſitionibus ventris. Nam ſicut in illis aliunde mãdatur occaſio, ita quoque & neruoſis particulis patientibus promptiùs quàm aliis, ſuperueniunt deſipientiæ: Quandoque quidem ipſo ſolo calore per continuas partes ad caput aſcendente: quandoque verò ſpiritu vaporoſo ſeu fumoſo. Et illa quidẽ ſunt de iis quæ tandem exſiccant, vt ait Auic. Vnde etiam ipſe Gal. lib. 13. therap. ait: Accidit enim (vt in ſermonibus qui de his habentur monſtratum eſt) ex frigidi- *Cap. 7. Fen 1. tr. 4. cap. 8. Cap. 7. Cap. 5.*

tate quidẽ ocium, ex calore verò motus, & ex malitiâ humorum amentia. Cura ſeu regimen eorum eſt,quod ad chirurgum attinet (quia ſtatim domini phyſici debent vocari,) vt mali fumi fricationib.& ligaturis extremorum,à capite diuertantur:& in hoc caſu clyſteria deligit Auic. Et lęſæ particulæ dolor omnino ſedetur.Et neceſſarium (ſecundũ eundẽ)etiã eſt percutere ægrũ alapis,vt ad ipſum redeat ratio. Et in princ.Gal.13.therapeu. oxyrrhodinum,id eſt oleum roſatum cum modico aceto,commendat.Expellere enim oportet à capite humorem & vaporem. Et perfuſiones ſomniferæ,quæ ex papaueris ſemine fiũt,ſunt optimæ. Et odorem naribus obiiciemus: & inungemus alas narium & frontem ſimilibus pharmacis. Et de rebus eis conferentibus ſecundum Auic.eſt, vt perfundantur capita ipſorum decocto pedum & capitum.Et multoties ſanat eos alfeſur, (quę eſt radix vitis albæ) cum ex eo bibunt,aut comedunt ipſum per dies aliquot, cum aliquo cibo qui abſcondat ſaporem eius.

*Loci præcit.cap.10.*

*Cap.21.*

*Lib.3.fen.1 tr.4.ca.10.*

De pruritu dicetur in quinto & ſexto tractatu.

De duritie & impotentia motus,quę ſequuntur ſolutiones prauas continuitatis,dicetur infrà in ſexto tractatu,cap.de paſſionibus iuncturarũ, & in antidotario ſuo loco.

## *CAPITVLVM SECVNDVM.*

### *De vulnere facto in carne.*

*Cap.1.*

VVlnus carnoſum propriè dicitur, libro tertio therapeutices, diuiſio facta in membro carnoſo,cruenta,abſque putrefactione: vt ſuperius in capitulo communi fuit dictum. Porrò tale vulnus (ſecundum eundem) aut eſt ſimplex,ſine perditione ſubſtantiæ:aut cum perditione eiuſdem.Et quod eſt ſimplex,non caret propriis differentiis.aliud enim eſt ſuperficiale,aliud profundum,& vtrunque aut paruum aut magnum. Vulnus etiam cum deperditione ſubſtantiæ, ſuas habet differentias, etenim quandoque perditur cutis,quandoque caro & cutis ſimul. Et vulnera talibus differẽtiis diſtincta hoc habent pręterea,vt quędã ſint pura ſine accidentibus:& quædam habeant aliqua accidentia,quæ non habent rationem cauſæ (quia tũc caderent in rationem vlcerum difficile ſanabilium:de quibus dicetur inferius in tractatu vlcerum) ſed habent rationem ſine quo non, (vt ſuperius fuit allegatum ex quarto therapeutices:) velut ſunt dyſcraſia,dolor,apoſtema,pruritus,&c.de quibus dictum eſt ſuprà. Nec curo,ſi tales differentiæ dicantur differentiæ,aut diſpoſitiones:quoniam licet Gal.in tertio therapeu.magnã fecerit determinationem,non multum tamen proficit hoc ad curam,& ipſemet docuit primo therapeu. Non ex nominibus bene ſanari ægritudines,ſed ex recta de rebus opinione.

*Cap.1.*

*Cap.vlt.*

*De cauſis* vulnerum,quatenus ſunt vulnera, dictũ eſt ſuperius,quod ſunt quæcunque res extrorſum perforare, aut frangere, aut mordere aptæ natæ ſunt:& ex diſpoſitionibus derelictis ab eis,ſumuntur intentiones curatiuæ. Significationes verò ſumptæ ab eſſentia diſpoſitionis, & natura membrorum,

rum, & occurrentium accidentium diuerſitate, inueniunt auxilia, & modum operandi, vt dictum fuit ſuprà.

*Signa & indicia* in capitulo vniuerſali ſunt dicta.

*Cura vulnerum* carnoſorum recentium, præter quinque intentiones dictas communes, habet ſpecialem intentionem vnam, quæ eſt fluxum ſanguinis retinere. Modificatur tamen per Auicen. eſt ſuperfluus: quia fortaſſe temperata quantitas confert: quia prohibet phlegmonem, oppilationem, & febrem, quæ ſummè prohibent vulnerum curationem. Et illud ſecundum Gal. in 4. therapeu. fuit præceptum Hippo. Et enim vulnus effluente ſanguine ſiccius, & per conſequens ſanius: cum omne ſiccum propinquius ſit ſano, humidum verò non ſano. Superfluus autem ſanguis, ſi non reſtringitur his quæ pertinent ad vulnera, reſtringatur his quæ dicantur in capitulo vulnerum venarum. Intentiones verò curatiuę omnium vulnerum, licet quomodo complentur in genere ſit dictũ, ſpecialis tamen modus quomodo complentur in carne, inuenitur ex differentiis iam dictis, ad hunc modum.

*Lib. 4. fen. 4. tr. 1. ca. 3.* *Lib. de vlceribus. Cap. 5.* *Cap. 3.*

### *De inciſione & vulnere ſimplici, paruo, ſine deperditione ſubſtantiæ.*

*Galenus* in eiuſmodi vulnere tertio therapeutices, non præcipit niſi adducere labia ídque ſola ligatura. Vnde inquit: ſi coniunxeris inuicem diligenter ea quæ diſtant, abſque alia quacunque extrinſeca molitione, conglutinantur. Et Rhaſis illud idem ſcribit. Communis tamen vſus habet, & Lanfrancus ponit albumen oui agitatum cum leui ſtupa: & bene, quia (ſecundum Galenum in decimo ſimplicium pharmacorũ) reſtringit ſanguinem, & ſedat dolorẽ refrigerat, & prohibet apoſtema, nõ ſolũ in oculis, ſed in omnibus locis vlceratis. Super omnia caue à dolore: quod enim dolet prouocat rheuma, & apoſtema, vt ſæpe dictum eſt. Quomodo autem ſedatur dolor, iam ſuperius dictum eſt. Et non remutetur vſque ad tertium diẽ: quia (ſecundum Galenum in tertio therap. parua vulnera ſunt talia, vt ſi cõmiſſa fuerint, eorum labra vna die, vel ad ſummum duabus indigeãt ad vnitionem. Et ſi non eſt agglutinatiuum, curetur deinceps, vt ſtatim dicetur.

*Cap. 4.* *Libr. 3. alm. cap. 3.* *Lib. 1. doc. 3. cap. 2.* *Cap. 27.* *Cap. 4.*

### *De inciſione & vulnere magno ſuperficiali, & non profundo.*

*In hoc* quia non ſufficeret ſola ligatura, præcipit Galenus ſuturam & fibulas. Communis tamen vſus, poſt ſuturam conſueuit ponere puluerẽ rubrum incarnatiuum, & conſeruatiuum: qui fit ex duabus partibus thuris, & vna ſanguinis draconis. Albuca. Addit tres partes calcis viuæ: & Lanfrancus ei aſſentitur. Ego autem loco calcis, bolum arme. addo, Halyab. ſanalos ponit. Et ponitur ſolus puluis: cauendo ne ingrediatur vulnus, vt neque etiam pilus neque oleum: quia conſolidationem impedit

*Lib. 3 therap. cap. vlt.* *Lib. 1. doc. 3. cap. 2.*

eorum vnumquodque. Vel poteſt incorporari cum albuminibus ouorũ: idque extendi ſuper vnã aut duas ſtupatas maceratas albuminibus dictis: Et pannus ſubtilis etiam madefactus his, immediatè ſupra vulnus apponatur, vt ſtupatæ dum remouentur, non dilacerent puncta. Et ſi cum oleo roſa-
inungerentur circunferentiæ, ad prohibendum dolorem & inflammationẽ, bonũ eſſet. Qualis autẽ ligatura, & ſutura, & quales puluilli ex ſtupis cõueniãt, & quomodo fiant, in ſermone cõmuni iam dictũ eſt. Et nõ mutetur vſque ad quartum diẽ, niſi dolor, aut aliud accidens infeſtet. Et poſt quartũ diẽ, niſi inueneris vulnus conſolidatum, id vino calido ſtyptico lauetur: & eodem imbuantur ſtupę, & expreſſæ applicentur, & alligentur. Et in dies mutentur, quia intra breue tempus erit cõſolidatum: atteſtãte Gal. therap.
*Cap.4.* lib.4. cõtra Theſſalum, qui protrahebat curã vulnerum in menſes, quã ſex diebus (aut plurimum ſeptẽ) poterat perficere. Primus apparatus laudatur cum albumine ouorum, & ſupradicto puluere: quia refręnat, ſedat & prohibet ſanguinẽ, dolorẽ, & apoſtema. Secundus cum vino: quia vinum, (ſecun-
*Cap.4.* dum Galenum in tertio,) optimum pharmacum eſt omnium vulnerũ quã vulnera ſunt, id eſt quę non habent aliquã diſpoſitionẽ cõtradicẽtẽ implicatã. Quod probatur ita: vulnus quà vulnus, debet ſiccari & adſtringi pręcipuè magnũ: ſed vinũ facit hęc duo: ergo, &c. Maior probatur: quia hoc tem- «
*Ibidem.* pore, ſecundũ Galenum, opus eſt pharmaco ſiccãte particulas: vt ſiquidẽ iã «
fuerit ichor adiacens, cõſumatur: & is qui debebat confluere ad vacuas re- «
giones, prohibeatur. Et propter hoc debet eſſe maioris ſiccitatis cõſolida- «
*Cap.5.* tiuũ, ſiue cõglutinatiuũ (quod idẽ eſt) in tertio therap. quàm incarnatiuum: videlicet, vſque ad ſecundum gradum. Minor ita deducitur: Vinũ (in octauo ſimpliciũ pharmacorũ) nouum, eſt calidum in primo: antiquum in tertio: medium in ſecundo: proportione autẽ caliditatib. reſpõdẽt eius ſiccitates. Et ideo pro diuerſis naturis ſuis deſiccat & cõſoli dat, non autẽ humectat, neque refrigerat, vt dicebat Theodoricus. Et hoc eſt quod Gal. dicit,
*Cap.5.* ex autoritate Hippocratis quarto therapeutices, vlcera nulla oportet ma- «
defacere (id eſt lauare) niſi vino. Et cauſam ait dicens, Omne ſiccum pro- «
*Do.5.cap. 17.aph.3.* pinquum eſt ſano, humidum verò non ſano. Et propter hoc dicebat magi- «
ſter Arnaldus, quòd recentia vulnera aqua ardẽte lota, ſanationis effectum «
citiſſimè cõſequuntur: quia deſiccatiua eſt multum. Nõnulli verò poſt primum apparatum, ponunt emplaſtra & vnguẽta quę ad hoc habẽt propria: & ſtupã deſuper. Gal. autẽ in hoc multum cõmẽdat emplaſtrum nigrum,
*Lib.4.fen. 4.tr.1.c.9.* Auic. vnguentum de lino. Ego autem vti conſueui vnguento facto ex rubro puluere, mixto cum terebinthina lota. Quorum formæ, vnà cum multis a-
*Doct.1.c.6. de medic in car.* liis, ad hanc rem in antidotario dicentur.

*De vulnere profundo & occulto.*

*Vulnus profundum* & occultum multoties curatur ſutura, & debita ligatu-
*Cap.90.* ra. Quod ſi non fiat, iubet Gal. tertio techni, in poſterum per effluxiones, & «
contrarij loci diuiſiones, & figuram aptam curare. Aptam vero figuram «
*Cap.3. loci præcit.* intelligit Auic. vt orificium vulneris ſemper ſit inferius, & fundum ſuperius,

rius,ita vt ichores poſſint liberè exire. De qua figura dicit autoritate ſapienti s ſecundo ad Glauc.ſe curaſſe vulnus profundum in coxa( cuius fundum erat circa genu, & orificium verſus coxam) cum præparatione figuræ, abſque contrà apertione. Fecit enim illum tenere genu elatum: & tunc orificium fuit inferius. Idem poſſet in brachio præparari. Si autem non poſſet apta figura comparari, neque vulnus bene expurgari per foramen,fiat ex conſilio Galeni contrà apertio. Sic enim ſcribit in fine tertij therapeutices: Si vulnus concauitatem habuerit profundam & occultam, ſcrutandum eſt vtrum ichores poſſint conuenienter expurgari, an non: ſi enim poſſunt,eadem eſt cura cum aliis.Si non poſſunt excogitare bonam effluxionem cum preſſuris,& bona ligatura expreſſiua, quæ incipiat à fundo, finiat verò circa orificium, bonum eſt .Si verò non poteſt fieri,oportet nos excogitare alias effluxiones. Duplex verò eſt ratio moliendi effluxus: quandoque quidem te incidente totam concauitatem:quãdoque autem ea ſolùm in fundo aperta. Qualiter autem oportet ſingula horum efficere,locorum indicabit natura,& vlceris magnitudo.Nam ſi loca fallacem faciant diuiſionem,& vlcus fuerit magnum, melius eſt in fundo aperire. Si verò contrà melius eſt incidere, & ligare, vt eſt dictum. Brunus autem in tali ex aduerſo apertione,tuellos ſiue tentas ex vtraque parte imponit.Ego autem cum cetone ſpatium penetro:quia melius mundificat totum pertranſiens ſpatium, & minorem infert dolorem. & pono ipſum cum intromiſſorio facto in modum acus.Aut ligneam impono, & ſuper eam haſtulam ſecuriùs inciſionem facio: & deinde aliquod mundificatiuum, & ſtupam ſuperpono,& bis in die muto. *Cap. vlt.*

### *De vulnere concauo,cum deperditione carnis.*

*In cura* vulneris huius (ſecundum Galen.tertio techni) duplicem oportet habere intentionem (quia & diſpoſitio duplex: continuitatis quidem ſolutio,vlcus ſiue vulnus & deperditio ſubſtantiæ,cauitas) vnã in vnitione, alteram verò in deperditæ ſubſtantiæ generatione. Et oportet primò curare cauitatem, deinde vnire,aggredi: quia ipſarum rerum indicat natura, non poſſe vulnus ſanari, niſi primò cauitas repleatur. Omnis enim cauitas præter naturam,indicat repletionem: quare & quæ in carnoſa accidit particula.Hæc autẽ repletio,terminus inuentionis remediorum eſt,& indicatio omnibus idiotis exiſtit nota.Inuenire autẽ quæ replebũt,artificis eſt:& ratione indiget multa, & multis particularibus indicationibns, & methodo rationali exacta.Cæterùm particulares indicationes ex quibus inueniũtur quæ replebunt cauitatem vulneris, ſunt quatuor: prima ſumitur à ſubſtantia vulneris:ſecunda à natura corporis,& particularum: tertia à coniugatis: ſed quarta ab indicationum contrarietate. Talis enim fuit ordo Gal.in tertio therapeu. Subſtantiæ autem vulneris, indicatio ſecum inuehit differentiarum propriarum indicationes: de quibus tractatur in fine. Prima intentio ſeu indicatio ſumitur, ex eo quòd in generatione carnis *Cap.8. & 9.*

quæ fit ex ſanguinis coagulatione ſecundum materiam, à natura verò vt effectrice, ſemper occurrunt duæ ſuperfluitates: vna craſſa, altera tenuis: ſi volumus eas extirpare, tanquam res præter naturam, per contrarietatem, nullum erit tempus in quo non indigeamus vtriuſque pharmaci exiccantis humiditatem videlicet, & mundificantis ſordem, non ſimpliciter, ſed moderatè ad primum gradum (vehementius enim appoſitum conſumeret, & nõ coagularet materiã carnis) velut ſunt thus, & ordeacea farina, & farina fabarum, & orobi, iris, & ariſtolochia cadmia, & panax, & terra ſigillata. Omnia enim talia inter ſe differunt pro ratione maioris & minoris. Ariſtolochia enim & panax magis exiccãt aliis, & calidiora ſunt natura. Ordeacea, & fabarum farina, minus multò exiccant, & minoris caliditatis participant. Thus autem calidum eſt moderatè, minus tamen aliis exiccat. Orobi verò farina, & iris, in medio iſtorum, & ariſtolochiæ & panacis ſunt. Secunda intentio ſumitur ex eo ꝙ, quia corpora & eorũ particulæ, hæc quidẽ frigidiora ſunt, illa calidiora, hæc ſicciora, alia humidiora: ſecundũ naturam oportet ea ſeruare, ſicut quod eſt præter naturã abiicere. Si ergo ſimile ſeruat ſuum ſimile, ſicuti contrarium corrumpit ſuum contrarium: calidiora ſecundum naturam calidioribus indigent auxiliis, frigidiora, frigidioribus, &c. Carnem enim quæ producitur, ſimilem oportet eſſe ei quæ præfuit. Siccior igitur ſi fuit prior, ſicciorẽ oportet generari nouam quare oportet amplius eam ſiccari: in humidiore verò, econtra. Et propter hoc, thus in humidioribus naturis deſiccat, & carnem generat: in ſiccioribus humectat, & ſuppurat. Tertia verò intentio ſumitur ab annexis, vt primò à complexione in naturali. Si enim (inquit Gal.) vel prius forte fortuna, vel ipſo tempore vulnerationis, vulnerati caro ſit effecta iuſtò calidior, vel frigidior: decebit pharmacum non ſolum moderatè ſiccare, ſed & calefacere, & refrigerare intantum, inquantum & ſubiecta caro receſſit ab eo quod eſt ſecundum naturam: vt dictum eſt ſupra. Quod ſi hæc ita ſe habẽt, ſimul aſpicere oportebit conſequenter nos aeris craſim. Oportet enim pharmacum opponi immoderationib. eius. Et propterea Hippocra. frigidioribus quidẽ vtitur in calidis horis, calidiorib⁹ verò in frigidis, ſeruando ſemper naturã. Quarta intẽtio ſumitur à cõtrariis indicationib. nõ quę fiũt in diuerſis tẽporib⁹ (de quib⁹ dictũ fuit in quodã notabili de indicationib⁹ ſupra, in capitulo executionis primi tractatus) ſed his quę fiũt eodẽ tẽpore: vt quãdo craſis laborãtis eſt humidior iuſtò, particula verò ſiccior, vulnus humidius, annexa ſicciora: iudicabis pharmacũ quod deſiccet in ſecũdo & tertio gradu: ſi autem fuerit econuerſo, quod deſiccet ſolum in primo gradu. Et hoc eſt, quia in prima hypotheſi multum, in ſecunda parum diſtat ægritudo à diſpoſitione membri, vt dicit Aui. Vniuerſa autem iſta, inquit Gale. tertio therapeutices, per coniecturam ſumuntur. vnde quod optimè de pharmacis coniecturã facere põt, qui in ratiociniis exercitatus, fuerit de complexionibus & pharmacis, manifeſtum eſt. Vides igitur apertè, quot eget conſiderationib. vir qui debet recta methodũ vlcus ſanare. Quia.n. inuenta

*Li.3. therap. cap.8.*

*Lib.3. meth od.c.9.*

*Li.1. fen. 4. tr.5. ca.28.*

*Cap.9.*

uenta eſt humiditas ineſſe paſſioni,ſiccans indicauit pharmacum.Sed quoniam illorum hæc quidem magis ſiccantia ſunt, alia autem minus, atq; hęc calefactiua,illa verò refrigerãtia:ex vlcerum differentia,id quod vtile ſumptũ eſt,& ex laborãtis natura,& eorũ annexis. Non faciebat ita Theſſalus, nec etiã multi qui hodie Theſſala imitantur, credentes vnã curã eſſe omniũ hominũ: inſtar malorũ ſutorũ,qui iuxta prouerbium,vna formã calcei omnes calceant,vt ait Gal.nono therapeutices capitulo decimoſexto, & quinto cuſtodiæ ſanitatis capitulo vndecimo. Communis verò praxis in talibus vulneribus ſic habet: Reſtricto ſanguine, & loco ab inflammatione & dolore vindicato, lauatur vulnus vino calido: deinde ipſo exiccato, ponitur puluis,aut vnguentum carnis regeneratiuũ:Poſt verò ell, chnia,aut linamenta carpta, & emplaſtrum aliquod aut vnguentum carnis regeneratiuum:de quibus in antidotario dicetur copioſè. Deſuper ponuntur ſtupæ ſiccæ,aut vino madefactæ:& ligatur ligatura medicamina tenẽte:& hæc mutantur bis in æſtate, & ſemel in hyeme.

### *De vulnere cum deperditione cutis.*

De hoc in tertio techni,ſic ait Gal. Quando repletum fuerit quod erat cauum,& æquale vlcus exiſtit,alteram intentionem offerri accidit. Media enim noua carne ſtante inter labia vlceris, vniri quidem ea eſt impoſſibile:intentionem ergo curationis aliam inuenire oportet, & hoc eſt operire cute,ſi eſſet poſſibile. Sed cùm generatio cutis ſit impoſſibilis, propter eius duritiem,aliquid ſimile cuti,caro calloſa,videlicet faciendum.Erit autem huiuſmodi caro ſiccata. Siccantibus igitur, & ſtypticis ſine mordicatione pharmacis erit opus ad cicatricem inducendam:non ſimpliciter, ſed in exceſſu ad terrium gradum. Sunt igitur in vulnerum curatione neceſſarij tres gradus ſiccantium:ſcilicet,Regenerantium carnem: quorum ſiccitas vt dictum eſt,ad primum pertingit gradum.Incarnantium,quorum ſiccitas vt dictum eſt pertringit ad ſecundum & tertium. Cicatricem inducẽtium,quæ ſuperant reliqua:eo quod non tantum habent deſiccare accidentalem humiditatem quæ influit, ſed & naturalẽ, vt caro fiat calloſa in modum cutis.Et hoc quidẽ fit per ſe à ſtypticis,quæ vt plurimum frigida ſunt & ſicca:velut ſunt galla viridis,cortices mali granati,fructus ſpinæ ægiptiacæ,&ſimilia quæ dicentur infra.Per accidens verò fit à calidis conſumptiuis,vt ſunt chalcytis,alumen,æs vſtum,ſcoria æris,vitriolum,& ſimilia: nõ quocunque modo,ſed aduſta &lauata,& in tenuiſ.pollinẽ redacta,in parua quantitate,& non in magna. *Cap 91.*

### *De cicatricibus reparandis.*

*Cicatrices turpes* reparantur,vt dicit Rhaſis,tenues quidem admoto diachylon,aut lithargyro nutrita: craſſæ verò & antiquæ oleo balſamite. Aut totum ſuperfluum cultro raſorio incidatur,vel cauterio amoueatur:& poſtea admota pinguedine gallinæ,aut anatis,& maſtiche curetur. *Li.5.alm. cap.23.*

### *De vulnere in quo eſt caro ſuperflua.*

*Cap.6.*

*De hoc* dicit Gal.tertio therap.quod magnitudo præter naturam,indicat ſuperabundantiæ ablationem. A pharmacis autem fit hoc ſolùm, & non à natura: è diuerſo aglutinationis & carnis generationis. Hæc.n.naturæ & pharmacorum ſunt opera.illa autem, ſolorum pharmacorum ſiccantium vehementer:velut ſunt omnia genera atramentorum, calcanthum,vitriolum, ſpongia,radix aſphodelorum,hermodactylorum, ſtupæ minutim inciſę,alumen, vnguentum viride,&c.

### *De vulnere contuſo,& ab aere alterato,dolorifico, & phlegmonoſo.*

*In omnibus* iſtis ſupponitur regimen cõmune phlebotomiæ, & purgationis, atque diætę: quia omnia iſta trahunt materiam ad locum (etiam ſi corpus non ſit plenum)& pręparant ipſum ad vlcera maligna.

Curatio eorum localis eſt,abſtinere ab agglutinantib.& exiccatiuis. Et admouere circumcirca,& non ſupra locum, prohibentia fluxum: vt oleum roſ.aut myrtillorum,vel vnguentum factum ex bolo, oleo, & aceto. Supra verò locũ olea apponãtur lenitiua, mollificatiua,& maturatiua.Nã ſecundum Gal.hoc fuit pręceptum Hippocr.In vulneribus, ſi caro aliqua telo tum contuſa tum cęſa fuerit, huic ita medendum eſt, vt quam celerrimè ſuppuret.nã & minus phlegmone vrgebitur: & neceſſe eſt carnes quę contuſę cęſéque ſint, putrefactas & in pus verſas liquari, poſtea nouã carnem naſci. Ex quibus duas habemus intentiones in huiuſmodi vulneribus. Prima completur calidis & humidis maturantibus: qualia ſunt maluæ coctæ, & radices maluauiſci,& triapharmacum,panis triticeus,& reliqua dicta ſupra in apoſtematibus,& infrà in antidotario dicendis:necnon mundificantibus ex farina, aqua, oleo & melle: aut mundificatiuo ex apio, aut aliis in antidotario dicendis.Et in omnibus iſtis conceditur turunda,.& ea intingatur melle roſa.aut vnguento apoſtolorum: & ſupra vnguentum, aut emplaſtrum detergens, ponatur ſtupa ſicca, & ligetur ligatura retinente medicamina vſque ad perfectam mundificationem. Deinde ſequitur ſecunda intentio: nempe vt regeneretur caro, minuendo & dimittendo turundam,& incarnetur & conſolidetur.Si verò caro eſſet multum dilacerata, & ſutura eſſet vtilis, ſutura laxa retinente labia ſuatur. Si etiam vulnus eſſet alteratum,(niſi habeat aliam repugnantem diſpoſitionem)ſcalpello remouendo eius labia renouentur, & ſuantur.

*Lib.4. therap. cap.5.*

*Do.1.c.5. de maturat. Ibid.de mundif.*

*Porrò quia contuſio* in carne,ſine vulnere exteriori notabili,quæ dicitur à Gal.in quarto therap.ecchymoſis,& ab Auic.in primo canonis, fen.quarta,alfac)eſt quædam ſpecies vulneris &ſolutionis cõtinuitatis,idcirco gratia coniunctionis cum dicto vulnere, dicetur nonnihil de ipſa. Eſt autem contuſio, ſeparatio & dilaceratio facta profundè in carne muſculoſa, à re contundente: ad quam ſępiſſimè ſequitur dolor, & effunditur ſanguis plurimus: quare aliquando apoſtema gignit, vtplurimum tamen reſoluitur: & pa-

*De Contuſione. Cap. vlt. Cap.28.*

& parit veſtigia, & liuores, & quandóque excoriationes. Iudicatur magna concuſſio eſſe periculoſa, & ſuſpecta de corruptione membri, & per conſequens corporis. Iudicatur etiam, quòd cutis ſeparata pendens, raró agglutinatur: quare melius eſt vt incidatur, & exiccetur medicinis: aut dimittatur ſine ligatura: quia aër adiuuat eius inſtaurationem, vt dicit Auicenna.

In curatione contuſionis multæ ſunt intentiones, vt ponit Gal. loco præcitato. Semper enim (vt dicit) multitudini diſpoſitionum, primę intentiones curationum ſunt æquales numero. Prima autem intentio eſt, vt materia fluens euacuando deriuetur. quare dicit Auic. quòd non eſt excuſatio à phlebotomia: imò opifices artis properãt ad illud, quamuis corpus ſit mũdum. Secũda, vt dolor ſedetur, & locus prohibeatur frigidis & ſtypticis domeſticis. Ad quam intentionem Rhaſis & Lãfrancus admittunt inunctionẽ cum oleo roſa. & ſparſionem deſuper puluetis myrtillorum, cum mediocri ligatura: Vſus tamen communis in principio ponit albumina ouorum, cum oleo roſato. Tertia, vt poſt principium reſoluamus, ſi poſſibile eſt: vt quando materia eſt tenuis, aut ſuperficialis, aliquo ex reſolutiuis dicendis: aut ſi non eſt poſſibile, extrahatur ſcalpellis. Et ſi adhuc non eſt poſſibile, regatur regimine ſuperius dicto exiturarum ſeu abſceſſuum. Reſolutiuum domeſticum fit primum ex vino, melle, & ſale. Secundum fit ex farina hordei, & calamento, & vino. Tertium fit ex cera, & cymino. Quartum fit ex floribus chamæmeli, meliloti, & ſtœchados, cymino, coctis in vino. Quintũ ex maluis, furfure, abſinthio, & cymino, aut anetho, in vino. Sextum fit ex farina hordei, fœnugræci, croco, & modico auripigmenti, incoctis aqua calamenti, &c. Et ad hoc faciunt potiones inſtrinſecus iuuantes, ad diſſipandũ & reſoluendum ſanguinem mortuum: vt ſunt quæ recipiunt bdellium, coſtum, centauriam, cum ſyrupo acetoſo: & alia quæ dicentur infra de caſu & offenſione, ad quod capitulum pro iſtis eſt recurrendum. Quomodo autem curantur liuores, & alia accidentia quę contuſiones ſequuntur, dicetur in ſuis locis.

*Lib. 4. fen. 4. tr. 2. c. 9.* *Lib. 4. the. cap. vlt.* *Lib. 4. fen. 4. tr. 2. c. 3.* *Tr. 1 doct. 3 cap. 5.* *Tr. 6. doc. 1. cap. 5.* *Tr. 6. doc. 2. cap. 2. part. 1. ad ſang. mort.*

*De Vulnere ex morſu & venenato.*

*De huiuſmodi* vulneribus ſuccinctè diſcurro, quia rariſſimè accidunt: Et quando accidunt, plebeij abſque chirurgo ex aliis, cępis & oleo ſuas faciũt medicinas. Si tamen exquiſite volueris iſtã materiã intelligere videatur, Aui. Raſ. Rab Moyſes, & Hen. qui plenè de omni veneno tractauerũt. phyſicũ enim magis eſt quã chirurgicũ, niſi quãtũ ad vulnera. Morſus & pũctura eſt duplex: quidã eſt nõ venenoſus, quidã venenoſus. Nõ venenoſus eſt, (vel quaſi) morſus hominis, canis, porci, equi, pulicũ, muſcarũ & id genus. Venenoſus eſt, vt canis rabidi, lacerti, ſerpẽtis, ſcorpionis, apũ & ſimiliũ. Porrò eorum curationes in aliquibus cõueniunt, in aliis differunt. Cõueniunt quidẽ in eo quod non admittũt deſiccãtia, neque repellẽtia: imò attrahẽtia, mollificãtia, & mundificãtia, & poſtea carnẽ generãtia. Differunt autem in hoc, quòd non venenoſis ſufficiunt domeſtica attrahentia, & maturantia: qualia ſunt cępæ, alia ſylueſtria & domeſtica, cocta & tuſa, & cũ fermento

*Li. 4. fen. 6. tr. 3 4. & 5.* *Lib. 35. cõtin. & lib. 8. almaz.*

oleo & ſale mixta.Si autē morſus & punctura fuerint venenoſa ( quod cognoſces ex dolore,& mordicatione,& mutatione coloris vulneris,& anxietate ardore, & ſtupore quam ſentit in corpore,) potes iudicare periculoſam eſſe:quia venenum ſuapte natura ſemper petit cordis deſtructionem. Adhæc tutus non eſt morſus à cane rabido:quoniam licet à principio non ſentiat eius veſtigium,ſecundum Gordonium,poſt menſem, annum, imò poſt ſeptem annos illud poteſt apparere,& propterea hydrophobus poſtquam abhorret aquam,nunquam curatur.

*Part.1.ca. 17.*

*Curationem* omnium morſuum venenoſorum ponit Gal.tertiodecimo therap.his verbis.Cum à fera pungente vel mordente, dolorem fieri contigerit,duplex ſedationis doloris intentio eſt,vacuare & extrahere venenū, & alterare quod dolorem efficit. Euacuant autem omnia quæ calefaciunt, & quæ ſine calefactione attrahunt vehementer:quemadmodum cucurbitulæ,& cornua quibus aliqui vtuntur:quidam autem ipſo ore ſugendo proprijs labijs extrahunt venenum.Conuenit etiam prædictæ intentioni cauterium,& quæcunque pharmaca ſimiliter cauteriis eſcharam efficiunt.Cæterum omnia hæc euacuant ſubſtantiam totam eius quod moleſtat. Aliud autem genus auxiliorum,alterantium qualitatem per contraria , inuenitur. Ex quibus habemus duas intentiones,extrahere venenum, & ſanare particulam.Ad primam laudatur iſtud emplaſtrum. Reci.galbani, ſagapeni, opopanacis,aſſæ fœtidæ,myrrhæ, piperis, ſulphuris, ana vnc.ß.calamenthi, mētaſtri,ana vnc.j.ſtercoris colūbini,& anatis, ana vnc.ij.diſſoluantur gūmi ex vino:& miſceantur omnia cum melle,& oleo antiquo:& fiat emplaſtrum.Nonnulli verò ad ſugēdum podicem gallinæ aut aliarum auium deplumem applicant:& ſi moriuntur,habent id pro ſigno,quòd venenum eſt extractum.Ad ſecundam,in vtraque laudatur iſtud:Reci.ceræ,picis nigræ, reſinæ,axungiæ veruecis,olei antiqui, ana quart.j.galbani,vnc.j.fiat vnguētum:& eſt magiſtri Dini.

*Cap.6.*

## CAPITVLVM TERTIVM.

### *De vulnere & fluxu ſanguinis venarum & arteriarum.*

QVoniam de vulneribus quæ in carnoſis particulis fiunt, plurimus ſermo habitus eſt,iam tempus eſt dicamus de iis quæ in arteria, & vena fiunt , ſequentes doctrinam Galeni quinto therapeutices,in hæc verba : Si quidem aliqui arteria aut vena magna vulneretur,hæmorrhagia grauis aduenit confeſtim.Itaque dicendum eſt de vtroque ſeorſim:prius quidem de hęmorrhagia (quia magis infeſtat,& priore indiget curatione)ſecundo verò de vulnere,quod conſequenter eſt curandum. Effunditur autem (ſecundum eundem Gal.vbi ſuprà) ſanguis,ex vena aut arteria , tunica eorum diuiſa, vel reſeratis orificiis & apertis vaſis,vel (vt ſi quis dicat) exudans. Et quia in duabus vltimis vocātur domini phyſici,agetur hîc de prima ſanguinis effuſione quæ conſequitur vulnus,quæ ad chirurgos magis pertinere videtur.

*Cap.2. & ſeq.*

videtur. Porrò fluit ſanguis aliquãdo ex arteria, aliquãdo ex vena: Et quãdoque ex vna, quãdoque ex pluribus: & quãdoque ex craſſis, quãdoque ex paruis. Amplius, quãdoq; eſt ſanguinis fluxus ex vulnere, in quo nõ eſt deperditio ſubſtantię, quandoque eſt ex eo in quo ſubſtantia eſt deperdita. Prę terea quandoque eſt cum eroſione, quandoque eſt abſque ipſa. Item quandoque eſt actu, quandoque eſt futurus: quandoque cauſa illius apparens eſt, vt eroſio vel ſagitta pręſens, & non extracta è vulnere. Iſtæ ſunt differentiæ principales, à quibus ſumuntur indicationes curatiuæ.

*Cauſæ fluxus* ſanguinis ſunt cauſæ vulnerantes, & comprimentes, atque erodentes, vulnerantes ſunt res acutę, & incidentes : vt ſagitta, vel gladius. Comprimentes ſeu contundentes ſunt res durę & graues: vt lapides & clauæ. Erodentes ſunt humores acres, vt cholera & melancholia aduſtæ. Ex quibus apparet, quod non poteſt vulnerari vena nec arteria quin vulnerentur caro & cutis: quare reſtricto ſanguine, oportet ad generationem carnis ab ipſis ſumere indicationem, vt dicetur.

*Signum venæ* & arteriæ inciſæ eſt, fluxus ſanguinis: verum quando exit cũ ſaltu, & impetu & pulſu, & eſt tenuis ac rubicundus, ſignificatur exire ab arteria. Si autem effluit quietè, & eſt craſſus, declinans ad quandam nigredinem purpureã, ſignificatur quod exit à vena. Iudicatur ab omnibus, quod omnis hæmorrhagia & periculoſa: quia ſi non reſtringitur, ducit ad mortem. Sanguis enim theſaurus eſt vitæ. Adhęc, ſyncope, ſpaſmus, delirium, atque ſingultus in hęmorrhagiis, mala ſunt, vt dicit Auic. Magiſter Arnaldus *Li. 4. fen. 4 tr. 2. ca. 16.* dicit hoc mirabile, quod arteriæ ſecundum latitudinem ſectio promptius conſolidatur, quàm apertura ſecundum longitudinem.

*In curatione* hęmorrhagię Gal. pręſcribit duas intentiones & Aui. addit *Do. 5. reg. vni. c. 15. aph. 6.* tertiam, vt ex omnibus trimembris fiat diuiſio, nempe cauſę reſtringentes ſang. quędam ſunt auertentes, quędam infręnantes, quędam verò locales: *Lib. 5. therap. cap. 3. Cap. 17. loci præcit.* & ſubdiuiduntur, etenim auertentes (quæ magis proprię ſunt fluxui venarum, quàm arteriarum,) quędam ſunt ſine euacuatione : vt illæ quę fiunt ad motis cucurbitulis ſiccis ignitis, & fricationibus, & ligaturis, incipiendo à propinquiori parte & veniendo ad remotam. Quædam verò ſunt cum euacuatione: vt quæ fiunt phlebotomiâ anguſtiore partis oppoſitę, ad locum remotum, ſecundum lineam rectam vnius diametri: vt à dextra manu ad ſiniſtram, & contra: necnon à latere dextro capitis ad pedem dextrum, non ad ſiniſtrum: Et à ſiniſtro latere ad ſiniſtrum pedem. Etenim (inquit Gal.) hęc Hippoc. ſunt inuenta, cõmunia omnis immoderatę euacuationis remedia. Deriuare inquam ad loca propinqua reuellere: autem ad oppoſita. Cauſę verò infręnantes, quędam ſunt incraſſantes, vt lentes, oryza, iuiubę, cy- *Lib. 5 therap. cap. 3.* donia, & omnes fructus ſtyptici qui in fluxibus conſueuerunt adminiſtrari. Quædam ſunt ſtupefacientes, vt aqua frigida potata, & proiecta circumcirca vnde profluit ſanguis: & non ſupra vulnus ipſum. quinto aphoriſmorum: & omnes res excellenter frigidæ, & aduentus ſyncopis, *Aph. 23.*

à quo propter retractionem ſanguinis refrigeratur totum corpus, & re-
*Loco ipra.* ſtringitur ſanguis. Cauſæ verò locales, ſeu modi locales reſtringendi fluxum ſanguinis, licet ab Auic. octo ponantur, ego tamen eos reduco (quantum præſens attinet ad quinque. Quorum primus eſt per ſuturam. Secundus per ellychnia. Tertius per totius venæ inciſionem. Quartus per ligaturam venæ. Quintus per aduſtionem. Primus modus qui fit per ſuturam, conueniens vulneribus in quibus non eſt deperditio ſubſtantiæ, ſic completur: Repurgato bene vulnere à thrombis (ſi qui ſint) vniantur manibus labia vulneris: & ſuantur ſutura communi, aut pellionum, quando fluxus eſt impetuoſus. Et ſuendo accipiatur ſatis profundè de carne. Deinde ſupponatur puluis cōſtrictiuus, & refrigerans, & ſtupæ maceratæ in medicamine facto ex albumine oui, & puluere illo aſtringēte, de quo fiet ſermo infrà. Poſtea ligetur, & collocetur decenter. Quod autem iſte modus
*Cap.3.* ſit vtilis, patet: quia per ipſum congregantur in idem labia diſtantia, & re-
*Fen.4.tr.* frigeratur locus, & aſtringitur, & vt volebat Gal 5. therap. & Auic. in 4.
*2. c. 17.* Multoties (inquit) eſt neceſſariū vt cōſuas fiſſuram carnis, &c. Et Theod. & Henric. hoc conſentiunt. Tametſi multi dicūt, quòd Gal. non præcipit ſuere venas, neque inteſtina: quia tanquā dura & exanguia non poſſunt conſolidari. Verùm (pace eorum dixerim) Gal. non inhibuit, ſed ſi tacuit, affirmauit. imò certè textus hoc innuere videtur. Non enim poſſumus (inquit) ſuere arteriæ vel venæ plagam: ſicut vtique dicent, qui nullā ex vulneratorum membrorum ſubſtantia, & natura indicationem ſumi dicunt. Sed tamen (ſupple, per regulam oppoſitorum) nos qui ſumemus indicationē ab illis, ſuemus eas. Quod ſi nō eas ſeparatim ſuemus, coniunctim ſaltem cum carne inſtar peritonæi: & ſi nō cōſolidantur, iuxta primā intentionem, conſolidabūtur iuxta ſecundā, vt ſuperius fuit dictum in ſermone communi. Secundus modus qui per ellychnia, qui eſt conueniens vulneribus in quibus eſt ſubſtantiæ deperditio ita cōpletur: locus reſpergitur puluere cōſtrictiuo: & impletur decēter ellychniis & ſtupis imbutis medicamine, & ligatur & collocatur, vt dictū eſt. Quod autem iſte modus ſit vtilis, teſtatur Gal. in "
præallegato loco, inquiēs: Obſtruetur autē orificium thrōbo: & ab eis quæ "
extrorſum apponūtur, vt ſunt vocata ellychnia, & pharmacorū quęcunque "
emplaſtica ſunt. Tertius modus, qui fit truncādo venam, magis eſt conue-
*Lib.5. th.* niens venis quæ in profundo carnis ſunt. Et cōpletur ſecundum Gal. abſcin
*cap.3.* dendo totā venam. Retrahitur enim ita ex vtraque parte pars vtraque, & occultatur, & tegitur à ſuperiacentibus carne & cute. Et deſuper ponātur pulueres, & ſtupæ cum medicaminibus ſuperligentur, & collocetur particula.
*Lib. 4.* Quartus modus qui fit per ligaturā, eſt magis cōueniēs arteriis quæ in pro
*fe.4.tr.2.* fundo ſunt. Et fit hoc modo ſecundū Auic. Excorietur arteria, & vnco tra-
*cap.17.* hatur, & filo ſerico inuoluatur, & ligetur fortiter: deinde medicamē incarnatiuū apponatur, & ligetur, & ſitu appoſito collocetur. Vnde Gal. Tuti⁹ ve "
*Lib.5.th.* rò facies, laqueū q̄dē radici vaſis circūponēs. radicē autē vaſis vocat priorē "
*cap.3.* ei⁹ partē quę hepati copulatur, vel cordi. Hoc in collo q̄dē eſt qđ inferius: "

» in manibus verò & cruribus, quod ſuperius. His peractis, carne implenda » eſt citiſſimè plaga, antequam decidat à vaſe laqueus, niſi enim anticipauerit » ſupergenita caro conſtringere regionem quæ eſt in circuitu arterię ab- » ſciſſæ, fiet aneuriſma. Quintus modus qui fit per aduſtionẽ, magis eſt conueniens venis apertis ab eroſione: & completur ferro candente, aut medicina aduſtiua, quæ cum caliditate habeat ſtypticam: velut chalcanthum, & vitriolum, vſta, & non vſta: non tamen ex calce: quia non habet ſtypticam qualitatem. excidunt igitur citius huius eſcharæ: inhærent verò corporibus amplius quæ ex adſtringentib. & ſtant vt cooperculum, quoſque vena fuerit agglutinata. Non enim accelerandus eſt caſus eſcharæ, quum multoties hæmorrhagia ſecuta ſit in eſchararum excidentiis, quę vix cohiberi po- » tuit. Et propter hoc dicit Auicen. præceptum eſſe vt fiat cauterium cum i- » gne, cum ferro vehementer ignito, profundè, ita vt facias eſcharas craſſas » & profundas, quarum caſus non ſit facilis. Propterea inter medicinas cau- » ſticas laudat Theodoricus ( & bene ) arſenicum ſublimatum: quia protinus omnem fluxum reſtringit, & profundam & durabilem facit eſcharam. Eſt autem alter modus ſpecialis reſtringendi fluxum, qui licet actu non ſit, paratus eſt fieri, vt quando extrahitur infixum quod iam exiſtit in loco. Sic autem fit: Præparantur puluilli ſeu ſtupæ rotundæ tres vel quatuor, perforatæ in medio, imbutæ medicamẽto & intromittendo ſtipitem ſagittæ per foramen ſtuparum, comprimantur hæ à miniſtro ſupra vulnus circa ſtipitem: & tunc magiſter extrahat ſagittam, & ipſa extracta vniantur & cõprimantur plumaceoli ſupra vulnus, & alij non perforati applicentur.

Iſti ſunt modi cohibendi ſanguinem à venis & arteriis vulneratis, qui vt arte fiant requirunt aliqua documenta. Primum eſt Gal. lib. quinto therap. vt in omni fluxu confeſtim apponatur digitus ſuper os vulneris venæ innitens ſuauiter, & præmens ſine dolore. ſimul enim detinebis ſanguinem & thrombum ſupercoagulabis plagæ autem thrombus, & coagulatio ſunt de reſtringentibus, vt dictum eſt. Secundum eſt, quod in omni fluxu poſt appoſitionem pulueris reſtrictiui, applicentur tres aut plures puluilli ex ſtupis, macerati primum aceto & aqua, expreſsíque: deinde medicamento il- » liniti, & ſuperligentur. Tertium eſt eiuſdem Galen. de ligatura. Ligetur (in- » quit) faſcia ex panno linteo: primos quidem amplexus quater vel quin- » quies ſtringendo ad ipſum vnde ſanguis fuit vulnus: poſtea ſine inde pau- » latim laxando. ita enim repellitur materia, & conſtringitur vena, vt dicit » Auicen. Quartum, vt membrum conuenienti ſitu collocetur. Vnde Galen. » Præter iam dicta vniuerſa, hæmorrhagiæ eſt auxilium apta figura vulnera- » tæ particulæ. Apta verò fit, duab. habitis intentionib. ſcilicet vt pars careat » dolore, & ſurſum ſpectet. Si enim deorſum ſpectet, vel dolore tentetur, hę- » morrhagia mouebitur, & phlegmones augebitur. Quintum etiam eſt Gal. ne ante tres aut quatuor dies ſoluatur ligatura: & quãdo mutabitur, eleuentur cautè faſciæ & ſtupæ: & ſi eſt neceſſe, imbuantur per aliquot horas primo medicamine, aut albumine oui, cum oleo agitatis: aut madefiant vino

*Cap. 3.* 2 3 *Li. 5. ther. cap. 4.* 4 *Li. 4. fen. 4. tr. 2. cap. 17.* 5 *therap. 3* 5 *5. therap. 4.*

craſſo.Sextũ documentũ eſt, vt claudatur oculi patientis, aut ille ſit in loco obſcuro, vt non poſſit videre ſanguinem ſuum, neque inſpicere res rubras: imò ſemper dicatur illi, quod amplius non fluit ſanguis, & ſi fluit, quod eſt ad vtilitatem ipſius: & ita roboratur virtus naturalis contraria imaginatione. Hinc dicebat Auic. quod grauiſſimum accidentium animalium mouentium imaginationem eſt motus ſanguinis, & conſecutio eius qui paratus eſt ad eum, cùm quis multum intentus fuerit ad conſiderandum res rubras. Vltimò dicendum eſt de medicinis conſtrictiuis, quarum prima eſt Gal. quinto therapeu. & ſic habet: Recipe thuris, partem vnam: aloes partem mediam: miſceantur redacta in puluerem: & albumine oui ſubigantur tanta copia, vt melleam ſubſtantiam habeat: medicamentum: quod deinde excipiatur leporis pilis molliſſimis, & tum vaſi ſeu venæ, tum vlceri imponatur. Et ſequitur: hoc pharmaco multifariam vtor. aliquando quidē, vt dictum eſt, miſcens aloe duplum thuris, in mollibus corporibus, aliquando vtens ambobus æqualiter, in duris. Secunda medicina accipitur ex dictis Auic. & eſt totius communitatis. Recipe boli arm. ſanguinis drac. thuris aloes ſuccotrini, ana partes æquales. fiat puluis: & vt dictum eſt apponatur. Tertia eſt Bruni, & eam accipit ex libro diuiſionum Rhaſis, & ab Albuc. quantum ad calcem: ipſa enim ſola ſiſtit ſanguinem, vt dicit. Recipe calcis viuæ, ſanguinis draconis, gypſi, aloes, thuris, vitrioli, ana partes æquales. terantur in puluerem: & cum albumine oui, & tela araneæ in vnum miſcentur & ſuperponuntur. Halyab. autem multum commendat gallam combuſtam, in vino vel aceto proiectam, tritámque, & ſuper arteriã applicatam. Rogerius in iſtis pulueribus conſolidam addit.

*Lib. 1. fe. 2. doct. 2. cap. 14.*

*Lib. 4. f. 4. tra. 2. c. 17. & 18.*

*L. 1. c. 12.*

*Lib. 1 c. 139.*

*Reſtrictio* ſanguine, ad curam vulneris eundum eſt, vt ſuperius fuit dictum. Et licet ſecundum Gal. curatu difficilior ſit arteria quàm vena (& ſupple vena quàm caro) non tamen diuerſus eſt multum vſus pharmacorum in vtraque. Sed eſt idem ſpecie, ratione maioris & minoris differens. Tantò enim indiget ſiccioribus pharmacis arteria quàm vena, & ſupple, vena quàm caro quãtò ipſa eſt ſuaptè natura ſiccioris temperamenti. Si nulla ergo eſt ſubſtantiæ deperditio, tentare oportet vulnus agglutinare ſanguinolentis ſeu conſolidatiuis vocatis pharmacis. Si verò fuerit ſubſtantię deperditio facta per vulnus vel à caſu eſcharę in cauteriis, vel quãdo laqueo vas fuit ligatum, vtemur omninò pharmacis, quibus vti methodus nos docuit in cauis vlceribus.

## CAPITVLVM QVARTVM
### *De vulneribus neruorum, chordarum, & ligamentorum.*

*Fen. 4. tr. 4. c. 1.*

VVlnera neruoſarum particularum, ſecundum Auic. libro quarto, quãdoque ſunt puncturæ, quandoque ſciſſuræ, quandoque verò attritiones ſiue contuſiones. Et puncturarum, quædam ſunt cæcæ, quædam apertæ. Ex ſciſſuris autem quædam ſunt per longitudinem, quædam per tranſ-

uerſum,

uerſum. Et ex vtriſque earum, quædam ſunt abſque deperditione ſubſtantiæ carnoſæ, quædam cum deperditione tali vt neruus appareat denudatus. Et in omnibus his vulnerationibus quandoque eſt dolor & inflammatio, & occaſio ſpaſmi: quandoque verò non, ſed præteriit. atque ab his differentiis indicationes ſumuntur curatiuæ.

*Cauſæ omnium* iſtorum ſunt, omnia quæ apta nata ſunt perforare, incidere, & quaſſare, vt in ſermone communi fuit dictum. Ex ſuperioribus verò apparet, quòd non poteſt neruus vulnerari, quin caro & cutis vulnerentur, & aliquando etiam venæ: ex quibus contingit hæmorrhagia, & complicatio diſpoſitionum.

*Signum* vulnerationis neruorum, eſt dolor: & ad notitiam iuuat quod locus ſit neruoſus, læſio motus & ſenſus. Iudicat Gal. in 3. techni, quòd vulnera neruorum, & tendonum ſunt magna & dolorifica, propter ſenſum particulæ, & continuitatem cum cerebro: & per conſequens apoſtemoſa, & ſpaſmo atque delirio obnoxia, vt dicit Auic. In vulneribus neruorum ſi tumor appareat, & poſt diſpareat, hoc minatur ſpaſmum atque delirium, & ideo laxa bona, cruda verò mala, quinto aphoriſmorum. Præterea dicit Gal. libro ſexto therapeu. inciſio nerui ſecundum latitudinem non abſoluta, periculoſior eſt abſoluta, quia in illa nerui non diuiſi portant nocumentum ad cerebrum: diuiſi verò, non: licet à totali inciſione vtplurimum membri perdatur actio, vt de ſpaſmo ſuperius fuit dictum. Ad hæc meminiſſe oportet, quod frigidum magis eſt vulneribus neruorũ mordax, quàm carnis. Simillimam autem neruis (ſecundum Gal. lib. ſexto therap.) & tendonibus ſpeciem, cùm habeant ligamenta ſeu colligationes, curam eandem tolerant: differentem tantùm ſecundum magis & minus. ſicci oribus enim & fortioribus pharmacis indiget colligatio (præcipuè quæ ab oſſe oritur quàm neruus & tendo: quæ verò muſculis inſeritur, quantò minus periculo eſt opportuna tendone & neruo, tantò aliis colligationibus periculoſior, ſi non bene curetur.

*Cap.92.* *Li.4. fen. 4.tr.4. cap.1.* *Aph.67.* *Cap.3.* *Cap.4.*

*Cura igitur* vulnerum neruoſarum partium eaſdem intentiones habet, & quaſi eodem modo completur, quo & vulnera carnoſorum membrorum: hoc excepto quod accidens, nempe dolor, ita ſuperat intentiones communes, & vniuerſales, vt oportet ea quibus complentur, perſeuerante dolore ſic tẽperare vt taliter ſuccurratur dolori: vt nõ dẽtur obliuioni intentiones communes & vniuerſales ſuperius dictæ: quæ videlicet erant quatuor: Prima, remouere extranea, Secunda adducere adinuicem labia, Tertia in vnum conſeruare, Et quarta ſubſtantiam partis cuſtodire. Temperatur autem modus quo complentur pro differentiis iam dictas, à ſimpliciori, quæ eſt punctura incipiendo.

### *De punctura neruorum.*

*Cura puncturæ* nõ indiget vnitione, nec cuſtodia vnitorũ, ſed extractione infixorũ, ſi quæ ſint, & cuſtodia ſubſtãtiæ partis. Quomodo autẽ extrahũtur

infixa,iam ſuperius dictum eſt. Cuſtodia ſubſtantiæ (præter id quod mederi dolori eſt neceſſe & prohibere inflammationem, quæ poſſunt eſſe cauſa ſpaſmi, vt ſuperius dictum eſt) tres vel quatuor habet intentiones. Prima eſt, recta inſtitutio vitæ. Secunda, ſubtractio materiæ antecedentis, ne ratione doloris currat ad locum. Tertia eſt, præmunire corpus à nocumento ſpaſmi. Et iſtæ tres intentiones ſunt communes omnibus vulneribus neruorum. Sed quarta(quę propria puncturę eſt(ſedando dolorem extrahere ſaniem æruginoſam à profundo puncturæ. De prima dicit Auic.quòd oportet regimen vulnerati in neruis,eſſe in extremo tenuiſs.iuxta formam dictam ſuperius de vulnerib.in ſermone cõmuni. Pręterea oportet ſtratum eius eſſe humidũ & molle,& vt in tranquillitate & quiete cõtineatur,vt dicit Gal. De ſecunda ait Gale.lib.ſexto, therap.quòd oportet abſque ſuperfluitatibus cuſtodire vniuerſum corpus,ídque phlebotomia partis oppoſitę,etiam ſi non fuerit corpus plethoricum (propter dolorem, vt ſuperius ſępe fuit allegatum) & pharmacia, ſi corpus fuerit cacochymum. De tertia fuit dictum ſuperius in ſpaſmo,vt quando ſuperuenit ipſis vulneribus muniatur caput, collum, & dorſum totum oleo liliorum, aut oleo communi calido, vt docet Gal.libro ſexto. Inflammationibus dicat Halyab.& Auicen.emplaſtrum ex mineralibus cum aceto, nõ pultes putrefacientes, neq; aquam calidam, quæ alias conſueuit iuuare phlegmonas: eo quod talia putrefaciunt, & deuaſtant neruos. & citatur illud ex tertio catageni: in noſtro tamen compendio id non reperias. Eius forma hęc eſt: Recipe calcadis drach.j. & quart.draganthi,drac.viij & *ß*. corticum thuris, vnc.j.& *ß*. bezardi,i.galbani,vnc.j.cerę.vnc.viij. olei tantundem: aceti fortis, lib.ij.& quart. Terantur medicinę ſiccę cum aceto quatuor diebus: & diſſoluantur ea quæ ſolui queunt, & macerentur: & miſceantur omnia in olla, & moueantur motu exquiſitiſſimo donec æquentur. Ego non aſſueui: eo vti, ſed illud Galen.& Auic.comprobaui bonum, quod fit ex farina hordei, & fabarum,& orobi,coctis in aqua cineris. Auic.autem decoctioni addit mel & acetum. De quarta (quæ eſt magis propria puncturæ) conſulit Gal.lib.ſexto non pauca pharmaca,quæ vulneri imponuntur ad effluxionem aperiendam ichoribus. Tutius tamen eſt adaperire cutim cultro raſorio, aut cum cauterio,& melius,vt dicit Henricus:& poſt exiccare, vt dixit Gal.lib.tertio techni,medicamine leptomero,(hoc eſt,tenuium partium)quod poſſit penetrare ad profundum perforati nerui. Tale eſt (vt ipſe eligit in ſexto, oleũ ſabinum, non roſa.nec myrtinum,vt multi: quia claudunt, & non reſoluũt.calidũ,non frigidũ. Nã vt dictũ eſt lib.quinto aphoriſmorũ,frigidũ inimicum eſt neruis. Ad hanc verò intentionẽ, etiã ab ipſomet.Gal.vbi ſupra eligitur,& ab Auic.confirmatur, terebinthina reſina per ſe quidẽ in infantibus,mulierib⁹,& aliis mollẽ carnẽ habẽtibus:in duris verò,cũ pauco euphorbio. Et ſequitur: Nos iã cõpoſuimus vnguentum ad hanc intentionem ex cera, reſina terebinthina, pice, & euphorbio: ceræ quidem immittentes partem j. terebinthinæ, & picis, vtriuſque partem mediam: euphor-

*Li.4.fen.4.tr.4 c.2* *Lib.6.therap.cap.3. Cap.2.* *6.therap.3 cap.4.loci præcit. Cap.9.* *6.therap.2. Li.4.Fen.4.tr.4. cap 4. Ibid. 6.therap.2. Cap 92.* *Aph.18. 6.therap.2. Cap.3.loci præcit.*

» euphorbij,partem ceræ duodecimam: & plus,ſi id volueris facere fortius. » Ita autem & propoli (id eſt fæce mellis) per ſe,& cũ euphorbio & ſagapeno & opoponace, vſus fui in durioribus corporibus, molliens ea oleo, & » rebinthina.Et ſulphur nõ ignem expertum, nec lapidoſum propter tenuitatem partium eius ſperauimus iuuaturum neruos vulneratos,tantum eius » oleo tenuium partium miſcentes, dum fiat glutinoſum: probatũ enim eſt » & iſtud experientia.Hoc etiam Auenzoar expertus eſt,vt dicit.De lota calce,quia magis propria eſt neruis denudatis, dicetur infrá. Suprà verò medicamina,puluillus ex ſuaui lana cum ligatura decente,ponatur.

### *De inciſione neruorum.*

*Sciſſuræ* neruorum,vltra tres intentiones dictas, indigent aliis tribus aut quatuor intẽtionibus ſpecialibus.Prima,vt ſi fuerint ſine deperditione ſubſtantiæ,cũ carne ſuãtur.Secũda,vt in loco magis decliui aliqua turũda ſuauiter imponatur. Tertia, vt aliquod medicamen ſedatiuum & incarnatiuum neruis dicatum ſuperponatur.Quarta,vt puluillus ex molli lana,deſuper blandè ligetur. Quod autẽ ſit hîc vtilis ſutura, probatur:eo quia tali ſutura cõgregantur & ſeruantur in idẽ labia quæ erant diſtantia: & cũ hoc præſeruatur neruus,propter coopertură cutis & carnis,à frigiditate ipſum » diſſipante.Et ita vult Auic.dum dicit lib.quarto:Si autem diſrumpatur in *Fen.4. tr.* » latitudine neruus,tunc neceſſarium eſt ſuere ipſum,& ſi non, non conglu- *4.c.2.* » tinatur. Guliel.de Saliceto,& Lanfrancus idem teſtantur:tametſi multi di- *Lib.2.c.9.* cant, Gal.non præcepiſſe eos ſuere, quòd non poſſint conſolidari, & quia *tr. 1. do.* punctura acus accerſit ſpaſmum. Certè(eorum pace dixerim) Gal.non in- *3.cap.3.* hibuit,ſed ſi tacuit,affirmauit.Imò certè videtur hoc innuere lib.ſexto the » rapeut.cap.tertio,dum dicit:Abſciſſo verò toto neruo,periculum quidem » non eſt aliquod ſpaſmi:oblæſa verò particula erit. curatio autem corporis » erit aliis vlceribus ſimilis. Certum autem eſt, quod alia vlcera ſuuntur,vt ſeruentur partes adductæ. Et hoc etiam deſignauit quando lib. tertio te- *Cap. 92.* chni nullam fecit differentiam curationis vulnerum neruorum ab aliis,niſi ex ſola pũctura.Neque in ſexto therapeut.niſi de hac,& de vulneribus ner- *Cap. 2. 3.* ui denudati,& de accidente ſolius inciſi penitus,& non penitus.& de attri- *& 4.* tione ipſorum. Ad hoc etiam facit,quòd cum tali ſutura partes neruoſæ ventris (eodem autore) conglutinantur. Nec valet quod dicunt de punctura nerui cum acu:quia perforata eſt,& non cæca, cùm pertranſeat totã ſubſtantiam.Nec quod dicunt non conſolidari:quia ſi nõ coaleſcunt iuxta primam intentionem,conſolidantur tamen iuxta ſecũdam, vt dictum fuit ſuprá.Et ſi dicas non prodeſſe,quia nihilominus poſtquã inciſus eſt neruus (quia non agglutinatur,niſi iuxta ſecundam intentionem,quæ fit per alienam ſubſtantiam)pororum ſuorum continuitatem, ita vt ſpiritus non ferantur, & ſic perditur motus particulæ: Dico proficere ad duo.primum in pueris, in quibus coaleſeunt quaſi verè: & ſi perditur pars actionis, non perditur tota. In iuuenibus etiam, dum magis adducuntur partes nerui,

minus interponitur ſubſtantiæ alienæ : & ita aliquis ſpiritus poteſt eluce-
re: & ad hæc membrum magis decorum fit. Ego vidi, & audiui,in multis
neruos & tendones inciſos,& eos ita reſtauratos ſutura, & aliis auxiliis, vt
poſtea incredibile videretur, ipſos fuiſſe inciſos. Quod autem debeat po-
ni turunda ſuauis, patet, quia aliter poſſet includi putredo ſupra & iuxta
neruum,& corrumpere ipſum. Et hoc intellexit Halyab.dum dicit: Cùm «
autem vulnus in neruos inciderit,non oportebit carnem ſuperinducere(id «
eſt, incarnare penitus) donec multi tranſeant dies: ita vt ab apoſtemate «
*Lib.7.* & ſpaſmo fuerit ſecurus: hoc tamen Rhaſis de ſtricto vulnere ſolum in-
*alm.c.3.* tellexit. Medicamen autem conueniens talibus vulneribus, eſt vnguen-
tum ex vermibus, quod recipe centaureæ minoris, linguæ canis, lanceo-
latæ,piloſellæ, conſolidæ maioris & minoris, ana M.j. verm. tert. lib.ß. o-
lei, lib. j. vini albi, lib.j.ß. ſubigantur ſimul, & macerentur ita per ſeptem
dies:deinde tundantur cum eis ſepi arietis mundati,lib.j. picis nigræ, reſi-
næ ana quar.j.ammoniaci,galbani, opopanacis diſſolutorum in aceto, ana
drach.v.bulliant modicum quouſque vinũ & acetũ ſint conſumpta, & co-
lentur.Et poſtquam hæc penè refrixerint, addatur terebin. quart.ß. thuris,
maſtiches,ſarcocollæ, ana drach.iij. croci, drach.ij. agitando cum ſpathula
fiat vnguentũ,eſt enim pretioſum.Cõſimile ponitur à Rogerio (qui addit
*Lanfr. tr.* millefolium)& à Lanfranco.Nihilominus ipſe pręcipit,vt facta ſutura,per
*5. cap.5.* duos dies foueatur vulnus ſutum oleo roſ.decoctionis vermium terreſtriũ:
*& tr. 1.* & deſuper aſpergatur puluis conſeruatiuus ſuturarum.Ego autem addo il-
*do.3. c.3.* li pulueri, tantumdem vermium prædictorum deſiccatorum & tritorum
*Cap.39.* in puluerem.De vermibus ita ſcripſit Gal.vndecimo ſimplicium pharma-
corum:Terræ inteſtina,ſiue lumbrici,attenuant:ac neruis diuiſis impoſita «
*Cap.18.* mirabiliter conferunt.De cẽtaurea dicitur in ſeptimo,quòd magna & dif- «
*Tr.2.cap.* ficilis agglutinationis vulnera conglutinat,& ſanat. Imò teſtatur Auic.in
*162.* ſecundo hoc dici, quòd ſi ipſa centaurea coquatur cum carne inciſa, cõ-
*In fine* iungit eam. Alemani in Praga glottocomio (vt dicetur ſtatim de oſſibus)
*cap.ſep.* totũ mẽbrũ ſuſtentabant,vt propter motũ non impediretur agglutinatio.

*De neruo denudato.*

*Si* neruus appareat denudatus, non oportet huic neruo prædictorum «
pharmacorum vllum offerre, quæ ex euphorbio, & ſimiliter acrib.empla- «
ſtri ſpecie fiunt.Nõ enim ita ſuſtineret virtutem ipſorũ, ſicut per mediam «
cutẽ.Optimũ tunc eſt lota calce cum oleo plurimo vti.Optimum etiã eſt «
quod è põpholyge.i.(thutia) lota oleo roſ. liquefacta. Sin verò iſta lauata «
æſtatis tempore multoties bona aqua. Quæcũque enim ex metallis fiunt, «
lauare oportet ſi debeant ſiccare abſque mordacitate. Bonum etiã eſt mel «
miſtum cum optimo roſaceo,& terebinthina reſina, atque cera.Lauare e- «
tiam oportet omnia iſta: ab omnibus enim lauatis, mundantur & abſter- «
guntur acres & mordaces ichores. Si verò qui vulneratus fortis fuerit,& «
vulnus cum putrefactione multa, & cum hoc abſque ſuperfluitatibus cor- «
pus poſſibile eſt in eo vti aliquibus pharmacis valentioribus. Sicut ali- «
quando

» quando ego feci,Polyide trochiſcos diſſoluens ſiræo ( quod in Aſia hepſe-
» ma,vinum coctum apud nos nuncupatur) & tepefaciēs in aqua calida,qui-
» bus imbuta,ellychnia appoſui.Lauare etiam oportet vulneris ichores,lana
» intincta puro vino cocto calido,non aquâ,neque oleo:aqua enim putrefa-
» cit neruos, & oleum commaculat eos. neque eſt idem, nudo neruo offerre
» oleum,& per mediam cutem. Si eſt autē neceſſarium mundificare,ſuauius mundificabis vnguento facto ex vermibus:aut aliquo mūdificatiuo in quo ſit mel,& terebinthina,& farina hordei, ac fabarum: aut cum vnguento ex reſina,aut aliquo ex iis quæ dicentur in antidodario. Rolandus cum Rogerio atteſtatur, quòd ſi capita neruorum inciſorum, ſine tactu carnis, ferro candenti tangantur,optimè conglutinantur : & ita faciunt chirurgi terræ noſtræ. *Lib.2.c.1.* *Li.2.c.2. in annot.*

*De attritione & concaſſatione neruorum.*

» *Quaſſatio* ſeu contuſio neruorum,ſecundū Gal.lib.ſexto therap.quando *Cap.3.*
» ſimul cū cuti quaſſata eſt vlceratio,pharmacis indiget intentionē quidem
» ſiccandi habentibus,cū quadā adſtrictione:vt eſſet à principio oleum roſa-
» ceum,cū albumine ouorum : & poſt ſedato dolore, vinū craſſum ſtypticū.
» Si autē abſq; vulnere cutis fuerit cōtuſus neruus, foueatur frequēter oleo
» calido diaphoretico.Præterea teſtatur Gal. experientia edoctus athletarū,
» in vtroque caſu valere cataplaſma quod ex oxymel & farina fabarum fit.Si
» verò dolor aliquis adfuerit cū contuſione, picem liquidam miſcere opor-
» tet:& coquendo bene apponere calidā: ſicut facit Lanfran. in pedū contu- *Tr.1.do.*
» ſione,& contritione manus.Idem facio ego. Quando verò ſiccantius vis fa *3.cap.8.*
» cere,miſce orobinam farinā:& ſi magis volueris ſiccare,irim illyricā. Cor-
» poris totius curatio cum diæta & purgatione, his communis eſt,vt dicit.

## *CAPITVLVM QVINTVM.*

*De vulneribus oſsium & cartilaginum.*

LIcet ſecundum Galenum lib.ſexto therap.omnes ſolutiones continuitatis oſsium,iuxta linguam Græcorū fracturæ vocentur, nihilominus fert conſuetudo Latinorum,vocare fracturam,ſolutionem oſsis quæ fit ſine inciſione:de qua dicetur infrà.Inciſionem autē, quæ fit aliquo incidente,de qua dicitur hic.Eſt autem vulnus oſsis, inciſio facta in oſſe aut enſe, aut aliquo alio incidente,ſeu perforante.Quæ quandoque eſt totalis, quādoque particularis.Ex quibus apparet, non poſſe vulnerari, nec incidi os, quin incidantur caro & particulæ ſuperiacentes.quare contingunt ſæpe accidentia vt fluxus ſanguinis,& dolor,quæ ſuas dant indicationes. *Cap.5.*

*Signa ſunt* manifeſta.Gal. iudicauit lib.tertio techni,& ſexto ther. quod fractura oſsis vel inciſio,non reſtauratur iuxta primam intentionem : iuxta verò ſecundam agglutinatur , & ligatur per porum ſarcoidem , ligantem partes oſsis diuiſi. Excipit tamen os puerile,quod iuxta primam *Cap.91.* *cap.5.*

intētionem coaleſcere poteſt. Cauſa verò reddita fuit in ſermone communi. Præterea Hipp. ſeptimo aphoriſmorum iudicat, oſſe denudato eryſipelas eſſe malum: licet rarò accidat, ſecundum Galenum in commentario. Adhæc recordare, quod frigidum ſummè nocet oſſibus nudatis. Præterea, ſecundum Rogerium, Lanfran. inciſio totalis magnorum oſſium, vt brachij, coxæ, & duorum focilium inſimul, ita vt exeat medulla, eſt periculoſa, vtplurimum mortem inferens membro. & cauſa eſt, quia in tali magna inciſione inciduntur venæ & arteriæ, & nerui magni, qui portabant vitam membro. Non obſtante Guli. de Sali. qui hoc negauit, propterea quod malè intellexit Auic. in quarto, qui dixit: Et quod dicitur de inciſione medullæ, quod interficit, eſt intentio in qua non eſt vtilitas. Habet enim medulla lenitatē, & viſcoſitatē, & nō inciditur. Auic. hoc intellexit de fractura ſine vulnere, quā credo medullā nō incidi, licet elōgari poſſit, propter viſcoſitatē eius: ſed ꝙ nō poſſit incidi in totali inciſione oſſis, quis dubitat? Et fortè intellexit, ꝙ nō moritur propter deperditionē medullæ: ſicut & ego credo, & Albu. teſtatur de illo iuuene 30. ann. quē curauit ex corruptione oſſis cruris, cū extractione medullæ: maximè quia inſtaurationē habet. Sed quod nō homo, ſed mēbrum poſſit mori, amputatis viis per quas venit vita, non cōſonat ei quod eſt dictū in ſermone cōmuni. Organica enim videtur inciſio, vbi multitudo homiomerωn eſt inciſa: quorū vnitio eſt impoſſibilis, lib. tertio techni. Summè tamen eſt cauendū, ne extrahatur aliquid oſſis læſi magna vi, neque ſubito. Nā quod extrahitur ita, non eſt immune à cauſa accidētis fiſtulæ, & timore paſmi, & delirij, & febris, vt dicit Auic. lib. quarto. Melius ergo eſt extrahēda aliquādiu dimittere, & naturam cum aliquo medicamine attractiuo adiuuare (vt ſuperius de extractione ſagittarum fuit dictum, quàm ea ſubito & cum violentia extrahere.

*Li.3.c.18. do.3.tr.1. cap.4.* — *Li.3.c.8. Fen.5.tr. 2.cap.1.* — *Tract.2. cap.88.* — *Cap.90.* — *Fen.4.tr. 4.cap.13.*

*In curatione* vulnerū oſſis ex intentionibus cōmunibus ſpeciatim tradūtur quatuor. Prima eſt, extraneis infixis, & fruſtulis (ſi quę ſint) extractis adducere partes ſaparatas in vnū, & ſuere profundè ac firmiter vulnus carnis. Secūda, eligere quibus auxiliis medicari poſsis. Tertia eſt, ligare ita vt vulnus quādo erit neceſſe poſsit mutari, abſque eo quod diſſoluatur totalis ligatura & firmamen. Quarta, vt poſtquā ſecura fuerit pars à phlegmone, regimen tale pręſcribatur, vt porus generetur. Quomodo cōpletur primū, dictū eſt in ſermone cōmuni de ſutura. Quod autē ſutura vulneris carnis ſit vtilis in propoſito affectu, ſic probatur. Quia illud quod facit ad appropinquationē diſiunctorū, & conſeruationē adiunctorū, & cuſtodiā ſubſtantiæ partis, eſt vtile in propoſito: vt patet ex ſexto therap. & infrà de fracturis declarabitur magis. Sed talis ſutura eſt huiuſmodi: quia caro ibi cōiuncta tenet propinquiores redditas partes, & eſt loco ligaturæ & ferulārū, & defēdit ne aer alteret os ipſum: quod ſummopere eſt aduertēdū. Ergo &c. Et Gal. videbatur hoc ſentire vbi ſuprà, dū dixit, quod eorū pharmaca iubet Hipp. eſſe qualia vulnerū cruentorū. Melius autē medicamē vulnerū cruētorū eſt ſutura & ligatura. Auic. itē & Haly. & Albuc. toto tractatu de fracturis

*Cap. vlt.* — *Li.6. therap.c.5.* — *Li.4.ſen. 4.tr.1.c.3.*

ćturis cum vulnere,iam illud præceperunt:Guli.etiã de Saliceto,& Theodoricus atque Henr.idem voluerunt.Non obſtante Lanfr.qui generalẽ regulã conſtituit, quod in vulneribus in quibus oſſa ſunt vulnerata , nunquã caro debet ſuper os per mediũ cõſolidari,niſi os plenè prius reparetur.Quo modo enim reparabitur os,niſi per carnẽ mediam,neſcio.Nonne nutrimẽtũ ex quo fit porus,venit à carne? Credo.n.quod nihil nutrit vera nutricatione,niſi veniat à ſtomacho ad hepar,& advenas diſſeminatas per carnẽ,& dehinc ad oſſa, vt docet Gal.lib.de virtutibus natural. per totũ.Carne igitur dimittendũ eſt vt impleatur vulnus : & ipſa deſiccatiuis induranda, vt fiat porus,& caro deſuper calloſa,non alia : quia cauitas incurabilis remanet,vt dicebatur libro tertio therapeu.capitulo ſecundo.Secundum ſic cõpletur.Facta ſutura, in loco decliuiori ponatur turunda,vt ſi quid remanſerit extraneum è fruſtulis(aut è ſanie,ſi generatur (per hunc locũ valeat expurgari.Deſuper verò ponatur puluis conſeruatiuus ſuturarũ , & albumen oui,in primis diebus.Poſtea,agglutinatoriũ commune,è puluere illo cũ terebinthina inſimul permixto & deinde alia prout videbitur expedire,apponãtur:& parua turunda melle roſa.in quo ſit puluis incarnatiuus ex myrrha (quæ ſecundum Aui.cooperit oſſa nudata)madens.Itaque ſi os eſt detectũ, tali puluere,& ellychniis ex carptis linamentis cooperiatur:& deſuper emplaſtrum,& ſtupa macerata vino calido applicentur.Tertiũ completur hoc modo.Si os eſt totũ inciſum , facta ſutura,totum membrũ (vt Rhaſis præcipit)inuoluatur,excepto vulnere,panno duplicato,qui quidem primis diebus ſit imbutus albumine ouorum ,& poſtea vino calido ſtyptico.& ligetur faſcia longa & lata pro magnitudine mẽbri:& incipiẽdo iuxta finẽ mẽbri,& voluẽdo vſquequo ventũ erit prope vulnus, fac eã tranſire per partẽ oppoſitã vulneris. Deinde aſcendendo verſus corpus, vertendo faſciam, ſua circumuolutione redeat infrà , quouſque ſit prope vulnus. Et tunc fac eam tranſire per partem oppoſitam ſupra aliam, vt veniat ad locum vnde incepit,& ibidem finem ſuito cum ſuo principio atque ita remanebit vulnus minimè coopertum.Deinde ponantur duæ vel tres ferulæ bene politæ,& aptatæ membro,coopertæ & munitæ bono panno,taliter ſuſtinendo membrum,vt non cooperiãt vulnus: & faſcia ligentur nec prius ſoluantur, quã ſit curatũ vulnus: niſi dolor,aut pruritus,vel apoſtema cõpellat.quib⁹ quomodo ſuccurratur,in ſermone cõmuni fuit dictum.|Et vulnus extrinſecus ſtupis& cõtegatur & faſcia ligetur,& qualibet die mutetur,mundificetur,& exicetur,& vt cætera vulnera tractetur. Nonnulli verò (vt ſupra fuit dictum de neruis) in iſto caſu, & in vulneribus neruorum , glottocomion,id eſt,inſtrumentum mechanicum,factum ex duobus aſſeribus & ligno rotundo incl auſura manus , & plano in planta pedis) ligando ſuperius apponunt, & ita proſequuntur curam ſupradicto modo. Quartum quomodo compleatur , dicetur infrà , quando tractabitur de fractura , iuſſu Dei.

*L.1.c.3. & 4.*
*Tr.1.do. 3.c.4.*
*L.2.tr.2. c.479.*
*Tr.5.do. 1.c.1.*

Tr.7.do. 1.c.7. De duritie quæ ſequitur ſolutiones & algebras (id eſt, fracturas) tract.ſextò cap.de arthrit.& paſſionibus iuncturarum, & in antidotario dicetur.

# DOCTRINA SECVNDA.

## DE SPECIALI CVRA VVLnerum, prout inſunt membris organicis compoſitis, & octo habet capitula.

### CAPITVLVM PRIMVM.

### *De vulneribus capitis.*

QVANQVAM Gal.& Auic.de diuerſitate curæ membrorum organicorũ extrinſecorum non determinauerint exquiſitè, niſi in capite & vẽtre: nihilominus quia aliqua diuerſitas eſt in aliis particulis, ſecundum diuiſionem datam ſuperius, ſaltem in ligando, ſuendo, ægrũ collocando, & aptando inſtrumenta, & modo inueniẽdi applicandíque medicinas: à partibus enim organicis ſunt huiuſmodi indicationes, ſecundum Gal.lib.quinto therap.ſicut quæ ſiccandum, eſſe innuunt à ſubſtantia eorum quę homiomerę dicũtur, (quatuor ſiquidem ſunt indicationes quæ à natura partium ſumuntur, vt in doctrina ſecunda tractatus apoſtęmatum fuit dictum) idcircò gratia iuuenũ, quibus dicata eſt huiuſmodi conſcriptio, tractabuntur vulnera ſecundum partes organicas, poſteaquam ſunt tractata in doctrina præcedenti ſecundum homiomeras, id eſt conſimiles particulas, à capite incipiendo. Cap.2.

*Caput quandoque* contingit vulnerari inciſione, quandoque contuſione: & vtrunque quandoque eſt abſque vulnere & fractura cranij, quandoque cum fractura eiuſdem.& fractura, quædam eſt penetrãs, quædam non penetrans: & iſtarum quædam parua, quædam verò magna. Adhæc quædam ſunt puræ, quædam cum accidentibus (nempe dolore, & apoſtemate, & pãniculorum læſione) compoſitæ. Iſtæ ſunt diuiſiones communes vulnerũ capitis. Speciales verò tales ſunt. vulnera cum inciſione cranij penetrantia, quædam ſunt ſine deperditione ſubſtantiæ, quædam verò cum perditione eiuſdem.& vtrorunque iſtorum, quædam ſunt plana & æqualia, quędam aſpera & fruſtuloſa & quorumlibet etiam iſtorum, quædam ſunt in ſummitate capitis, quædam in lateribus. Rurſus vulnera cum contuſione & fractura cranij penetrantia, quædam ſunt parua, ita vt non faciant compreſſionem, neque compunctionem ſuprà cerebrum: quædam verò ſunt adeò magna, vt compreſſionem & punctionem faciant in ipſo: Iſtæ ſunt differentiæ propriæ vulnerũ capitis, à quibus ſumũtur indicationes curatiuæ: quæ ſunt aſſum-

aſſumptæ ex dictis Pauli vj.lib.capite de fractura cranij. Gal.autē non fecit mentionem,niſi de illis in quibus erat maior diuerſitas,ſcilicet de ſimplici fractura magna,in ſummitate capitis & in lateribus facta,penetrante & nō penetrante:de paruis autem fracturis non curauit, quia ſolum erant forma & ſedes eorum quæ percuſſerunt.Et præterea determinauit de magnis cō-tuſionibus,vt videbitur infra.Albuc.verò illis addit vnam, in qua facit ingredi laminam oſſis ad interiora,& fit in loco concauitas:ſicut accidit lebetibus æneis,quādo contingit ea percuti. quod plurimū fit in capitibus puerorum.Nonnulli vero ex dictis Aui.lib.quarto volūt dicere,eſſe aliam quæ nō eſt fractura in parte in qua percutitur, ſed in oppoſita:quæ diuiſio eſt reprobata in ſexto chirurgiæ Pauli.Auic.nō videtur curaſſe,niſi de vulneribus carnis cū inciſione & cōtuſione, & de fractura etiam cum inciſione & contuſione,cū vulnere carnis & ſine ipſo:quia per diuiſiones, communium fracturarū,intellexit differentias dictas.

*Cap. 90. 6. ther. 6.*

*Fen. 5. tr. 3. cap. 1.*

*Cauſæ vulnerum* capitis ſunt,quæ aliorum vulnerum,dictæ ſuperius in ſermone communi.

*Circa ſigna & indicia* fracturarum capitis eſt intelligendum, quod quædā ſignificant fracturam cranij,quædam inciſionem cerebri & panniculorum eius,quædam apoſtematis generationē, quædam læſionem factam ex materia deſcendente & aggrauante cerebrum & panniculos eius. *Signa fracturæ* cranij ſumuntur à multis. Primò ſumuntur à conſideratione cauſæ frāgentis:vt quod ceciderit ab alto:aut fuerit percuſſus re forti.Secundò à cō-ſideratione quantitatis læſionis, quod ſit magna contuſio, aut magnum vulnus. Tertiò,à qualitate loci nempe,quia dolet, & ſæpe ducit manum ad locum,& cum digitis tum ſpecillis percipitur tenuitas in cute, & ſeparatio ab oſſe: & quando ſufflat, aut anhelitum retinet, videtur humiditas bulleſcere per fiſſuram. Quartò,ab accidētibus quæ ſtatim occurrunt: vt apoplexia,ſcotomia,amiſſio vocis,vomitus,&c.Quintò,à conſideratione ſoni: quia raucè ſonat,dum caput percutitur virga. Sextò,à conſideratione ſtridoris dentium:ſtrident enim dum percutitur filum quod æger tenet dentibus:& dum conatur frangere nodum paleæ,aut rem duram,læditur. Septimò,à conſideratione atramenti & linimenti maſtiches ſuper fiſſuram: quia remanet nigredo in fiſſura,& ſiccitas in linimento ſuper locum fiſſuræ: & hoc eſt ſignum certum.

*Signa inciſionis* panniculorum etiam à multis ſumuntur. Primò à dolore:& quod ſtatim à principio ſequatur ſcotomia vertigo, & ſimilia. Secundò,à colore faciei & oculorum : quia facies rubet, & afficitur puſtulis, oculi rubent, eminent, & caligant,&c.Tertiò, ab exeuntibus:quia ſanguis exit per nares, aures, & palatum. Quartò, à læſione virtutum: quia cum difficultate æger mouetur, loquela turbatur, languet, eſt totus proſtratus & ſtupidus,febricitat,riget,malè dormit,nihil appetit, nauſeat, & euomit,malè aluum exonerat & veſicam.

*Signa* inciſionis cerebri ſumũtur à multis.Primò ab exeũtibus:quia exit ſubſtantia craſſa,globoſa,& medullaris,non purulenta. Secundò à læſione virtutum:quia perditur ratio,ſi vulnus eſt in anterioribus partibus capitis: memoria,in poſterioribus:& cum prædictis accidentibus adeſt ſtupor, & deſipientia maior.

*Signa* apoſtematis calidi ſuperuenientis,etiam à multis ſumuntur.Primò à tumore:quia inflantur panniculi,& eminent extra vulnus,& rubent,& nõ mouentur.Secundò,ab oculis:quia rubent,& inflãtur,& à capite egredi videntur,mobiliores ſunt & torui fiunt. Tertiò,à calore:quia febriunt,& inquietudine laborãt. Quartò,à virtutibus : quia delirant & conuelluntur,& phrenetici euadunt.

*Signa quod materia quæ deſcendit infra,lædat,& grauet pãniculos & cerebrũ, ſunt prædicta* ſigna inciſionis pãniculorũ,veniẽtia paulatinè poſt principiũ.

*Iudicia.*Fractura cranij eſt periculoſa de omniũ ſententia. Præterea:inciſio cerebri,& panniculorum eius corruptio ac læſio,eſt mortalis ſecundũ
*Aph.18. lib.6.* Hippocratem:niſi fuerit parua,exponit Galenus,vt ſuprà de iudiciis in vulneribus fuit dictum. Et ideo accidentia mala,vt febris acuta,tremor,ſpaſmus,mentis alienatio,ſyncope,abſciſſio vocis,egreſſio,tenebroſitas, & rubedo,ac ſtraboſitas oculorum,ſunt verenda & mortalia , præcipuè ſi perſiſtant & non remittantur.Amplius dicit Auic.lib.tertio,de plaga & inciſio-
*Fen.1.tr. 3.cap.vlt.* ne capitis.Et in vulneribus peruenientibus ad panniculum cerebri,accidit
*Lib.2.c.1.* laxitas in latere vulneris,& ſpaſmus in oppoſito.Et id dicit. Guli.de Salic. quando fit vulnus in dextra,paralyſi occupari ſiniſtram,& econuerſo: quia nerui qui veniunt ad partem dextram habent ſuas radices in ſiniſtra,& contrà,vt dicit.Conſidera an textus id ferat, & de hoc conſule ſecundum librũ Gal.de ægritudine & ſymptomate.Præterea in fractura capitis,pericula &
*Lib.1.c.1.* accidentia mala ſecundũ Rogerium expectantur vſque ad centum dies: & ſecundum legiſtas & iudices,ad quadraginta , quia talis eſt vltimus terminus acutarum ægritudinum. Et ſecundum quatuor magiſtros ad quindecim,qui eſt communis terminus acutarum.Præterea,denigratio duræ ma-
*L.6.c.91.* tris,quæ non mundificatur melle,ſignificat mortem,inquit Paulus.Præterea,fractura cranij in plenilunio eſt verenda,vt dicit Rogerius. Præterea in
De curatione. ſolidatione cranij apparitio carnis rubeæ, bonum. Amplius,in vulneribus
a *L.6.th. cap. vlt.* capitis tumor paruus,& ſaniei bona coctio bonum. Tumor verò magnus, præcipuè ſi cito euanuerit ſine cauſa rationabili, malum. Item,in fractura
b *L.6.c. 90.* cranij expectatur porus debilis,& rarus,ad triginta quinque dies.

d *L.4.f.5. tr.3.c.1.* *Circa* curandi modum eſt intelligendum, quod multitudo diſſentientiũ circa eum oſtendit iudicium curationis huius difficile eſſe. Nam[a] Galenus,
f *L.1.c.4. & 5.* [b]Paulus,[c]Halyab.[d]Auicenna,[e]Albuc.[f]Rogerius,[g]Iamerius,[h]Brunus,&[i]Gulielmus de Saliceto,videntur(aut ſaltem eis imponitur) indifferenter pro-
h *L.1.cap. 17 ma.ch.* cedere in omnibus fracturis capitis,detegẽdo,radendo,trypanando,& oſſa
i *L.2.cap. 1.& 2.* inſtrumentis ferreis euellendo:innitentes (vt dicunt)illi communi:ſententiæ,quod neceſſe eſt detegere, & incidere os,vt virulentia quæ intra craniũ

coa-

coadunatur,conuenienter poſſit mundificari & deſiccari. Alij(vt magiſter Anſerinus de Ianua,& aliqui Patauini, & ferè omnes Galli & Angli) procedunt incarnando,& agglutinando ſuis emplaſtris, & potionibus,& bono vino,& ligatura: firmantes ſe illi ſententiæ communi, Quòd ſi poſſumus ſine oſſium expulſione pus expellere, melius eſt: atque id facere poſſumus medicinis præcipuè. Quia ſecundum modum illum non generatur pus, ſicut ſecundum modum aliorum, imò inhibetur:& ſi generatur, conuenienter illorũ vſu mundificatur,& deſiccatur. Nonnulli verò,vt Theod. Henricus & Lanfr. (qui inter cæteros melius dicit) nituntur tenere viam mediam,ſed differenter. Nam Theod. incarnat recentes potione, & vino cum ſtupis.Et Henricus ſine potione, cum ſuo emplaſtro. Et ambo antiquas fracturas,poſtquam tranſeunt quatuor vel quinque dies,trypanant,& eleuant vt antiqui. Lanfrancus verò in omnibus procedit glutinando ellychniis intinctis in partibus duabus olei roſ.& vna mellis: & ſupra, mundificatiuum ex farina hordei,& melle,aut ex cera & reſina,cum puluere capitali:exceptis duobus caſibus,in quibus procedit ruginando ſeu radendo, aperiendo,trypanando, & oſſa eleuando. Primus caſus eſt, quando os premit.Secundus,quando pungit. Et muniunt ſe fundamentis duarum viarũ, addendo quod in operatione cum inſtrumentis poſſunt ſequi multa pericula,propter alterationem quam facit aër, & dolorem quem facit operatio,& apoſtema quod accerſit vtrunque. Ego autem videns iſtam diſcordiam obortam inter magiſtros,reddebam me dum eram iuuenis anxium. Poſtea verò conſideraui opera,& accuſationes,& nouas experientias.Inuenientes diſcordes, ſuſpectos habui. Quod autem ex dicto duorum vel triũ omittatur penitus ſententia bonorum, malum eſt. Scriptum enim eſt lib. » primo de alimentis:Iniuſtum eſſe vni præ aliis credere,ſine demonſtratio- » ne. Et Halyab. in ſecũdo ſermone,partis ſecundæ,libri diſpoſitionis rega- » lis: tutius eſt vti inuentis, quàm nouis experimentis. In experiendo enim medicamina in corporibus hominum, periculum imminet animarum: & in periculis communior & probabilior via eſt tenenda. Et ideo auxiliante » rerum omnium opifice,non diſcedam à via Gal. quia illa fuit diuini Hip- » pocr.vt ipſe in 6.therapeut.teſtificatur:dicens,quòd de his vulneribus quæ » in capite ſunt, ſcriptus eſt liber integer ab Hippocr. docens omnia quæ o- » portet gerere in eis. Et nos cum hoc compleuerimus, ipſum interpretabi- » mur.Nec etiã diſcedã à via Halyab.& Pauli,atq; Auic.imò eos interpretãdo,concordabo dicta ipſorũ pro viribus, cum eo quod euidenter apparet. Tales enim debent eſſe demonſtrationes medicorum: vt ſuperius in cap. executiuo fuit allegatum. Scio quod dicar eſſe prolixior: ſed neceſſarium eſt,vbi maius imminet periculum, cautius & fuſius agere. Et ne oporteat in cura cuiuſlibet differentiæ communia reſumere, præmitto nouem documenta huic curationi multum neceſſaria.

*Trac.2.c. 1.* *Lib. 2. c. 3.& 6.* *Tract.2. cap 1.* *Cap.1.* *Cap.6.*

*Documenta in curatione vuln.capitis obſeruanda.*

*Quorum* primum in forma notabilis eſt, vulnus capitis (maximè cum

fractura oſſis) multas ſpecies & differentias habere diuerſas à vulneribus aliorum membrorum: tum propter propinquitatem, & nobilitatem medullæ cerebralis: tum etiam quia propter eius formam ſphæricam,non poteſt vniri,neque ſeruari cum ligatura,vt alia membra. Secundum eſt,quod in vulneribus capitis (præcipuè notabilibus) oportet vt ſeruentur intētiones cōmunes,dictæ ſuperius in ſermone cōmuni , de phlebotomia & purgatione & ventre:ſaltē quòd ſemel in die aluus exoneretur,aut iniecto clyſtere,aut aſſumpto aliquo lenitiuo.De diæta vt ſit magis tenuis.De extractione infixorum,minus moleſta.De fluxu ſanguinis,vt reſtringatur.Et de accidentium correctione , & præſeruatione , vt dictum fuit, & dicetur.

3 Tertium eſt,quod in vulneribus capitis , ante omnia remoueantur crines, & radatur caput, illud humectando aqua & oleo, vt dicit Guliel. *Lib.2.c.1. & 2.* cum tali cautela,vt pylus,aqua,& oleū vulnus non ingrediantur,nam conſolidationem impedirent,vt ſuperius fuit dictum. Et quod in principio materia & dolor refrænentur , ſuper & intra vulnus ponendo albumen oui. Et poſt principium cætera fiant , vt in propriis locis dicetur, ad mundificandum & incarnandum.Et in circumferentiæ ſemper inungantur vnguento de bolo,aut oleo roſ. vt dolor & dyſcraſia ſedentur, & apoſtema prohibeatur.

4 Quartum, vt caueatur à frigore : quia ( vt ſæpe audiuiſti ex Hippocrate) *Lib.5. aph.18.* frigidum inimicum eſt neruis , oſſibus , & medullis : præter id quod aër offendit & alterat principalia membra. Et ideo conſulebat Gulielmus vt *Loco præcitato.* hyeme quando tractantur, ponantur carbones incenſi iuxta ipſos,& clauſis feneſtris habeatur lumen candelæ : & vt poſt ligationem cooperiatur caput pileolo è pelle arietina.

5 Quintum , vt ſi in eis eſt factum pus , remutentur in die ſemel hyeme,bis verò æſtate : & vt remutatio ac mundificatio cum xylo,carptis linamentis,atque pannis mollibus ſuauiter & ſine dolore fiat.

6 Sextum , vt ſuper ellychnia fruſtum ſuauis ſpongiæ apponatur:vt per ipſum ſugatur & excipiatur pus, ne ad cerebrum deſcendat.

7 Septimum,vt ligatura conueniens adaptetur. Ligaturæ capitis,vt quando agglutinare volumus,ligatura duorum capitum fiat, quæ ſaltem eſt ſemi incarnatiua. fit autem hoc modo : Habeatur faſcia brachio vno longior, lata quatuor digitos,voluatur tota,præterquàm duo palmi,à quibus incipiatur ſecundū frontis longitudinē, trahendo verſus aurem oppoſitam vulneris: & aliā partem volutam,verſus aurem vulneris(aures tamē non cooperiendo)ducēdo eam vſq; ad caput aliud faſciæ , & ibi iuxta aurē circūuoluatur ſtringēdo. Caput palmorū ducatur deorſum verſus, caput volutū ducatur ſurſum verſus caput,reducendo ipſum per partem poſteriorē capitis verſus caput palmorū,& iterum vt prius eā cum illa circūuoluendo, & reducēdo ſuper caput.Et toties illud fiat,quoad totū ſit coopertū & bene ligatū.Deinde ligant Bononienſes duo capita ſub mento,Pariſienſes autem ea ſuunt in medio frontis. Si autem vellemus ſolùm retinere medicamenta , faceremus ligaturam capitum multorum ; quæ fit in capite per hunc modum, Habeatur magna portio lintei, longa tres palmos , lata duos, & incidatur in quo-

in quolibet latere ad latitudinem trium digitorum, donec non remaneat niſi vnus palmus in medio : & tunc vnum de illis capitibus cum alio ſtringendo ſecundum capitis circuitum, ligetur retro:aliud verò cum alio tráſeundo per collum,ligetur à parte anteriore ſub mento. Octauũ documen- 8
tum eſt,vt ad cautelam ſi aliquod fruſtulum oſsis remanſit in vulnere, cum *Tr.7.do.*
vino adminiſtretur audacter (ſi nõ adeſt febris) ille puluis capitalis ex pim *2.cap.2.*
pinella,betonica,caryophyllata,valeriana,oſmunda:& quantum de omnibus,tantum de piloſella.Nonum, vt collocetur & iaceat vulneratus ab ini- 9
tio ſuper partem,in qua minus grauabitur:poſt verò ſi emittit pus ſuper locum vulneratum,vt pus poſſit melius excolari. Et his præmiſſis documenmentis communibus,veniendum eſt ad curam ſecundùm differentias.

### *De vulnere capitis facto per inciſionem abſque cranij fractura.*

*Si eſt ſimplex* abſque deperditione ſubſtantiæ, ſuatur, & ligetur, & v alia vulnera curetur, & incarnetur.Si autem fuerit cum deperditione ſubſtantiæ, regeneretur caro, & cutis cicatrice tegatur adhibitis ellychniis & propriis pulueribus,vnguentis,& emplaſtris,& vt cætera vulnera tractetur.Quod autem ſutura ſit vtilis,non ſolùm in talibus ſimplicibus vulneribus capitis,ſed in multis aliis (non paruis,intellige, ſed magnis) probatur ita.Id eſt vtile multis vulneribus capitis,quod facit permanere partes diſtantes adductas in idem: cum eo quod prohibet aëris alterationem, quæ eſt multum nocua. Sed ſutura eſt huiuſmodi, in tertio techni, & thera- *Cap.90.*
peu.per totum.Ergo,&c.Et iſta fuit intentio Auicen. lib. quarto dicentis: *Li. 4 fen.*
» In fiſſuris verò,in quibus nõ eſt niſi ſciſſura,ſi eſt plurima,ſuatur. Et (quod *5.tr.3.c.1.*
» eſt fortius) loquitur quando eſt cranij fractura,vt patet ex proceſſu capituli.Et notanter dicit,ſi eſt neceſſarium:quia ſi talis fiſſura eſſet in ſummitate capitis,non ſueretur:ſed in lateribus bene ſueretur, vt dicetur infra. Et talem ſuturam concedit Guli.de Salic.Lanfran. & Henric.eatenus Henric. *Li.2. c.2.*
conceſſit,quatenus ſibi fuit viſum, quod Theod. eam conceſſerat: qui ta- *tr.3. c.1.*
men contra Auicennam vnà cum appoſitione olei roſa. eam penitus nega- *Li.1.c.4.*
uit,& malè.Nam multoties Auicenna,& Paulus illam conceſſerunt,qui e- *& li.2.c.1.*
tiam iubent perfundere vulnus capitis oleo roſa.ad ſedandum dolorem, *Li.4.fen.*
quando vulnera pertingunt vſque ad pelliculam neruoſam cooperientem *5.tr.3.c.1.*
cranium.Et ad mollificandum oſſa adhærentia, vt leuius extrahantur. Et *Lib.6.c.*
ad reprimendum acrimoniã,quando volumus panniculos interiores mun- *90.*
dificare cum melle.Nec ratio eorum valet,quantum ad ſuturam:quia ligatura incarnatiua in capite eſt multum defectiua,vt dicetur, nec quantũ ad oleum roſatum:quia licet vnctuoſum maculet vulnera ſimplicia,nihilominus compoſita cum dolore,& aliis diſpoſitionibus indicãtibus oleum eſſe neceſſarium,ea rectificat & emendat. Medium enim tenere ſemper iubet Gal.vbi ſunt indicationes aduerſantes.

### *De vulnere capitis facto per inciſionem, cum cranij fractura non penetrante.*

*Vulnus tale* aut eſt magnum, aut paruum. Si paruum (quod rimulam vocauerunt multi) eodem modo curatur ſicut præcedens ſine fractura cranij: quia in tali vulnere paucum generatur pus: & propter eius craſſitudinem, per talem paruam fiſſuram deſcendere non poteſt. Si verò fuerit magnum, aut eſt in lateribus capitis, aut in ſuperiori parte. Si fuerit in lateribus, eadem etiam cura curatur vt primum ſimplex: niſi quòd in inferiori parte ponitur turunda, vt ſi aliqua materia retineatur in illa fiſſura, per foramen turundæ valeat expurgari. Si in ſuperiori parte, non ſuetur, ſed fiet ibi cura.
*Cap. vlt.* Gal. in ſexto therapeut. dicentis: Simplices igitur fracturæ vſque ad diploë « (id eſt, medium duarum tabularum cranij) peruenientes, dictis ſcalpellis, « ſcilicet ſtrictis indigent. Eſſe autem eos oportet multos quidem numero « non æquales autem magnitudine, vt non careat vtiliſſimo opus. Deinde nu « dato prout fert conſuetudo patiente oſſe, vti primò quidem latiore opor- « tet, ſecundò verò poſt ipſum ſtrictiore. Et deinceps ita conſequenter aliis, « vſque ad ſtrictiſſimum: hoc autem vtendum in ipſa diploë. Poſthæc (ſi do- « lor aliud non requirit) curare ſiccis pharmacis confeſtim, & vſque ad finē, « iis nimirum quæ vocantur cephalica (de quibus in fine capituli fiet ſermo) « cum ſuis ellychniis, & exiccatoriis, & aliis auxiliis opportunis. Quare autē « iſtud vulnus non ſuitur? quia exiſtens in medio capitis, non poteſt expurgari per ſe. Et niſi imbiberetur pus ellychniis, & aliis auxiliis deſiccaretur, poſſet retineri aliqua materia in medio tabularum, & ibi putreſcere, & putredinem in oſſibus generare.

### *De vulnere facto per inciſionem, cum fractura cranij, ſine deperditione ſubſtantiæ oſſis, vſque ad interiorem ſuperficiem penetrante.*

*Tale vulnus* aut habet fruſtula, aut non, ſed eſt planum & æquale. Si fruſtula quæ poſſent pungere durā matrem fruſtulis & aſperitatibus explanatis & æquatis lenticulari, & aliis inſtrumētis, eodem modo curatur vt proximè fuit dictum. Et hoc eſt quod dicebat conſequenter Gal. In eis verò quæ vſque ad menyngen perueniunt, ſiquidem fuerit ſimplex fractura [ id eſt ſciſſura, & non contuſio ] prædictis ſcalpellis vtendum. Et hoc quantum ad illa quæ ſunt in bregmate, id eſt in ſuperiori parte. In illis verò quæ ſunt in latere, non multum curauit de inſtrumentis, ſed tantùm vt ſuerentur, & turundis mundificarentur. Et hoc in fine capituli monſtrauit duobus exēplis. Vidi quandoque bregmatis quidem os fractum: quod verò eſt dein- " ceps os vocatum temporis, vbi ſquamiformes commiſſuras eſſe accidit, " vſque ad multum ſpatium euidentem habens ſciſſuram, quam nos omnino " non tangentes, ſed ſolùm abſcindentes os bregmatis, curauimus hominē, " vt adhuc viuat ab annis multis. Si verò os bregmatis reliquiſſemus, pu- " truiſſet

» putruiſſet menynx quæ ſubiacet, antequam fractura callum duxiſſet. Gal. » dat cauſam vtriuſque curæ.Nam ſi nullus ex patiẽtibus ichor intro flueret, » ſuperfluum eſſet abſcindere os,Modò,quia ad os temporis (quod eſt in latere) ex patientibus ichor non deſcendebat : & ſi deſcendebat, in loco habili erat ad expurgandum : propter ea non fuit neceſſe illud inſtrumentis abſcindere.Sed in bregmate,quia non erat in loco habili ad expurgãdum ichores (imò potius ad retinendum) idcirco fuit neceſſarium ampliare, & tum ellychniis tum aliis auxiliis oportunis ichorem prohibere,& genera » tum extrahere & deſiccare.In alio verò exemplo,eodem modo fecit : quia » veritus eſt commouere cerebrum, propter duritiem oſſis temporis,& ne per foramen( ſi hoc feciſſet) promineret cerebrum. Adhæc ſunt in lateribus etiam multi exortus neruorum horum,quàm non leuis momenti.

*De vulnere eodem tum deperditione ſubſtantiæ oſsis.*

*Si huiuſmodi* fractura eſt cum fruſtulis pungentibus, lenticulari & aliis inſtrumentis explanabuntur:deinde (ſuppoſita prima remutatione in documentis ſuperius dicta) fruſtum panni delicati, aut ſindonis mollis maceratum melle & oleo roſato,ſuperponatur:ipſum aliquãtulum cauda ſpecilli inter os & duram matrem imponendo,vt defendat ne ſuo motu panniculi lædantur ab oſſe:& deſuper ellychnia,mollia macerata,ſaltem ab initio eadem miſtura.Et ſuper hæc atq; ipſum os,fruſtũ panni etiã imbutum, vt inhibeat ne pus infra deſcendat. Antiqui tamẽ ponebãt portionem vnius pateræ,& erat ridiculum: quia aſſiſtentes qui non erant in ſecũda mutatione,credebant ibidẽ loco oſsis deperditi remanere. Deſuper in vulnere carnis ponantur alia ellychnia ſicca,vel fruſtũ ſpongiæ,vt ebibãt pus : & deſuper emplaſtrum capitale perforatum,vt non includat pus. Vltimò ſtupas madentes,vino calido,& expreſſas, & vnam non madidam. Et ligetur ita delicatè,vt ligatura retineat,& non comprimat. Et quando erit bene mundificatum,remoueatur pannus primus,& ponatur puluis capitalis , & cõtinuetur ad carnis generationem. Vltimò, quando erit agglutinatum, puluere cicatrix inducatur,& conſolidetur.Et in iſta operatione ſatis laudo Henricum.

*De vulnere capitis cum contuſione,abſque fractura crany.*

*Eſt conſilium* Auicen. vt materia refrænetur à principio communi remutatione ex albumine oui.Et ſi vis addere oleum roſ.quia mitigatiuum, bonum eſt. Poſt verò reſoluatur materia vino ſalito,& melle, aut aliquo ex dictis in capitulo de cõtuſione in ſermone communi.Et ſi fiat pus,maturetur:& aperiatur vt alij abſceſſus.

*De vulnere cum contuſione,& parua fractura crany.*

*Eſt conſilium* Galeni,ſi fractura eſt parua,quòd curetur vt præfata contuſio:eo quia Galenus,non faciendo mentionem de differentia,quã vocauit ſolum ſedem eorum quæ percuſſerunt,tacendo etiã curam,voluit affirmare illam curari vt alia.Tota cura in hoc eſt taliter reſoluare,vt pus (ſaltẽ notatu dignũ) nõ faciat.Auic.verò lib.tertio canõ.de dolore capitis ex

*Li. 6.therap.c. vlt.*

*Fen.1.tra. 2.cap. 22.*

percuſſione,& regimine eius cui accidit commotio cerebri, dicit quod o- «
portet vt ſit tota tua intentio in hoc caſu, vt dolorem ſedes quantum po- «
tes,& elonges materiam à loco læſo,vt non faciat apoſtema.Et hoc cum e- «
uacuatione,& attractione ad contrarium phlebotomia,& clyſteribus acri- «
bus,& pilulis cochiis. Etiam emplaſtra admoueantur loco in principio ex «
iis quæ confortant,ſicut ſunt epithemata ex aqua myrti, & ſalicis,virgæ pa «
ſtoris:vel ex oleis myrtino,liliaceo,& roſaceo : Et ex pul.ro.balauſtiorum, «
cupreſſi,calami aromatici,lentium chamæmeli, meliloti, boli armen.alu- «
minis,myrrhæ,olibani,atque cydonis,confectis cum vino. Et dare in po- «
tu ſtœchadē,cum aqua aut hydromelite.Ipſi enim cum eo liberantur,vt di «
cit.Porrò cum egreditur propter percuſſionem ſanguis è cerebro, oportet «
vt patientem potes cerebellis gallinarum,aſſis , cum aqua granatorum. Et «
*Lib.2.c.4.* Theodo.ad hoc facit emplaſtrum ex baccis lauri, cymino, aniſo, ſale,ma- «
ſtiche,thure,atque cribratura furfuris,coctis in vino : quod mihi placet in
fine.Et in iſta fractura potiones poſſunt adminiſtrari conueniēter:quia tā-
quā paruas,per ſe,aut modico auxilio adiuta natura,poteſt eas rectificare.

*De contuſione,cum fractura magna.*

*Si fractura eſt* magna,neceſſariò veniendū eſt ad chirurgiam,& dilatatio-
nem fracturarum,quod probauit Gal.lib.ſexto,& Auicenna lib.quarto,tri-
bus rationibus.Illud oportet fieri per aperturam, quod non poteſt fieri per
ligaturam.Sed prohibitio apoſtematis,& deſcenſus materiei (quæ eſt præ-
cipua intentio in omnibus fracturis contuſis) non poteſt fieri in capite be-
neficio ligaturæ:quia ineptum eſt propter formam , vt ibidem explicatur.
Ergo,&c. Præterea , ſi quod minus videtur ineſſe,ineſt , & id quod magis:
ſed minus videtur in brachiis , & aliis oſſibus eſſe neceſſarium aperire,
& extrahere ichores , quàm in capite : & tamen eſt neceſſe aliquando.
ergo plus eſt in capite neceſſarium , propter cerebrum. Ad hæc , ſi eſſet
aliqua excuſatio , hoc eſſet medicamentorum cauſa. Sed hæc non vo-
lent ſine ligatura , vt dicit Galen.& eſt verbum notatu dignum. Ne-
ceſſarium eſt ergo in magnis contuſionibus nudare , & dilatare aliquam
partem fracturæ , vt poſſimus abſtergere , & lauare à menynge icho-
res.Non audiantur ergo verba illorum Theodori,& Ianuenſis ſectatorum,
qui ſe iactant omnem capitis fracturam ſuis pigmentis & potionibus,abſ-
que chirurgia & eleuatione oſſium,curare: quia licet de paruis eſt poſſibi-
le,vt dixi,de magnis tamen nunquam vidi. Neque ratio Cōſiliatoris valet,
ꝙ fortes medicinæ eleuare & extrahere poſſunt à profundo.Nam tales ſuſ-
pectæ ſunt:propter enim nimiā vehementiā,præſertim in diſpoſitis(qualia
vtplurimū ſunt corpora noſtra, vt ſuper quartū Auic.dicit Dinus)poſſunt
in ducere apoſtema. Nec illa Henrici, quòd ipſi poſſint curari omnia vul-
nera abſq; notatu digno pure : quia magnis contuſionibus pus notabilem
oportet aduenire,therap.4.Neq; quod allegāt de natura potēti. Hoc enim
de pauca intelligitur materia:quia in copioſa oportet contra aperire, vt in
empyemate ſub quarta coſta,ſicut infra dicetur. Et magis miror quādo di-
cunt,

*Cap. vlt. Fen. 5.tr. 3 cap.1.*

*Fen. 5.tr. 3.c.1.cōm. 17. Cap.5. Cap.do.2. huius tr.*

cunt, vltra quartam diem non valere eorum potionem, credebam plus valere deinceps: quia vulnus à fluxu, dolore, & apoſtemate eſt ſecurum. Neque dicunt quid ſit faciendum, ſi potio non valeat. credo quòd facerent, vt de malo nauta dicit Galenus quinto therapeut. qui propter negligentiam perdēs nauem, deinde dat aſſerem cuilibet vectorum, vt inde ſi poſſit, adipiſcatur ſalutem. Neceſſariò igitur eundum eſt ad chirurgiam cranei fracturarum: quam Galenus ſub quodam epilogo lib. ſexto therapeutices ſic ponit: Si verò cum contuſione aliqua (ſup. magna) fuerit, exſcindere oportet quod contuſum eſt, vel terebellis in circuitu primum proforando, deinde vtendo ſcalpris vel cycliſcis mox ab initio. *Cap. 15.* *Cap. vlt.*

Verum quia breues ſermones in practicis non ſufficiunt, explicando epilogum Galeni duo præſtabo. Primò, præmittā octo documenta valde neceſſaria ad operationem iſtam. Deinde ponam operationem in qua conueniunt Galenus, Halyabbas, Paulus, & Auicenna. Primum documentum eſt, non exercendam operationem in eo qui eſt debilis: quia (ſecundum Galen. ſecundo aphoriſmorum) vbi eſt indigentia, non oportet laborare. Secundum, vt ante omnia prædicetur & obteſtetur periculum, quò vitentur ſermones ſtolidorū, vt lib. quarto canon. monet. Auic. Tertium, vt in operatione fugiantur commiſſuræ fieri quātum poterit: timendus enim eſt lapſus, & læſio duræ matris, vt in anatomia fuit dictum. Quartum vt vitetur plenilunium: quia in eo cerebrum augmentatur, & ad cranium appropinquat, vt ait Galen. lib. tertio de criticis diebus. Quintum, vt dilatatio fiat in loco decliuiori: quia talis eſt aptior ad expurgandum, docente Gal. lib, therapeuti. tertiodecimo. Sextum, vt in dilatando non perſequaris finem fiſſurarum, ſufficit enim, ſecundum Galen. auferre tantū de oſſe vt ſanies poſſit expurgari. Septimum, ſi os quod debet extrahi, repugnat extractioni oleo roſa. maceretur, quò adeo molleſcat, vt ſine dolore extrahatur. Octauum, eſt vt quàm citiſſimè poteris, expedias operationem, maximè in compreſſione & punctione panniculorum: quia ad iſta citiſſimè ſequuntur apoſtemata, & accidentia mala. Neque in deſcenſu materiei ſupernè, expectes æſtate diem ſeptimam, neque hyeme quatuordecimam: quia poſt hæc ſuſpicari licet talem in panniculis eſſe factam impreſſionem, vt operatio non ſit profutura. *I.* *Aph. 16.* *II.* *III.* *IIII.* *V.* *VI.* *6. ther. 6.* *VII.* *VIII.*

Conſequēter operationem in qua plures conueniunt, apud Auic. inuenio in 4. Qualiter (inquit) fit hæc curatio, nos dicemus hoc loco id quod dixerunt primi. Inquiūt, oportet vt radatur in primis caput vulneratū. Et fiāt in eo duæ fiſſuræ, ſecantes ſe ad figurā crucis [aut ad figurā cifræ 7. vt dicit Lāfrācus] & oportet vt vna earū ſit ſectio percuſſionis. Deinde oportet vt excorientur anguli, & detegatur os totū contuſum in quo debet fieri excauatio. Quod ſi accidat inde fluxus ſanguinis, oportet vt impleatur vulnus pannis madentib. aqua & aceto [aut albumine oui.] Et ſi non accidit fluxus, impleatur panno ſicco tenui deinde pone ſuper ipſum, puluillum vino & oleo imbutum, & adminiſtra ligamentum quod huic rei conuenit *Fen. 5. tr. 3. cap. 1.* *Tr. 2. c. 1.*

ita vt ſequenti mane,ſi non acciderit aliquod ex accidentibus malis, inci- «
pias excauare os fractum. Ad hoc autem oportet, vt facias ſedere infirmũ, «
prout conuenit:deinde oppila aures eius lana,aut xylo ſeu cotone,ne læda- «
tur ex ſono percuſſionis.Poſtea ſolue ligamentum vulneris,& aufer pãnum «
ab eo,& abſterge ipſum. Deinde præcipe duobus miniſtris, vt teneant «
cum pannis ſubtilibus angulos excoriatos. [aut ſi transfigantur filo, pote- «
rit hoc facere vnus.] Tunc ſi os fuerit debile, & parum ſtabile ac firmum, «
ſepara ipſum inciſoriis & lenticulari, & ſi eſt neceſſe percutere malleo, fiat «
hoc cum facilitate. Si autẽ os fuerit forte,oportet vt perforetur terebellis «
foraminib.multis vnum prope aliud ad magnitudinem ſpecilli prout vo- «
luerit expellere de oſſe:poſtea inciſoriis ſepara ab vno foramine ad aliud «
foramen,quouſque fuerit ſeparatum os. Et tunc ipſum cum eleuatorio e- «
leua,& digitis,aut paruis forficibus extrahe.Poſt verò lenticulari & malleo «
omnia fruſtula & aſperitates explana: & vulnus carnis atque oſſis curetur, «
vt fuit dictumde fractura cum oſſis deperditione.

*De correctione accidentium,conſequentium ad vulnus capitis.*

*Si occurreret* apoſtema(quod vtplurimum euenit propter compreſſionẽ, & puncturam oſſis,& turundarum & ligamentorum,aut propter frigus,aut propter malum regimen) tunc feſtina ad ſublationem & ſeparationem cauſarum.Et ſubtrahe materiã phlebotomia,& aliis euacuationibus,& mitiga locum oleo roſ.calido : aut aqua decoctionis : altheæ fœnugræci, ſeminis lini, chamæmeli,& ſimilium & emplaſtrum de maluis ad hoc «
multum laudatur. Si autem nigredo acciderit menyngibus ex natura «
medicaminum, abſtergatur, & mundificetur melle, & oleo roſ. Quod ſi «
acciderit ex ſeipſo,& peruenerit ad oculum,cum ſignis aliis malis, tunc o- «
L. 6. cap. 90. portet(vt dictum eſt)quòd non confidas de ſalute infirmi. Nam illa nigre- «
do ſignificat,vt dicit Paulus,caloris naturalis deſtructionem. De carne ſuperflua,& aliis accidentibus,dictum eſt in ſermone communi.

*De medicinis capitalibus.*

*Medicinæ* vulnerum capitis ab initio & donec ab apoſtemate fueris
Cap. vlt. ſecurus, debent eſſe mitigatiuæ: qualis eſt miſtura ex tribus partibus olei roſ.& vna mellis.Ille tamen ſenex ſexto therapeut.oxymel apponebat. Et ſi dolor non infeſtat, ad melius mundificandum debent eſſe econuerſo,
L.6.ther. cap.vlt. tres partes mellis, & vna olei roſ. Poſtquam autem fueris ſecurus ab apoſtemate, debet eſſe medicina deſiccatiua ſine mordicatione : qua-
L.1.c. 17. lis eſt puluis capitalis, qui fit ſecundum Galen.ex iride illyrica, orobi
Tr. 2.c.1. farina, manna (quæ eſt thus minutum) ariſtolo & cortice radicis pana-
L.2.c.1. cis. Brunus verò addit myrrham, ſarcocollam, & ſang.draco. Lanfr.
Empl. ex betonica. autem & Guliel.myrtillos,& nuces cupreſſi.Emplaſtrum capitale ex betonica, quod ſuper ponitur ſecundum Hen.ſic fit, Recip.ſuccorum betonice,

plan-

plantaginis,& apij colatorũ,ana lib.j.reſinæ, ceræ, nouæ, ana quart.j.terebinth.lib.j.coquantur priora vſque ad ſuccorum conſumptionem.vltimò addatur terebinthina,& fiat emplaſtrum. Emplaſtrum è centaurea, quo ego libenter vtor in vulneribus capitis,ſic fit, Re.centauriæ mi.M.vj.macerentur vna nocte in vino albo,deinde coquantur ad conſumptionem medietatis,poſtea colentur,& colatura bulliat vſque ad ſpiſſitudinem mellis: de hoc accipe,vnc.3.lactis mulieris,vnc.2.terebinthinæ, lib.1. ceræ nouæ, quart.reſinæ,quartarij dimidium,thuris,maſtiches,gummi arabici,ana vnc. 1.fiat emplaſtrum. Potio ad vulnera capitis, dicta eſt in iſtius capituli documentis. *Empl. è centaurea.*

*De inſtrumentis quibus fit operatio,in vuln.capitis.*

*Inſtrumenta* capitalia ſunt ſex,& debent eſſe de qualibet forma tria, maius, minus,& medium. Primò ſunt trypana ſeu terebræ:quæ ſunt ad faciendum 1.
foramina,pro oſſis eleuatione:& ſunt diuerſorum modorum.Gal.facit ea *6. therap. 6.*
inſtar terebelli,cum quadam circumuolutione eminente parum ſuper acutam extremitatem,quæ eſt in terebello:vt perforando non cadat ſupra duram matrem.Pariſienſes ad vitandam multitudinem formarum,quę debent eſſe iuxta ſpiſſitudinem oſſis, loco illius eminentiæ faciunt trypana forata ſuper acumen,& vnius ſuſcudis beneficio mutando per foramina,adaptant ea ad ſpiſſitudinem oſſis. Bonon.ea faciunt inſtar lanceę:quia pars acuta poteſt intrare,& lata prohibet ne contra voluntatem introcadat:Secundò ſunt ſeparatoria, ad ſeparandum ab vno foramine ad aliud, & ſunt 2.
duarum formarum:Prima eſt gallica ſecunda.Bononienſium:de cuius cauda poteſt fieri eleuatorium. Tertiò autem ſunt eleuatoria,ad eleuandum os trypano perforatum & ſeparatum.Quartò ſunt ſcalpri,ad ampliandum fiſ- 3.
ſuras:& ſunt ad inſtar ſcalprorum fabri lignarij. Quintò eſt lenticulare,in- 4.
ſtrumentum multum laudatum à Gal.quia explanat, & ſeparat aſperitates 5.
ſeparandas,cum ſecuritate,propter eminentiam lenticularem quam habet in capite.Et eſt formæ cultri pennarij,cum lenticula in ſuo acumine.Sextò 6.
eſt malleus,ad percutiendum retro lenticulare, & debet eſſe plumbeus,vt in parua quantitate magis ponderet,& reſonet magis ſurdè.

## *CAPITVLVM SECVNDVM.*

*De vulneribus faciei,& partium eius.*

Vlnera faciei,vltra intentiones communes,quantum ad eius vniuerſitatem attinet nihil habent proprium:niſi quod,quia eſt membrum decoris,& honoris,ita cautè tractentur,vt vniones & cicatrices non fiant turpes.Et ideò vbi erit poſſibile ſuere ea fruſtulis pannorum, vt dictũ eſt, fiat. Vbi autem non erit poſſibile,& fuerit pars carnoſa fixa, non mobilis, ſufficienter ſuatur filo,ſuturâ ſeparatorum punctorũ. Vbi verò fuerit pars mobilis,ſuatur acubus inuolutis remanentibus in loco. Si autem pars fuerit ſicca, ſuatur ſutura pellionum. Et vbi erit poſſibile ligare ligatura ag-

Lib.2.ca. 84. glutinante, fiat. Albuc. autem naſum, aures, & labia dum ſunt ſanguinolenta & recentia, aut renouata ſcalpello, aut raſorio cultro, ſuere præcepit ſutura quæ dicetur in ventre. Verum quia facies quodammodo participans cum capite in rotunditate & figura ſphærica, deficit ab illa ligatura (& cum hoc, accubitus eam laxat) neceſſarium eſt eam medio modo componere accedendo quantum erit poſſibile ad incarnatiuam. Et propter ea eſt conſilium omnium operantium, vt vulnerati in facie habeant in capite pileolum ſeu capellinam è panno lineo, fortem, bene & firmiter ligatam capiti, in qua omnes ligaturæ conſuantur. Etiam eſt neceſſarium, quia facies plurimis paruis particulis conſtat, vt loco ſtuparum, aliquando ponantur panni duplicati aut triplicati, vt melius applicentur, & promptius remoueantur. Quantum verò ad ſuas particulas, habet proprium, id quod poſthac docebimus.

Cap.6. huius.

## *De vulneribus oculorum.*

*Vulnera oculorum* ſunt metuenda, propter ipſum viſum, & propter eorũ propinquitatem ad cerebrum: imò vidi multoties (quod etiam atteſtatur Beneuenutus,) ad vulnera circunſtantiarum oculi, ſequi oppilationem neruorum opticorum, & cataractas. Quid ergo dicam, quando fuerint in ſubſtantia oculi? certum eſt, quod ſi effundantur humores, ſequitur deſtructio oculi, & actionis eius. Et ſi Gal. lib. quarto de ægritudine & ſymptomate,
Cap. 2. vidit quẽdam puerum punctunt ſtilo ſcriptorio, vnde effuſa fuit confeſtim aquoſa humiditas, curatum, hoc fuit de rarò contingentibus. Et potuit eſſe
Part. 24. ſecundum naturam (non obſtante quod Rabbi Moyſes, quaſi deridendo
Aph. 38. Gal. dicit, id fuiſſe de mirabilibus ipſius) cùm partes ſpermaticæ in pueris quotidie regenerentur, vt videtis. Cura eſt ſecũdum Ieſum, prohibere ma-
Tr.2. cap. 48. teriam ne fluat ad oculum. & ſi ſanguis non exiuerit, collyrium adhibeatur ex thutia & modica camphora. Si autem ſanguis exiuerit, ſedeng (hoc eſt, hæmatite lapide) curetur: quia ad hoc multam habet virtutem & pone ſuper oculum albumen oui, & ligetur cum inſtita firmiter. Beneuenutus in hoc caſu ſummè laudat germina ouorũ agitata, & ducta in mortario in formam vnguenti. Et vocat hanc medicinam, Virtutem à deo datam.

## *Si quid ingreſſum oculum vulneret & lædat.*

*Si autem* aliquid intrauerit in oculum, & vulneret, & dolore afficiat, & offendat eum, velut ſunt fumus, puluis, lapillus, aut palea, ſiue ariſta, pręcipit
Tr.2. cap. 37. Ieſus diſtillare in oculum lac mulieris, vel aquam dulcẽ, pluries: quia mundificat eum, & extrahit omne quod in eum cecidit. Et ſi non recedit, inuerte palpebras, & ſi illud vides, inuolue ſtilum, aut digitum panno ſuaui lineo, & abſterge illud: & ſi nimis adhæreat, volſellis remoueatur. Et diſtilla in oculum lac puellam nutrientis.

De

*De tarſen, & de ſanguine qui intra oculum venit, ob vulnus & percuſſionem.*

*Laudat Ieſus* inſtillationem lactis puellam, lactantis & albuminis oui, & ſanguinis columbini, qui eſt ſub ala. Et emplaſtrũ admouere oculo ex medulla panis vino macerata, eſt optimum. Quod ſi non diſſoluatur, diſtilla in oculum aquam ameos & ſalis gemmæ: & foue cũ aqua decoctionis hordei, & hyſſopi ſicci. Et ſi non recedit, accipe aquam claram, in qua ſteterit arſenicum rub. puluerizatum, & proiice in oculum. Et ex his quæ proficiunt tarſe, eſt iſtud ſief. Reci. ſedeng. abluti, drac. 3. æris vſti, drac. 2. coralli, margaritarum non perforatarum, ana drac. ß. gummi ara. tragacanthi, ana drac. 2. & ß. piperis, grana 32. ceruſſæ lotæ, drac. 1. arſenici ru. ſang. draco. croci, karabe, ana drac. ß. fiant ſief cum ſanguine gallinarum, & vtantur ex lacte puellæ. Tr. 2. cap. 36.

*De vulneribus palpebrarum.*

*Præcipitur* quod ſuantur cum acubus curuatis, & ſi fieret ſutura cum cauillis, propter motum palpebrarum, magis eſſet tuta ſpecialiter quando area pilorum eſt inciſa, tantæ enim cartilaginoſitatis eſt quòd difficulter vnitur. & poſt cum pulueribus, & pannis bene ſuſtinentibus, artificialiter & ingenioſe ligetur.

*De vulneribus naſi.*

*Naſus quandoque* vulneratur, quandoque frangitur, quandoque atteritur, & quaſſatur. Hic autem proprie agetur de vulneribus, & inciſionibus: quia plurimum accidunt quam reliqua, gratia tamen cõmunionis dicetur & de aliis vt de capite fuit dictum. Naſus quandoque abſcinditur ex toto: quãdo que non, ſed adhæret, & tenet ſe cum carne labiorum. Si naſus ex toto ceciderit, amplius non poteſt reuniri: vnitio enim in organicis eſt impoſſibilis in tertio techni. Et cauſa in iudiciis vniuerſalibus fuit dicta. Quicquid dicant garrulatores. Si autem ex toto non fuerit inciſus, ſi ſanguinolẽtum eſt: aut ſi non, quod ſacrificando renouetur vulnus, ſuatur caute & decenter: eo modo quod dictum eſt ſuperius de ſutura cum filo faciẽdo tot puncta quot erunt neceſſaria. Et ſi acus recte non poſſunt bene ad ſuturam adaptari, calefaciendo eas in igne curuentur, & imponantur in naribus duæ tentæ rotundæ de ſtupis: aut cannulatę de pennis anſeris, vt aer & ſanies ſua poſſint habere ſpiramina. Et poſt ponatur puluis, & applicentur plumaceoli de panno decenter facti vnus in quolibet latere, & alius deſuper, qui comprehẽdat totum balneati in prima præparatione cum albumine oui, cum vino albo calido. Et quando erit neceſſe, curetur cum emplaſtro vel vnguento incarnatiuo & conſolidatiuo: & ligetur ingenioſe.

*Ligatura naſi.*

*De ligatura* iſtius particulæ multi altercati ſunt. Albuca enim & Auic.

Tr.4. do. 1.cap.2. eam defendere videntur. Lanfran. & Theodo. (vt ſibi perſuadet Henr.) præcipiunt ligare duabus ligaturis, vna ſubtus naſum ad ſuſtinendum, alia ſuper naſum ad tenendum medicamina. Rogerius & Gulielmus ligant vnâ faſcia inciſa in medio quà naſus poſſit tranſire in modum capiſtri. Henricus totum hoc reprobat: imò dicit quod melius eſſet ſine ligatura: quia ſi ipſa eſt preſſior, naſum deformabit: ſi laxior, parũ proficit. Et vtraque per ſomnũ poterit nocere in cõpreſſione, & corporis verſatione, & motu inordinato. Nihilominus in caſu cõcedit vt ligetur ſubtus, & nõ ſuper. Ego autẽ de hac altercatione parum curo: quia (vt dixi) in facie non poteſt dari certa regula de ligatura incarnatiua. quare quilibet faciat prout ingenio melius inuenire poterit: dummodo in capite ſit bonus pileolus, aut capellina, in qua ſuantur ligaturæ: & quòd ſuendo, atque ponendo ſatis de ſtupis, &
l.2.c.10. idoneis ſuſtentamentis, vt præcipit Theo. meliori modo quo erit poſſibile adaptetur (vt teneant partes adductas propius, & medicamina applicata) ſufficit. Si autem naſus eſſet refrigeratus, & alteratus, conſulit Henr. vt caliditate naturali pullorum calefiat, donec reſtituatur. Si autem non poteſt reſtitui, remoueatur, ſed quàm tardiſſimè fieri poterit, ne diffameris à populo, poſtea locus curetur & cicatrice obducatur. Et ſtet prima præparatio per tres aut quatuor dies: Aliæ verò bis in die mutentur. Os naſi intra 18. dies ſperatur reſtaurari. Pro fractura hoc additur, quòd intromiſſione digitorum, aut alicuius baculi extrinſecus, naſus ſuſtentetur, & intrinſecus manu altera æquetur. Deinceps intromittantur, turundæ conuenientes: & iuxta & deſuper plumaceoli, in primis dies macerati albumine oui, poſtea verò diachylone, in quo farina volatilis & puluis rub. cum oleo roſa. fuerit malaxata: & cautè ſuſtineatur, & ligetur. Et quando cum fractura fuerit attritio, curetur vt aliæ contuſiones. Si autem eſt cartilaginis ſeparatio, conglutinetur.

### *De vulneribus aurium & labiorum.*

*Nihil habent* proprium: ſuantur, & ligentur, & meliori modo quo erit poſſibile vt alia membra carnoſa curentur.

## CAPITVLVM TERTIVM.

### *De vulneribus colli & dorſi.*

VVlnera in collo fiunt quædam in ſola carne, quædam verò in oſſibus ſpondylorum, quædam in ligamentis quæ ſunt ad latera, quædam verò in venis organicis, quædam in viis ciborum & anhelitus. Proinde, vltra intentiones communes, habent propriam ligaturam, & aliqua propria prognoſtica, & pauca curatiua. Ligatura colli incarnatiua fit, cum faſcia longa duorum capitum, ponendo medium faſciæ in oppoſita parte vulneris inuoluendo collũ, & ducendo capita cruciatim ſuper vulnus: & poſtea faciendo tranſire per axillas, reducuntur ad collum id circumuoluendo, & ibidem ſuendo. Et ſi eſt pileolus in capite, ſuatur ei faſcia, vt eam retineat ne deſcendat. Ligaturam medicaminum retentiuam præcipit

facere. Roger.ita. ſcindatur. faſcia ab vtraque parte : & duo brachia ſuperiora tranſeundo ſuper aures, ligentur in fronte: alia duo inferiora tranſeundo ſub axillas ligentur in pectore, alia verò duo media ligentur per medium colli.

*Prognoſticum* autem fit & iudicatur de vulneribus colli per Rogerium, quod ſi neruus ſeu chorda incidatur in collo, rarò accidit vt in poſterũ collum liberũ habeat motũ. Amplius dicit, quod ſi vulnus penetret vſquequo exeat ſpinalis, medulla, mortale & incurabile iudicatur. Nã paſſiones ſpin. medulla ſimiles ſũt paſſionibus cerebri, vt ex duodecimo de vtilitate partiũ in anatomia fuit allegatũ. Si aũt non perueniat ad medullam, licet ſit curabile, timendũ eſt (propter læſionẽ neruorũ orientium ab illa parte ſpinalis medullæ) de nocumento ſenſus & motus membrorum, ad quæ delegantur nerui. Vt & infra de fractura ſpõdylorũ dicetur. Præterea, vulnera quæ pertingunt ad neruos recurrentes, perpetuã generant raucedinem. Et ſi pertingunt ad quendam neruum qui tranſit iuxta aures, dicuntur inferre homini ſterilitatem. De inciſione cuiuſdam venæ ſpermaticæ quod fertur eſt ridiculum, vt ſupra anatomia fuit allegatum. Præterea, vulnera venarum & arteriarum magnarum ſunt periculoſa: quia propter hæmorrhagiam ipſarum, cito exhalat ſpiritus & vita. Amplius dictum eſt, quod vulnera œſophagi & tracheæ arteriæ ſunt periculoſa: quia habent ſeruitiũ vitæ immediatè neceſſarium: prẹter id quod ſunt difficilis conſolidationis: quia ſunt tranſitus aeris & cibi. *Tract.5. doct.1.c.3.*

Curatio iſtorum vulnerum, quantum ad carnem, nihil habet proprium. ſuantur, & cum pul. & vino, & aliis auxiliis curentur. Quantum ad neruos & chordas, etiam ſuantur profundè, & cum oleo vermium & emplaſtro curentur. Quantum ad venas & arterias magnas, ſuantur, & ex pul. Gal. & pilis leporis, cum albumine oui emplaſtrum adhibeatur. Et ſi hoc non valet, exorientur capita venarum, & ligentur vt ſuperius de fluxu ſanguinis fuit dictum. Quantum ad vias aeris & cibi, ſuantur, & cum puluere, & aliis auxiliis exterius tractentur. Interius vero diaganthum, aut diaſymphytum ad lambẽdum infirmis tribuatur. Quantũ ad ſpinalem medullam, perfundatur vulnus oleo roſa. calido, & ſuperponatur ab initio vitellus oui, vſque quo dolor fuerit ſedatus. Poſtquàm autem ſuppurauerit, mundificetur, & incarnetur iſto Guli. & Lanfranci emplaſtro. Rec. mellis roſ. colati, vnc. iiij. farinæ hordei, vnc. ß. terebinthinæ, drac. iij. ceræ, reſinæ, ana drac. ij. thuris, maſtichis, ana drac. j. myrrhæ, ſarcocollæ, mummiæ, ana drac. ß. olei maſtichis, drac. iij. fiat emplaſtrum. *Li.5. therap.cap.5.* *Li.2. c.5. Tr.2.do. 1.cap.3.*

## CAPITVLVM QVARTVM.

### *De vulneribus omoplatarum, & brachiorum.*

VVlnera iſtorum membrorum nihil habent proprium, niſi prognoſticum, & ligaturam, & ſitum fiunt autem quandoque in carne, quandoque in oſſibus.

*Iudicatur*, quod in vulneribus patularum, propter neruos qui deſcendunt ad brachia verendus eſt dolor, & amiſſio, ſenſus ac motus brachiorum. Præterea, vulnera plicaturæ cubiti ſunt metuenda, propter venas amplas, quæ magnam faciunt hæmorrhagiam. Amplius in vulneribus cubiti, & omnium iuncturarum, veremur dolorem, & apoſtema, & duritiem ſeu particularem ſpaſmum, propter infiltrationem oſſium & ligamentorum: & propter ſitũ, quia locus eſt inferior. Non enim cõpletè poſſunt mundificari: & ita materia includitur, remanet, ac induratur, & motus perditur iũcturæ. De vulnere ad duos vel tres digitos prope iuncturam, iudicatum fuit ſupra.

*Cura verò* ipſorum parum differt à communi cura dicta: niſi quod ſutura vulnerum humeri indiget robore & propriè cum veruculis propter magnitudinem & pondus brachij.

*Ligatura* incarnatiua fit cum faſcia duorum capitum: & ponendo ſphæram ex ſtupis ſub axilla, incipiatur à medio faſciæ ibidem, & aſcendendo faſciam ſupra humerum, voluendo cruciatim ſupra vulnus, ligetur: aut ſuatur ſub altera axilla: & toties ſic reuoluatur, quoad ſufficiat. Quæ autem eſt ad tenendum medicamina, fit in modum vnius manicæ, eam duabus vittis ligando in altera axilla. Et in vulneribus brachiorum, oportet brachium cum mantili teneri in pectore ſuſpenſum ad collum: præterquàm in vulnere cubiti. In hoc enim oportet brachium ſitum habere rectum, ne diſrumpatur vulnus. Ligaturæ & ſuſtentacula digitorũ, & totius manus, fiant pro ingenioſo arbitrio operantis.

*Tr. 6. do. 1. ca. 1. & tr 7. do. 1. cap. 7.* De mollificatione duritierum quæ remanent poſt curam vulnerum iſtorũ membrorũ, dictum eſt partim in cura ſclirosis, & dicetur fuſius infra.

## CAPITVLVM QVINTVM.
### *De vulneribus thoracis, & partium eius.*

DE vulneribus thoracis, valde eſt mirum quod ita parum de ipſis (maximè quantum ad membra continentia) inuenimus tractatum à Gal. neque ab Halyab. neque ab Aui. Quantum verò ad contenta, multa dixerunt. Alios autem qui poſt iſtos tractauerunt de illis, ſatis inuenimus diſcordes. Nam Rogerius, Rolandus, Iamerius, Brunus, Gul. & Lanfranc. videntur velle (ſaltem in penetrantibus) vt nullo modo ſtringantur, neque retineatur ſanguis in profunditate eorum: ſed teneantur aperta ellychniis, & mundificentur vnguentis & emplaſtris, & lauamentis attractiuis. Et mittũtur huic rationi, quod ſi materia retineretur intus, recurreret ad cor, & ad alias particulas, & interficeret infirmũ. Theo. verò & Henr. volunt vt omninò claudantur, & nullo modo imponatur turunda: ſed ſuantur, ſi eſt neceſſe. Et ad corroborandum naturam, detur pigmentum ex pulueribus quod in vulneribus capitis dare conſueuerunt. Et imituntur huic ſententiæ, quod niſi citiſſimè claudãtur, calor vitalis per prædicta vulnera exhalat, & frigiditas aëris confundens ipſum ſubintrat. Nos verò excuſando Gal.

*Lib. 3. ca. 23. L. 3. c. 19. Li. 1. c. 4. L. 2. c. 12. Tr. 2. do. 1. cap. 5. L. 2. c. 16.*

Gal.& eius ſequaces,& cõcordando diſcordes in hac cura,quod ad præſens attinet,dicemus , id quod euidenter,apparet , à ſubſtantia rei incipientes. Vulnera thoracis,tam à parte anteriori,quàm ab aliis partibus,quandoque ſunt externa , & non penetrantia : quandoque verò penetrantia ſunt intra ſpatium.& quæ penetrant,quandoque ſunt ſimplicia abſque vulnere membrorum cõtentorum: quandoque membra,vt cor,pulmo,aut ab diaphragma, ſunt vulnerata. Et ab vtriſque quandoque parum ſanguinis cecidit in ſpatium intrinſecum , quandoque multum. Hæ ſunt differentiæ à quibus ſumuntur in talibus vulneribus indicationes curatiuæ.

*Cauſæ dictorum* vulnerum, prout dictum eſt in ſermonibus communibus, ſunt omnia quæ apta nata ſunt perforare & incidere , vt ſagittæ , telum & enſis.

*Signum* quod vulnus thoracis penetrat, eſt anhelitus per vulnus emiſſio, maximè quando os & nares infirmi clauduntur,quod per candelam incenſam,aut per lanam vel xylon ſeu cotonem carptum,poſita iuxta vulnus,demonſtratur. Non enim per intromiſſum ſpecillum eſt ita ſecura probatio. Signa cordis vulnerati, ſunt ſanguinis exeuntis nigredo , extremorum frigiditas, ſudoris copia , & ſyncope minuta, & locus ſub mammilla ſiniſtra. Signa vulnerati pulmonis ſunt , quod ſanguis qui exit eſt rubicundus, & ſpumoſus: & æger caleſit, & tuſſit , & palleſcit , & locus circa latera. Illud autem quod dicit Gal. de profuſa ſanguinis emiſſione,& abſque dolore, intelligitur per os in ruptura venæ. Signa diaphragmatis vulnerati, ſunt denſa,& magna reſpiratio,tuſſis ſonans & dolorifica,delirium,ſputum liuidum,ſitis,& cibi faſtidium cum eructuatione,rigor pungitiuus,& locus iuſta falſas coſtas. Signa quod ſanguis deſcendit intra , & corrumpitur, & ſuppuratur, iuxta illud Hipp,in aphoriſmis. Si in ventrem ſanguis effundatur præter naturam, neceſſe eſt putrefieri , ſunt grauitas & pondus laterum iuxta falſas coſtas , & ſputum putridum cum tuſſi multa , & febris incipiens. His addit Iamerius, quod anhelitus qui exit per os & per vulnus , fœtet intolerabiliter : & panni qui imponuntur , ſanguine coagulato & putrefacto educuntur infecti.

*4. loc.aff. 6.*

*Lib.6. aph.20.*

*Iudicia.* Iudicatur de iſtis vulneribus,quod illa quæ penetrant à parte dorſi, ſunt periculoſiora quàm à parte anteriori: propter venas, & arterias, & neruos, & œſophagum,& trachæam,& ligamenta cordis, quæ iacẽt à parte illa:preter id qđ læſio ſpinalis medullæ nõ parua putatur.Iudicatur de iſtis vulneribus etiam, quod quæ non penetrant,non ſunt periculoſa. Alia iudicia , & cauſæ eorum,quærantur in ſermone communi.

*Ligatura pectoris.* *In cura* vulnerum thoracis quæ non penetrant , vltra intentiones communes dictas,nihil additur proprium,niſi ligatura. Ligatura quę quidẽ incarnatiua , fit cum faſcia longa lata , incipiendo à parte oppoſita vulneris, ducendo & reuoluendo duo capita ſupra vulnus cruciatim : deinde ducendo & reuoluendo toties quod ſufficiat. Et capita faſciæ in parte anteriori longè à vulnere ſuantur.Et ( vt dicit Henricus)annectantur faſciolæ,

vna quæ tranſeat ſuper humeros,& altera ſub coxis. Retentiuam medicaminum facit Rogerius cum faſcia lata, perforata in vno capite, & in altero inciſa: ita vt faciat intrare humerum per foramen. Deinde circumuoluendo thoracem, redit ad humerum vnde incepit:& cum brachiis faſciæ inciſæ ligantur in illo humero. Quod ſi poſſet fieri(vt dicit) ſine inciſione, inuoluendo thoracem, leuius eſſet. Ligatura pro apoſtematibus axillarum fit cum faſcia inciſa ab vtraque parte: & vna pars ligatur inuoluendo pectus ſub altera axilla; altera trāſeundo ſuper humerum cruciatim reducitur per partem anteriorem poſterius ad alteram axillam.

Vulnera autem penetrantia, ſi conſtat per ſigna dicta quod aliquod membrum intrinſecum non fuerit lęſum, ne aliqua materia intus deſcenderit,ſine turunda cum emplaſtris, vnguentis incarnatiuis, & ſtupis,vino maceratis, ligatura, & mutatione tarda, vt alia curantur. Propterea Galenus & eius ſequaces, de his, quia nullam habebant diuerſitatem ab aliis, non fecerunt mentionem ſpecialem. Porro quod in talibus vulneribus nō debeat poni turunda,nec ipſa teneri aperta,oſtenditur:quia turunda ponitur,vbi neceſſarium eſt aliquam materiam congregatam expellere per vulnus: ſed in talibus ſupponimus eſſe nullam. Ergo in vanum turunda poneretur.Et ſi demus aliquam, ſubeſſe in parua tamen quantitate, natura eam reſoluit & euacuat. Nec de regione dubitetur: quia forti naturæ nihil eſt impoſſibile.Non ſolum facit tranſire materias per panniculos,ſed per medium oſſium,vt dicit Gal.ſeptimo aphoriſmorum. Quod ſi velis eam iuuare tua potione, hoc facere potes. Sin autem eis imponeres turundam acciderent nocumenta quæ dicunt alij ex debilitate, & aeris alteratione: quæ nocumenta reputauit magna Auenzoar cap.de angina, quando inciditur vuula,tractatu decimo.

*Cōm.54.* *Li.1.c.13.*

Penetrantia verò,in quibus membra intrinſeca ſunt vulnerata, ſi materia nulla deſcenderit, eodem modo curantur extrorſum,vt dictum eſt. Sed intra oportet vt dentur ad labendum medicinæ viſcoſæ & glutinoſæ. Et hoc eſt quod dicebatur quinto therapeutices: Cæterum danda eſt opera vt ea ſiccemus quacunque ratione, pharmacis extrinſecus impoſitis, & iis quæ bibuntur ex aqua, aut vino tenui.Sunt autem horum aptiſſima & quæ diaſpermaton dicuntur, & ſolenne nobis eſt, quo ad thoracis perforationes ſemper vtimur,quod ex caſia cōponitur. Per diaſpharmaton videtur intelligere Auic.diacodion(quod eſt diapapauer) vel diatragac, aut diaſymphytum:Per caſiam verò ea quæ ponunt extrinſecus, vt ſunt embrocationes ex vino:aut emplaſtra deſiccātia,quale eſt oleum roſatū, & melinum æſtate: hyeme autē nardinū.Et emplaſtrū quod fit ex chalcitide:de quo dixit in primo catageni,id eſt de cōpoſitione medicamētorū ſecūdū genera.Credo id eſſe diapalma.Vnde & lib.4.terapeu.loquēs de vlcerib⁹ intrinſecis cap.7.dicit:Sane cōmunis omniū internarū partiū indicatio eſt,eligere maxime familiaria animalis cibaria & pharmaca: fugere verò & auertere ei cōtraria, vt æruginem æris,& cadmiā,pompholygen(quæ eſt thutia)& lithargyrum, & ce-

*Cap.9.* *Cap.6.*

» & ceruſſam , & ſimilia: quia dictum eſt lib. tertio de tēperamētis, & in lib.
» ſimplicium pharmacorum, quod iſta, licet conſolident membra extrinſe-
» ca, nihilominus irritant, & aperiunt intrinſeca. Eligere verò cibaria, ſiqui-
» dem ad cicatricem ducere, vel glutinare voluerimus, quæ ſint auſtera, & vi-
» ſcoſa, & minime mordacia: velut ſunt hypociſtis, balauſtium , & cylini pu-
» nicorum, galla, malicorium, terra famia, terra ſigillata , & rhois roſarúm-
» que ſuccus, & acacia aliáque id generis . Dare autem oportet ea ex aliquo
» ſtypticorum decocto, vt malorum cotoneorum, vel rubi extremitatum, vel
» vitis, vel myrti, vel ex aliquo auſtero vino: dummodo non ſit tempus phle-
» gmones. Adhæc autem tragacanthum, & commi (quod eſt, gummi arabi.
» illis admiſcenda. Si verò expurgare voluerimus, abſtergētia dabimus mo-
» derata. Ad hoc verò optimum omnium eſt mel coctum . Et generaliter o-
» mnibus talibus medicinis admiſcendum eſt mel deductionis enim eorum
» organū exiſtit, & eſt velut vehiculum citæ lationis mel ipſum , cū eo quod
» non nocet vlceribus . Nec aliud extrinſecus recto modo poteſt applicari
» quàm vinum, ad membrorum internorum confortationem . Non obſtan- *Lib. 3. cap. 25.*
te Rolando, & Theodorico, qui hac de re etiam reprehendendo Rolandū *Lib. 2. ca. 17.*
(quia iactauit ſe curaſſe partem pulmonis abſciſſam, extrorſum cum pulue-
re rubeo) affirmat illud idem vidiſſe.

Si verò vulneribus penetrantibus cognoueris per ſigna dicta, quod ma- *Lib. 2. ca. 12.*
teria intra deſcenderit, ne tardes in eius eductione, imò (vt conſuluit Gul.)
de Salic. tota intentio tua ſit dilatare vulnus, vt manifeſtè & liberè ſanguis
vel pus generatum intus, per ipſum vulnus poſſit exire: cum turunda bene
facta, ampla extrorſum, ne cadat intro : & alligata filo, vt ſi caderet, poſſet
extrahi: & imbuta oleo calido. Poſtea præcipit Rogerius, vt patiens ſupra
diſcum vertatur hac illac ducendo materiam, & extrahēdo per vulnus. Vel
ſecundū Iameriū, per tres vel quatuor dies iniiciatur cū clyſtri intra pectus
certa quātitas vini, vel melicrati, & reuoluēdo corpus huc illuc, extrahe li-
quorem, conſiderās eius quantitatē & qualitatē. Et quando minus inuene-
ris quam miſeris, & exiuerit mundū & clarū ſicut intrauit, ceſſa & conſoli-
da, tenens ſemper xylon ſeu cotonē vetuſtū, (vt dicit Albucaſis) in orificio
vulneris, vt fugat illud q̄d egreditur ab eo ex humiditatibus. Et fac vt dor-
miat infirmus ſuper vulnus, vt currat quod aggregatur in eo. Si autē, ( dicit
idē Albucaſis) pręterierint tres dies vulneris, & nō acciderit infirmo ſpaſ-
mus, neque tremor cordis malus, neque anguſtia anhelitus , & vides diſpo-
ſitiones eius bonas: tunc ſcias quod vulnus eſt ſanum , & natura fortis , cui
nihil eſt impoſſibile, vt ſupra fuit dictum. Cura ergo ipſum deinceps (dimi-
nuendo cotonem ſiue turundam) ſua curatione. Si autem per tuum motū,
& iniectionem parum promoueas, vel ſi infirmus non poſſit ſuſtinere tales
reiterationes, cura vulnus ſecundum Gulielmum, diminuendo turundam,
& in ipſa, & ſuper vulnus, in modum emplaſtri ponatur mundificatiuum,
quod ſic fit : Recipe mellis roſa. colati, lib. 1. myrrhæ, thuris, ſarcocollę,
ana vnc. ß. farinæ hordei , farinæ fœnu. ana quod ſufficit ad inſpiſſandum.

Et ſi vis addere modicum terebinthinæ, bonum erit. Atque tunc (iudicio meo) potes dare tuas potiones factas ex centaurea, coſto, nepita, caryophyllata, pimpinella, piloſella.ſummitatibus cannabis, teneritatibus caulium rub.tanaceto, rubia, glycyrrhiza, ana: decoquantur in vino & melle. Et adminiſtretur qualibet die mane vnus paruus cyathus. Si autem penetratio vulneris fuerit dubia,nec per turundas oleo roſa.imbutas nec aliqua re poſſit manifeſtari,aut ſi ipſe non potuit lauamentum & expulſionẽ materiæ ſuſtinere,& patitur grauitatem,& inflationem ſeu eminentiam in latere,& alia ſigna ſignificantia materiam ſuper reflexionem diaphragmatis eſſe aggregatam:ſi infirmus fuerit fortis, & voluerit, conſulit tunc Guliel-
*Lib.2.ca. 12.* mus,vt facias vulnus nouum cum nouacula,in parte inferiori decliui,in latere infirmo verſus ſpinam, (recedendo ab ea ſecundum longitudinẽ coſtarum,& earum rugationẽ) inter quintã & quartam coſtam,vel inter quartã & tertiam.Verum quia diaphragma reflectitur vbi contiguum eſt ſpinæ & coſtis,vſque ad tertiã coſtam & vlterius,& illa reflexio poſſet impedire exitum materiæ,& medico perſuadere quod non penetrauerit cultro raſorio ſufficienter:idcirco melius eſt vt fiat inter quartam & quintam, quàm inter tertiam & quartam.Facta autem inciſione, procedatur ponendo turundam madentem oleo roſ.calido vſque ad profundum. Et hoc quouſque incipiat ſaniem ſeu pus emittere. Et vide vt hora mutationis ſit breuis & caute,agas ne aër ingrediatur,neque expiratio offendat & debilitet mẽbra interiora.Cum autem ſanies incipit apparere,mundificetur locus intrinſecus per vulnus nouum,vino decoctionis chamæmeli in maiori quantitate, farinæ lupinorum,thuris,myrrhæ in minori:mellis roſati,quod ſufficit:coquantur in vino prædicto,& fiat colatura,de qua cum clyſteri iniiciatur libra vna.Voluatur & reuoluatur infirmus,& reclinetur ſuper vulnus, ita vt prędicta decoctio exeat.Poſtea ponatur turunda intincta melle roſato, & deſuper mundificatiuũ prędictum. Et ab iſta hora dimittatur claudi & ſanari vulnus antiquũ. Cæterum quod iſta cura ſit artificialis, probatur per
*Cap.8.* Gal.lib.quinto therapeutices,qui eam fecit Romæ in quodam rheumatico,apoſtema empyicum in thorace patiente:in quo fuit neceſſarium aperire,& os coſtæ putrefactum exſcindere.Aſſueuimus (inquit,) igitur in cura melicratum infundentes per vlcus, aliquando quidem iubere vt tuſſiant inclinati in patientem particulam multoties autem concutere molliter:aliquãdo verò pyulco, (id eſt inſtrumẽto,quod pus extrahit) educere quod intus ex melicrato reſiduũ eſt.Hoc facto,vbi tum pus totum, tum ichores vlceris eluiſſe confidimus,mox pharmaca iniicimus. Et tunc (ſupple,quã-
*Lib.3.fen. 10.tr.5.c. 5.* do erit conuenienter mundificatum) ceſſabimus & claudemus. Idem probatur per Auic.lib.tertio can.de empyemate ita dicentem:Quando autem æſtimaueris in pleureſi materiã ſubeſſe plurimã,& nõ mundificatã in quadraginta diebus,neque in paucioribus,imò facere ægrum cadere in phthiſim:tunc neceſſarium eſt vtere cauterio minuto, quo perforetur pectus in loco faniei: vt exiccetur materia, & extrahatur paulatim, & abluatur aqua mellis,

mellis,iuuetur attractio ad exteriora. Cúmque mundificata fuerit, perueniet ad agglutinationem. Dubiam autem & ſuſpectam tenet hanc inciſionem, & vſtionem cum ferro, in talibus emiſſionibus pleuriticis Halyab. ſermone nono,ſecundæ partis, libri diſpoſitionis regalis. Quoniam(vt dicit)ab eiuſmodi peccati morte patiens non eripitur, vel in fiſtulam tranſit, cui nulla contingit ſanatio. Et ideò munias te ſemper bono prognoſtico. & magna requiſitione: vt in talibus ſæpe dictum eſt. Ipſe verò dat vnum modum vrendi cum radice ariſtolochiæ longæ,& oleo,valdè incenſis: qui non fuit mihi aſſuetus,hæc tamen probabiliter ſunt dicta. Si verò, vt dicit Albuc.excuſatur ſanatio talis vlceris, tunc ſcias quòd iam facta eſt fiſtula, de qua inferius dicetur. *Tr. 4. de. 2. cap. 45.*

## CAPITVLVM SEXTVM.

### *De vulneribus ventris & partium eius.*

SIcut in ventre ſunt duæ partes, continentes videlicet & contentæ (vt in anatomia fuit declaratum) ita & vulnera quandoque fiunt in parte continente,quandoque in contentis. Vulnera ergo ventris quãdoque ſunt extrinſeca,non penetrantia ad interiora: quandoque verò ad interiora penetrant. Et quæ penetrant ad interiora, quandoque ſunt talia vt nihil procidat ex membris interioribus: quandoque verò procidit omentum, aut inteſtina, aut quædam alia. Quæ verò fiunt in membris contentis, quandoque quidem fiunt in omento, quandoque in inteſtinis, quandoque in ſtomacho,& ſic conſequenter. Atque hæ ſunt differentiæ à quibus ſumuntur iudicia & curationes.

*Cauſæ* iſtorum vulnerum ſunt quæ aliorum, enſis, lancea, ſagitta, & omne id quod aptum natum eſt incidere,& perforare.

Signum quod vulnus ventris non penetrat,habetur per viſum,& ſpecillum,& quando nihil exit inde.Signum autem quòd penetrat, habetur quãdo ſpecillum intrat profundè,& quando exit omentum,inteſtinum, aut aliquod membrum. Signum quod omentũ eſt extra,& eſt alteratum: quando videtur ſubſtãtia eius ſepoſa,& venis repleta,& videtur liuidum & nigrum. Signum quod inteſtina ſunt vulnerata, eſt exitus ſtercoris per ipſa.Signum quod ſunt gracilia,vel craſſa,ſumitur à loco.Nam ſupra vmbilicũ ſunt gracilia, ſubtus verò craſſa. Signum quod ſtomachus eſt vulneratus, eſt exitus chyli ab ipſo,& locus à parte anteriori. Signum quod hepar eſt vulneratũ eſt exitus ſanguinis,& locus dexter. Signum ſplenis, exitus fœculentiæ,& locus ſiniſter. Signum verò renum, exitus ſanguinis aquoſi,& regio ipſorum. Iudicatur à Gal.vj.therap.quòd periculoſiores, & difficiliores ſunt vulnerationes,& ſuturæ circa mediũ vẽtris,quàm circa latera:quia illæ partes ꝓpter muſculos magis cõtrahũtur tunc quę inteſtina elabi ſinũt, magis quàm reliquę.Iudicatur etiã,qđ niſi citò ſuccurratur ipſorũ reductioni, inteſtina inflantur & vento implentur ab aeris frigiditate,& poſt cum difficultate reducuntur. Etiam iudicatur per Hippocratem vj.aphoriſmorum, quòd niſi citò occurratur egreſſioni epiploi, ſiue omenti, citiſſimè *Cap. 4.* *Aph. 58.*

alteratur & corrũpitur,propter quã cauſam incidũt medici ex eo, id quod
nudatum & alteratum eſt.Quod tamen nõ eſt verum vt ſemper, ſed vtplu-
rimum,ſecundum Gal.in commentario.Iudicatur etiã per ipſummet Gal.
*Cap.4.* lib.6.thera.quod facile ſanabilia ſunt craſſa inteſtina, difficile verò graci-
lia,omnifariam verò inſanabile ieiunum,propter multitudinem & magni-
tudinem vaſorum, & tenuitatem, & nerueam ſubſtantiam tunicæ quin &
choleram totam ſynceram ſuſcipit hoc inteſtinũ, & eſt propinquius quàm
alia hepati. Præterea inferiora ſtomachi, audere oportet curare quia car-
noſa ſunt,& quia medicina in loco ſtare poteſt. Quæ verò ad os ſtomachi,
præſcribuntur in tranſitu ſolo patientes tãgunt partes:pręter id quod ſen-
ſibilitas ipſius,curationi repugnat.Iudicia autem alia,& cauſæ eorum,dicta
ſunt ſuperius in ſermone communi.

*Curatio*.Vulnera ventris quæ intro non penetrant,nihil habent proprij,
niſi ligaturam ſuperius in pectore dictam. Curantur enim vt vulnera car-
noſa, cum ſutura ſi indigent, & aliis auxiliis incarnatiuis.Illa autem quæ
penetrant,à quibus nihil membrorum procidit,neque aliquod ipſorũ fuit
vulneratum, eodem modo curantur:niſi quod ſuturam habent propriam,
*Sutura vẽtris.* quæ quidẽ ſutura à diuerſis diuerſimodè pręſcribitur.Quidã,vt Gal.pręci-
*6.ther. 4.* piunt ſuere taliter,vt peritonęum vniatur cũ abdomine:quia ex ſe ſine car-
ne,cum ſit exangue & neruoſum,cõſolidari non poſſet cõuenienter, quin
propter carnis abdominis laxitatẽ ſequeretur ruptura.Et fit,hoc modo:In
1. primo pũcto acus ingrediẽdo per vnũ labiũ,non tangat peritonęũ: poſtea
introrſum pungẽdo alterũ labiũ penetret per ipſum, & per totũ abdomẽ,
& ſupra vulnus nodetur.In ſequenti puncto,acus ingrediẽdo per vnũ labiũ
penetret totũ abdomẽ & peritonęũ & regrediẽdo per alterũ labiũ dimittat
peritonęũ & penetret abdomẽ,& exterius nodetur. Et ita per alia puncta
2. procedatur, quouſque totũ ſit ſutũ ſufficienter.Alium autẽ modũ aſſignat
*6.ther.4.* Gal.& Albu.eum aſſumit: & eſt cõmunis modus, leuior,quidẽ ſed non ſe-
*Lib.2.ca. 87.* curior.Sic autẽ fit:Omnes quatuor margines duorũ labiorũ inſimul ſuãtur,
cũ vno puncto & nodo:& fiãt tot pũcta,quot erũt neceſſaria. Tertiũ modũ
3. *Ibidem.* ponit Albu.acubus pũgẽdo vt eſt dictũ,& dimittẽdo acus, tûncque volua-
tur filum ſuper eas,vt faciũt mulieres in manicis:ſicut fuit dictum ſuperius
de ſutura in ſermone communi, ad quẽ oportet recurrere pro illa ſutura.
4. Quartus modus eſt Lanfranci,& eum accepit Hen.& eſt talis:Figatur acus
*Tra.2.do.* cum filo à parte exteriori in vno labio,& perforetur totum abdomẽ & pe-
*1.cap.7.* ritonæũ.Deinde introrſum ad alterũ labiũ veniendo extra,perforetur etiã
peritonęũ & abdomẽ. Poſtea ſpatio minoris digiti à primo puncto, eadẽ
acu cũ eodẽ filo non inciſo,nec nodato, fac ſecũdum punctũ hoc modo:In
labio quod fuit vltimò perforatũ,figatur acus externè introrſum:deinde in
altero labio figatur internè extrorſum peritonæũ & abdomen ſemper cõ-
prehendendo, & tunc prope acũ inuenies extremitatẽ fili, quã prius exte-
rius dimiſiſti. Tunc nectentur duo capita fili inſimul, faciendo ex duobus
punctis vnicũ nodum in latere: atque ſic nunquã trãſibit filum ſupra labia
vulneris,

vulneris,ſed in lateribus ſolũ apparebit.Facta ſutura ponãtur alia auxilia,& ligetur.Ligatura verò pectoris hic eſt conueniens, & ratio inde petatur.In vulnere ventris penetrante, in quo particulæ interiores vulneratæ ſunt, ſed nõ exeunt, ſi vulnus vẽtris eſt ſufficiens ( aut ſi nõ eſt ſufficiens, inſtrumẽto proprio,quod dicetur infra,ampliato vulnere) cautè extrahãtur partes illæ vulneratæ.Et ſi ſutura indigent, & eis eſt profutura (velut fundum ventriculi & craſſa inteſtina, ſuãtur ſutura pelliorũ: & nõ ex capitibus formicarũ,quã dixerũt quidã experimentatores,vt teſtatur Albuc.Nã tædioſa eſt,& inutilis,vt reipſa apparet. Nonnulli autem ( vt Rogerius, Iamerius, *Li.2.c.87* & Theodor.) intra inteſtinum, ad cuſtodiendum ne fæces putrefaciant ſu- *Li.3.c.29* turã,ponunt canulã ſambuci.Alij verò (vt Guliel.narrauit)ponunt portio- *Li.2.c.19* nem inteſtini alicuius animalis, aut portionem tracheæ arteriȩ, vt dicunt *Li.2.c.15.* quatuor magiſtri quod mihi non videtur rationabile : quoniam natura intenta alienorum expulſioni expellit & remouet illa à ſutura : & ita perit finis propter quẽ talia applicantur.Melius eſt enim (iudicio meo ) ſuto inteſtino vt dictũ eſt,& ipſo à ſordibus mundato , ponere ſuper ſuturam extrorſum puluerem conſeruatiuũ ſuturarũ , & illud reducere intra ventrem eo modo qui dicetur.Si verò omentum exiuerit,& denigratũ & corruptum fuerit,laqueo vt dicit Gal.cõprehendãtur partes denigratæ, & abſcindatur *6. therap. 4.* pars quæ poſt laqueum eſt inferiori fine ſuturæ vẽtris: dimittẽdo capita laquei, & fili ſuturæ dictæ inteſtinorũ extra , vt poſſit exire vulnere ſuppurato.Facto ſutura,vel in epiploo ligatura, intra ventrem reducantur vt dicetur. Et ſtatim vulnus ventris vt dictũ eſt,ſuatur:& nullo modo apertum teneatur vſque ad membrorum interiorum ſanationem, vt præcipiebant Iamerius & Rogerius.in quo ſecutus eſt eos Lanfran. Et ratio eſt, quia nihil *Li.3.c.29.* magis offendit membra interiora, & calorẽ naturalẽ, quã contractus aeris *Tr.2.do.1. cap.7.* à natura non alterati. Ex hoc enim incurrunt illud accidens pernicioſum doloris,& tortionis inteſtinorum,ex quo poſſunt ſpaſmo corripi,&per cõſequens mori.Præterea, vulnus apertum, quod neceſſariò fuit magnum ad operationem,præparat inteſtina cõtinuè ad exitum,quod ſummè nocuum eſt,& periculoſum. Et talia quidem præparantur exterius. Intus verò dentur ei quæ dicit Aui.cẽtaurea,& terra ſigillata,& ea quæ dicta ſunt in vulne *Li.4.fen. 4.tr.1.c.7* ribus mẽbrorũ intrinſecorũ pectoris : quia etiã cõpetunt iſtis, & cauda equina,ſecundũ Gal.lib.ſexto ſimplicium pharmacorũ , in vulneribus inte- *Cap.151.* ſtinorum & veſicæ à quibuſdã multũ cõmendatur. Et clyſteres ex vino auſtero nigro tepido, maximè ſi perforatum fuerit totum vſque ad internum meatum à Gal.in ſexto therap.in hoc caſu præcipiuntur. Et diæta, ſaltem *Cap.4.* per ſeptem dies, ſit tenuis, & talis quæ non faciat fæces neque ſuperfluitates putrefactiuas, imò conſolidatiuas. Et ad hoc laudant quatuor magiſtri & bene iſtud pulmentum: Rec.furfur triticeum℔: quod ponatur per horã in aqua calida,& ſi eſſet pluuialis,meli⁹ eſſet deinde coletur,& apponatur pului amyli,tragacanthi,gummi arabici,ſanguinis draconis cõſolidæ maioris pilorũ leporis:& ſingulis diebus ter vel quater exhibeatur.Et ſi virtus eſſet

debilis, ius gallinarũ vſque ad diſſolutionẽ coctarũ poteſt dari. Et ſi in eo ponerentur tragacanthum & gummi arabicũ quæ ſaporem nõ irritant, optimum eſſet: Et aquam decoctionis thuris,ac maſtiches,in hoc caſu multum laudat Gulielmus.

In vulnere ventris penetrante, à quo procidunt inteſtina, aut aliæ particulæ non vulneratæ, aut vulneratæ & ſutæ ſiue ligatæ , vt dictũ eſt, Gal.& Auic.quatuor habẽt intentiones.Primã videlicet , in propriũ locum reponere ea quæ procidunt.Secundã,ſuere vulnus.Tertiã, apponere pharmacũ. Conſequenter verò quartã, prouidere ne patiatur aliquid interiorum tumorem,neque dolorem. Prima completur,ſi vulnus eſt ſatis magnum , vt manibus ſuauiter cõprimendo id quod procidit introducatur: aut per brachia,& pedes eleuãdo æger cõcutiatur:& ſic (vt dixit Rogerius)illud reducetur. Si autem nõ poſſunt iſto modo regredi inteſtina, hoc eſt quia inflata ſunt , vel quia vulnus paruum eſt. Nonne tunc inquit Gal. neceſſarium eſt in hoc è duobus alterũ,vel flatũ educere,aut vulnus maius efficere?Prẹſtiterit autem (vt arbitror ) prius, ſi modo id conſequi liceat. Qualiter autem quis id conſequetur ? cauſam vnde excitata inflatio eſt ſummouendo. Quæ eſt autẽ hæc?cõtinentis aëris frigiditas. Quocirca & ſanatio ex calefaciendo petetur.Spõgia igitur molli aqua calida madente oportet calefacere inteſtina.Præparetur verò interea vinũ auſterũ calidũ: etenim hoc calefacit magis quã aqua,& robur acquirit inteſtinis.Nonnulli quidẽ,vt Rogerius,& Theod.ſcindũt porcellos,aut alia animalia per mediũ:& quãtò calidius poſſunt,ſuper inteſtinũ applicant: & toties faciũt, quouſque inteſtina ſint calefacta,detumuerint,& regrediãtur.Halyab.autẽ præcipit,vt per extremitates in balneo ſuſpendatur patiẽs,& cõcutiatur: aut vt inteſtina oleo violaceo(aut axungia porci calida,vt dicit Iamerius)inungãtur,& ita regredientur. Si verò & hoc vtentibus manſerit nihilominus inflatum inteſtinum, præcipit Galen.& omnes,incidere ex vulnere ventris quantum ſit ſatis reponẽdo ei quod excidit.Idonea autẽ ſunt ſecũdũ eũ, ad huiuſmodi inciſiones, vocata ſyringotoma bicipitia:curua (ſupple) & obtuſa retro & in fine,nõ acuta.Quorũ formã deſcribit. Albuc.Situs verò idoneus laboranti, fuerit,cũ vulnus eſt inferius,ſi ſurſum vergat:cũ verò eſt : ſuperius ſi deorſum.Vna verò ſit in vtriſq. cautio,ne grauetur ab aliis inteſtinis illud quod ꝓcidit.Secunda verò intẽtio cõpletur,hoc modo:Per idoneũ miniſtrũ,extrorſum manibus pellẽdo, cõprehẽdatur tota plaga:& detegẽdo ſucceſſiuè idipſum quod aſſutũ eſt modice cõprimat,quoad totũ vulnus ſuatur.Qualis autẽ erit modus ſuturæ vẽtris,dictum eſt ſuperius. Tertia intẽtio cõpletur ſecundum Gal.pharmacis ſanguinolẽtis nominatis, quæ in aliis quoq.particulis agglutinare vulnera per præcedẽtia mõſtrauim⁹:vt(ſupple)ſunt puluis ſuturarum cõſeruatiuus,& ſtupæ cum vino, & emplaſtra, & alia auxilia incarnatiua. Deligatio verò extrinſecus vel præcipue in his eſt neceſſaria: quã ligaturã,dixim⁹ à pectore debere ſumi. Quarta vero pars curæ,nõ paulo ab aliis diſſidet. Oportet enim oleo mediocriter calido lana molle imbuta,

*6. therap. 4.* *Li.4. fen. 4.tr.1.c.7* *Ibid.* *Li.3.c.29.* *Li.2.c.18.* *Li.6.ther. cap.4.* *Li.2.c.87*

„ buta, totum in circuitu comprehendere quod eſt inter bubones & axillas. „ Melius itẽ fuerit per clyſterem immittere in inteſtina aliud ſimile. Auicen. „ verò in 3. cã. de cura hydropiſis aſcitis per inciſionem, inquit. Et fortaſſe „ inciſioni ſuccedunt dolor, & punctura: quare oportet vt adminiſtretur ef- „ fuſio olei amethini, aut chamęmelini ſuper puncturam: & ſuper locum „ inciſionis ponantur emplaſtra facta ex fœnugræco, & ſe.lini, & ſe.altheæ, „ & ſimillibus. Nonnulli verò, vt Henricus ad delendum tales tortiones perforatiuas intolerabiles, vinũ cum ſale bulliunt, quibus addunt furfuris tantũ: quoad inſpiſſetur: & ponũt in ſacco, qui omnes partes dolẽtes cõprehendat, & hoc calidũ quantum poteſt ferri ſupra ligaturam applicant. Et cũ infrigidatur, aliud ſimile ſubſtituunt toties faciendo, donec tortiones & dolores ſedentur. De materia, ſi qua remaneret intra vẽtris capacitatẽ, quæ non poſſet exire propter ſuturam, non eſt multum curandum: quia non poteſt eſſe multa, cùm particulæ illæ non ſint multum ſanguineæ: & (vt dixit Gulielmus) natura eam reſoluet, aut eam ad inguina delegabit, & *Li.2.c.15.* ibi curetũr quemadmodum alia apoſtemata in eo loco curari conſueuerunt. Vulnera quæ fiunt in dorſo, eodem modo curentur vt dictum fuit de *Cap.3.* ſpondylis, & ſpinali medulla, ſuperius in collo.

## CAPITVLVM SEPTIMVM.
### *De vulneribus ancharum, & partium earum.*

VVlnera ancharum quædam ſunt in partibus continentibus, quædam in contentis, quædam verò in extra procidentibus. Quæ autem ſunt in partibus continentibus, eundem modum habent curandi, quem & ventris ſuperioris. Quæ verò fiunt in contentis, quæ ſunt veſica, & matrix, nihil habent proprij à vulnere contentorum in ventre, niſi ſigna quia iudicia dicta ſunt ſuperius in ſermone communi. Signum quod veſica eſt inciſa, habetur per exitum vrinæ, & per locum in pectine deſignatum. Signum matricis etiam denotat locus ſub vmbilico, & exitus ſaniei ſeu ichoris ſanguinei. Curantur verò vt alia per ſuturam, maximè circa eorum colla, quia magis ſunt carnoſa: ideóque magis agglutinationi opportuna. Et in eis poſſunt fieri iniectiones ex his quæ præſcripta ſunt lambenda in thoracis partiũ affectib. Vulnera virgæ, & teſticulorũ, & natium, vt alia carnoſorũ mẽbrorum vulnera curãtur. Partes ancharum malè ligãtur ligatura incarnatiua: ligatura verò tenẽte medicamina, vt de vlceribus dicetur infra.

## CAPITVLVM OCTAVVM.
### *De vulneribus coxarum, tibiarum, & pedum.*

VVlnera iſtorum membrorum parum differunt à vulnerib' brachiorũ: Nec à vulneribus communibus, niſi in prognoſtico, quod maiori ex parte dictum fuit in ſermone cõmuni. Veruntamẽ vulnera genuum & malleolorum, qa habẽt maiorẽ oſſium, ligamẽtorum, chordarum, & neruorum

intertexturã, & quia ſunt in inferiori loco (ad quem proprius deſcendunt humores)ſunt periculoſiora. Vnde Aui.inquit vulnera quæ cadunt in genu *Li.4.fen. 4.tr.1.c.3.* ad rotulam, ſunt mala: & ad ea quandoque ſequuntur accidentia mala, à quibus pauci liberantur. Habent tamen proprium modum ligandi, maximè circa pedem,cum faſcia longa lata competenter,incipiendo ſecundum longitudinem lateris malleoli tranſeundo ſubtus per plantam, & voluendo ſupra pedem,& retro finem tibiæ ſuper talũ: & ita voluendo quouſque ſufficiat. Nonnulli verò expeditius agentes, faciunt ligaturam retentiuã ad formam calcaris,& ligant ab appoſita vulneris parte. Habent etiam vulnera hæc modum ſecundum rectitudinem,quieſcendo in lecto, vt verificetur dictum Lombardicum: *La man al petto, il piede al letto.* Sit Deus adiutor noſter.Amen.

# TRACTATVS QVARTVS.
## DE VLCERIBVS CVIVS SVNT DVÆ DOCTINAE.

*Doctrina prima de vlceribus,prout inſunt membris ſimplicibus.*
*Doctrina ſecunda in ſpeciali,prout inſunt membris compoſitis.*

## PRIMA DOCTRINA SEX HABET CAPITVLA.

### CAPITVLVM PRIMVM.
*De vlceribus ſermo vniuerſalis.*

*Cap.1.* VLCVS, iuxta intentionem Galen. in quarto therapeu. eſt ſolutio continui in carne, in qua conſiſtit vna vel plures diſpoſitiones, quæ vnitionem impediũt,ex quibus (vt addit Auicen.) ſanies, aut putredo excitatur. *Li.1.fen. 2.do.1.ca. 4.& li.4. fen.4.tr.3. cap.1.* Nõ enim illud quod addit Henri.in definitione,eſt neceſſarium: videlicet, emittens immunditiem diutius quàm per ſeptem dies. Nã tempus nihil facit ad rhumbum. Quocunque enim tempore (etiam prima die) inuenitur præſcripta *Li.4.therap.cap.4.* diſpoſitio in carne, vlcus eſt. Neque Gale.loquens de illis ſeptem diebus contra Theſſalum dixit, quod iis præteritis ſit vlcus. Nec valet quod ait Henric.quòd antiqui dicebãt,quod omne apoſtema poſtquam tranſit quadraginta dies, tranſit in vlcus: quia non dicunt in vlcus,ſed in fiſtulam. Nã in vlcus poteſt tranſire apoſtema, vel exitura mox ab apertione. Ad fiſtulam autem oportet vt interueniant multi dies, antequam calloſitas (quæ eſt eius differentia eſſentialis)ſit generata. Eſt ergo præfata definitio bona ſatis.Solutio enim cõtinui ponitur pro genere:quę autẽ,&quot ſunt ſpecies ipſius,ſuperius in tract.de vulneribus patuit euidenter.Reliqua ponũtur ꝑ differentia.In carnoſis ſiue mollibus particulis, ponitur ad differentiã corruptionũ oſſiũ, quæ propriè nõ ſunt vlcera,ſed corruptiones ac etiã diſruptiones,vt ponit Auic.lib.4. Alia ponuntur ad differentiã vulnerum. Nam *Fen.4.tr. 4.cap.8.* vulnus eſt ſolutio per ſe,conſiſtens, ſine communicatione alicuius diſpoſitionis

tionis antecedentis,aut ſequentis,vt Gal. dicit vbi ſuprà:ſupple quæ faciat & augeat vlcus, & conſolidationẽ impediat. Non tamen dico, quin poſſit habere cõpoſitionẽ diſpoſitionum ſibi propriarum, & de neceſſitate cõſequentium,vt magnitudinem,paruitatẽ,deperditionẽ ſubſtantiæ, & nõ deperditionem,æqualitatem,& inæqualitatem,& alias: quarum intentio nõ multum repugnat generali intentioni vulnerum,quatenus ſunt vulnera,vt ſuprà in tractatu ipſorum aliqua ex parte fuit dictum. Ex quibus apparet, quod generaliter vulnera reſpectu vlcerũ ſunt ſimplicia. Vlcera autẽ ſemper cõpoſita dicũtur: cõponuntur enim cum diſpoſitionibus quæ ſeorſum per ſe exiſtere poſſunt. Saniem,& putredinem addit Auic.per quæ intelligit ſorditiẽ,ſquãmas, & cruſtas, quæ in ipſis vlceribus contingere poſſunt. *Lib. 4. fen. 4. tr. 3. cap. 1.* Species autẽ vlcerũ, licet ſecundũ Halyab. ſermone ſeptimo partis primæ libri regalis diſpoſitionis, ſumãt ſuas differẽtias potiſſimas à tribus,à quibus perficiũtur & componũtur (à cauſis ſcilicet,morbis,& accidẽtibus)nihilominus gratia breuitatis,nõ implicando diſpoſitiones,ſicuti primo therapeu.primi faciebãt, vt melius cõprehẽdamus dicta Auic.(qui inter alios de vlceribus melius dicit) dicamus ſpecies vlcerum ſumi à duobus, à cauſis videlicet,& accidentibus: quia differentiæ quæ ſumuntur à membris & cognationibus communibus,ex iis quæ dicta ſunt de apoſtematibus & vulneribus ſatis patent,& in fiſtula etiam infrà explicabuntur. *Cap. 8. & 9. Lib. 4. fen. 4 tr. 3.* A cauſis ſumũtur quinque ſpecies vlcerũ,magis tamẽ propriorum & famoſorum:ſcilicet vlcus virulentũ & corroſiuum,ſordidũ & putridum,cauernoſum & profundum,fiſtula,& cancer. Ab accidẽtibus ſumuntur quædam ſpecies cõmunes, quæ aliquando in gradu diminuto,cum vulneribus inueniuntur, videlicet vlcus dyſcratum,doloroſum ſeu crucians,cum apoſtemate,contuſum,cum molli carne & ſuperflua,vlcus cum duritie & tenebroſitate ſeu obſcuritate labiorũ,cũ oſſe corrupto, cũ vaticibus,aut vlcus difficilis cõſolidationis à proprietate nobis occulta. Vlcus virulentũ,corroſiuũ,& ambulans,dicitur vlcus quod ſua malitia,& acredine emittendo virulentiam,membrũ mortificando cõſumit & deuaſtat. Vlcus ſordidum & putrefactũ,dicitur vlcus quod ſua malitia putrefacit membrũ, dimittendo viſcoſitatẽ, aut carnem mollem,ſiue cruſtoſam fœtidam, à qua fumus attollitur fœtidus & cadaueroſus. Vlcus cauernoſum,eſt cuius officium eſt ſtrictum, & profunditas lata,& occulta:& hincinde diuertẽdo habet multas vias, abſque duritie & calloſitate. Fiſtula eſt conſimile vlcus, ſed cũ duritie & calloſitate. Cancer eſt vlcus latum,horribile, ſordidũ, cuius labia ſunt dura & inuerſa. Vlcus dyſcratum, eſt vlcus in quo dominatur mala qualitas præter naturã. Vlcus doloroſum, eſt vlcus in quo ſenſibilitas rei cõtrariæ reperitur. Vlcus apoſtemoſum, eſt vlcus in quo eſt tumor præter naturã ab aliquo humore procreatus. Vlcus cum carne molli ſuperflua, eſt in quo caro marcida præter naturam inuenitur. Vlcus cum obſcuritate & duritie,eſt vlcus durum, liuidum in circuitu,ſine fœtore. Vlcus cum oſſe corrupto,eſt vlcus recidiuũ habens carnem mollem, in qua facillimè penetrat turunda, quæ os aſpe-

rum inuenit. Vlcus varicoſum,eſt vlcus in quo ſunt à parte ſuperiori craſſæ,& repletæ venæ innaturales,ipſum vlcus imbuentes. Vlcus difficilis cõſolidationis cum proprietate, eſt vlcus quod nulla exiſtente cauſa manifeſta conſolidari non poteſt.

*Cauſæ vlcerum* ſunt duplices,antecedentes,& coniunctæ:quia cauſas pri-
Fen.4.tr. 3.c.1.cõm. 1. mitiuas(vt dicit Dynus ſuper quarto cano.)propriè non habent : cùm aduentu primo diſrumpendo carnẽ ſaniem ſeu pus generare non poſſint: licet id valeãt cõſequẽter,eo quia antecedẽtes & corporeas mouere poſſunt. Cauſæ antecedẽtes ſunt,humorũ prauitas,& horũ nimia quãtitas,qui poſſunt corrodere & corrũpere corporis particulas.Et tales quidẽ generantur ex malo regimine,& ex peccato totius corporis,aut alicuius particulæ, hepatis videlicet & ſplenis. Cauſæ verò coniunctæ ſunt, intẽperies ſeu malitiæ cõplexionũ introductæ in vlceratis particulis ex cauſis dictis antecedẽtibus,aut vulneribus,& exituris,ac etiã puſtulis apertis. Nam ſicut ex formica & herpete vlcus generatur corroſiuum, ita ex carbunculo & anthra-
Cap.1. ce ſordidum,& ex apoſtematibus profundum & cauernoſum.Vnde Gal.4. therapeut. Et tres modi ægrè ſanabilium vlcerum videntur exiſtere, vnus « qui ad dyſcraſiã ſubiectæ carnis,alter qui ex prauitate influentis ſanguinis, « & tertius quidem ex quantitate.Primus autẽ ſubdiuiditur,quũ ſit dyſcra- « ſia,quãdoq; quidẽ ex qualitatibus ſolis, aliquãdo verò cũ tumore & mate- «
Aph.45. ria.Et quintũ ipſe addit in cõmẽtario ſexti libri aphor.Vlcera annua(ſecũdum trãſlationem Græcã) videlicet paſſionem oſſis corrupti in loco vlce-
Cap.1. rato.Et ſequitur lib.4.therap.aliquando autẽ miſceri accidit aliquas præ- « dictarum diſpoſitionum,vel omnes ſimul:ex quibus multæ fiunt vlcerum « ſpecies iam ſuperius enumeratæ.De ſimplicibus tamen tractabitur, vt per « ipſas cõpoſitę habeãtur.Cauſę autẽ fluxus,& deriuationis humorũ à ſermone cõmuni apoſtematũ requirãtur.Sanies ſeu pus eſt humiditas alterata,& putrefacta,generata ex ſanguine,vel ex carne contrita,velut cinis ex lignis
Cap.6. à calore naturali facto extraneo.Dicitur alterata,quia ſecundũ Gal.quinto ſimpliciũ pharmacorũ,triplex eſt alteratio:vna fit à calore naturali,in cibo laudabili:alia fit à calore extraneo,in materia putreſcibili:tertia fit à calore miſto,in materia mediocri.A prima alteratione fit materia nutrimentalis:à duabus aliis fit ſanies.Dicitur autẽ fieri ex ſanguine,vel ex carne cõtri-
Lib.1.fen. 2. do.1. c. 4. & lib. 4. fen. 4. tr.3 c.1. Comm. 2. loci præcitati. ta:qui quidẽ ſanguis quando venit ad vlcus,vertitur(vt dicit Auic.)in corruptionẽ,propter debilitatem mẽbri (ob quã etiã attrahuntur ad ipſum ſuperfluitates membrorũ vicinorũ) aut propter vnguẽta mollificantia & lenientia ipſum,humiditate & vnctuoſitate ſua.Et iſta eſt cauſa ſaniei principalis,& coadiuuãs,dicebat Dynus ſuper locũ.Et tunc quia ſuperfluitates attractæ(vt teſtatur idem)nõ regi poſſunt perfectè à calore naturali,cõtingit in ipſis effici calorem extraneũ, ob ídque in illis aliquis modus putrefactionis exiſtit: ex quo contingit vt in ſaniem conuertantur. & ita habetur cauſa materialis. Quia verò in tali conuerſione caliditas ſemper augetur,& extranea euadit, fitque pugna cum materia quouſque ſanies ſit facta,

ꝯta, ideo dicit Galen. in comm.2.aphoriſmorum, ſaniem fieri humore inflammato, velut cinis ex lignis. Et hoc dicit aphoriſmus Hippocr. circa generationem puris, magis accidunt dolores & febres, quàm facto pure. Sanies autem ſeu pus ſumitur dupliciter: propriè pro ea re quæ eſt alba, læuis, carens fœtore horribili, laudata in ſermone communi apoſtematũ & largo modo, pro omni humiditate præter naturam alterata. Et de iſta dicitur, quòd quædam eſt tenuis, quæ dicitur virus: quædam craſſa, quæ dicitur ſordes: quædã mediocris, quæ ſimpliciter ſanies nuncupatur. Eſt autem ſciendũ, quòd ſanies quædam eſt pauca, & iſta contingit vulneribus concauis, & aliis quatenus ſunt vulnera: alia eſt multa, quæ quidem contingit vlceribus. & propter hoc dicebat Henricus (& bene) quod oportet ſaniem vlcerum eſſe plus debito. Ex his poteſtis iudicare, quod ſanies eſt ſuperfluitas mediocris, ex mediocritate humorum generata, in ſeminalem & albam qualitatem mutata, vt dicebat nouus commentator ſuper tertio techni. Alba enim ſunt membra quæ ſaniem generant & ſperma, vt experientia longæ lotionis carnis oſtendit. Virulentia eſt ſuperfluitas tenuis, ex ſuperfluitate humorũ aquoſorum generata. Quæ duplex eſt: calida & frigida, ſeroſa & rubicunda. Sordes eſt ſuperfluitas craſſa, ex humoribus craſſis generata. Quæ triplex eſt: quædam ſpiſſa, inæqualis, & coagulata, alba: quædam nigra: alia verò velut fæx cincreſa. Squammæ ſunt ſuperfluitates duræ paruæ, in corporibus inſtar ſquammarum piſcium, ex humorum nitroſa ſubſtantia circa vlcus generatæ. Cruſtæ ſunt ex eiſdem, ſed ſunt ſpiſſiores & craſſiores, & ſuper vlcera generantur. *Aph.47.*

*Signa vlcerum* habentur ex eorum diffinitionibus datis. Signa materiarum influentium, dicta ſunt in apoſtematum doctrina. Quotieſcunque vides vulnus, & exituram emittere pus illaudabile, & pluſquam debeat exiſtima illa in vlcus degenerare. Iudicat Hippocr. lib. ſexto aphoriſmorum, quòd in vlceribus quæcunque annua ſunt, aut etiam diuturniora, neceſſe eſt os abſcedere, & cicatrices cauas fieri. Et ex cõmentario Gal. (clarius tamen in trãſlatione Arabica) habetur, quòd vlcus ex ſui diuturnitate, & recidentia, malignitatẽ oſtendit. Omne præterea vlcus, ſecundũ Auic. in primo can. fen. quarta, ꝗ citò renouatur, poſtquã carne repletũ eſt, & cicatrice induci debet, eſt in via perueniẽdi ad fiſtulã. Iudicat etiam Halyab. octauo ſermone partis primæ libri diſpoſitionis regalis, quodcũque vlcerũ ſimplicium ſiue compoſitorũ, tranſiuerit quadraginta dierum ſpatium, fiſtulam deinceps vocari: non veram, ſed per quandam ſimilitudinem, vt ipſe in ſequentibus exponit, & infrà cap. de fiſtula oſtendetur. Adhæc Auicen. in quarto iudicat, vlcera dura quæ tendunt ad viriditatem & nigredinem eſſe mala. Significatur enim quòd in eis calor naturalis eſt deſtructus. Præterea dicit, quòd vlcera frigida ſunt alba & mollia, & ſedantur medicinis calefacientibus: calida verò, ad rubedinem declinant, & frigidis delectantur. Et tactus ſuper his multum atteſtatur. Sicca & humida etiam

*Iudicia.* *Aph.45.* *Cap.28.* *Fen.4. tr. 3. cap.1.* *Ibidem.*

*Auic. ibid.* à ſuis effectibus cognoſcuntur. Amplius: vlceribus malis, quãdo comes eſt color corporis malus, vt albus, plũbeus, aut citrinus, ſignificatur hepar, & ſanguinẽ eius eſſe corruptũ. Præterea: vlcera quę ſuccedunt aliis ægritudinibus ſunt malæ curationis. Vlcera à quorũ circuitu defluunt pili, ſunt mala: & ſi renaſcantur illi, ſunt bona. *Aph.4. lib.6.* Et dicit Hippo. in libro de ſignis mortis velocis, ꝙ cùm ſunt homini vlcera leuia, & apoſtemoſa, & deſtruitur eius ratio, ille moritur. *Ibid.* Amplius vlcera in quibus virulentiæ ſuccedit generatio puris laudabilis, ſunt bona. Significatur enim & natura fortis, & materia obediens. Iudicia puris dicta ſunt ſuperius. Ex dictis literæ Auic. ſatis intricatæ concluditur, ꝙ vlcera extremitatum lacertorũ dorſi, & coxarum, & brachiorum, necnon vlcera mẽbrorum intrinſecorum, & penetrãtia ad ea, ſunt periculoſa. Aliud. In vlceribus in quibus ante perfectã mundificationẽ adminiſtrantur producentia carnem, generatur caro mala, & ſuperflua. Præterea: vlcera rotunda ſunt tardæ conſolidationis, & ideo pueros interficiũt: quoniã in eis cõſulitur, quod cũ cauterio eorũ figura in rectũ diducatur. Aliud. Vlcera colôn, id eſt artulã accerſunt apoſtemata in locis adenoſis, & maximè quãdo corpus eſt plethoricũ. Permeãt enim illac materię quæ influunt ad vlcera, & à ſpongioſa ſubſtantia earũ partium recipiũtur, & impinguntur ibidem. Pręterea, quando medicamina cõferunt vlceribus, aut ſaltẽ non nocent, ſignificãtur ea eſſe conuenientia: quando autẽ nocẽt, & vlcera reddunt humidiora, tunc nõ ſunt conuenientia, & oportet augere virtutem deſiccantiũ. Quando verò adaugẽt caliditatẽ, & ruborẽ, oportet minuere caliditatẽ cũ infrigidantibus. Sic quando augetur frigiditas, & color fuſcus, tunc diminue refrigerantia additis calefacientibus. Quando autem mollitiem vlceris adaugent, tunc oportet ſtyptica addere: vt quando arrodunt, & profundius reddunt vlcus, tunc medicamenti abſterſoriam vim frangere conuenit. Et non faciat te errare medicamen abſterſiuum magis quàm oporteat: quia arrodendo membrum, auget humiditatem, & virulentiam: & tu credens id eſſe ex vlceris malitia, auges abſterſoriam vim: & ita vlcus efficitur profundius, & calidius, ſimile apoſtemoſo: vnde infirmus ſentit mordicationem. Præterea, è rebus magis nouis vlceribus eſt ventus meridionalis, & humiditas aẽris cum caliditate. Et ob id dicitur, quod vlcera tibiarum Auinione difficilius curãtur quàm Pariſiis. Cuius contrarium in vulneribus capitis (propter frigiditatem, & ſiccitatem cerebro ſummè noxiam iam in dictis regionibus) inuenitur. Adhæc ſcire debes, quod ſicut iudicia vulnerum cõmunia ſunt iſtis, ita & iſta illis: & ideo recurrendum eſt ad ea quæ dicta ſunt in ſermone communi tractatus vulnerum.

*Cura vlcerum* ſpectanda proponit duo: ſcilicet vlcus quatenus eſt vlcus, & vlcus vt tale vlcus compoſitum cum ſua cauſa, aut ſuo accidente, ſeu quacunque alia diſpoſitione, aut in tali membro, Quatenus autem vlcus eſt vlcus, requirit deſiccationem, prout deducitur per multa dicta Hippo. *Cap.5.* lib. quarto therapeu. Et licet in hoc conueniant vlcera cum vulneribus, nihilominus

nihilominus differunt in maiori deſiccatione. Nam vlcera maiori indigent deſiccatione quàm vulnera, cum maiorem habeant humiditatem. Et ideo intentiones, & cum quibus complentur, in tractatu vulnerum (ſpecialiter concauorum) requirantur. Quà verò tale vlcus compoſitum eſt cum ſua cauſa, aut altera diſpoſitione generante & augente ipſum, requirit ablationem cauſæ, & diſpoſitionis generantis, & augentis vlcus ipſum: vt deductum eſt per totum quartum librum therap. Et iſta non eſt cura vlceris propriè, ſed illius diſpoſitionis. Atque in hoc cura vlcerum conuenit cum cura apoſtematum. Et ideo quod hîc deficit, in tractatu apoſtematum, & in ſermone accidentium vulneris requiratur. Duplex igitur intentio eſt in talibus diſpoſitionibus ſecundum Gal. in principio quarti therap. vel abſcindere tandem à corpore huiuſmodi diſpoſitiones, vel vincere nocumentum quod ab eis infertur. Et hoc idem eſt ac ſi diceres, curam eſſe duplicem, curatiuam, & præſeruatiuam. Sed hanc quidem, cum parua omnifariam exiſtit diſpoſitio, poſſibile eſt obire. Magna verò exiſtente, non poterit vlcus ad cicatricem duci, antequam illa ſanetur. Cura ergo vlcerum, vt talia vlcera cōpoſita ſunt cū diſpoſitionibus aliis, quatuor habet intentiones ſpeciales. prima victus rationē præſcribit. ſecunda materiam antecedentē adæquat: tertia, accidentia & diſpoſitiones coniunctas corrigit: & quarta, reſecatis diſpoſitionibus, curam vlceris reducere ad curam vulnerum concauorum præcipit. *Prima & ſecunda* intentio complentur pro natura materiæ quæ peccat, & quæ in corpore generatur: euacuando, diuertendo, phlebotomiis, purgationibus, diætis, cauteriis, vomitibus, & aliis diuerſionibus: & intercipiendo fluxum lagaturis, epithematis, vnguentis ex bolo armenio, & aliis refrigantibus & adſtringentibus: de quibus omnibus in tractatu apoſtematum ſufficienter fuit data doctrina. Ita autem de iis Gal. lib. quarto therapeut. *Cap. 1.* *Cap. 2.*

» Confluente ad vlceratas particulas prauo humore ſanatio quidem
» vt exulcerantis hîc dicetur. Quæ verò vt cacochymiæ vel plenitudinis, in
» propriis illarum ratiociniis tractabitur, & ſpecificat modum vtriuſque. Quā
» do igitur paulò copioſor, & non multò deterior fuerit, eo qui ſecundum
» naturam eſt, qui influit vlceratis partibus humor, prohibere ipſum & re-
» percutere conuenit aſtrictis refrigeratíſque iis quæ ſunt ante vlceratas
» particulas. Oportet autem & deligationem (ſupple repulſiuam) incipere
» quidem, à patiēte, deducere verò verſus ſanam, ſicut in fracturis iuſſit Hip- *L. 1 ſect.*
» poc. Talis enim ligatura cōſtringit meat⁹, per quos materia ad particulas *23. & ſeq.*
» influit. Sed & quæ vlceribus ipſis, apponemus pharmaca ſiccantiora his
» eſſe oportet quæ ſimplicibus, vlceribus admouentur, ecce differētiam. Ne-
» queunte verò à pharmacis ſiſti & compeſci fluxione (ecce bonā practicam)
» cauſa eius ſcrutanda, eámque oportet abſcindere prius. Si igitur propter
» imbecillitatem aliquam ſuſcipientis rheuma particulæ hoc accidat, huic
» quoque medendū eſt. Erit autē hoc particulæ vlceratæ propria quædam ſa-
» natio. Si verò propter multitudinē, ſanguinis vel cacochymiam, ſeu totius

corporis, ſeu alicuius ſuperiacentium particularum, illa prius ſunt corrigenda. Ac imbecillitas quidem particulæ prouenit à dyſcraſia, quomodo autem curetur dyſcraſia, ſtatim dicetur. Quomodo autem curatur particula, vel vniuerſum corpus mittens materiam quæ influit, in apoſtematibus ſuprà fuit dictum. *Tertia intentio*, quæ corrigit & emendat accidentia, & diſpoſitiones coniunctas, completur pro natura illorum accidentium ſeu diſpoſitionem componentium ipſum vlcus. Oportet autem (ſecundum Galenum in eodem quarto, doctrina prima, capitulo primo) non omnium ſimul dicere methodum curationis, ſed vniuſcuiuſque ſeorſum.

*Li. 4. therap. cap. 2.*

*De vlcere dyſcrato*. *Sequitur* ſtatim in litera: Carnis ipſius dyſcraſiam, corriges inquit, ſiquidem ſqualens & ſicca appareat, fouens aqua temperata, humectánſque. Quoties autem eo remedio vteris, eſto tibi meta perfuſionis humectatiońſque vt cum primum videbis in ruborem & tumorem attolli particulam tum deſinas. diſſipares enim id quod attraxiſti, ſi foueres amplius. Et conſulit aquam, non vinum, quia virtus pharmaci in vlceribus talibus debet eſſe humidior, quàm in ſana carne cum ſimiliter ſoluta eſt. Si verò humidior ea, quæ ſecundum naturam caro appareat, contrarium eſt faciendum: transferendo pharmacorum virtutem ad ſiccius. aqua verò nullatenus eſt vtendum: ſed ſi lauare volueris vlcus, vinum, vel oxycratum, vel decoctum alicuius herbæ auſteræ præparetur. Eodem modo, & calidiorem quàm par ſit carnem refrigerabis, frigidiorem autem calefacies, vt etiam dictum fuit ſuperius de vulnerum dyſcraſia.

## *De vlcere dolorifico.*

*Clamat Gal.* paſſim, quod nihil magis acuit rheuma, & proſternit virtutem, & impedit rectam operationem, quàm dolor. Et propterea conſuluit Auicenna in vlceribus dolorificis, quæ ſunt vehementis doloris, vt ſis occupatus in primis in ſedatione doloris, & illud cum mollificantib. quæ tu ſcis proculdubio, quàm ſint contraria vlceri. veruntamen cum non ſedatur dolor, non paratur nobis via ad curationem. Copiam verò medicinarũ ſedantium dolorem habuiſtis ſuperius in tractatu apoſtematum & vulnerum, & adhuc habebitis in multis locis.

*Li. 4. fen. 4. tr. 3. c. 1.*

## *De vlcere cum apoſtemate.*

*Li. 4. ther. cap. 5.*
*Li. 4. fen. tr. 3. cap. 2.*

*Dicit Auic.* oportet vt auxiliis tuis prohibens apoſtema: quoniam nõ eſt poſſibile cum apoſtemate vt curetur vlcus. Quod ſi non eſt tibi poſſibile illud præcauere, cura ipſum quodcunque fuerit, curatione ſua, cum obſeruatione ipſius vlceris. Curatio verò apoſtematum dicta eſt ſuperius in tractatu apoſtematum, & in tract. de vlceribus, ſermone communi.

*De vlcere contuſo* dicit Galenus, quod in quibuſcunque vlceribus caro contuſa eſt, oportet eam putrefieri, & in pus conuerti, deinde nouam generare. Iſtud ergo ſecundum Auicennam indiget in primis mollificatione

& hu-

humectatione, vt dictum fuit de apoſtematibus ſuperius, & vulneribus contuſis.

*De vulneribus cum carne ſuperflua.* *Et fortaſſe* (dicit Auic.) oritur caro mala: quare eſt neceſſarium vt corrodatur medicamine acri. & vngatur pars externa refrigantibus. poſtea eradicetur cum eo quo eradicatur eſchara, deinde curetur. Porrò ad talem carnem erodendam ſunt boni, trochiſci aſphodelorum, & vnguentum apoſtolorum, & ægyptiacum, & alia quæ dicta ſunt ad carnem ſuperfluam in vulnerum tractatu, & dicentur infra ſtatim.

*De vlcere cum duritie, & de coloratione labiorum. Inquit Auic.* quando corrumpitur quod eſt in circuitu vlceris, & virideſcit, & nigreſcit, cura id ſcalpellatione, & ſanguinis extractione, necnon cucurbitulis: deinde impone ei ſpongiam ſiccam, & poſtea medicinas exiccantes. Si verò amplius diſpoſitio eiuſmodi progreſſa eſt, dicit Gal. lib. quarto therapeut. quod debet deliberari vtrum abſcindendum ſit totum quod eſt præter naturam: an curandum ſpatio temporis ſup. cum medicinis acrib. Et palam eſt quod » laborantis animus hoc caſu eſt conſulendus. Quidam enim tempore lon- » giore curari malunt abſque inciſione: quidam vero quiduis ſuſtinere prō- » pti ſunt, gratia citæ ſanationis. Nihilominus ipſe dicit inferius, promptiſ- » ſimam rem eſſe excidere: maius verò & artificioſius eſt, eſt ſanare pharmacis. *Cap. 4.* *Cap. 2.*

*De vlcere cum varicibus. Conſulit* Galen. in eodem quarto, vt prius ſanemus eas, & conſequenter vlcus. Cura verò earum in tractatu apoſtematum ſuperius eſt dicta. *Doct. 2. cap. vlt.*

*De vlcere cum oſſe corrupto. Dicit Auicen.* Et ſi in vlceribus ſuperueniunt oſſium fruſta, & panniculi, aut alia, ne properes ea extrahere. Sed fac quod diximus ſuperius in vulnerum oſſium capitulo. Si autem os eſt corruptum, eſt conſilium ipſius incidere carnem, & detegere ipſum os quantum erit poſſibile: & hoc cultris raſoriis, aut medicamentis corroſiuis, vt dicetur infra de tibia vlcerata. Et ipſo detecto, ſi fuerit poſſibile auferre quod eſt ſuper ipſum cum fricatione, faciemus. Sin minus, inci- » demus, & faciemus id quod exponit Auicen. capitulo de corruptione » oſſis, in quo dicit: Curatio corruptionis oſſis eſt eius fricatio, & abſciſſio » & ſerratura. Nam neceſſe eſt radere & vrere, perueniendo ad finem cor- » ruptionis eius: vt cadant cortices ſeu ſquammæ, per ſe, vel auxilio me- » dicaminum: ad quod laudat Aui. iſtud, quod Re. ariſtolochiæ, ireos, myr- » rhæ, aloes, corticis plantæ panacis, cambil aduſti (& eſt terra rubea, mi- » nuta vt arena) æris, corticis pini, ana: excipiantur omnia melle, & fiat emplaſtrum. Eſt enim mirabile, vt dicit, faciens cadere cortices oſſium, & naſci deſuper carnem bonam. Lanfrancus in iſto caſu laudat cauterium actuale, poſt omnem abraſionem: & bene dicit: quia ſi corruptio oſſis eſt ex humiditate contaminante ipſum os, nihil eam æquè *Ibid.* *L. 4. f. 4. 4. c. 11.* *Ibid.* *Tr. 1. do. 3. cap. 11.*

cito & tutò deſiccat,& prope & longe,ſicut actualis ignis. Poſt cauterium verò iubet ipſe Lanfr.perfundere locum oleo roſ.calido. Ego autem poſt cauteriũ, oleum roſ.cum albumine oui tribus dieb.pono:& triduo ſequẽte cum vitello oui: poſtea butyrum cum melle roſ.& deſuper vnum è mũdificatiuis,vſque ad oſſis exfoliationem continue:appono:deinde cum pul
*Ibid.* uere emplaſtri dicti incarno & conſolido. Quod ſi corruptio peruenerit ad medullam,tunc dicit Aui.quòd non eſt excuſatio, quin comprehẽdatur illud os cum medulla ſua:ſicut narrat Albuc.ſe feciſſe in corruptione oſſis cruris iuuenis 30.ann. Et ſi eſt ex iis quæ poſſunt ſerrari, ſecures te de loco cum turunda, vſquequo inueneris adhærentiam carnis cum oſſe: quia illic eſt terminus,& ſeca audacter. Si verò fuerit caput coxæ vel anchæ,& ſicut ſpondyli dorſi,tunc fugere ab eius curatione melius eſt, propter ſpinalem medullam.

*L.4.f.4. tr.3.c.10.* *De vlcere difficulter curabili ex proprietate nobis occulta,dicit* Auic.quod talia non ſunt putrida,neque corroſiua,neque ambulatiua:ſed ſunt vnius diſpoſitionis,plana,claudentia ſeſe & recidiuam identidem patientia.In quibus ſunt neceſſaria medicamina cum proprietate fortiter deſiccantia: vti ſunt ſcoria æris,& flos æris aduſtus,& ſcoria ferri,glutinum auri, colcotar, dragantũ, cũ alumine & gallis: quæ prohibent materias currere ad membrum. Et ex iſtis facit cerata & vnguenta & pulueres Gal.l.quarto catage-
*L.4.f.4. tr.3.c.10. L.1.c.14.* ni:à quo accepimus vnam formulam,quam Aui.narrat,& Brunus eam confirmat.Reci.cadmiæ, aluminis,glutinis auri,ana partes octo:floris æris,corticis æris,vſtorum,ana partem j.gummi cupreſſi, partes quatuor: ceræ,olei roſa.aut myrtini,ana quod ſufficit, fiat vnguentum. Et ita tertia intentio completur.

*Quarta* intentio(quæ locum vlceratum ſanat, poſtquam diſpoſitio repugnans conſolidationi fuerit ablata & emendata) completur iiſdem intentionibus & modis qui dicti ſunt ſuprà in cura vulnerum cõcauorũ, in qui-
*Cap.4.* bus ſubſtantia fuerat deperdita.Quis enim non nouit(inquit Gal.lib.quarto therap.) omne vlcus cacoethes mox & concauũ eſſe vtpote ex eroſione
*Cap.2.* natum? Et quod talia vlcera in fine ita debeãt curari, teſtatur idem Galen. eodem lib.vbi dicit:Nulla autem harũ curationum(quæ, ſupple,tractantur in quarto)eſt ipſius vlceris,ſed diſpoſitionis alterius generantis vel augentis ipſum. Et ſubdit inferius longè, quod poſt illas curatio eſt vlceris quæ
*Cap.4.* dicta eſt in tertio lib.Vides ergo apertè,quantam communitatem habet cura vlcerum cum cura vulnerum,& etiam apoſtematum. Ne ergo mereris ſi Gal.in multis commiſcuit doctrinas eorum.

## CAPITVLVM SECVNDVM.

### *De vlceribus propriis famoſis:& primò de vlcere virulento,& corroſiuo.*

VLcera virulenta à corroſiuis non differunt,niſi ratione maioris & minoris. Nam in principio,dum non emittunt niſi ſolam virulentiam, dicun-

dicuntur Viruléta.Poſtquam autem augetur acrimonia, & malitia,& corrodendo augmẽtatur capacitas ſiue eſchara, appellantur Corroſiua. Quod ſerpant huc illud,nõ multum carnẽ excauando,vocantur Ambulatiua. Sin adeo augeatur malitia,vt conſumat membrum,dicuntur Manducantia. Et hinc tränſit vlcus ad lupum & ad cancrum.

*Cauſæ iſtorum* vlcerum ſunt praui humores cholerici,acres, & mordaces, qui propter aduſtionem quandam malignitatem (quæ fraudulẽtia dici ſolet)adipiſcuntur.Et vtplurimum veniunt poſt formicas ſeu herpetas,& puſtulas prurientes, & poſt vulnera cum mordacibus medicamentis irritata.

*Cura iſtorum* conſiſtit in debita diæta,& purgatione, ſicut eſt dictum ſuperius de herpete ſiue formica.Vnde Galen.quarto therapeu.contra Theſ- Cap.4.
» ſalum, inquit:Age igitur ſicut opere multoties vidimus,ita & ſermone ho
» minem fingamus ſanatione vlceris contumacis,egentem. Eſto aliquis cæ
» tera quidem ſanus , cui ſcabenti aliquam particulam excitetur confeſtim
» puſtula,mox iterum atque iterum pruritu vexetur illa eadem particula : &
» rupta puſtula, vlcus mali coloris inæqualiter eroſum fiat.& hæc tribus ve
» quatuor diebus à principio incidant. Dicat mihi aliquis Theſſaliorum?
» quomodo oportet ſanare huiuſmodi vlcus.Ego enim aio cacoëthes omni-
» no eſſe. & propterea conſiderabo ſtatim totius corporis diſpoſitionẽ qua-
» lis ſit.Inueniam enim,tum ex ſymptomatibus ipſius vlceris, tum ex ſignis
» quæ totum corpus præ ſe fert, qualis maximè ſit ſpecie qui abũdat humor.
» & hunc protinus euacuabo pharmaco. Nam (vt dixerat prius ) præcipitur
» ab omnibus ferè antiquis , quicunque ratione aliqua & methodo de cura
» vlcerum ſcripſerunt, abſcindendas eſſe cauſas efficientes. Nec ſolùm in vl-
» ceribus hoc eſſe puto neceſſarium, ſed omnino in omnibus ægritudinibus
» quarum efficiens cauſa adeſt, ab hac incipienda eſt curatio. Nam cõmunis
» eſt admonitio tertiodecimo therap.cap.vlt.ꝙ, quia euaporantia pharma-
» ca,vbi redundantia in toto corpore ſubeſt , particulis quibuſdam admota
» attrahendo inſtar cucurbitulæ implent magis quàm euacuẽt,nullo vti au-
» deas euaporantium auxiliorum, antequam euacuationem totius corporis,
» aut partis ſuperiacentis ſuperabundantiã mittentis, præmiſeris. Et de hac
» re fuit can.concluſus 3.techn.vnũ cõmune habentes præceptũ, Efficientem Cap.89.
» vnãquãque earum cauſarum abſcindere prius, deinde venire ad dyſcraſiã,
» quæ facta eſt ab illa ægritudine.Præmiſſa ergo euacuatione(vt fuit factum Lib.14.
in illa muliere Romana patiente formicã ſeu herpetem) veniendum eſt ad therap. c.
diſpoſitionem factam.Porro,ſi vlceratam partem videas calefactam,ipſam 17.
refrigera,frigidis ſtypticis & deſiccantibus: lauando vlcus, & totam particulã aqua aluminoſa.hæc enim abluit,repercutit,& deſiccat,vt dicit Auic. Li.4.fen.
aut aqua plantaginis & roſ.aut aqua extinctionis ferri, aut aqua decoctionis cyperi,aut myrabolanorum,cupreſſi,plantaginis,malicorij,balauſtij,& 4.tr.3.c.3.
conſimilium.Et in circuitu ad defenſionem ponatur(vt dictum eſt)vnguẽtum ex bolo. Et in medio vlceris ponatur aliquis puluis deſiccãs : vt ex lithargyro , plumbo vſto,thutia, ſeu pompholyge, antimonio,ære vſto,co-

rallio hæmatite,ſpodio lotis,atq; etiam ſidiis myrabolanis,& cõſimilibus: & carptũ linamentum,illitum vnguento albo Rhaſis, aut vnguẽto ex ſexta parte lithargyri(in quo conſentiunt omnes) aut diapompholygos : quorũ formulæ dicentur in antidotario. Et deſuper plumaceolũ ſeu puluillus maceratus oxycrato: Poſtea ligetur ligatura exprimente , de qua mentionem ſuperius audiuiſtis. Ego autẽ in talib⁹ vlceribus cõſueui poſt lotionẽ,abſque aliquo alio remedio ponere laminã plumbi tenuẽ,in qua virtus argẽti viui cum aqua plantaginis ſit infixa,& ligare ligatura exprimẽte: & inueni in hoc tantã experientiã,vt nefas ſit dicere propter idiotas.Tu autẽ videas
Cap.50. Gal.lib.nono de ſimplicibus pharmacis,cap. de molybdo,i. plumbo,& intelliges incredibilia de eo. De aqua aluminoſa rationabilia addiſces,ſi le-
Cap.7. geris primum librũ libri allegati. De ligatura aliàs mirabilia ſunt tibi dicta.Cæterùm ſi corroſio ſerpat & augmentetur,admota hæc negligẽs purga & repurga,conſume,& exſicca materiam cõiunctam erodentem cauterio actuali,ſi vis,quia præſtantius ſcriptorium eſt)aut potentiali,ex puluere aut trochiſcis aſphodelorum,aut calidicon,& ad hoc atramentum eſt vtile.Et ſi eſt neceſſe id fiat arſenico ſublimato , in parua tamen quantitate, vt dictum fuit in tractatu apoſtematum de eſthiomeno. Et locus ambiens ſemper muniatur frigidis. Quòd ſi eroſio nihilominus ſerpat, quandoque
*Li.4.fen.4.tr.3.c.8.* eſt neceſſarium,vt dicit Auic.incidere membrum.

## CAPITVLVM TERTIVM

### *De vlcere ſordido & putri.*

ISta etiam duo non differunt,niſi ratione maioris & minoris. Nam dum vlcus non habet niſi ſordem & ſaniem craſſam ac viſcoſam , dicitur ſordidum:poſtquam autem augetur ipſius malitia,ita vt putrefaciat & mortificet carnem dimittendo eſcharã, à qua eleuatur fumus fœtidus & cadaueroſus,dicitur putridum fraudulentum.Et ſi vlterius progrediatur eius malitia,tranſit ad eſthiomenum,& ad hominis mortem.

*Cauſæ iſtorum* vlcerum ſunt humores ſanguinei,craſſi,praui & ebullientes,ex qua ebullitione adepti ſunt venenoſitatem : & vtplurimum veniunt poſt carbunculos,& anthraces,atque apoſtemata & vulnera malè tractata.

*Cura talium* vlcerum cõſiſtit in diæta, & euacuationibus quales ſuperius
*Tr.2.do.1.cap.2.in admini-cul.* fuerunt dictatæ ad carbunculos, & puſtulas cruſtoſas & putrefactas. Vnde « Auic.lib.4. Horum malorũ vlcerũ curatio melior eſt,mundificatio corpo- « ris,aut ipſius membri,ſi corpus fuerit mundum, per id quod mundificat i- « pſum ſolum,cucurbitulis,aut caraxationibus,& ſanguiſugis, & epithema- « tibus corrigentib.complexionem : & emẽdatio ſanguinis cum debita diæ- « ta. Poſthæc ad vlcus veniendum eſt: & primò ſordes lauetur hydromelite,aut aqua maris : deinde mundificetur vnguento apoſtolorum,aut vn-
*Tr.2.do.3.cap.11.* guento Ægyptiaco. Et deſuper præcipit Lanfrancus admouere mundificatiuum factum ex ſucco abſinthij , melle roſaceo, farina hordei , & myrrha : & circumcirca ſemper vnguentum è bolo , & deſuper ſtupam oxy-

crato

crato imbutam. Si verò ſordes conuertantur in putredinem & corruptionem, lauetur locus oxycrato, aut aqua cineris vel ſaponis. Et emplaſtrum apponatur ex carne piſcium ſalitorum, & farina orobi, & ariſtolochia (non rotunda, ſed longa, vt dicit Theod.) & ſcilla, coctis in vino, & miſtis cum melle. Ad eandem intentionem Auicenna dictat iſtud medicamen expertum, quod etiam Brunus concedit: Recipe draganti rub. vnc. j. calcis viuæ, aluminis, corticis granatorum, ana drac. vj. thuris, gallarum, ana drac. iiij. ceræ olei, ana quod ſufficit: fiat vnguentum. Aliud: ℞. vitrioli, partes xij. colcotar x. draganti, ix. coquantur in aceto, & fiat ex eis linimentum. Et ſemper vnguentum ex bolo ponatur in circuitu, & deſuper ſtupa oxycrato madefacta. Porrò cum huiuſmodi vlcera immodica laborant corruptione, neceſſe eſt ſecundum Auicen. vt auferantur corruptæ portiones cauterio actuali (ſcilicet ferro ignito) aut medicamine acri, aut exciſione, vt non remaneat niſi caro ſana, quam agnoſces ex bonitate coloris & ſanguinis eius. Et medicamen quidē acre, quod non habet par in hoc caſu, eſt arſenicum ſublimatum, vt dictum fuit ſuperius in eſthiomeno, & in glandulis, & dicetur infra: ad quæ pro iſta materia eſt recurrendum. Et fortaſſe eſt neceſſe (vt dicit hic & ſupra Auicen.) abſcindere membrum, vt ſaluetur corpus à putrefactione ſua.

*Lib.1.c.7 in cura vlcer.put.*
*Li.1.c.14.*
*Ibid.*

## *CAPITVLVM QVARTVM*
### *De vlcere profundo & cauernoſo,*

VLcera talia ſunt cum orificio ſtricto, & profunditate lata, occulta, vnica, vel pluribus, recta vel tortuoſa, abſque duritie & calloſitate. Et in hoc differunt reipſa à fiſtula: non tametſi idiotæ omnia talia vlcera fiſtulas dicunt: quod non eſt verum, vt dicetur.

*Cauſæ* iſtorum vlcerum ſunt apoſtemata, & vulnera malè curata. Quando enim pus diutius moratur in exitura quàm debeat, aut in vulnere profundo, quod non poteſt per orificium mundari (quia ſuperius eſt, & fundū inferius, & tardatur contra apertio, pus cōuertitur ad nitroſam, & malignā naturam: & ita contaminat parietes cauernæ, vt non poſſint incarnari & cōſolidari, & fit ſinus, ſeu cauerna Græcis dicta colpus, ad quam propter ea quia debilitata eſt particula, trahuntur ſuperfluitates à membris vicinis, & ab vniuerſo corpore & efficitur vlcus ęgrè ſanabile.

*Significatur* natura cauernæ turundis & ſpecillis argenteis aut plumbeis radicibus, & cereis candelis, & iniectionibus coloratis. Significatur materia exiens eſſe calida & colore & tenuitate: quando eſt ſimilis loturæ carnis. frigida autem albedine & ſeroſitate. Iudicantur talia vlcera conglutinari ex bonitate & paucitate eius quod exit: necnon priuatione doloris, & tumoris, in ſecundo ad Glauconem: & ex oppoſitis conditionibus iudicantur non glutinari. *Cap.9.*

*Cura iſtorum* vlcerũ conſiſtit in bona & conuenienti diæta, & purgatione pro natura humoris peccantis,dicta ſuperius in tractatu apoſtematum: Deinde veniendo ad particulam,ſi tu potes vnguentis & emplaſtris mundificatiuis ac deſiccatiuis ſiue incarnatiuis,& bona compreſſione,& ſtupis madentibus vino ſtyptico,& decenti ligatura curare locũ,id facito & tentato.Et ad hoc laudatur vnguentũ apoſtolorũ,nigrum,diapalma,in ſecundo ad Glauconem.Si autem non poſſis,eo quod figura nõ eſt apta,imò radix fundi eſt inferius,& orificium ſuperius : ſi eſt poſſibile vt mutes ſitum (ſicut in eodem ſecundo ad Glauconem narrat Galen. ſe feciſſe in illo qui habebat vlcus profundum in brachio,& in coxa) erigendo particulam, vt radix ſit ſuperius,& orificium inferius,facito. Si autem id non poteſt fieri,tunc melius eſt vt aperiatur in radice ,aut incidatur tota cauerna vſque ad profundum.Et tunc ellychniis, aut cetonibus ita mundificetur, & deſiccetur,vt carne repleatur, & ſanetur : prout dictum fuit ſuperius de profundis & concauis vulneribus , ad quæ eſt pro iſta materia recurrendum. Eſt tamen obſeruandũ,vt antequam fiat inciſio, ſanies in loco congregari dimittatur, quò parietes cauernæ attenuẽtur, & ſpecillũ melius intromittatur.Secũdò vt ſpecillũ quod immittitur,ſit leue,& aliquo vnctuoſo inũctũ,vt ſine dolore intromittatur. Tertiò vt ſpecillũ quod intromittetur, ſit perforatũ in cauda in modum acus: per quod poſſit poni ceto factus ex cãnabi,aut ex aliqua gracili vitta,aut funiculo qui intromittetur. Et facta inciſione ſedetur dolor,& fluxus ſanguinis cohibeatur albumine oui,& aliis quæ videbuntur opportuna.Deinde inũgatur, & mutetur ceto, ſuẽdo, aut alium illi alligando, aut ellychnia immittantur, quæ ſint illita aliquo mundificatiuo:& deſuper,& in circuitu,ponantur quæ ſuperius ſunt dicta.

*Li.4.fen. 4.tr.3.c.5.* Si autem non eſt poſſibile facere inciſionem,conſuluit Auicẽ.ablutionem cum clyſterib.ſecundum modum Albuc.ſi confidit quòd adhæreant primò mundificatiuis,deinde incarnatiuis. *Cap 9.* Et ad mũdificandum Galen. lib.2.ad Glauconem præſcribit melicratum ſolum:& poſt concedit vinũ,cui quandoque mel coniungit. Ad expurgandum enim & mundificandum eos qui « circunſtant humores,melius eſt melicratum,vt dicit : ad futurã verò con- « glutinationem,vinum: & deſuper ſpongia noua vino macerata. « Alij autẽ, *Loco præcitato.* vt Auicen.(præcipuè ſi malitia fuerit notabilis) lauant aqua cineris , aut aqua maris, & aqua aluminoſa : quæ præterquã quod lauat, prohibet etiã id quòd attrahitur ad membrum. Albuc. præcipit immittere vnguentum *Tr.1.do.3. c.11. in cura vlc. virul.* ægyptiacum,diſſolutum aqua & melle.Nonnulli verò,vt Lanfran.& Henricus,ſi vlcus fuerit calidum,& virus,vt lotura carnis rubrum, lauant aqua & melle,& decocto hordei,lenticularum,roſ.balauſtiorum. Quod ſi vlcus eſt frigidum, & virus aquoſum, lauant vino & melle, decoctionis abſinthij,marrubij,pimpinellæ,atque myrrhæ. *Ibid.* Ad incarnandum verò,inquit Auicenna,oportet quòd medicinæ fiant currentes, lauatiuæ cum viſcoſitate adhærente : & iniiciantur in ſinum cum clyſterib.& intromittantur cum *Ibid.* ellychniis & turundis. Et nos quidem iam experti ſumus, inquit Auicen. «

emplaſtrum

emplaſtrum apoſtolicon, id eſt apoſtolorum. Et centaurea, quando ea impletur, eſt mirabilis valde. Succedit huic iris illyrica: & ſymphyton addit Gal. deinde farina orobi, & ſimilia. Deſuper ponantur emplaſtra, & panni illiti aliquo quod vlcera poſſit emendare: vt diapalma, & emplaſtrum nigrum, vel flauum cum gallis: & mel coctum cum puluere thuris, myrrhæ, & aloes: vel quædam horum, vel omnia ſimul: & vinum ſtypticum craſſum. Poſtea ligetur, vt docet Galen. lib. 2. ad Glauc. & Henr. iſtam ligaturam probat valde. Porrò licet litera Galen. ibi ſit ſatis intricata, nihilominus ſic, capiatur, vt velit poſt expulſionem & mundificationem materiæ, ponendum ſuper totam cauernam emplaſtrum incarnatiuum ex prædictis, perforatum quantum ſpatij habet orificium vlceris: & ſuper id orificium reponatur illud quod amotum eſt è perforato: & poſtea ligentur ſtrictè, faſcia continente vtraque extrema cauernæ, incipiendo à fundo ipſius, vſque ad orificium relaxando. Poſtea muniatur orificium paruo emplaſtro faſciola alligato: ita vt prima ligatura non ſoluatur vſque ad abſolutam incarnationem: ſed ſecunda tertio quoque die permutetur. Communiter ligatur ligatura exprimente, ea induſtria, vt illa cũ bonis preſſuris conſtringas totum fundum. De turunda hæſitant multi, vt Henricus, & magiſter meus Bonon. quod ſolida non ponatur: (quia pus in loco retinet) ſed cannulata, aut duplicata, vt pus continuè valeat exire. Et ſpongia ſuper orificium ponatur, vt pus trahat exterius ſugendo.

*Loco præcit.* *Cap. 9.*

## *CAPITVLVM QVINTVM.*

### *De fiſtula.*

Fiſtula eſt vlcus profundum & ſinuoſum, cum calloſa duritie à parte interiori, à quo procedit vtplurimum ſanies virulenta manans. Et hoc eſt
» quod dicebat Gal. lib. de tumoribus præter naturam. Eſt autem fiſtula ſtri- *Cap. 5.*
» ctus & longus ſinus. ſimilis aliis ſinib. contractionem (id eſt duritiem) pa-
» tiẽs à parte intrinſeca: & rurſus abſcedens ob influxum ſuperfluitatũ, quẽ-
» admodum illi. Quandoque enim clauditur, & nihil emittit: quandoque aperitur, & emittit: & hoc ſecundum diætã, & purgatiouem. Et ideò ſanies virulenta non eſt eſſentialis differentia ipſius, ſed calloſitas dicta, cum forma fiſtulari. Neque obſtat quod dicit magiſter Arnol. quandiu ſanies fiſtularis aquoſa, vel glutinoſa, ſeu prauæ qualitatis extiterit, fiſtulã viuam manere: quia non conuertitur, quòd ſi non manat, ſit extincta: licet ipſe ſubdiderit quandiu vixerit fiſtula, nunquam poſſe obturari: quia hoc eſt verum, perfectè. Sed quod non ad tẽpus, & imperfectè poſſit exiccari & claudi, non putauit Gal. neque Alb. dum dicit. Et eſt in quibuſdam horis humiditatem emittens: in quibuſdam verò horis abſcinditur humiditas ab eadem. Illud idem Halyab. tenuit, atque Brunus, Iamerius, & quatuor magiſtri. De duritie, de qua reprehendit Rogerium, & Rotlandum Henricus, nõ dubito, quin ipſi intellexerint illam: quia conſumentibus carnẽ duram iubent eam curare: Et gloſſographi ipſorum ita ſunt interpretati. Fiſtula quædam eſt in carne, quædam in venis, quædam in neruis, quædam

*Do. 5. reg. vniu. cap. 4. aph. 9.* *Lib. 1. cap. 15.* *Li. 1. c. 11.* *Lib. 2. c. 18. rub. 7. & c. 24.* *Lib. 2. c. 5.* *Lib. 3. c. 18. 27. 31. & 37.*

verò in oſſibus. Adhæc quædam eſt recta, quædam obliqua ſiue tortuoſa: & quædam eſt vnius ſinus ac orificij, quædam multorum. Et quædam eſt in iũcturis, quædam in oculis, quædam in faucibus, quædam in pectore, quædam in pudendis, & ſic conſequenter. Ab iſtis verò differentiis ſumitur prognoſticum, & indicatio curatiua.

*Cauſæ fiſtularum* ſunt eædem quæ vlcerum ſinuoſorum: quia quancunque fiſtulã præcedit vlcus ſinuoſum, & ab illo oritur: verum humores qui fluũt & corrumpunt locum, ſunt peiores in fiſtula quàm in vlcere ſinuoſo. Eſt enim illa materia phlegmatica, & melancholica, vt dicit Gulielmus de Saliceto: in qua aduſtio inducit acrimoniam & venenoſitatem. Propterea dicebat Arnoldus, quod humiditas dominans, & ancillans frigiditas (ſupple corrupta) fiſtulæ vitam præbet.

*Lib. 1. ca. 56.*
*Reg. vniu. doct. 5. c. 4. aph. 8.*

*Signa & indicia.* Signa fiſtularum ſumuntur à ſubſtantialiter inhærentibus, vt ab illo corio calloſo, & à forma fiſtulæ inſtrumentalis: & ab accidentib. & effectibus, vt à virulentia & horribili materia quæ aliquando effluit ab ipſa: & à dolore, qui paruus eſt, niſi ſit iuxta neruum. Significatur eſſe in carne, ex craſſa & viſcoſa turbida & cruda humiditate, quæ manat ab ipſa. Quod ſit in neruo, ex dolore, & tenuitate eius quod exit. Quod ſit in venis, oſtenditur per exitum ſanguinis & fæcis. Quod in oſſe, ex tenuitate & ſubtilitate eius quod exit, vt ponit Auic. Et ad hoc iuuant probationes cum turundis, & ſpecillis, & lotionib. coloratis. Locus etiam & tempus faciunt ad hoc: quia ſi eſt iuxta neruos, & oſſa, ſuſpicari poſſumus quòd infecit ea. Et ſi tranſiuit annum, quod eſt in oſſe: ſi verò non, quod eſt in carne, vel in neruo. De corruptione oſſis quomodo cognoſcatur, dictum eſt ſupra. Iudicatur fiſtula toto genere difficilis eſſe curationis, maximè profunda, & tortuoſa, inoſſata, & antiquata, & quæ plures habet concauitates. Præterea, fiſtula quæ eſt in membro nobili, & prope ipſum, & quæ ad interiora penetrat, ad pectus, ventrem, & veſicam, vel ad aliquam ex coſtis, vel ſpõdylis, vel aliquam iuncturam (puta manus, vel pedis) ſuſpecta eſt, & malæ curationis. Et occupari in eius curatione eſt (vt dicit Albuca.) labor, & ignorantia.

*Curatio* fiſtulæ duo habet regimina, vniuerſale videlicet, & particulare. Vniuerſale regimen tres habet intentiones. prima vitam præſcribit: ſecunda materiam peccantem euacuat: ſed tertia membra interiora confortando, & deſiccando fiſtulam, conſolidationi adaptat. Prima intentio completur debito regimine, pro ratione materiæ præſcripto. Secunda completur euacuationibus materiæ dicatis: de quibus duobus ſuperius in tractatu apoſtematum (ſpecialiter frigidorum) ſatis plenè fuit dictum. Sed tertia intentio completur potionibus ad fiſtulam probatis, quarum iſta eſt mihi magis chara: Recipe agrimoniæ, partes iij. plãtaginis, partes duas: foliorum oliuæ, partem vnam: ſcindantur minutim, & contundantur, & in vino albo coquantur: & fiat colatura, de qua quolibet die in aurora cyathus vnus adminiſtretur. Itẽ ad idem: Rec. oſmundæ, partes tres: gẽtianæ, partes duas:

duas: centaureæ,partem vnam.coquantur in vino albo,& vt prior adminiſtretur.Eſt enim efficax in oſſium expulſione.

Regimen particulare quatuor habet intentiones. Prima, ſtrictum orificium dilatat:ſecunda, fiſtulam aufert & deſtruit: tertia locum mundificat: ſed quarta, locum mundificatum incarnat & ſanat. Prima ſic completur. Poſtquam certò conſtiterit de ſemita & profunditate,per foramen imponatur turunda ex radice gentianæ ,aut mali-terræ, aut bryoniæ, aut dragonteæ, vel è fruſtis ſpongiæ bene contortæ & aptatæ quia turunda medulla ſambuci, & ebuli non placet mihi, quia in retractione ſæpe frangitur.Imò ob id conſulo,turundas alligare filo, vt ſi adhæreant,aut immerſæ fuerint nimis, poſſint extrahi tutiſſime: & fiant craſſæ ac longæ, ſecundum foraminis quantitatem. Dimittantur vero per duodecim horas, poſtea remoueantur. Et ſi foramen eſt ſufficienter dilatatum, completa eſt prima intentio.Et venit ſecunda,quæ eſt deſtruere fiſtulam. Quæ quidem ſecunda intentio completur vno ex tribus modis primus eſt ſine inciſione, immiſſis alter & corroſiuis:acribus cum inciſione, & vſtione tertius cum inciſione, & calloſitatis euulſione citra vſtionem. Primum modum docet Gul.facere impoſitione turūdæ ex trochiſcis aſphodelorum:& Rogerius turunda ex calce & ſapone,aut turunda illita arſenico, quæ non fallit.Si autem in fiſtula eſſent diuerſæ cauernæ,tunc oportet diſſoluere talia acria medicamina aceto, aut alio conuenienti liquore: & iniciatur inſtrumento, ita vt perueniant ad omnes cuniculos:& claudatur foramen vt morentur intra, quouſque ſuam fecerint operationem. Et hoc eſt quod dicebat Arnold. Fiſtula tortuoſa & intricata numquàm perimitur, niſi felleis,aut nitroſis liquoribus imbuatur. Ad hoc autem multum valet aqua fortis alchimiſtarum,ſaltem prima.Omnes enim fiſtulas mortificat & diſrumpit.Cum inciſione & cauterio ſic completur iſta ſecunda intentio: impoſito ligneo ſpecillo vſque ad radicem fundi, ſcindatur tota cauerna ab orificio vſque ad fundum, eo modo quo dictum eſt ſuperius de vulnere, & vlcere cauernoſis: & ſtatim propter fluxum curetur albumine oui, & turundis dilatantibus labia vlceris. Poſtera die aduratur locus cauterio actuali:aut potentiali,facto ex puluere aſphodelorum, aut arſenico. (Auic.hoc facit cum argento viuo ſublimato) ita vt nihil corruptum, & calloſum, neque præter naturam remaneat in vlcere, quod non ſit omnino deſiccatum, eiectum,& conſumptum. Et in circuitu frigida ſemper apponantur,vt dictum eſt. Quomodo autem ſeparatur os corruptum,ſuperius fuit dictum. Porrò ſignum quo dignoſcimus acre medicamentum ſuam perfeciſſe operationem,eſt vlceris tumefactio, vt dicit Roger.& trium dierum mora, vt habet vſus. Cum autem fiſtula aduſta & eſiccata fuerit, ſuccurratur ei medicamine mitigatiuo, quale eſt pro primis diebus oleum cum vitello oui: deinde cum butyro, aut aliquo vnctuoſo, quouſque ignis & eſchara cadat, & in pus conuertatur. Cúmque pus quod prius erat crudum, egreditur coctum & parcius, ſignum eſt fiſtulam eſſe mortificatam. Et hoc bene

*Lib.1.c. 30. & li. 2.c.11.*

*Do.5.cap. 4. aph.11.*

*L.4.f.4. tr.3. c.11.*

*Lib.2.ca. 11.*

*Loci præcit.aph. 10.*

dicebat Arnold. Ex quacun que ſui parte fiſtula ſaniem puram & perfe- «
ctam emiſerit,ibi eſt fiſtula iam extincta. Cum inciſione ſine cauterio com «
pletur prædicta ſecunda intentio,hoc modo:Facta inciſione vſque ad fun-
dum,vt dictũ eſt,auferatur cultro raſorio tota caro in circuitu calloſa &pu
*Cap.9.loci præcit.* trefacta, ita vt locus remaneat purus, ꝙ apparebit ex præſentiã carnis bo-
næ,vt dicit Auic. Et hæc eſt vera mortificatio,& curatio fiſtulæ. Quod ſi
*Tr.1.do.3.cap.12.* per iſtos modos nõ curatur,remittatur ad ſanctum Eligium, vt dicunt gen
tes. Tametſi Lanfrãcus promittat eam curare cum agrimonia & ſale:quod
tamen opere non inueni.Et ſi eſt inuentum, in vlceribus ſinnoſis(quas fi-
*Lib.4.f.4.tr.3.cap.11.* ſtulas,recẽtes dicit Auic.)ſatis fuit:etiam ſi cum pater noſter colligeretur
& ita completur ſecunda intentio. Tertia, quæ eſt mundificare locum,&
quarta quæ eſt locum mundificatum implere carne & ſanare, complentur
**III. IIII.** vt iam dictum eſt de aliis vlceribus ſinuoſis.

**De cura paliatiua.** *Quando autem* fiſtula eſt in loco in quo non poteſt curari, vt quando eſt
in membris ſublimibus, & in vicinitate neruorum & venarum : vel ſi æ-
ger eſt debilis,& non poteſt ſuſtinere pœnam:vel propter timorem, eo ma
gis indicat vt remaneat ſecum ægritudo : vel forte veremur ne per fiſtulæ
curam peior ægritudo ſequatur,vt in fiſtula longaonis,inuoluntarius fæcis
exitus:tunc neceſſarium eſt ipſam palliare diæta,& purgatione,& diuerſio-
ne materiæ ad partem minus nobilem : & mundificare ipſam à carne frau- «
dulenta & vnctuoſa.Deinde repleatur exiccatiuis domeſticis,& cooperia- «
tur diapalma,aut emplaſtro nigro:quoniam ipſa remanebit quieta tempo- «
re longo,dummodo caueatur ab aqua, & à ſitu dolorifico & à motu labo- «
*Do.5.reg.uniu.cap.4.aph.1.* rioſo.Et iſtã palliationem ponit Auic.& Arnaldus ſuper eam ratiocinatus «
eſt,dum dixit:Meatus innaturalis,qui diu manauit, vt in fiſtulis antiquis, «
obtutari nequit abſque timore grauioris incommodi,niſi manatio conſue- «
ta ad proxima deriuetur.

## CAPITVLVM SEXTVM.

### *De cancro vlcerato.*

CAncer vlceratus eſt vlcus apparens,rotundũ,horribile,fœtudum,cum
labiis craſſus,duris,& nodoſis,inuerſis,ſubleuatis, & ſinuoſis, habens
colorem liuidum & obſcurum, & in circuitu venas ſanguine melancholi-
*Lib.4.f.3.tr.2.cap.15.* co plenas. Et videtur ſecundum Auicen.nominari cancer,propter vnam «
duarum rerum:aut propter ſuam tenacitatem cum membro, ſicut tenaci- «
tas cancri cum eo quòd venatur:aut propter formam ſuam, quæ eſt rotun- «
da:& venas emittit in circuitu,quæ ſunt ſicut pedes cancri, & colorem ha- «
bet obſcurum, vt cancer. Et Henricus addit, quia corrodendo peram-
bulat,vt piſcis ille.Species & differentiæ cancri ſumuntur à tribus:ab eſſen
tia ægritudinis,à materia ex qua fiunt,& à membrorum natura. A primo
dicitur,cancer alius eſſe ſuauis, paruus, non multum crucians: alius ma-
gnus,& violentus, vehementis doloris. A ſecundo dicitur, quidam eſſe
ex melancholia aduſta in ſe, & quidam ex melancholia aduſta ex aliis
humo-

humoribus, maximè ex cholera vſta. A tertio dicitur, quidā eſſe in membris ſimplicibus, vt in carnè, venis, neruis & oſſibus: quidam in compoſitis, vt in facie, qui communiter Noli me tangere vocatur, in coxis lupus, in medio corporis cingulum, vt dixit Rogerius: tametſi Brunus, & Theodoricus dicant, nullum antiquorum ita nominauiſſe.

*Fit autem cancer* vlceratus à non vlcerato, & ab vlceribus irritatis & indoctè curatis. A cancro quidem non vlcerato fit cancer vlceratus, incidendo, ſicut ſuperius de apoſtematibus melancholicis in cancro fuit dictum. Ab vlceribus autem & vulneribus, quando propter irritationem factam ab acribus, aduruntur & commouentur humores praui melancholici, & fluūt & trahuntur ab vniuerſo corpore, & à vicinis membris in eum locum, & putreſiunt, & caleſiunt, ac acrimoniam & venenoſam qualitatem acquirūt: ex quibus generatur, & augetur mala diſpoſitio, & efficitur cancer. Cauſæ autem primitiuæ mouere poſſunt antecedentes, & ex illis coniunctæ fiunt, vt ſæpe dictum eſt. *Lib.1.cap.16.* *Li.3.c.6.*

*Signa cancri* ſumuntur à ſubſtantialiter inhęrentibus, vt à ſubſtantia dura labiorum, & vlceris: à figura lata, rotunda, ſinuoſa, & inuerſa: & ab efficientibus: & ab accidētaliter inhęrentibus, vt à virulentia horribili & fœtida, & tali vt non poſſit ſcripturâ denotari: ſed qui exercitati ſunt, ſtatim à longinquo eam percipiunt, adhæc, ſi lauatur lixiuio, efficitur cineraceus & viſcoſus. Pręterea paruis corroſiuis irritatur, & eius augetur malitia, vt ponit Lanfrancus & Henricus. Iudicatur de cancro vlcerato, quod iudicatū fuit ſuperius de non vlcerato. Et vltra hoc dicitur, quod eius diuturnitas & perſeuerantia arguunt malitiam, & difficultatem eius magnam. Idcirco dicebat Albuca. quòd quando veteraſcit, & eſt magnus, non oportet accedere ad eius curationē. Ego autem, vt dicit, non curaui aliquem, neque vidi aliquem ante me, qui eò peruenit. Et ideo Gal. in commentario illius aphor. Quibuſcunque, cancri abſconditi fuerint, dicit, non cures cancrum, niſi ad magnam inſtantiam, & requiſitionem. Ad hæc: cancer qui eſt antiquus, & in membro habitum contraxit, & qui eſt intertextus venis, neruis, & oſſibus, & qui eſt abſconditus, & ad interiora profundus & qui eſt in loco vbi non poteſt totus comprehendi, & qui eſt in timido debili & homine, melius eſt quod pallietur quàm ſi curaretur. Curati enim citius pereunt: non curati & palliati longum tempus perficiunt, vt ex ſexto aphoriſmorum in capitulo de non vlcerato cancro fuit allegatum. Et propterea dicebat Auic. illud mirabile, quòd ex vlcerato efficitur non vlceratus aliquādo. Quia ſi curatur in vno loco, ſæpe ad alium ſe conuertit. Vltimò iudicat Gulielmus de Saliceto, quòd cancer eſt moroſus morbus: quia quantò magis palpatur, magis indignatur. Quare cōſulit, vt non niſi leuiter tangatur, & propter hoc Noli me tangere vocatur. *Tr.1.doct.3.cap.13.* *Aph.38.* *Aph.38.* *Li.4.fen.3.tr.2.cap.15.* *Lib.1.cap.58.*

*Cura cancri* vlcerati duo habet regimina, vniuerſale videlicet & particulare. Vniuerſale regimen tres habet intentiones, prima vitam præſcribit: ſecunda materiam antecedentem euacuat: ſed tertia, mēbra interiora cor-

roborando emendat. Prima & ſecunda intentio complentur debito regimine,& conuenienti purgatione:de quibus ſuperius in apoſtematibus melancholicis ſatis fuit dictum.Sed tertia intentio completur potionibus, & ſuſpenſionibus ad hoc probatis:& forte magis facit ad hoc cõfidẽtia,quàm proprietas.De his ſunt omnes herbæ capillares,& præcipue ceterac,& herba Roberti,& ſcrofularia (quæ ob id herba cãcroſa ſeu cancri nominatur) quæ ſunt optimę ad faciendum potiones:& centinodia laudatur ab Arnaldo.Et cancri fluuiales ſummè valent:& ſmaragdus,& ſapphirus geſtati valent ad cancrum, vt dicit Albertus.Theriaca,& carnes thiri,ſummè conferunt,quia expellunt omnem venenoſitatem ad cutem.Regimen particulare duas habet intentiones,ſecundum Gal.in commentario præallegato, & ſecundo ad Glauconem.prima, vt ſi eſt in loco poſſibili, totus eradicetur. ſecunda,vt ſi eſt in loco non poſſibili,pallietur:quæ loca ſuperius,& in illo commentario nominantur.Modus autem extirpãdi eſt duplex:vnus fit inciſione, & expreſſione, & cauterizatione : alter ſine inciſione,per corroſionem.In inciſione caueas,vt totus cum radicibus ſuis cõprehendatur, & incidatur:aliàs nihil valeret,imò tunc eſſet nouiſſimus error priore peior. Et poſt inciſionẽ hinc inde exprimatur, vt ſanguis melãcholicus extrahatur : & tandem ferro ignito vratur. Secundò extirpatur corroſione, & mortificatione forti,quæ ſimul totum extirpet.Nam forti ægritudini fortis debet applicari medicina,iuxta doctrinam Hippo.primo aphoriſmorũ : ad quod arſenicum ſublimatum par non habet,vt ſupra in eſthiomeno,& glandulis fuit dictum,& infra dicetur.Prima enim die, (dicit Theodo.& bene) cancrum,lupum,eſthiomenum,noli me tangere,fiſtulam,& omnes tales peſſimos morbos occidit,& extirpat.Caue tamẽ de loco,& quantitate:In vtroque autem modo ſemper defendatur locus vnguento de bolo.Et poſt operationem (quam,vt dictum eſt,cognoſces per loci inflationem,& per trium dierum moram,) mitigetur dolor,& procuretur caſus eſcharæ, vt dictũ eſt in fiſtula.Mortificato cancro, (quod cognoſces per bonitatẽ carnis, & carentiam virulentiæ & fœtoris) curetur vlcus more vlcerum concauorum.

*Aph. 38. lib.6. Cap.11.*

*Aph.6.*

*Lib.3 c.6.*

*Ibidem.*

*De cura palliatiua.*

*Quando autem* cancer eſt in tali loco,vt non poſſit totus comprehendi : vt qui peruenit ad interiora, aut eſt iuxta principalia membra, aut in locis venis neruíſque intricatis:vel æger eſt debilis,& non poteſt:vel timidus,& non audet ſubire eam curam : aut ex ipſius cura ſequeretur peior ægritudo: tunc bonum eſt ipſum mitigare,& palliare:ídque diæta,& purgatione, & diuerſione materiæ ad partem aliam:necnõ refrigerare & deſiccare ipſum aqua ſolani,& vnguento albo, de lithargyro, & de thutia, & plumbo vſto, & diapompholygos,& aliis mineralibus lotis:& aquis & ſuccis camphoratis,agitatis in mortario plumbeo:& ligatione laminæ plũbeæ, & aliis quæ dicta ſunt in vlcere virulento,& in cancro apoſtemate non vlcerato. Quãtam autem virtutem habet plumbum in diſpoſitionibus cancroſis, nouit ille qui nihil ignorat. Nonnulli palliant cum herba Roberti, & ſcabioſa, cerefo-

cerefolio,caprifolio,tapſo barb.puluere ſtercoris humani,& anethi cõbuſtorũ. Multi verò mitigãt eius fraudulẽtiã,& lupinã verocitatẽ pãno ſcarlatæ,& appoſitione carniũ gallinarũ. Vnde vulgus putat ob hoc dici lupũ,q̃a in die comedit vnã gallinã:ſi eã non haberet,comederet hominẽ.Quicquid ſit,talia temperata ſunt: & ſi non proſunt,nocere multum non poſſunt.

# DOCTRINA SECVNDA DE VLCERIBVS PROVT INſunt membris compoſitis:habet octo capitula.

## CAPITVLVM PRIMVM.

*De vlceribus capitis,vt eſt talparia, & teſtudinaria.*

RVRSVS igitur ad methodum redeamus, oſtendentes quantum communis vlcerum cura permutatur ſecundum ſpeciem in vnaquaque animalium particula. Quatuor enim ſunt indicationes quæ ab his ſumuntur, vt in doctrina 2.tractatus apoſtematum fuit dictũ: quæ licet ſecundum homiomeras particulas ſint dictæ, nihilominus ſecundum organicas ſunt dicendæ, à capite incipiẽdo. Et qui bene vult ſcrutari,inueniet quòd vltra intentiones communes dictas in ſermone communi de vlceribus, eſt differentia ſpecialis indicationum ipſius in prognoſtico & modo curandi. Quantum ad prognoſticum, ſcimus quòd ſi vlcera capitis perueniunt vſque ad cranium, & ad menyngas intrinſecas(vt in talparia, & teſtudinaria paſſione ſæpe contingit)non modicum in operando infertur periculum,maximè iuxta commiſſuras. Et ideò conſulit Rogerius, potius talem curam relinquere, quàm opere perſequi. Et hoc conſiderans,vt ſuperius dixi vnà cum Lanfranco, in talibus potiùs conſului palliare,quàm curare. Nihilominus Rogerius quantum ad modum operandi, ſuppoſito quod patiens affectet, & requirat curam,præcipit vt cutis tota radicitus ſeparetur, & cranium infectum trypanetur & eleuetur,& à dura matre cautè ſeparetur:& ruginãdo applanetur, poſtea pannis & ellychniis melle roſ.maceratis, & aliis auxiliis mundificetur, & carne impleatur, prout ſuperius de vulneribus capitis fuit dictum. Et faciebat ita magiſter meus Bonon.& ego feci in illo Græco, qui fiſtulã & corruptionẽ oſſis in capite retro aures patiebatur. Iamerius autẽ, q̃ talia in capitulo fiſtularũ reponebat,poſt trypani vſum & purgationem oſſis, talẽ puluerẽ conſulebat: Recipe,ranæ aquaticæ cõbuſtæ, vnc.ß.gallarum, ſaluiæ,(& addatur myrrhæ)ana drac.ij. fiat puluis. Et ſuper vulnus diapalma,aut emplaſtrum nigrum ſufficit in hoc caſu.

*L.1.c.26. Tra.3.do. 2.cap.3. Ibid.*

## CAPITVLVM SECVNDVM.

*De vlceribus faciei.*

FAcies prout cõtinet multas particulas,diuerſas habet vlcerũ ſpecies. In genis videlicet,oculis aurib⁹,ore,& cõſimilib. Et primò dicẽdũ eſt de his quæ in tota facie,& maximè in genis iuxta naſum,venire cõſueuerunt.

*De Noli me tangere.*

*Contingit* ſæpe poſt formicas,& eryſipelata mala,& alia vlcera, & puſtulas male curatas in facie,maximè in lepôre,naſi genis,& labiis accidere vlcus corroſiuum,ſerpiginoſum,horribile,fœtidum, & virulẽtum,quod noli me tangere nuncupatur vulgariter:& eſt de genere cancri,ex cholera bis aduſta, (vt ſuperius fuit dictum) generatum.

*Signa* ſunt,corroſio mordicatiua cum ardore,& punctura,virulentia fœtida,& ſordicies mala.Vnde eius eradicatio eſt difficilis,& contagioſa:quò enim magis tangitur,magis augetur.& ob hoc noli me tangere dicitur præter id quod facies,propter ſui debilitatem,materias faciliter recipit.

*Cura* eius (vltra regimen vniuerſale de diæta,& crebra purgatione, dictis in apoſtematibus & puſtulis cholericis,& vlceribus virulentis) eſt, vt lauetur locus oxycrato,aut aqua aluminoſa, & per aliquo dies tentetur an poterit deſiccari & ſanari vnguentis ad vlcera virulenta. Quia talis fuit intentio Iamerij: & ſi non poſſit, ſuperponatur in plumaceolo linimentum *Lib.3.c.8.* Theodorici, factum è ſucco linariæ & plantaginis, cum ſale gemmæ. Et propter mordicationem,circumcirca panni madefacti oxycrato,aut ſucco alicuius herbæ frigidæ applicẽtur:& ter in die naturali remutetur,per tres dies. Et poſt, ſi morbus fuerit extinctus,& locus melle,ſucco apij, & farina hordei fuerit mundificatus (quod cognoſces per carnis bonitatem) incarnetur & conſolidetur vnguentis vlcerum virulentorum.Si autem morbus non eſt extinctus, curetur vt dictum eſt de cancro vlcerato: ſicut facit Rogerius,& quatuor magiſtri.Attẽdendo quod corroſiua & cauteria cautè ducantur:locus enim ſenſibilis eſt,& tenuis,& oſſa ſpongioſa, & cartilaginoſa,& faciliter alterabilia:ita vt quando ab vtraque parte perforantur, in perpetuum non conſolidentur,vt ex ſexto aphoriſmorum ſuperius fuit allegatum. Et propter hoc,ad iſta extinguenda aqua fortis ex linteolo ſecurius adaptatur.

*De vlceribus, & cancroſis affectibus,veſicis ruptis, & eleuatione vueæ oculorum.*

*Quia vlcera* oculorum,præter id quod aliquando proueniunt à vulneribus,vt plurimum ab apoſtematibus,exituris,bothoribus,& puſtulis ſeu veſicis efficiũtur,idcirco non eſt mirum,ſi Ieſus illa vocauit vlcera,Auic.exituras,Azarauius puſtulas.Et licet ipſi enumerauerint ſeptẽ ſpecies eorum diſtinctas, vel ſecundum cortices corneæ,vel ſecundum ſitum ſuperficialẽ & profundum:nihilominus,quia non multum variant intentiones curatiuas,in præſenti,vt conſulit Lanfran.omittantur.Sed,(ſi placet,)comprehẽdantur omnia vlcera oculorum,vt ferè dictum fuit de ophthalmia, in tribus ſpeciebus:in paruis virulentis,in maximis & cancroſis,in mediocribus & ſordidis.Quorum quidem omnium cauſæ, (vt dixit Ieſus) ſunt humores acres & mordicantes,qui fluunt ad oculos.

*Tr.2.cap.50. Lib.3.fen.3.tr.2.c.3. Tr.3.do.3.cap.1.de vlc.ocul.*

*Signa* vlcerum oculorum, ſunt dolores, & lacrymarum effluxiones, & ophthal-

ophthalmici rubores. Et quādo aperitur oculus, ſi ſunt in coniunctiua, punctus apparebit ruber: ſi in cornea, albus & nebuloſus. Vlcera autem cōiunctiuæ ſunt rubra, corneæ verò alba, propter ipſorum corpora, vt dicit Ieſus, & Auic. quod manifeſtat cornu nigri raſura. Et hinc eſt quod multi decipiuntur (vt dicit Gordonius) credentes eſſe ab illa propter additionem: & applicando conſumptiua, deuaſtant oculū, & tamen eſt albedo propter excauationem corneæ. Iudicatur de vlceribus oculorum, quod ſi maligna euadāt, ducent ad diſruptionem corneæ, & ad exitum & eleuationem vueę, & per conſequens ad oculi perditionem. Iudicatur etiam, quod ad vlcera ſequuntur cicatrices albæ, indelebiles: quia cornea eſt mēbrum ſpermaticum, cuius conſolidationes non ſunt ſecundum primam intentionem, ſed per medium extraneum conſolidantur, vt iam ſuperius fuit dictum, & dicetur. Præterea, multa iudicia vlcerum communium hic habēt locum: quare ad ea habeatur recurſus. Ad hæc conſulitur operanti, vt ſi cum vlceribus fuerit ophthalmia notabilis, rheuma, & dolor capitis, non fatiget patiētem, quouſque illa fuerint ſedata. Amplius conſulitur, vt antequam iſta paſſio producatur: ad capitulum de ophthalmia recurratur, quia in multis communicant intentiones vlcerum & ophthalmiarum. *Ibid.* *Cap. 4. loci præcit.*

*Curatio* vlcerum oculorum, ſecundum Gal. in quarto ſecundum locos, indiget hac eadem ſecundum genus, qua & alia vlcera: propter tamen naturam particulæ, oportet pharmaca eſſe omnium minime mordacia, mundificantia, replentia, & ad cicatricem ducentia. Inter quæ laudantur, quæ per thutiam: & conſimilia lota miſceantur ei, & ſucci non ſolum non mordicantes, ſed & vehementiſſimos dolores mitigare potentes, ſicut eſt ſuccus mandragoræ. Sordidis verò exiſtentibus miſcere oportet aliquod abſterſiuorum, quale eſt ceratum cum aliquibus metallicis abſterſiuis. Porrò quia alia vlcera in curando quatuor habent intentiones, ideò cura vlcerū oculorum quatuor habebit intentiones. Prima ſit in vita, ſecunda in materia antecedenti & fluenti, tertia ſit adminiſtratio intentionis circa vlcus, ſed quarta accidentium correctio. Prima & ſecunda intentio complentur, prout ſuperius fuit dictum compleri in ophthalmia: hoc tamen addito, quod non iaceat, neque dormiat ſuper latus in quo eſt vlcus, ne ſanies corrodat tunicas oculi: neque clamet, neque ſternutet, neque euomat. Omnia enim iſta ducunt materias ad oculum. Tota autem tua intentio ſit, diuertere & prohibere materiam defluentem, vt non veniat ad oculum, & ſedare dolorem. Tertia intentio completur hoc modo: Si puſtula non eſt aperta, diſtilletur in oculum aquæ fœnugræci, aut meliloti: quia confeſtim aperiunt vlcus, vt dicit Ieſus. Poſt mundificetur vlcus eo quod lauat & abſtergit ſaniem, velut diſtillatio ſyrupi roſ. ſummè enim laudatur à Rabbi Moyſe, 22. parte lib. ſui. Et poſt mundificationem, repleatur cauitas his quæ faciunt carnem naſci: vt eſt collyrium album in quo eſt opium, cum lacte mulieris, aut cum albumine oui, ſi dolor adſit. Si verò dolor fuerit repreſſus, vtatur collyrio albo in quo eſt *Cap. 10.* *Li. 2. c. 50* *Aph. 23.*

*Lib.3.fen. 3.tr.2.c.5. Cap.10.* cadmia, quod Aui. Lubans vocat. Et collyrium ex thure laudatur ad hoc in quinto thera. quoniam maturat & mundificat materias craſſas, vt dicit Ieſus: Eorum formulæ & deſcriptiones in cap. ophthalmiæ, & in antidotario inueniĕtur. Collyrium etiam ex plumbo laudatur in fine ab Heben Meſue, Alcoatim, & Azaram: replet enim, & conſolidat vlcera oculorum: cuius formula recipitur à Rhaſi. Recipe plumbi vſti, antimonij, thutiæ ablutæ, chalcucecaumenu, (quod eſt, æs vſtum) gũmi arabici, tragacanthi, ana drac. viij. opij drac. ß. fiant collyria ex aqua pluuiali. Sed quarta intentio completur pro natura accidentium. De dolore ſatis eſt dictum in ophthalmia.

*De ruptura corneæ, & exitu vueæ.*

*Lib.4.ſec. gen.c.10.* *Quod ſi propter* corroſionem rumpatur cornea, & procidat extra vueæ, ita vt ſequatur eleuatio, manifeſtum eſt (ſecundum Gal. vbi ſupra) & propter ſeipſam, & propter illud quod procidit, repercuſſiuis & ſtypticis eam indigere pharmacis, & bona ſtrictura compreſſionib. & ligatura. Et ad hoc eſt mirabiliſſimum collyriũ ex hæmatite (& ipſemet hæmatites cum albumine oui in cote fricatus) quod Reci. lapidis hæmatitis abluti, drac. iiij. ceruſſæ cadmiæ, ana drac. ij. æris vſtis, amyli, gummi ana. tragacanthi, opij, ana. drac. j. fiant collyria ex ſucco foliorum oliuæ. Et quandoque eſt neceſſe, quando eleuatio fuerit magna, ſtringere lamina plũbi. Et ſi ægritudo fuerit antiqua vnius vel duorum annorum, ne appropinquies ei: quia non habet curam, vt dixit Ieſus. Et ſi volueris oculum decorare, liga eminentiam filo ſericeo, & infrigida, & corrobora oculum donec cadat ipſa & filum. De cicatrice & veſtigio quod remanet poſt illa, inferius dicetur. *Tr.2.cap. 65.*

*De fiſtula in lacrymali domeſtico iuxta naſum.*

*Fiſtula in lacrymali* fit vtplurimum ex apoſtemate paruo dicto garab. qui ex humoribus malis naſcitur ibidem, & maturati adeò tarda eſt apertio, vt pus conuertatur ad nitroſam qualitatem. Vnde vlcerat locum, & indurat intrinſecas circumferentias, & corrumpit, & contaminat os ipſum. Et aperitur quandoque ad exteriora, quandoque verſus interiora oculi ſub lachrymali: & quandoque ad vtramque partem: & quandoque aperitur verſus calamos narium. Quædam eſt in carne, quædam in oſſe.

*Cauſæ* eius ſunt humores craſſi, qui (vt dictum eſt) temporis progreſſu maturantur in loco, & eum corrumpunt: ad quam corruptionem ſequitur debilitas, quare attrahuntur humores praui, acres & nitroſi ad locum, & vlcus faciunt fiſtuloſum.

Significatur fiſtula oculi ex apoſtemate quod præceſſit, & ex duritie, & forma calloſa, & profunda, & ex ſanie ſeroſa & glutinoſa quæ exit per foramen, maximè dum comprimitur: & oculi ſunt rubri, & ophthalmici, & tactu ſpecilli hoc certius euadit: quia ſi eſt in oſſe, ſentitur aſperitas: ſi verò in carne mollities & lenitas. Iudicatur fiſtula lachrymalis eſſe difficilis curationis, propter carnoſæ partis tenuitatem, & magis propter oculi propinquita-

quitatem: ſenſibiliſſima enim eſt particula. Et ſæpe ita appropinquat apertura lachrymalẽ, vt rũpatur area palpebræ, & conſumatur caro ipſius: quare in perpetuũ fluunt lachrymæ, & locus nõ cõſolidatur, ſed deformis euadit.

*Cura fiſtulæ* lachrymalis duo habet regimina, vniuerſale, & particulare. Vniuerſale regimen dictum eſt in capitulo de fiſtula in communi. Particulare regimen tres habet intentiones. Prima eſt repercutere, & reſoluere, & maturare ſecundum ſua tempora, & aperire apoſtema quando non eſt apertum. Secunda mundificare quando eſt apertum. Tertia, mortificare fiſtulam quando eſt confirmata. Primũ completur, prout de ophthalmia dictum eſt, repercuſſiuis & reſolutiuis & maturatiuis. Et propriè maturatur emplaſtro facto ex farina hordei, & conchyliis, croco, aloe, & myrrha, ſubactis cum opoponace in aceto diſſoluto: maturat enim, & per ſe rumpit apoſtema. Et ſi non aperitur per ſe, non expectetur maturatio, ſed ſcalpello longe à lachrymali aperiatur. Poſt autem apertionem venit ſecunda intentio, quæ completur (facta bona expreſſione, & expulſione puris, & lotione ſi eſt neceſſe, cum aqua ruthæ mellita) tribus auxiliis. Primum eſt Aui. ex lanugine arundinis inuenta in interiori parte eius, & propriè iuxta radicẽ: & cõgregetur tantũ ex ea, vt poſſit impleri tota profunditas: & cooperiatur diapalma, aut aliquo idoneo emplaſtro, & mutetur bis in die. Et quando erit ſatis mundificatũ, conſolidetur. Secundum auxiliũ eſt Rhaſis. Imponatur per foramen collyrium factum è thure, ſarcocolla, aloe, ſanguine draconis, balauſtio, antimonio, alumine, æquis partib. & floris æris quarta parte vnius partis, & cum aqua pluuiali fiant collyria. Et propriè, dicit Aui. quando diſſoluitur aqua gallarum, & iniiciatur duæ aut tres guttæ & iaceat ſuper partem aliam. Et bis aut ter in die mutetur: & ſic per hebdomadam continuẽtur. Iſtud enim collyrium eſt tantæ virtutis, vt fiſtulam oculi ſanet, vt dicit Rhaſis: aut ita retardet, vt videatur ſanata. Tertium auxilium eſt Guli. de Sali. vt dilatato foramine, mundificetur vnguento viridi facto ex flore æris, alumine, & melle: aut puluere aſphodelorum: & poſt mundificationem, conſolidantibus ſanetur. Et ſi iſta non valent, accedat tertia intentio, quæ eſt mortificare fiſtulam. Ea dilatato foramine, & certioribus factis nobis de fundo (vt dictum fuit de fiſtula in communi) completur dupliciter: vno modo per inciſionẽ & cauterizationẽ, alio modo per corroſionẽ. Inciſione fit hoc modo. Scalpro forti, aut nouacula ſcindatur ſecundum rectum, à lachrymali quantum erit poſſibile recedendo, vſque ad fundũ. Et tunc impleatur vulnus turundis maceratis albumine oui: & in craſtinũ mutãdo inſpiciatur os, & pro quãtitate cõtaminationis vtatur cauteriis claualib⁹, rotũdis: cuſtodiẽdo oculũ adhibita cãnulla, vt Alcoatim, vel paſta, vt Ieſus: aut cochleari argenteo ſeu æreo, vt Theodor. Poſt vſtionẽ ſedetur dolor & arſura: & caſus eſcharæ & exfoliatio oſſis procuretur, vt eſt dictũ in cõmuni. Corroſione autẽ curatur ſic: imponatur turunda intincta aliquo cauſtico, & præmuniatur oculus frigidis. Prim⁹ modus magis placet mihi, & Lanfr. quia cauterium ex ferro melius metimur, ita vt

*Lib. 3. fen. 3. tr. 2. ca. 15.*

*Li. 1. c. 13.*

*Tr. 2. cap. 3.*

non accedat ad rumpendũ lachrymale, quàm medicina. Poſtquã erit mortificata fiſtula ( quod cognoſcetur vt dictum fuit ſuperius ) curetur & conſolidetur. Modum autem curãdi, & perforandi ſubula ad calamos narium, non laudat Heben. Meſ. neque ego in eo inueni effectum. Nam ſatis cito poſt impletur foramen oſſis, & nihil eſt quod currere poſſit ad nares: Deriuatio autem materiæ ad calamos narium, quam laudat Arnoldus, per caputpurgia, eſt mihi dilecta. Quod ſi nõ poteſt aliud fieri, pallietur, vt dictum eſt ſuperius: ídque tali collyrio, quod laudat Theodor. Re. cadmiæ ablutę, & ſedenegi abluti, ana drac.ij. cineris fornacis in qua purgatur æs, drac.iij. myrrhæ, aloes, memithæ, croci, opij, ana drac.j. confice cum vino, & adminiſtretur cum albumine oui.

*Sect.1. part.1. ſumm.5. cap.12.*

### *De vlceribus narium & polypo.*

*Vlcera quæ* fiunt in naribus, quædam ſunt ſine carne ſuperflua, quædam verò cum carne ſuperflua. Et quæ ſunt ſine carne ſuperflua, quædam ſunt virulenta, quædam ſordida, quædam verò corroſiua. Et quæ ſunt cum carne ſuperflua, quędam ſunt quorum caro eſt mollis pendens, & quaſi ſeparata: quæ apud Gal. dicuntur ozæna, apud Auic. alharbat: Quædam ſunt quorum caro eſt dura, non ſeparata, neque pendens, ſed adhærens, quæ dicitur à Gal. polypus, ab Auicen. cancer.

*Lib.3. ſec. loc. Lib.5. fen. 5. tr.2. c.11*

*Cauſæ autem* vlcerum naſi ſunt, humores acres & putridi à capite deſcendentes, qui ſi propter aduſtionem adepti ſunt craſſitiem, germinant polypum. Si verò ſine aduſtione incraſſantur per refrigerationẽ, illam carnem mollem efficiunt. Vnde Gal. in tertio ſecundũ locos: ozænæ ex influxu humorum acrium & putridorum fiunt: polypus craſſorum humorum eſt germen. Dicitur autem polypus, ad inſtar illius piſcis ſic nominati, quia multos habet pedes (Et ideo ab Auenzoar multipes nominatur) & quia firmiter loco adhæret in quo eſt: vel quia ſimilis eſt carni eius, vt dicit Gal.

*Cap.3.*

*Significantur* iſtæ paſſiones, aperiendo nares inſtrumento dicto ſpeculum ad ſolem viſu (vt dicit Halyab.) & tactu. Differt autem polypus, ſecundum Auicen. & Lanfranc. à carne illa ſuperflua: quia caro illa eſt mollis, pendens, colore & ſubſtantia pulmonis, indolens, non adhærens, niſi ſecundum radicem: & vtplurimum venit poſt ægritudines catarrhaſes. Polypus autem eſt durus, ſiccus, dolorificus, tenebricoſus, horribilis, & fœtidus, venoſus, non pendens, ſed firmiter naribus adhærens, & vtplurimũ incipit per ſe à puſtula magnitudine ciceris, & paulatinè augmentatur & creſcit vſquequo ad palatum perueniat. Vlcera naſi non ſunt negligẽda: quia ad polypũ ſunt via, vt dicũt omnes. Polypus verò toto genere eſt pernicioſus, nã de genere cãcrorũ abſcõſorũ iudicatur, quod melius eſt nõ curare quàm curare, vt dicit Hippo. Sufficit enim ei via blanditiua ſine inciſione, & corroſione, vt dicit Aui. Caro autem addita, cum qua naſus eſt tractabilis, & boni coloris, abſque timore curetur, vt dicit Brunus. Ex quibus apparet, quod illa diſtinctio quam ponit Roger. & multi alij, quod polypus quidam

*Li.1. tr.5. cap.4. Li.3. fen. 5. tr.2. c.11 Tr.3. do. 3. cap.3. Iudic. Li.2. c.2. Li.1. c.32.*

quidam eſt curabilis, quidam non curabilis, non propriè accipit polypum, ſed largè, pro quacunque carne in naribus præter naturam exorta.

*Cura communis* vlceribus & polypo (ſuppoſita diæta & purgatione, dicta ſuperius in materiis acribus & melancholicis) eſt ſecundum Gal. vbi ſupra » ſiccare, & roborare caput: Qualiter autem oportet roborare caput totum, » vt nulla ab eo ſuperfluitas in inferiores partes influat, dictũ eſt multoties, » ſupra in ophthalmia, & dicetur in rheumatibus oculorũ. Et ſequitur, quod » poſtquam per illa feceris caput robuſtum, ad curam ozænę, & vlcerum ve- » nies, intentionem habens ſiccare patientem particulam per pharmaca per- » miſtæ virtutis, repercutientis videlicet & diaphoreticæ. Vnde in quinto » therapeu. Naribus verò multò quidẽ ſiccius quàm oculis, minꝰ verò quàm » auribus, oportet eſſe pharmacum. Et propter hoc ſi vlcera ſint virulenta, vnguenta alba ex plumbo vſto ſunt eis idonea, vt Halyab. ponit. Si autem ſint ſordida & cruſtacea, lauentur vino, & melle decoctionis chamæmeli, meliloti, naſturtij, ellebori, atque myrrhæ: & ſi eſt neceſſe lixiuio: deinde vnguento apoſtolorum mundificentur. Et ſi imponatur turunda è radice acori, diu oleo iuniperi macerata, in quo ſcamonea fuerit diſſoluta, optimè mundificat & ſanat. Et vnguentum quatuor magiſtrorum eſt hic peculiare quod fit ex menta, agrimonia, oculo Chriſti, & verbena, tritis cum axungia porci. Et poſtea vnguentis albis dictis conſolidentur. Si autem fuerint corroſiua, à medicamine Gal. in tertio ſec. loc. quod Auic. recipit, è tribꝰ generibus malorum granatorum (auſterorum, ſcilicet dulcium, & accidorum) " incipiendum eſt: fit autem ſecundum ipſum hoc modo, Incidere ea opor- " tet recentia & matura, & terere diligenter, vt exprimi poſſit ſuccus ex eis: " quem reponere oportet in vaſe ſtanneo, (vel vitreo:) parum coquendo ip- " ſum, ſi nimis eſt humidus. Quod verò relinquitur ex eis ſolidum, & craſſum " denuò teratur vehementer vt ex eo poſſint ellychnia fieri, quæ in naribus " ponantur: Et quando illud in ellychniis faciendis erit conſumptum, accipe de ſucco quem ſeruaſti, & eo vtere vel cum penna, vel cum lana circũ poſita ſtilo. Approbatè autem operatur prædictum collyrium. Quod ſi dictus ſuccus deſiccaretur, poſtquam eſſet puluerizatus, inſufflãdo poſſet apponi. ídque frequenter fiat, vt nunquam ſit particula patiens ſine ipſo. Si autem iſtud non valet, recurrendum eſt ad trochiſcos adaron, & calidicon, diſſolutos vino dulci, aut aceto ſi paſſio fuerit dura: & poſt mundificetur, vt dictum eſt, & conſolidetur. Et ſi vlcera eſſent vehementis doloris, curentur vnguentis dictis in quibus modicum opij ponatur. Et ſi adeſſet caliditas, oleum roſatum, aut nenupharinum præcepto Halyab. inſpiretur: & ſupra, & iuxta naſum ſandali, memitha, portulaca, & ſimilia, cum aqua roſacea, & aceto ponantur. Vlcera autem ſicca, & rhagadiæ ſeu fiſſuræ, cera, & medulla cruris vituli, & mucagine ſeminis cidoniorum, tragacantho, & oleo amygdalarum curantur. Caro autem ſuperflua quę eſt leuis, non fraudulẽta, neque cancroſa, ſecundũ Albuc. iſto modo inciditur. Oportet vt facias ſedere infirmum inter manus tuas, oppoſitum ſoli. & aperi nares eius: & trahe

*Lib. 3. ca. 10. de aff. narium.*

*Cap. 3. c. f. Lib. 3. fen. 5. tr. 2. cap. 12.*

carnem ad exteriora,& incide quod comprehendiſti,ſpatumine ſubtili, acuto à parte vna,donec ſcias totam carnem iam iam ablatã. Quod ſi remanet ex ea aliquid, cuius abſciſſio non eſt poſſibilis, rade illud cum facilitate,donec non remaneat ex eo aliquid.Si autem dominatur tibi ſanguis, aut apoſtema,abſcinde ipſa eo quod ſcis. Et ſi non eſt tibi poſſibile incidere quod eſt in alto in ſuperioribus oſſibus narium (quod cognoſces faciendo ſugere acetum, aut aliquod tale,ſi non venit ad os) tunc intromittas ſugẽdo per nares,& ſpuendo per os (vt faciunt pueri in ſcholis) aut cũ acu plumbea,filum nodoſum,donec perueniat ad os:deinde ſerrando tantum ducatur filum nodoſum,quouſque caro fuerit inciſa & conſumpta. Deinde extrahe filum,& intromitte cum turunda vnguentum ægyptiacum,quouſque fuerit conſumptum quod remanſit.Et ſi illo vnguento liniretur filum, bonum eſſet. Nonnulli verò, (vt quatuor magiſtri) quando eis non eſt poſſibile totum conſumere vſque ad radicem, ſcindunt naſum in latere vſque ad os:deinde incidunt illud ſuperfluum,& vrunt: deinde bene & firmiter ſuunt.Ego tamen non conſulo quòd ſuatur,quouſque fueris ſecurus, ſanguinem eſſe reſtrictum,& radicitus totum euulſum:quia tantillum radicis non poteſt remanere,quin redeat:atque ita pro nihilo operatio eſſet facta.
*Lib.1.cap.32.* Et poſt renouando labia,vtiliter poteſt ſui.Alij verò,vt Rogerius,imponẽdo ferrum calidum per cannulam,carnem illam incidunt. Ego tamen vidi ſæpiſſimè,illam cannulam ſic caliditatem cauterij accipere,vt patiens operationem non poſſet ſuſtinere:& quando munitur pannis,eſt ita impedita, vt cum difficultate operatio perficiatur. Si autem patiens ferrum calidum
*Ibidem.* timuerit,iubet ipſe Roger.ſtuellum,vel turundã intinctam ruptorio apponere:& pòſt caſum eſcharæ,vt cætera vulnera ſanare. In omni tamen caſu circumcirca infrigidantia & prohibentia,& ſedantia dolorem apponantur. Et turundæ plumbeæ cannulatæ quando erit neceſſe,imponantur.

*De fluxu ſanguinis è naribus.*

*Cap.4.* *Scripſit Gal.* in tertio ſec.loc.quod Heraclides Tarentinus thrombos auferens,primò turnudam inunctam lycio in aqua diſſoluto,ad reſtringendũ imponebat:& apprehendendo narem digitis,extrorſum ſic comprimebat quouſque ſanguis reſtringeretur.Vel thus, & alia auxilia quæ ad plagas,ex ſucco polygoni ( & eſt virga,vel burſa paſtoris) maceratum ellychium vr- »
gens imponebat.Confert etiam (vt dicit) frontem refrigerare ſpongiis a- »
ceto acerrimo imbutis: & partes capitis eleuatas tenere: brachia verò & »
manus,& bubones,& teſticulos,genua,& pedes contrahendo ligare,& fri- »
care. Ita enim ſanguis diuertitur, & dimittitnares. Et dare in potu refrigerantia:& nares pannis oppilare frequenter,& in ore tenere aquam frigidam pluuialem. In quinto verò therap.non laudat ſtyptica circumcirca,
*Cap.6.* quouſque diuerſio ſit facta:quia capiti nocerent apertè.Iubet enim ad alia cõuertere prius:puta phlebotomia, vel cucurbitula in hypochodrij & occipitio,& fricatione,& ligatione colôn,id eſt extremorum.

De

*De aphthis, & vlceribus oris.*

*Vlcera quæ* fiunt in ore, recipiunt eaſdem diuiſiones quæ in naribus, hoc addito, quod corroſiua quædam ſunt in lingua, quædam in gingiuis, quædã in oſſe mandibulæ. Vnde ſicut vlcerationes quæ fiunt ſuperficie tenus in ore, Gal. nominauit in ſexto ſec. loc. aphthas, & Auic. in tertio alcola, nõnulli verò in gingiuis cancroſitates quæ habent quid caliditatis igneæ: ita & illas quæ in oſſibus, fiſtulas dicit Communitas, & quæ carnium ſunt additarum, ficus, & hæmorrhoides. *Cap. 4. Lib. 3. fen. 6. cap. 23.*

*Cauſæ iſtarum* paſſionum ſunt tales quæ narium: niſi quod pueris vtplurimum accidunt propter lactis malitiam, & eiuſdem malam digeſtionem.

*Signa declarantur* viſu, & tactu. Et ex colore iudicatur hu. ex quo fiunt: rubedo enim ſanguinem, citrinitas choleram, albedo phlegma, nigredo melancholiam denotat. Vlcera oris vtplurimum ſuccedunt puſtulis, bothoribus, & apoſtematibus quæ in ore fiunt. Iudicat Galen. vbi ſuprà, quod vlcera oris ſunt difficilia: quia ſunt in locis calidis & humidis, in quibus citiſſimè augetur putrefactio, & corroſio: præter id quod appoſitum pharmácum non multum poteſt manere in loco: perfunditur enim ſtatim ſaliuâ. *Cap. loco præci. Li. 6. cat. top. cap. 2.*

*Cura etiam* quodammodo ſimilis eſt eorum quæ in naribus: niſi quod phlebotomia venarum linguæ ea multum iuuat, vt fuit dictum in angina: & cum hoc, propria habent pharmaca. In virulentis autem bothoribus ſufficiunt pharmaca quæ moderatè ſiccãt: ſicut diamorõ, & bati fructus, & corticis nucum viridium ſuccus, & cupreſſi poma, vt in quinto therapeu. dicitur. Auic. verò addit lentes, & ſumac. Communitas autem plantaginis aquam, & roſ. caprifolij, & conſimilium. Imputridis laudatur vinum mellitũ, decoctionis chelidoniæ, cupreſſi, cyperi, mẽtaſtri, galliæ, croci, atque myrrhæ: In corroſiuis verò alumen, & vitreolum. Vnde Gal. lib. ſexto ſec. loc. inquit: Ego autem paruulis lẽtem cum pauco pane, & medulla ceruina, atque vitulina do: & fructus ſtypticos cum cibo eis permiſceo, velut ſunt cydonia & meſpila: & aliquando de lactucas, endiuiam, & portulacam adminiſtro: & facio eis colluere moderate ſtyptica, ſicut ſunt ſumac & roſæ. Cõſequẽtur eos cum diaphoreticis linio. Pro maioribus chalchantũ, & vinum ſtypticũ addo. Et ſi aphtha fuerit ſordida, mel adiungo. Et ſi corroſiua, ęruginẽ ęris, & tẽperatũ pharmacũ ex oleo & chalcitide facio: ſicut cerotũ ex ærugine æris pro vlceribus cauis tẽpero. Si igitur huiuſmodi vlcera corroſiua & cancroſa fuerint in gingiuis, ipſis prius fricatis, & expreſſis à ſanguine malo, lauẽtur ſępe aceto ſquillitico decoctionis foliorũ oliuę: deinde lineantur tali medicamine. Reci. vtriuſque aluminis, ſalis, aduſtorũ: gallarũ, ſidiorum, calycum glandiũ, cinnamomi, caryoph. nucis moſc. ariſtolochiæ, ſaluię, roſ. oſſiũ dactylorũ, tibiarũ cãcrorũ aduſtarũ ana partẽ j. puluerizentur: & cum aceto dicto, & melle miſceãtur, & fiat linimentum: aut puluis applicetur loco. Et ſi iſta non valent, trochiſci aſphodelorum, aut calidicon, ſiue alandaron, aut aqua fortis apponantur. Et ſi neceſſe fuerit, locus cauteriis actualibus vratur. Si autem inoſſata fuerit fiſtula in gengiuis, *Cap. 10. Lib. 3. fen. 6. cap. 22. Cap. 4.*

remoueantur dentes,& foramen dilatetur.Et ſi vna gutta aquæ fortis, aut arſenici ſublimati & repreſſi, non poteſt fiſtula mortificari, quantum erit poſſibile os detegatur:& quod corruptum fuerit,acu argentea,aut ænea,vt ponit Roger.vratur,& vt fuerit neceſſe,poſtea curetur. Et ſi nō poteſt bene mundificari per partem ſuperiorem, conſulunt multi vt ex oppoſito aperiatur per inferiorem partē:difficile tamen eſt conglutinare propter ſaliuam:& quia apertura quæ eſt intus & extra,non inuenit locum in quo firmet ſe, ſicut fundamentum in terra,in primo prognoſticorū. Verum quia dolor conſequitur iſta vlcera,& impedit operationes quæ in eis fiunt,præcipitur vt ſedetur,oleum roſ.intus & exterius applicando.Gal.autē in ſexto ſec.loc.conſulit oleū lentiſcinū cùm retinetur in ore : repercutit enim abſque dolore & aſperitate,& reſoluit ſine morſu. Cum autē dolor fuerit ſedatus,& cancroſitas & fiſtula mortificata,& conuenienter mundata,tunc procedatur ad agglutinationē abluēdo os vino, & melle decoctionis thuris,& linimento facto ex aloe,myrrha,ſarcocolla,maſtiche,thure,ſanguine draconis,& melle roſ.

*Carnem autem* additam,ſi dura & cancroſa eſt, ne attingas curando: ſed palliando.Si verò mollis,& bene tractabilis fuerit,incide eam, & adure (ſi fuerit neceſſe) ſecundum modum dictum in naſo.Et ſi poſſes eam ligare filo circa radicem,eſſet via ſecurior,propter ſang.& infirmi timorem.

*Fiſſuræ labiorum* corriguntur vnguento dicto in naſo, aut oleo quod exit à nucleo nucis dum cōburitur: applicatū enim mirificè ſanat eas, vt dicit Rogerius.Albu.verò,ſi his non ſanantur,iubet eas vſque ad profundū paruo cultellari vrere:& poſtea curare,donec ſanentur.

*Lib.1.cap.34.in ann.*

*De vlceribus aurium.*

*Vlcera aurium* eaſdem diſtinctiones,cauſas,& ſigna habent,quæ & nariū, & oris:pharmacis tamen indigent ſiccioribus,in quinto thera.vt euidenter declarauit in vlcere,quod curabat quidam ſapientiſſimus Theſſalinus.Vnde in tertio ſec.loc.Quæcunque quidem recēter patiuntur vlcera aurium, « & ſine dolore,curat,glaucinum (quod eſt collyrium memythe,.ſolum tritū « cum aceto:& quę vocantur à medicis dyamirrha,& diacroca. Quæ vero cū « dolore,trochiſ.Andromij.Si verò hæc chronica euadant ſcoria ferri aceto « diſſoluta vt plurimum in ſole,aut in igne cum ſartagine,vtere confidenter. « Si igitur auris indiget lotione, lauetur oxymellite, aut vino, & melle, & a- « qua ferrata.Si fiſtula eſt,aut caro addita,procedatur vt ſuperius eſt dictum. In omni tamē caſu ſedetur dolor,ſicut ſupra de apoſtematibus fuit dictum.

*Cap.10.*

*Part.5. cap.1.*

## CAPITVLVM TERTIVM.

*De vlceribus quæ in collo,& per conſequens de his quæ in dorſo naſcuntur.*

VLcera quæ in collo,& quæ in dorſo fiunt, non habent ab aliis diuerſitatē,niſi in prognoſtico:quia ſunt periculoſiora propter venas, & arterias,& neruos,& vias aëris & cibi.Et quæ ſunt in dorſo,periclitātur propter ſpinalem medullam.

CAPI-

## CAPITVLVM QVARTVM.
### *De vlceribus quæ ſunt in omoplatis, & brachijs.*

VLcera iſtarum partium nullam habent diuerſitatem ab vlceribus aliarum partium, niſi in prognoſtico, & modo ligandi: de quibus ſatis fuit dictum in cura vulnerum ipſorum.

## CAPITVLVM QVINTVM.
### *De vlceribus quæ ſunt in pectore.*

VLcera quæ ſunt in pectore, quæ non penetrant, curantur vt alia. Quæ verò penetrant, in genere fiſtularum reponuntur: ad quæ (vt dictum eſt) non valet curatio. Sufficit enim vt pallientur. Cura autem palliatiua, aliquando fit curatiua. Itaque ſuppoſito bono regimine (vt ſuperius de vulneribus pectoris fuit dictum) ſi conſideratur quod materia congregetur intus & cadat, & impediat membra anhelitus, & quod poſſit per illum locum expurgari, dilatetur foramen (ſi ſufficiens non eſt ad imponendum cannulã clyſteris) turunda è gentiana bene ligata, ne cadat intro. Et poſtea mundificetur iniiciendo melicratum, vt docet Gal. quinto therapeu. aut vinum mellitum, aut aliquod è lauamentis dictis in cura vulnerum pectoris, ad quam pro iſta materia eſt recurrendum: Et deſuper ponatur mundificatiuum ex melle cocto, aut ex his quæ trahunt materiam à profundo, & ab vlcerum concauitatibus, dictis in vlceribus ſinuoſis, ad quæ etiam pro iſta materia eſt recurrendum: Præterquàm in hoc, quod medicinæ acres, velut eſt flos æris, in iſtis vlceribus non iniiciantur. Si autem non poſſet expurgari conuenienter, aperiatur inter quartam & quintam coſtam, vt in illo capitulo fuit dictum. Et curetur illud vlcus vnguento apoſtolorum, aut aliquo mundificatiuo: & vlcus antiquum ſuperius, conſumpta calloſitate fiſtulari admoto cauterio, conſolidari permittatur. Potiones in iſto caſu ſunt laudatæ, quarum copiam ſuperius habuiſtis: vnam tamen approbat Henric. quam vidit per quendam magiſtrum adminiſtrari, & multos curare: quæ fit ex radice cardui fullonum trita, & cum melle miſta, data mane & ſero ad quantitatem nucis communis. Vnde Auerrois in quinto colliget carſof (id eſt carduus fullonum) eſt calidus in ſecundo, ſiccus in tertio. mundificat omnem putredinem per vrinam, coctus in vino: & remouet axillarum, & à toto corpore fœtorem: & generaliter habet reſiſtere à tota ſpecie omni putredini, & eſt medicina cibalis & ſapore grata.

*Tr. 3. do. 2. cap. 5.*

*Cap. 8.*

*Cap. 42.*

## CAPITVLVM SEXTVM.
### *De vlceribus ventris.*

VLcera ventris quæ non penetrant, curantur vt alia. Quæ verò penetrant, in genere fiſtularum reponuntur, ad quæ parum valet curatio. Sufficit enim vt pallientur cum bono regimine, & conuenienti potione, & mundificatione cum emplaſtro mundificatiuo, & conſolidatiuo.

## CAPITVLVM SEPTIMVM.

### *De vlceribus ancharum, & partium earum*

IN anchis aliquando ſunt vlcera in membris continentibus, aliquando in contentis, quandoque verò in membris procidentibus, vt in virga & oſcheo & ano. Vlcera verò quæ fiunt in membris continentibus, eodem modo curantur vt vlcera ventris. Quæ verò in mēbris fiunt contentis, chirurgorum non ſunt ſpeculationis. Quæ autem fiunt in procidentibus, vt in virga, & in matricis collo, ſunt excoriationes, calefactiones, vlcera virulenta, putrida, & corroſiua, & cancroſa. In ano rhagadiæ, vlcera, fiſtulæ. In vtriſque hæmorrhoides, carnes additæ, atrices, ficus, & condylomata.

Quorum cauſæ ſunt humores mali corrupti, & apoſtemata, & vulnera male curata, fricationes, & tactus inordinati.

*Li.3. fen 21. tr.3. cap.13. De affect. ſedis.* *Signa autem* eorum viſui & tactui ſunt manifeſta, & inſtrumentū dictum ſpeculū ſecundū Auic. ad hoc multū iuuat. Iudicatur à Gal. in nono ſec. loc. & ab Auic. in tertio, quod vlcera iſtorum membrorū, ſunt difficilia: quia ſenſibiliſſima ſunt hæc membra: ac etiā ſuperfluitatum exitus, quæ per ſeipſa (& maximè cum cholera) mordacia ſunt: præter id ꝙ medicamina appoſita nō habent tēpus ſufficiens: quia facillime cum excretionibus cadunt & cum hoc ſunt calida & humida, ab aëre protecta, ad quæ feſtinat putrefactio & additur, quod propter verecundiā non monſtrātur, quouſque maligna euaſerint. *Lib.3. fen. 20. tr.2. cap.20.* Et deteriora ſūt illa, vt dicit Aui. quæ fiūt in lacerto q eſt in radice virgæ, & in ano: & quæ profundi ſunt interius, quā ſint in manifeſto.

*Cap. vlt.* *Curatio.* Vlcera ſine phlegmone in pudendo & ano, ſecundū Gal. in fine lib. quinti therap. cataplaſmate mollificante nullo egent, ſed pharmaco cicatricē inducente: nō tali ſicut alia vlcera, ſed tanto ſiccioris virtutis, quātò ſunt & hæ particulæ ſicciores carne: & quæ ſunt ad balanum, pluſquam circa totū pudendum, ꝙ quidam non credens, coactus vti talibus, in tribus diebus ſanatum eſt vlcus: qua de re fuit magis triſtatus, quam admiratus: eo quia praua fuerat nutritus hæreſi dogmatum. Quamobrē, ſi fuerit ſola excoriatio & calefactio, ſufficit lauare aqua roſ. & plantaginis, & vltimò aqua aluminoſa: & ponere vnguenta alba, maximè cāphorata: aut corticem bugię, ſiue balauſtia, aut fungum bedegaris puluerizata: & exiccare pānis delicatis. Si autē fuerint vlcera recentia virulenta, & quodā modo corroſiua, in his aloe ſola bonū eſt pharmacū. Et ſimile eſt ei plūbum vſtum, cadmia abluta vino, & thutia, lithargyrus, & ceruſſa, & fortiꝑra his æs vſtum, & pini cortices, & lapis hæmatites. Et medicamen cōpoſitū à Gal. conſuetū, quod fit ex chartam è panno cōbuſta, alumine cōbuſto, & cucurbita ſicca aduſta. *Lib.3 fen. 20. tr.2. cap.21.* Et medicamen. Auicen. ad ea expertū, quæ indigēt exiccatione vehementi cum carnis generatione. Recip. thutiæ, aloes, ſarcocollæ, thuris, lapidis hæmatitis, corticis cānæ cōbuſtæ, gallarū, balauſtiorū, acaciæ, ſidij, ana ℥ ij. floris æris ℥. ß. puluerizētur, & cū oleo roſato fiat vnguentū. Et ſi vlcera fuerīt verſus partē interiorē virgæ, præcipit Auic. quòd prædicta cum ſyringa intromittan-

tromittantur.Si autē fuerint antiqua,& putrida,& cācroſa,lauentur,& epithema fiat ex collyrio tali,quod Lanfrancus ponit aliqua ex parte:Reci.vini albi lib.j.aquæ plantaginis,& aquæ ro.ana quartā j.auripigmēti.ſcrup.ij. floris æris,drac.j.terantur ſubtiliſſimè, & miſceantur cū aliis, & fiat collyriū: hoc enim mortificat,deſiccat, & ſanat. Et fortius illo ſunt trochiſci aſphodelorū,& alandaron:& arſenicū non deficit. Si autē fiāt maligna, ita vt locus denigretur:tūc melius eſt vt penitus locus niger abſcindatur, & poſt vratur: vel aliquo cauſtico ( maximè arſenico poſito inter viuum & mortuum, vt dictum fuit in eſthiomeno , ſeparetur. deinde loco mundificato, caro generetur, & conſolidetur. Si tamen iſtis vlceribus fluxus ſanguinis accideret,& pulueribus,& auxiliis reſtrictiuis communibus, aut illo quatuor magiſtrorum facto ex alcanna,& filtro combuſto, & ex plumis gallinæ combuſtis, non poſſet reſtringi,thrombis omnibus bene remotis, ponatur arſenicum : quia non fallit, dummodo cadat ſupra venam apertam. In quo caſu ſi medicamina non poſſint locum attingere, præcipiunt præfati magiſtri incidere pellem : & tunc auxilia applicare. Quod ego facio inuitè: quia male poſtea conſolidatur, & præputium cadit, & corrugatur: & facit tumorem ſub virga, quod eſt valde tædioſum : ob ídque Iudæi circuncisi ab huiuſmodi pœna ſunt ſecuri. Nihilominus, ſecundum Gale. in decimo therapeutices, qui non habet niſi vnam viam, licet ſit fallax, velit nolit,oportet vt tranſeat per illam. In omnibus caſibus intendatur ſedationi doloris & ardoris, cum populeone ſucco ſolani miſto, & pauca farina hordei : aut cum albumine ouorum, & oleo violato, vt ponit Rogerius: Et ſi ſanguinis fluxum non vereamur, cum balneo decoctionis maluarum, & ſimilium. Et prohibeatur materia, cum vnguento è bolo armenia, & refrigerando partes vſque ad inguina oxycrato, & ſuccis frigidis. Et ne propter apoſtema claudatur foramen virgæ, ponatur in eo turunda ex cera,vel panno molli ſeu delicato, & ligetur locus, & ſuſtentetur ſacculo & ligamento.

*Rhagadiæ autem* & fici qui veniunt in virga & matrice, & carnes ſuperfluæ,curantur vt quæ in ano,de quibus dicetur infra.

*De craſſitie ſub virga.*

*Craſſities* quę ſub virga efficitur ptopter inciſionē prępution,ligetur & incidatur:& poſt,ſi eſt neceſſe propter hæmorrhagiam,vratur.

*De foraminib. præputij.* *Aph.19.*

*Foramina* quæ veniunt in præputio,& in virga,vnde ſępe exit vrina, male conſolidantur,in ſexto aphoriſmorum.

*De hæmorrhoidib.*

Quia communiter ad hæmorrhoides ſequitur fluxus & vlcera, imò ſunt vlcera,& fluxus,aut cauſæ ipſorum(vt innuebat Gale ſexto aphoriſmorum) *Aph.12.* idcirco dicetur de ipſis in hac doctrina.Hęmorrhoides ſunt tumores & inflationes dolorificæ: generatæ ex fluxu humorū in capitib.venarū hæmorrhoidum.Et propter hoc bene dicebat Lāfr.quòd hęmorrhois erat nomen

cõmune membri & ægritudinis. In anum etenim terminantur quinq. venę, quæ hæmorrhoides nuncupantur, vt in anatomia fuit dictum. Et paſſio & membrũ ſic dicitur, ab hæmorrhois græcè, quod eſt fluxus ſanguinis latinè: quia ab illis ſanguis exit & expurgatur (ſaltem vſque ad capita venarum, vt ſaluetur quo ad ſurdas) aliquando naturaliter, aliquando præter naturam: loquendo de naturali ſecundum quid, non vt in fluxu menſtruorum qui ſimpliciter ad ſalutẽ totius ſpeciei ordinatus eſt, ſed partis, vt in corporibus melãcholiam habentibus. Nam illa præſeruat ab ægritudinibus multis. tametſi Gal. dixit lib. vj. de accidenti & morbo, omnem fluxum ſanguinis eſſe præter naturam, menſtruorum (commenſuratorum ſupple) excepto. Intellexit enim hoc in tertio eiuſdem libri, à parte diſpoſitionis, non naturæ regulariter operantis, & ſanguinem malũ expellentis) Hæmorrhoidarum multæ ſunt ſpecies & differentiæ: quædam enim ſumuntur ex parte materiæ, quædam ex parte loci, quædam ex parte annexorum. Ex parte materiæ ſumuntur differentię, quia ab omnibus humoribus (excepta cholera) poſſunt fieri: Morales fiunt à ſanguine craſſo, verrucales, à melancholia, veſicales à phlegmate, vuales ex mediocribus humoribus. Et nominantur ita à ſimilitudine rerum à quibus ſumunt nũcupationem, prout habetur ex dictis Auic. in tertio canon. ſui. Ex parte loci, quędam ſunt manifeſtæ, quędam occultæ. Ex parte annexorum, quædam ſunt ſurdæ nõ fluentes, quædam autem ſunt apertæ & fluentes.

*Cap. 2.*

*Fen. 17. cap. 2.*

*Cauſæ hæmorrhoidarum* ſecundũ Rabbi Moyſen. dicuntur, abundantia ſanguinis craſſi melancholici, vtplurimum: vt raro tamen aliorum humorum, prout dictũ eſt ad naturã tamen melancholiæ accedentium. Incraſſantur enim, & aduruntur humores ex malo regimine: deinde ſuo pondere ad inferiora deſcendunt, & replent venas illas quæ ſunt in margine ani, & calefaciunt & dolorẽ pariũt, ex quibus inflantur, & crepant, & faciũt fluxũ. Eas verò excitãt malæ materiæ acres, currentes ad locũ: aut acres medicinæ, velut aloe, & ſcamonea, & conſimiles iſtis, vt Heben Meſue dicit.

*Signa hæmorrhoidarum* habentur per viſum & tactum: & ad hoc multum iuuat inſtrumentum dilatatorium, ſpeculum dictum, maximè in occultis, quia eo aperitur & dilatatur anus.

Hæmorrhoides conſueuerũt ſequi dolores & grauitates ancharũ, & dorſi, & faciei color malus. Et vtplurimum veniunt periodicè de menſe in menſem, vel de quarta anni, vel de anno. Iudicatur, quòd ſi currunt moderatè, conferunt, & bene ferunt: & tunc non ſunt reſtringendæ, quia præſeruant corpus à lepra, mania, ſtranguria, & ab ægritudinibus melancholicis. Si autem ſuperfluæ ſint, & non conferant, reſtringantur: quia male tolerat patiens, & adducunt hydropiſim, aut phthiſim. Et in hoc ſequi oportet documentum Hippo. 6. aphoriſmorum: Hæmorrhoidas antiquas habenti, niſi vna relicta fuerit, periculum erit hydropiſim, aut phthiſim fieri. Iudicatur etiam quod niſi cito occurratur dolori hæmorrhoidarum, cito fit apoſtema, & ſi to apoſtema in fiſtulam conuertitur.

*Aph. 12.*

*Regimen* hæmorrhoidarũ eſt duplex : vniuerſale & particulare. Vniuerſale regimẽ habet tres intentiones. vna eſt in victus ratione, vt nõ generetur ſanguis craſſus melancholicus: ſecunda eſt in materia antecedenti, vt ſi generata eſt, benignè expellatur. tertia eſt in potionibus, & antidotis propriis introrſum datis, quæ eas deſiccant & ſanãt, Primum completur debita adminiſtratione ſex rerum naturalium, & trium eiſdẽ annexarum: Quas pertractare exquiſitè eſſet longum, alterius enim ſpeculationis eſt. Adhæc magiſter Arnaldus & Rabbi Moyſes multa & diffuſè dixerunt de ipſis. Sufficit in præſenti, ſcire quòd ſecũdum Rabbi quatuordecim ſunt cibi à quibus debent abſtinere patientes hæmorrhoides: videlicet acetum, fabæ, lentes, geyſſæ, caules rubri, dactyli, piſces magni, carnes bubulæ & caprinæ & ſallitæ: carnes auium aquaticarum, capita animalium, caſeus antiquus, panis azymus & malè coctus, ſal, & omnia acria ſalſamenta: & quæcunque dicta fuerunt ſuperius in apoſtematibus melancholicis. Et præterea ſummè caueat à conſtipatione ventris. Secundum completur ſumptione interpolata diacatholicon, aut diacaſia, aut pilularum è bdellio, quæ ſecundũ Rhaſim recipe myrabolanorum bellicarum, chebularum, indarum, ana drach. iiij. ſagapeni, drach. iij. naſturcij, drach. ij. glycyrrhizæ raſæ, drach. j. bdellij, drach. xv. cum ſuccopori fiant pilulæ. doſis ſit drach. ij. vſque ad iij. Verùm Auic. dicit, non conferre non habentibus periodos. Tertium completur tali electuario probato: Recipe myrabolanorum indarum, belliricarum, emblicarum, lauatarum aqua bugloſſi vſquequo dimiſerint ſuam amaritudinem, drach. v. radicis tapſi barbati, drach. ij. zinzib. cinnamomi, galangæ, nucis muſcatæ, olibani, ana drach. j. ammeos, ſpicæ, ſchœnanthi, ana drach. ß. ſcoriæ ferri præparatæ & coctæ in aceto, vnc. j. penidiarum lib. ß. panis zuccari, lib. ij. aut plus ſi fuerit delicatus, fiat electuarium. In regimine particulari hæmorrhoidarum, ſecundum magiſtrum Arnaldum, duo intenduntur: primum eſt, ſi nimis fluant, vt reſtringantur. ſecundum eſt, vt dolor totis viribus ſedetur. Primum completur tribus: primò vt vitentur acria & mordicantia, & inflammantia, vt ira, coitus, & exercitium forte : Et vtatur delectabilibus, ſtypticis, non ante cibum, ſed poſt, propter ventris conſtipationem, vt ſunt pyra coctana, & ſimilia. Amylum, & oryza, ac hordeũ tunc ſunt electa : & pedes, & auriculæ porcorum, & vinum craſſum ac ſtypticũ, & aqua ferrata. Et ſi fuerit æſtas, poteſt vti mane & ſero ſyrupo roſ. aut myrtino, & cydoniorum miua: ſi verò hyems, laudatur dare ieiuno radices truphorum, aut radices tapſi barbati coctas in ſyrupo roſ. & hoc eſt ſecũdum. Tertium eſt, vt applicentur exterius ſtyptica aliqua : videlicet æſtate fiat ſacculus ex tribus partibus roſ. & vna myrtillorum, & bulliant vnico feruore in aqua: deinde exprimantur & ſupra applicentur : hyeme verò ſaluia conquaſſetur, & frigatur in multo oleo roſ. & in ſacculo ponatur, & applicetur: aut ſuper ambobus ſedeatur. Rhaſis tamen ad reſtringendum præcipit adminiſtrare trochiſc è charabe cũ ſumac: & ſuper hepar ponere emplaſtrum ex ſpica, in cap. de debilitate hepatis poſitum. Præcipit etiam Auic.

*Curatio.*
I
II
*Lib. 9. alm. c. 80. & lib. 2. diuiſ. cap. 44.*
*Li. 3. fen. 17. c. 3.*
III
*9. alm. 80*
*9. alm. 67*
*Li. 3. fen. 17. c. 3.*

affigere cucurbitulas ſpatulis: & applicentur intus,& extra ellychnia è pilis leporinis, & tela araneæ, & puluere facto ex aloë, thure, ſanguine draconis,balauſtiis, & conſimilibus, vnitis cum albumine ouorum. Et attra-
*Cap.9.loci præcit.* menta ſunt quæ retinent ſanguinem inciſionis,vt dicit ipſe.Secundũ quod intenditur,completur mitigantibus dolorem. Mitigatur verò dolor,ſecũdum magiſtrum Arnaldum,multipliciter, prout à multis cauſis excitatur. Quandoque enim fit propter ſanguinis euacuandi retentionem, quandoque propter excreſcentiæ impulſionem, quandoque propter earum inflãmationem, quãdoq; propter ſiccitatem & duritiem egeſtionum. Quando autem excitatur dolor propter ſanguinis retẽtionẽ, mitigatur dupliciter: vno modo ad perfectam curam,alio modo ad remediũ tantùm. Cura verò perfecta eſt, vt cauſa doloris abſcindatur perfectè, quod fit ſi ſanguis qui ſuperfluus eſt,ſenſibiliter euacuetur: ídq; per illas partes maximè per quas natura conſueuit, & adhuc conatur euacuare, ſcilicet per hæmorrhoidas. Et ideo feſtinandum eſt vt illæ aperiantur.Hoc autẽ fit trib.modis.vnus eſt cum phlebotomo vel ſcalpro: alter ſanguiſugis appoſitis cum canna: tertius eſt cũ medicinis.Et melior medicinarũ eſt foliũ ficulneũ: cuius debet prius vna pars conteri cum alia,quouſque lac effluat: & poſtea illo fricentur hæmorrhoides,donec aperiantur.Eodem modo fricatur taleola cæpæ: aut aloe ſuccotrina cum felle bubulo diſſoluto deſuper cum panno vel xy-
*Li.3.fen.17.c.17.* lo ſeu cotone ponatur.Aut ſecundũ Auic.ſumantur pulpæ colocynthidos, drac.iij.amyg.amararũ,drac.iiij. fiant ex eis ellychnia longa,& retineantur in ano:& hoc fiat ſingulis quinque horis.Si verò tardatur apertio,eſt cõſilium Arnaldi vt aperiantur venæ quæ apparent craſſæ ſuper dorſum pedis: & ab vtraque vnc.iij.ſanguinis extrahãtur.Et ſi ab illa nequit fieri, cõſulit fieri è baſilica.Ad remediũ faciendum, ſunt ad rem calefactoria mollitiua, quæ ſuauiter & inſenſibiliter detumeſcere faciunt, ſuperfluitatem ſanguinis reſoluendo. Fiunt autẽ hæc calefactoria, ſecundum eundẽ Arnaldum, duob.modis:vno modo,vt medicinæ coctæ in aliqua olla,ſed ſella perforata ponantur,& ſedendo in ſella recipiatur vapor per inferiora.Alio modo, vt medicinæ cũ aqua decoctionis earũ ponantur in concha,& ſedeatur ibi. Vel immergatur ſpongia in illa aqua,& exprimatur,vel fiat ſacculus,& applicetur. Medicinæ verò quæ bullient in aqua,erunt folia linguæ canis,vel maluarum,vel biſmaluæ,ad M.ij.violarũ,M.j.meliloti,parietariæ,tantũdẽ:
*9.alm.80* fœnugræci,lib.ß.Rhaſis autẽ ad hoc laudat cæpe albũ,coctũ,& tritum cum
*Li.3 fen.17.cap.8.* butyro vaccino,vt mollefiat:& tepefactũ ſuperponatur. Auic.laudat melilotum,& lentes excoriatas coctas,& cum vitello oui, & oleo roſ.miſtas: & quandoque (vt dicit) ponitur diachylon mollificatum oleo roſ. aut adipe anatis,cum aliquantulo croci,& opij. Halyab.facit emplaſtrum è chamæmelo,meliloto,porro communi,radicib.biſmaluę,cuiuſque faſciculo: quę trita, in aqua multum decoquere iubet donec diſſoluantur: poſt quod in mortario terantur, & oui vitellus admiſceatur: deinde farinę fœnugręci, ſeminis lini, bdellij in adipe gallinę calefacti,ſemis pars. miſceantur,&

terantur

terantur omnia,& fiat emplaſtrum,& ſit molle. Rabbi Moyſes dictat butyrum coctum, & deſpumatum, ductum ad ſolem in mortario plumbeo quouſque nigreſcat:& eſt valde mirabile (vt dicit) in ſedatione doloris: & vocat hoc ſuccũ plumbi. Et ſi miſceretur oleum chryſomelorum, in quo reſolutum eſſet bdellium,fieret gratum.Auic. Et axungiæ gallinæ,& anatis in hoc caſu ab omnibus conceduntur.Gul.de Sali.dictat vnguentum ad hoc,quod ℞.olei roſ.vnc.iiij.ceruſſæ,vnc.j.lithargyri,vn.ß.ceræ, drac.ij.opij,ſcru.j.corticis mandragoræ.drac.ß.fiat vnguentum.Vltimo,ſi dolor eſt nimis infeſtus, ſuccurrendum eſt probata medicina Alexandri, quæ mihi in teneſmis,& ad omnes dolores ani multos honores dedit. Et Lanfranc. etiam idem inuenit,vt dicit:Recipe thuris,myrrhæ,lycij,croci, ana partẽ.j. opij,partes duas.terãtur & ſubigãtur cũ vitello oui, & mucilagine pſyllij, & oleoroſ. & fiat linimentum:de quo intingatur ellychniũ: quod ponatur intra,& plumaceolus extra.Quando autẽ dolor accidit propter excreſcentiã,ſi ſint vueales (quæ ex retẽtione generantur ſanguinis)proficiunt remedia prius dicta. Si ſunt verrucales, proficit vitellus oui cum oleo violaceo agitatus,æſtate:hyeme verò, cum oleo amygdalarum, aut butyro, aut aliqua mucilagine miſtus.Si morales, exiccatiua ſine mordicatione proſunt: velut puluis factus è foliis tapſi barbati, vel plantaginis, vel radicibus cannarum vſtis,adiunctis ceruſſa & lythargyro. Et ex iſtis eiſdem poteſt fieri vnguentum ſi quid velit.In aliis autem, (& etiam in iſtis, ſi non mitigãtur)oportet ire ad earũ ablutionẽ.Veruntamen ſi antiquæ ſunt, ſemper vna debet remanere aperta,propter documentũ dictũ,quod cõuenienter poteſt fieri,aloẽ miſta cum vna ficu,ſuper ipſam applicata. & adhæc, in regimine ſemper debet eſſe ſobrietas. Et non auferantur omnes ſimul, ſed ſucceſſiuè. & magis placet magiſtro Arnaldo, vt auferantur paulatim admotis ſuauibus corroſiuis, qualia ſunt ea quæ ſunt de natura ſalis,vt ſal gemmæ & ſagimen vitri,fæx vini aduſta,vnita cum melle.Nonnulli verò, vt Rhaſis,Auicẽna,& Halyab.acria medicamina, vt trochiſ. dichabardich (quod eſt ex viridi æris) & calidicon,apponere præcipiunt.Rogerius vnguentum ruptorium cum capſula apponit deſuper. Auicenna verò & Albuc.& Bruno,cum ſecta ſua, magis videtur placere, vt ferro calido vel frigida incidantur.Et ſi eſſent occultæ, docent eas cucurbitula, aut conatu exprimendi extrahere, & eas digitis vel panno capere, & tenere quouſque operatio ſit completa. Ipſi etiam, vna cum magiſtro Arnaldo, docent eas filo ligare, & continuè taliter ſtringere quouſque per ſe cadant. Quando autem dolor fuerit propter inflammationem earum, tunc (ſecundum Arnaldum) ſufficit vt lauentur aqua tepida decoctionis ſeminum frigidorum,cucumeris, cucurbitæ, & portulacæ: & liniantur albumine oui,& ſuccis, vel aquis frigidis, & mucagine pſyllij: vel inungantur populeone,aut cerato Galen. Quando autem contingit dolor propter duritiem fæcum,vtatur rebus lenitiuis,& detur in principio

*Li.3.fen. 17.cap.3.* *Li.1.c.45.* *Tr.3.do.3. cap.12.* *Li.3.fen. 17.cap. 4.* *Lib.3.cap. 49.*

prandij vnc.j.caſiæ fiſtu.In actu etiam exonerationis alui immergantur inferiora in aquam decoctionis maluarum: & Inungatur anus oleo roſaceo tepido. & hoc eſt probatum.

*De fico qui fit in ano.*

*Fici, atrices*, & condylomata, quæ in ano, virga, & matrice fiunt, ſi non curantur vt ponit Theodoricus, millefolio, parietaria, cum pauco ſale tuſis, & quotidie appoſitis, ligentur & incidantur, & vrantur cauterio actuali, vel potentiali, vt de hæmorrhoidibus fuit dictum: & dolor ſedetur, ſicut & illarum ſedatur.

Lib. 3. c. 43.

*De fiſtulis quæ fiunt in ano.*

*Fiſtulæ* quæ fiunt in ano, quædam ſunt penetrantes intra ſpatium inteſtini longaonis: quædam verò non ſunt penetrantes, ſed tendentes ad alia loca. Et quæ penetrant ad inteſtinum, quædam profundæ ſunt vltra tres digitos verſus medium muſculorum ani: quædam penetrant citra, verſus marginem ani. Earũ verò quæ nõ penetrant ad inteſtinum, ſed tendunt ad alia loca, quædam incedunt ad carnem ancharum, & marginem exteriorẽ ani: quædam verſus oſſa ancharum, & caudæ: quædam verſus veſicam, & radicem virgæ. Hæ ſunt differentiæ, quæ faciunt diuerſitatem in opere.

*Cauſæ iſtarum* fiſtularum ſunt quæ aliarum, apoſtemata videlicet, & hæmorrhoides, & vulnera malè curata. Quando enim pus ſinitur in locis illis calidis & humidis, citæ putrefactionis, vltra debitum ſtare, corrodit illa, & alterat, & facit ſinum & fiſtulas.

*Signa fiſtularum* illius loci ſunt, præceſſiones cauſarum dictarum: & duritics, atque nodatio, & incraſſatio, quæ accidit prope anum: quæ quãdoq; aperitur, quãdoque clauditur, & ab ea exit virus aquoſum ſiue ſeroſum. Significatur eius profunditas ſpecillo plumbeo, aut è radicibus petroſelini, vel è coſta maluæ ſeu vineæ peruicæ. Signum autem quod penetrat ad inteſtinum, habetur per exitũ fæcis & vẽtoſitatis per foramẽ fiſtulæ, & ſpecillo immiſſo per ipſum foramẽ fiſtulæ, & digito præparato (raſura vngulæ, & inunctione cum aliquo vnctuoſo) immiſſo in anum, quando ſe adinuicem abſque medio obuiam fiunt. Significatur eſſe in corpore muſculorum, per priuationem operationis ipſorum. non enim ſufficienter poſſunt cõtinere fæces, neq; digitum ſtringere immiſſum in anum. Signum quod tẽdit ad veſicã, habetur per nocumentum retentionis vrinæ. Quod verò incedat ad partes oſſium, ſpecillum manifeſtat. Iudicatur per Auic. (quẽ in hoc ſequitur Lanfr.) quòd ſi fiſtula ani non magnum facit tædium, dimittatur: & teneatur munda pannis lenibus, & xylo ſuaui, & lauamentis, & collyrio Rhaſis dicto ad fiſtulas oculorum, & emplaſtro nigro. nam eius cura eſt multũ tædioſa. Et fortè patiens propter ipſam non minus viuet: imò ſine forte magis, cum ipſa ſit loco hæmorrhoidarũ, & velut emunctorium: materia enim emunctoriorum naturalium, vel factorum ex naturæ aſſuetudine, abſque

Li. 3. fen. 17. c. 19. Tr. 3. do. 3. cap. 11.

abſque graui periculo non poteſt prohiberi. Præterea vult Alb. quod fiſtu la quæ penetrat ad veſicam,& ad oſſa ancharum,& caudæ,nõ curetur:quia curatio eius non eſt niſi labor infirmorum, & vanitas ſtultorum medicorum.ſufficit enim eam palliare. Intricatæ enim & ita profundæ ſunt cum illis particulis,vt non ſit poſſibile venire ad radicem.Adhæc eſt intẽtio omnium, vt fiſtula penetrãs ſupra medium muſculorum ani, non curetur: quia peior ægritudo (quæ eſt exitus inuoluntarius fæcum)ſequeretur.Melius ergo eſt vt pallietur.Cæterum fiſtula quæ non penetrat,ſed incedit in carnem iuxta anum & anchas, & quæ penetrat non multum recedendo ab ano,poteſt curari ſine timore, vt dicit Rhaſis. Iſtæ fiſtulæ, ſicut & aliæ,duplex habet regimen,vniuerſale,& particulare. Vniuerſale dictum eſt ſuperius in capitulo de fiſtula in communi.Particulare dicendum eſt hic. *Cura* igitur fiſtulæ non penetrantis,ſed in carne incedentis,curatur dilatato foramine turunda è gentiana,per inciſionem cauernę,& vſtionem factam cauterio actuali vel potentiali,vt dictum eſt de aliis:niſi quòd iſte locus,propter ſui naturam, indiget maiori refrigeratione & prohibitione quàm alius.Brunus autem & Theod.magis commendant in iſta fiſtula cauterium actuale,quàm potentiale:eſt enim extremè vtile, & nõ adducit materiam in locum.Penetrantes autem fiſtulæ ſecundum Rhaſim non ſanantur, niſi ligatione,& extractione cum falce:deinde curantur, vt dicit, medicamine incarnatiuo.Et cauſa eſt,ſecundum Brunum,& Theod.quia aliter illæ humiditates,quæ cõgregabãtur in ſinubus,non poterunt euacuari, neque deſiccari:imò ipſemet fæces adunato foramine, eas expurgant, & mundant. Modus autẽ ligationis ſecundũ Alb.eſt,vt per foramen fiſtulæ intromittatur acus plumbea, in capite cuius ſit chordula ſericea è tribus aut quatuor filis: poſtea digito pręparato intromiſſo in anum,plicando caput ipſius acus,ducat per anum: & extrahatur acus,& filum remaneat: & ligetur ſtringendo qualibet die taliter,vt totum illud ſpatium à tranſitu fiſtulæ vſque ad anũ,ſit inciſum. Et tũc ſuper ipſum mitigantia dolorẽ ſunt aponẽda. Et ſi patiens nõ poteſt expectare attendere dolorẽ, tunc conſulit Roge. vt ligetur in capite fili faſciola è panno illita aliquo corroſiuo,& extrahendo filum ſeu chordulam, dimittatur faſciola,& ligetur, non tamen ſtrictè: & tunc ſuperponantur mitigantia ardorem.Modus inciſionis cum falce eſt, vt extrahatur chordula immiſſa quantum erit poſſibile, inteſtinum comprehenſum ipſa chordula: & poſt intromittendo inſtrumentum dictum ab Albucaſi bene ſcindens, totum illud quod comprehẽſum eſt chordula, ſcindatur,ita vt chordula expediatur. Vel aliter ſecũdum magiſtrũ meum, intromittatur per foramen chordulæ inſtrumentum curuum & cauum ab vna parte: & deſuper cultellari ignito totum comprehenſum incidatur, ita vt chordula & inſtrumentum expediantur. Inciſo quod comprehendebatur chordula de inteſtino, & vnito foramine innaturali cum naturali, mundificato loco ab eſchara ſiqua ſit,incarnetur locus adhibita fomentatione vini,& vnguento apoſtolorum,& emplaſtro nigro, & puluere incar-

*Curatio.*

*Li.1.c.15.*

*Li.3.cap.42.*

*Loco præcitato.*

*Ibid.*

*Li.2.cap.80.*

*Li.3.cap.48.*

Lib.1.c. 15. Lib.3.c. 42. natiuo, ſi eſt neceſſe, vt dicebat Rhaſis:tametſi Brunus,& Theod.velint, vt poſt inciſionē ſit neceſſe fiſtulam mortificare, & calloſitatem illam deſtruere.Nullam enim neceſſitatem video ad quam proficiat remotio calloſitatis:imò expedit vt remaneat,& procuretur maior. Tota enim intentio debet eſſe poſt inciſionem, vt totum foramen coriaceum euadat,& cicatricæ obducatur ſicut eſt inteſtinum, ne ſuperfluitates cadãt ſuper carnem nudam,& dolorem inferant ei.

*De rhagadiis.*

*Ad rhagadias* quæ in ano,virga, & matrice, ſuppoſita diæta remollitiua, confert fomentare locum aqua decoctionis maluarum, & radicis earum,atque ſeminis lini.Et inungere vnguento Rhaſis, quod ſuſcepit Lanfran.Recipe olei roſ.vnc.iiij.ceræ, vnc.iij.ceruſſæ,vnc.ß.plũbi vſti,drac.ij. amyli,tragacanthi, ana drac.j.opij, camphoræ, ana drac.ß.albumina ouorum duo numero.fiat vnguentum. Tr. 3. do. 3.cap. 12.

Ligaturæ iſtarum partium ſunt plurimum ad tenendum medicamina:& fiunt in paſſionibus ani & inguinum cum perizomate ſeu brachali, & faſcia pendente bifurcata:In burſa teſticulorum,cum pileoto ſeu coffa:In virga,cum ſacculo,ad perizoma ligatis.

## CAPITVLVM OCTAVVM.

### *De vlceribus coxarum,tibiarum,& pedum.*

VLcera in iſtis particulis fiunt, vt in aliis: neque alium modum curandi ſpecialem habent quàm alia,excepta ligatura, quæ in coxis incipit à genu,in tibia ſuper malleolos:& indigent maiori quiete, propter promptitudinem deſcenſus humorum ad ipſas. Bene tamen eſt verum, quod cancros qui in huiuſmodi particulis fiunt, vulgus, & etiam Rogerius, in coxa lupos vocat:in tibiis verò cancrænas: Lanfrancus verò eſthiomenos vocat. Et facit differentiam inter ipſas, & malum mortuum,quæ eſt fœda ſcabies, de qua dicetur infra. Non eſt tamen curandum de nominibus,vt ſæpe dixit Gal.Quicquid ſit, ſi talia vlcera cancroſa non curantur aqua aluminoſa,& plantaginis, vt ſupra dictum eſt,placet mihi quod (vt dicit Lanfran.) vrantur totaliter cauterio cultellari: & cum ipſo eorum forma rotunda reducatur ad longam,vt citius conſolidetur:& poſt mitigetur ignis ouo, & oleo roſ.& maturetur, & mundificetur eſchara emplaſtro ex apio: & defendatur locus vnguento ex bolo, vt ſemper eſt dictum. Si verò os fuerit contaminatum, & ſuper ipſum aliqua eminentia apparuerit,conſulit Rogerius vt (munitis, circunferentiis aliqua paſta, vel panno cerato,vel diachylonæ,vel aliquo emplaſtro frigido adhærente) caro ſuperpoſita impleatur aliquo cauſtico: & ſtet ab aurora vſque ad veſperas, vel econuerſo. Et poſtquàm caro nigra euaſerit, & mortificata,ad extinguendum ignem deſuper ouum cum oleo(ſi vis) apponatur: & procuretur butyro, & caulibus tuſis, vt caro mortificata cadat. Et poſtquàm

Tr.3.do. 3.cap. 13. Tr.6.do. 1.cap.3. Li.6.therap.ca.1. Loco præcit. Li.4.c.11.

quàm cciderit,os diligenter abradatur, & remoueatur quouſque remaneat mundum. Et ſi eſt neceſſe, vratur, & tractetur vt ſupra dictum fuit de oſſe corrupto. Et poſt vt cætera vlcera curetur. Quod ſi totum os eſſet mortificatum & tabefactum, dimittatur: quia incurabile eſt, vt dicit. Caue *Ibid.* tamen de quantitate corroſiui ſeu cauſtici, quia pericula vidi: à quibus nos liberet omnium Deus liberator. Amen.

# TRACTATVS QVINTVS

## DE ALGEBRA, ET EXTENSIONE, & reſtauratione oſſium fractorum & diſlocatorum. Cuius ſunt duæ doctrinæ.

*Doctrina prima eſt, de reſtauratione fracturarum.*
*Doctrina ſecunda, de reſtauratione diſlocationum.*

Doctrinæ primæ ſunt octo capitula.

### *CAPITVLVM PRIMVM.*

*De reſtauratione fracturarum ſermo vniuerſalis.*

FRACTVRA ſeu catagina, vt dictum fuit ſuperius in oſſium vulneribus, apud Gal. in 6. therapeu. dicitur ſecundum linguam Græcorum, quæcunque ſolutio continuitatis facta in oſſe. Secundum autem linguam noſtram, dicitur ſolutio in oſſe facta, non à quæcunque re, ſed à contundente. Vt vera ſit prima differentia ſolutionis oſſis, quod quædam eſt inciſa, quædam contuſa: non accepta à cauſa efficiente, ſed à diſpoſitione relicta, propter verba Galen. lib. 4. therapeut. A cauſis enim procatarcticis ſeu primitiuis, tanquam à non exiſtentibus, non ſuſcipitur indicatio curatiua, ſed ſolum ſignificatiua. Etenim ſola diſpoſitio relicta, & natura particulæ, ſunt præcipuè illa quæ curam indicant: diſpoſitio verò includit eſſentiam rei, & ſua accidentia ſeu diſpoſitiones conſequentes. Et iuxta hoc dicitur, quod fractura quædam eſt ſimplex, quædam compoſita: ſimplex ſecundum Galen. loco præallegato, quædam eſt virgalis ſeu tranſuerſalis, quædam eſt ſciſſuralis ſeu longitudinalis. Et iſtarum, ſingularum vt dicit Lanfranc. quædam eſt completa, in qua orbiculatim fractum eſt totum os: quædam incompleta, in qua non eſt fracta niſi medietas, aut aliqua pars ſolum. Præterea iſtarum, quædam eſt æqualis & plana, quædam inæqualis, & ſquirloſa, ſeu fruſtuloſa. Et rurſus ſingularum iſtarum, quædam eſt in oſſe vno, quædam iu duobus aſſociatis. Compoſita verò quædam eſt cum vulnere, quædam cum dolore, quædam cum apoſtemate, quædam cum equitatione & nodatione oſſis

*Cap. penult.* *Cap 3.* *Cap. 5.*

male ferruminati, & ſic de aliis. Earum autem quæ ſumuntur à natura particularum, ſecundum Albuca. quædam ſunt in oſſe capitis, quædam in oſſe naſi, quædam in oſſe mandibulæ, quædam in clauicula, quædam in brachiis, & ſic conſequenter. A talibus.n.differentiis ſumũtur intentiones curatiuæ.

*Cauſæ fracturarum* ſunt quæ & aliorum vulnerum, omne quod aptum natum eſt contundere & frangere oſſa, vt eſt caſus, & percuſſio.

*Lib.4.f. 5.tr.2.c. 3.*

*Signa autem* fracturarum ſecundum Halyab.octauo ſermone partis primæ diſpoſitionis regalis, ſenſui patent. Etenim ſi manus fiat proxima, & tangat membrum fractum, partes inuenit oſſis ad inuicem ſuparatas variáſque, & membri figuram inæqualem. Et ſecundum Rhaſim & Aui.palpando manu, Crepitus auditur in oſſe. Et dolor dum tangitur, & impotentia ſuſtinendi, ſuper hoc atteſtantur. Et cauſæ quæ faciunt fracturam ad hoc dant iuuamentum, vt dicit Auic. Verũ in longitudinali non inuenitur niſi craſſities innaturalis in ſubſtantia oſſis, vt dicit Lanfranc. ſine præſentia aliorum, vt dicit Rhaſis. Eſt tamen ibi dolor, & quædam inæqualitas, ſenſu manifeſta. Alias autem differentias oſtendit ſenſus, & præſentia ſingularum.

*Tr. 4. do. 1.cap.1.*

Iudicatur per Auic. (præter iudicia data ſuperius in vulnerib.oſſium, ad quod capitulum in multis pro iſta materia eſt recurrendum) quod fractura per tranſuerſum integra malæ reſtaurationis eſt: quia cum difficultate remanẽt oſſa ſecundum continuitatem naturalem: & ideo ſæpe in ipſa accidit oſſiũ ſuperequitatio: & maximè quando eſt in vnico oſſe non aſſociato, vt in coxa: vel in ambobus aſſociatis. Adhæc fractura quæ eſt ꝓpe iũcturã, difficilis eſt: quia male poteſt ligari, & vtplurimũ in ea motus remanet difficilis & durus. Præterea, fractura cum dolore & apoſtemate & contuſione carnis, & fruſtulis, eſt mala: quia non poteſt bene reſtaurari, quouſque illa fuerint correcta. Fractura autẽ cũ vulnere & diſruptione etiã eſt difficilis, quia oportet dimittere foramẽ ꝓ vulneris curatione & faſciẽ & ferule deficiũt: quare malè poteſt mẽbrũ in ſua æquatione ſeruari. Fractura autẽ quãtò tardius reſtauratur, tãtò deterior eſt: quia induratur, & implentur ſpatia aliena ſubſtantia: & ita in reſtauratione opus eſt magna extenſione. Magna autẽ extenſio ſuſpecta eſt ob ſpaſmũ, vt ponit Auic. Porrò fracturæ diuerſæ ſunt pro ſpatio & termino intra quem conglutinantur & ſaneſcunt: vt cranium in 35.diebus: os naſi in 18.diebus: coſta in 20.& ſic de aliis, vt dicetur infrà. Et ætas etiam tempus auget ac minuit: vt Iamerius dicit. Præterea inquit Auicen.& Halyab.nono ſermone ſecũdæ partis, cauſæ cur oſſa tardius ferruminantur, ſunt multa embrocatio ex aqua calida, & mutatio crebra, & feſtina mẽbri dimotio, & ſanguinis viſcoſi paucitas, aut nimia coarctatio prohibens mẽbrum nutriri, aut fruſtorum oſſiũ præſentia. Ideóque dicit Auicen.reſtaurationem in cholericis, & conualeſcentibus, necnõ ſenibus minus fieri: imò dicit Albu.& Iamerius, in decrepitis nullaten⁹ fieri reſtauratione͂. Et ex iis quæ ſignificãt reſtaurationẽ mẽbri, eſt æqualis cõpoſitio ad ſociũ ſibi cõparẽ cõparata, & voluptatis ſenſus

*Lib.4.f. 5.tr.2.c. 2.*

*In ſingulis cap.*

*Cap.1. loco præcit.*

&

& apparitio ſanguinis quem expellit natura cum ſtudio ad fracturam. Et ideo dicitur, tumor membri ſine magno dolore poſt apparatum primum, & detumefactio poſt tempus inſtaurationis,eſſe bonum ſignum.

*Curatio generalis* fracturarum ſequitur intentiones generales vulnerum, ſuperius in vlneribus dictas. Sunt autem (vt habet Gal.lib. ſexto therapeu. *6.therap.*
& Auic.lib.primo & quarto) quatuor præcipuæ intentiones: prima eſt oſ- *penult.*
ſis æquatio.ſecunda,ipſius æquati conſeruatio: tertia eſt cum poro ligatio, *Lib 1.*
& quarta eſt accidentium correctio. Verùm antequam procedamus oſtẽ- *Li.4.fen.*
dere quomodo dictæ intentiones complentur, præmittentur à nobis ſex *5.tr.2.c.2.*
documenta quæ ſunt neceſſaria ad operationes præfatas. Primum docu- 1
mentum eſt,vt ante omnia præparentur neceſſaria ad reductionem.Primò
locus aptus. Secundò miniſtri conuenientes. Tertiò albumina ouorum in 2
bona quantitate,& oleum roſ.& pannus eo madefactus,magnus pro quan- 3
titate membri fracti. Quartò filum,& faſciæ tres, latæ & longæ ſecundum 4
membrum,vnum vel duos cubitos,oxycrato maceratæ,& expreſſæ.Quin- 5
tò ſtupæ leues bene carptæ, & æqualiter factæ ſecundum quantitatem mẽbri,imbutæ etiam oxycrato , & expreſſæ , vt conſulit Rhaſis. Sextò ferulæ 6
planæ & leues ex abiete , vel ligno ex quo enſium vaginæ fiunt, aut cornu, aut ferro,vel corio, longæ ſecundum membrum ad tres vel quatuor digitos vltra fracturam,vt dicit Albuc.& plus,ſi eſt neceſſe:dummodo non tãgant,neque offendãt iuncturam: Craſſiores in medio quàm circa extrema tot quot ſunt neceſſariȩ ad inuoluendum totum membrum:ab vna tamen ad aliam digiti vnius ſit latitudo : cooperiantur panno, & illinantur albumine oui. Septimò,vt ſi eſt neceſſe , habeantur cannulæ funiculo alligatæ 7
ſigillatim,tot quot ſunt neceſſariæ ſecundum longitudinem membri:& funiculo alligentur ferulæ : & cum cannulis voluendo ſtringatur ſufficienter:poſtea per omnes cannulas virga parua intromittatur,vt reuolutionem & ſtricturam ſuam non perdant. Octauò habeatur cunabulum aut ſuſpen- 8
ſorium,in quo membrum firmiter & planè collocetur. Nonò lectus mat- 9
taraciis inſtructus,in quo iaceat:&,ſi eſt neceſſe,ſit perforatus ad exonerãdam aluum. Decimò chorda pendens ſupra lectum , aut aliud quid ad fir- 10
mandum & iuuandum ſe cum voluerit alui fæces reddere, aut ſe erigere & vertere. Secundum documentum eſt de æquatione : vt tempore æqua- II
tionis ſint duo miniſtri : & vnus teneat, & trahat membrum ab vna extremitate,& alter ab alia directè,vt eminentiæ non frangantur. Quòd ſi conuenienter manibus non poſſunt extendere membrum fractum,circumponant laqueos, vel organa qualia Hippocr.nos docuit,vt(ibi ſuprà)dixit Ga *Li.de fra-*
len. Organa autem illa credo eſſe tornos ligneos cum columnis , vt dicit *cturis.*
Albuc.aut factos in modum acicularum : quales habebat ille de Limello. Et extenſo membro, magiſter tractando illud manibus ſecundum longitudinem blandè ac ſuauiter,ducat ad contrarium quæ egreſſa ſunt,exemplo vtens eorum quæ ſana ſunt,vt loco præcitato dixit Galen. Tertium docu- III
mentum eſt,vt conſeruatio quæ fiet beneficio ligaturæ,& ſitus ſit facilis &

doloris expers. Eliges (inquit Gal.) vtique diſtentionem, conformationem, ligaturam & ſitum ſecundum modum & figuram doloris maximè expertem. Nihil enim magis eſt cauſa deſtructionis membri, quàm dolor qui prouenit ex nimia conſtrictione, & inepto ſitu. Et aduerte ex eo multa mẽbra vidiſſe me eſthiomeno correpta & corrupta: de quo etiam Rhaſis operantem monet. Ligatura enim quę quidem laxa eſt, non tenet oſſa: vehementius autem reſtricta, dolorem facit, & vitam non permittit venire ad membrũ. fiat ergo mediocris. terminus autẽ eius eſt bona tolerãtia, vt dicit

*Lib 1. de fract ſect. 23. 27. & 33.* Rhaſis, & dictũ eſt ſuprà. Tres autẽ faſcias conſulit Hippoc. ad ligandũ fracturam. prima à loco fracturæ aſcendens, eſt materię deſcenſus prohibitiua. ſecunda à dicto loco deſcendens, eſt materię expreſſiua. Muniunt igitur ſimul & ſtabiliunt quod fractũ eſt, & abſque phlegmone ſeruant, iſtę duę

*6. therap. 5.* primæ faſciæ, vt dicit Gal. multis inuolutionibus continentes fracturam, verſus ſanum (quantũ fuerit neceſſe) progrediendo: nõ tamen ſufficiunt, niſi adſit tertia, quæ ad illarũ cuſtodiam vnà cum ſpleniis fuit adinuẽta. Vt autem minimè tentetur pars phlegmone, iubet vti cerato: loco cuius oleum roſ. ponitur. ſi tamen fuerit cum vulnere, præſtabit auſterum & nigrum vinum. Et eſt cõſilium Rhaſis, ꝙ circa diem ſeptimam ſtrictior ligatura fieri incipiat. in principio tamen & fine laxior eſſe debet: timore apoſtematis, à principio: & vt melior fiat nutritio, in fine. Aptus verò ſitus dupliciter pręparatur, vt ponit Gal. vno modo ex communi intentione, vt ſit indolens: alio natura particulæ, & conſuetudine. Et conueniunt iſti modi inuicem: quia naturalis & conſueta figura particulæ, indolẽs eſt maximè. Et de hac poſitione ſummè cõmonefaciunt patientẽ, vt caueat ab illa. Ad idq; inuẽta ſunt cunabula, & ſuſpenſoria, & inſtrumẽta mechanica ad firmius & tutius

IIII tenendum mẽbra. Quartum documentum eſt, vt à principio apponantur ferulæ leues, aut aliquid loco earum: non ad reſtringendum, ſed ſolùm ad ſuſtinendum vſque ad diem ſeptimum, quando tranſiuerit tempus apoſtematis. Et tunc ponantur ferulæ bonæ, & ſufficientes ad reſtringendum & ſuſtinendum, & continuentur vſque ad finem, quoad porus ſit bene firmus:

*Li. 4. fen. 5. tr. 2. c. 8* & non ſit feſtina earum remotio, vt dicit Auic. Vnde Galen. lib. ſexto therap. « Apparuerint verò iam omnia (modò nihil impediat) phlegmone libera, ac quàm pro naturali habitu aliquando magis gracilia. Tunc igitur licebit & ferulas circumponere, & ſoluere ex maiore interuallo. Nam antea quum phlegmones ſcopus vinceret, tutum non erat ferulis premere. Nunc cum ea deſiit, ac ſtabilire fracturam eſt opus, ſanè non incommodè

V his vtare. Quintum documentum eſt de tempore remutationis: vt remutatio non fiat, ſi conſtat fracturam eſſe bene reductam: & nihil ſiniſtri cõtingat, vſque ad decimum, decimumquintum aut viceſimum diem. quanto enim tardius ſoluitur, tãto melius, dicebat Rhaſis. Si autem dubitaretur de reductione, intra ſeptimum diem vel decimum remutari poteſt: quia adhuc non generatur porus. Et ſi aliquid ſupereſt reducendũ, tunc poteſt reduci. Si autẽ accidere dolor, aut apoſtema, vel pruritus, intra tertium diem

*Li. 4. fen 5. tr. 2. c. 8* fiat remutatio: & ſic voluit Auic. Vnde Gal. vbi ſuprà (verùm litera eſt in-

tricata & forte in exemplaribus Græcis ita malè legitur:quia illud [ſoluere » intra] argumẽtum eſt negatiué.)Soluere autem iubet Hipp. intra tertium, » ſi faſtidium, aut pruritus adeſt, vel perſpiratio materiæ parti infixæ inhi- » beatur.Si verò illa non fuerint, non licet ſoluere frequenter, ſed expectare ſeptimum à principio. Quinimò nec poſt ſeptimam licet ſoluere vtplurimum, niſi particula indigeat extractione ichorum, vel ſi generatio pori nõ fiat bene:quod cognoſcitur circa tempus prædictum:& tunc eſt ſoluendũ. Atque ita intellexit Brunus, & Theodoricus, & omnes praxin exercentes. *Lib. 1. de fract. ſect. 40. & 41* *Li.1.c.18.*

Sextum documentum eſt de generatione pori: vt poſtquam incipit gene- „ rari, verſus decimam diem victus incraſſetur.Renutrire enim (dicit Gal.) o- „ portet corpus cibariis euchymis & multum nutrientibus: ex quibus gene- „ rari conſueuit humor, non ſolùm benignus, ſed etiam viſcoſus, ex quo ma- „ ximè oportet generari porum. Talia ſunt (vt dicit Auic.) oryza, & frumentum coctum in aqua, & pedes, ventres, & capita animalium decocta, & vinum ſtypticum, craſſum. Et caueat ab omni eo quòd attenuat & adurit ſan guinem, vt vinum tenue, allia, atque cæpe, ſinapi, & aromata, ira, coitus, & ſimilia. Vnde Rhaſis inquit, Oportet in eis victum attenuare à principio per aliquot dies, & ad vinum nullo modo accedere præſumant : venter ſoluatur & phlebotomia inſtituatur, ſi fortes fuerint, vt prohibeatur apoſtema. Poſtquam autem erit ſecurus ab apoſtemate, ad regimen quo conſueuerat vti, reuertatur. *Li.2.c.20* VI. *Cap.18. loci præcit.*

Expeditis documentis veniendum eſt ad prædictas quatuor intẽtiones, quomodo ſummatim compleantur. Prima, quæ eſt oſſis æquatio, cõpletur I debita membri extẽſione, & oſſis depreſſi eleuatione, & eleuati depreſſione indolenter quouſque capita oſſium ad naturalem ſitum reducantur. Se- II cũda cõpletur bona & decẽti ligatura & ſtabilimẽto. Et licet modus apud diuerſos ſit diuerſus (quia aliqui immediatè ſuper fracturam vngunt, & ligant, & vſque ad quintum vel ſeptimũ diem ferulas non adhibent: nonnulli immediatè principio emplaſtra admouẽt, & multitudinẽ plumaceolorũ ex ſtupa, vt Theod. aut ex pannis, vt magiſter Petrus de Argentina, applicant: & deſuper ligant, & ferulas apponunt. Et vtrobique imminet periculum: quia dormiendo mẽbrum poteſt diſtorqueri, & ſupra tot plumaceolos debita non poteſt fieri ligatura.) Ego tamen medium tenendo, ſed propius accedens ad methodũ Gal. Albuc. Auic. & Halyab. iuxta documenta prius data, iſtas duas intẽtiones trib. ordinib. abſoluo. In primis reſpicio, vt conſeruando dolor ſedetur. In ſecundo, vt conſeruando porus generetur. Et in tertio, vt conſeruando membrum corroboretur, & ad ſuas actiones reducatur. Primus ordo ſic cõpletur: Fractura æquata, mẽbrũ dũ adhuc tenetur extẽſum à miniſtris, ligamento longo & lato ſecundũ naturã mẽbri, immediatè, vt Rogerius, vel mediante aliquo panno, aut leuiſſima ſtupa, vt Lanfrancus, (dũmodo non ſit adeo craſſa, vt impediat decẽtẽ ligaturam) madente miſtura albuminis ouorum, & olei roſacei incipiendo ſuper fracturam, deſcendendo & aſcendẽdo, de parte ſana ſatis capiendo, plus tamẽ *Li.2.c.20* *Li.3.c.18.* *Tr. 4. do. 1. cap. 3.*

ſupra fracturam ſtringendo,plane & indolenter ligetur.Et deſuper ligaturam filtrum,aut pannus duplicatus,aut ſtupa macerata & expreſſa, quæ cõprehendebat totum membrum,vt ferulæ non offendant ipſum,ſuatur.His ſuperponantur ferulæ ligno,aut corio,ſecundum naturam membri factæ, quæ cannullis aut faſciola alligentur: & ad quieſcendum, in loco firmo & tranquillo,cum ſuis fulcimentis collocetur.Poſtridie,ſi eſt neceſſe & poſſibile phlebotomi ægro decernatur & victus tenuis inungatur. De ventre in primis diebus,præcipuæ ſi fractura in membris fuerit inferioribus, non curetur.Nec remutetur ante decem vel quindecim dies: niſi fractura fuerit malè repoſita,aut aliud occurrat quod inſtet. Et tunc poſt tertium vel quartum diem diſſoluatur,& reparatis reparandis, vt prius curetur: & ita

II. cõpletur primus ordo. Secundus verò cõpletur hoc modo: Poſt 12. vel 15. diẽ,quando materia pori incipit venire (quod percipitur ex ſedatione doloris,& aduentus apoſtematis: & bono membri colore)&c. ligatura ſoluatur,& membrũ aqua calida lauetur. Et ſi aliquid eſt ad reparandum,reparetur: & emplaſtrum factum ex farina volatili,& pul.rubro, cum albuminibus ouorum,extenſum in panno ſuperponatur,& ligetur: & omnia alia fiant vt in prima præparatione:niſi quod aliquantulũ plus ſtringi debet,& deinceps victus incraſſetur. Atque ſi eſt neceſſe,vẽter leniatur:& ita remutetur à ſeptimo ad nonum,aut tardius quouſq; os ſit bene cum poro ligatum:quod deprehenditur tactu,& tumoris amiſſione, & tẽporis ſuæ firma

III. tionis aduentu.Et tunc incipiendus eſt tertius: qui eſt vt tertio quoq; die mẽbrum vino ſalito decoctionis roſ.abſinthij, & muſci arboris quercus lauetur:& cũ aqua ſtupa illo eodẽ vino macerata,& expreſſa, cũ duabus aut tribus ferulis ligetur: Túncq; mẽbrum ad operationes ſolitas paulatinè & cautè reducatur:& tãdẽ,ſi eſt neceſſe, dialthæa,& oxycroceo demulceatur.

IIII. Sed quarta intentio completur prout accidentia occurrũt: vt ſi eſt dolor, aut apoſtema , & iam facta eſt deligatio,ante omnia ſoluatur, atque lana, oleo & aceto,& aliis conuenientibus remediis illa ſedentur:& neque ligatura,neque ferulæ adhibeantur, niſi ad ſuſtinendum membrum, & tenendum medicamina,quouſque fuerint ſedata.Et tunc ad curationem eſt redeundum qualis ſupra dicta eſt.Si autem pruritus ſuperuenerit, ſoluatur ligatura,& aqua ſalita membrum embrocetur:vel vnguento albo, aut populeone inũgatur,& ligetur vt prius.Si vulnus fuerit factũ ab initio,vel poſtea ad extrahendum fruſtula ipſis extractis ſuauiter ( vt dictum fuit in oſſium vulneribus ſupra) ad quod eſt recurrendum pro huiuſmodi fracturis, vt dictũ eſt curetur.Et quãdo ſuppurabit,foramen per quod poſſit vulnus mũdificari quando erit neceſſe,dimittatur.Si fuerit porus paruus frictionibus,& perfuſionibus,& emplaſtris piceis,& laxa ligatura nutrimentũ ad locũ trahatur.Si nimius is lamina plũbi & ligatura cõſtringatur. Si os fuerit malè ferruminatũ, & recẽs porus ſex mẽſes nõ excefferit, mollificetur balneo,& emplaſtro è biſmaluis,& cõſimilibus,per quindecim dies,vt dicit Iamerius:& extẽdendo vittis ab vtraq; parte,impellẽdo genu iterũ frãgatur,
ſtatim

ſtatim æquetur, & vt dictum eſt curetur. Et multoties eſt poſſibile, vt leniendo orosbot ſeu porum, æquetur fractura, cum eo quod ſcis, inquit Auic. in quo pondus cum trochlea vidi vtile. Si autem fractura fuerit antiqua, & porus induratus, iuxta conſilium omnium peritorum dimittatur: melius enim fuiſſet illi ſapienti, de quo loquitur Halyab. in lib. tertium techni, viuere cum ſua claudicatione, quàm in talibus torminibus mori. Verum ſi multum infeſter callus, & aliter non poteſt fieri, conſulit Auic. vt incidatur caro, & porus radendo ſeparetur poſtea vt ſupra curetur. Si fuerit attritio, & timetur membri corruptio, ſcarificetur, & vt dictum eſt de eſthiomeno regatur. Et ſi remanſerit durities, curetur, vt in ſexto de arthritide, & paſſionibus iuncturarũ, & in antidotario dicetur. Ac de tranſuerſis quidem hæc dicta ſufficiant. In longis eodem modo eſt procedendum. premere tamẽ oportet magis has in ipſo fracturæ loco, & pellere intus id quod receſſit, vt dicit Galenus. *Lib. 4. f. 5. tr. 2. cap. 10. Sect. 133. Ibid. 6. ther. 5.*

## CAPITVLVM SECVNDVM

### *De ſpeciali reductione fracturæ cranij, oſſis naſi, mandibulæ, oſſium capitis, & faciei.*

DE cranij fractura, & naſi, dictum eſt ſuperius in tractatu tertio de vulneribus. In fractura mandibulæ conueniunt omnes, Halyab. Albuc. & Auic. vt ſi fracta fuerit, digitis tuis poſitis intra os patientis, reducatur ad ſchema ſuum: quod cognoſcitur, quando dentes partis ſanæ coniungũtur dentibus alterius directè: Tunc ligatis dentibus infirmis aliis ſanis, filo bene cerato, aut argenteo, vel aureo ſuperponantur auxilia dicta in communi ſermone: & deſuper loco ſtuparũ puluilli ex panno multiplici poſtea ferulam ex ſolea corij. Et ligetur ligatura incipiente retro collum, & veniente ſupra mandibulam, reuertendo ſub auribus, & retro caput reducendo, ligetur in fronte. Et ſi ſint neceſſariæ plures reuolutiones, fiant eodem modo, donec ligatura bene fuerit firma, Cibaria eius ſint ſorbilia, ne ipſum grauent in maſticando. Tempus autem ſuæ firmationis eſt fere 20. dierum ſecundum Auicen. & Albuc. *Lib. 4. f. 5. tr. 3. c. 2. Lib. 4. f. 5. tr. 3. c. 2.*

## CAPITVLVM TERTIVM

### *De fractura colli, & ſpondylium dorſi.*

INquit Paulus, vt dicit Auicen. (& Halyab. idem affirmat) oſſibus ſpondylorum rarò accidere fracturam, ſed plurimum attritionem: licet contrarium dicat Albuca. Verum Paulus & Halyab. intellexerunt de rotunditatibus ipſorum, Albuc. verò de alis eorundem. Quicquid ſit, ſi nocumentum peruenit ad ſpinalem medullam & neruos procedentes ab ea, perducunt ad paralyſim, vt dicit Albuc.) manuum, ſi ſuperiorũ: pedũ ſi inferiorũ. & aliquando ſequitur mors, vt dicit Aui. quare oportet vt præmittamus prognoſticũ de periculo. Quod ſi accidat egeſtionis inuolũtaria egreſſio, *Lib. 6. ca. 98. Lib. 4. f. 5. tr. 3. ca. 8. Lib. 4. f. 5. tr. 3. ca. 8.*

aut æger non poſſit mingere quãdo deſiderat,ſcias quod eſt mortale,vt dicit Albuc,Non ergo labores in curatione eius. Si verò non accidit aliquid ex his,curatio erit in ſedatione doloris & apoſtematis, admoto oleo roſa. & vitellis ouorum aſſatis.Sedatis porro illis ſuperpone aliquod ex emplaſtris confortantibus & deſiccantibus,& ſtringe locum ligamento. Et præcipe infirmo quietem, & ſitum ſuper partem in qua minus dolet. Si verò frangitur poſtremum oſſis caudæ, intromitte pollicem manus ſiniſtræ in anum,& æqua os fractum manu altera,prout erit poſſibile:deinde illi appone emplaſtrum,& ferulas ſtringe cum ligamento.

## CAPITVLVM QVARTVM
*De fractura furculæ,& oſsis ſpatulæ,ſeu homoplatæ.*

FRactura furculæ pectoris aliquando eſt ad exteriora,aliquando ad interiora.Quæ ad exteriora,eſt facilis reductionis: quæ verò ad interiora, difficilis.In illo quæ eſt ad exteriora , non oportet niſi modicum trahere humerum & fracturam præmendo intus reducere, & auxilia dicta ponere,& ſtupam,aut pannos plicatos, & ferulam è ſolea duorum digitorum latitudinis,& octo longitudinis:& ligare ligatura longa,tranſeundo ſubtitil latus locis,in quibus ſit pila ex lana, aut ſtupis poſita : & toties voluatur, quouſque locus fuerit bene firmatus:túncque ſuſpendatur brachium ad collũ,& quieſcat. Et videatur quotidie ne ligatura relaxetur:& ſemper refirmetur,vt dicit Albuc.Si autem fractura ſit ad interiora,applicato genu in medio ſpatularum,vt faciebat magiſter meus Bonon. trahantur vehementur humeri ad poſteriora,& tunc admota manu reducatur fractura. Vel extendatur patiens humi,vt iubet Auicen . & retro ſpatulas ponatur puluinar (vulgo carellus dictus) rotundum,aut gibbum:& præmantur ad terrã fortiter humeri : & tunc admota manu reducatur fractura. Et ſi non reducitur,vnge manum,aut corium aliquo viſco, vt fit pro coſtis:& violenter eleuando manum,aut corium fractura reducetur. Et ſi faceret nocumentum anhelitui,& aliter non poſſet reduci,capiatur cautè abſque diſruptione ſuccingentis membranæ) vncino, & trahatur extra,vt fit in extrahendis oſſium fruſtulis dein emplaſtrum apponatur,ligetur,& ſuſtẽtetur, vt dictum eſt ſupra tempus firmationis eius eſt 24.dierum vt dicit Albu.

*Cap.4.. loci præcit.*

## CAPITVLVM QVINTVM.
*De fractura oſsis adiutorij,& brachij & totius manus.*

*Li.4. fen. 5.tr.3.c.6.*

OS adiutorij cum frangitur,ſecundum vt declinat ad exteriora , vt dicit Auicenna. Circa quam fracturam eſt intelligendum præter vniuerſalia, quòd licet Albuc. ponat duos modos reductionis & æquationis (quorum primus mihi eſt difficilis,ſecundus facilis : quia concors eſt cum omnibus,niſi in hoc quod loco ferularum præcipit brachium ligare cum adiutorio, ita vt vola manus iungatur cum humero) nihilominus melius

eſt,vt

eſt,vt poſt reductionem factam ſuauiter,indolenter trahendo adiutorium cum brachio & cubito per vnum miniſtrum, altero firmiter tenente partē ſuperiorem & numerum, fractura adhibitis manibus æquetur,& ligetur,& quinque aut ſex ferulis muniatur, & ad collum mantili ſuſtentetur,ita vt brachium planè ſupra ventrem iaceat:& cum preſſuris atque pannis ita firmetur,vt non diſtorqueatur. Remutatur autem, à quarto ad ſeptimum,& firmatur in quadrageſimo.

### *De brachio.*

*Accidit quandoque* in brachio,vt frangantur focilia duo ſimul, quandoque verò alterum ſolum.Et fractura focilis inferioris maioris eſt vehementior,& turpior,quam ſuperioris minoris,vt dicit Aui.& Albuc.illud idem. Circa quā fracturā concordant omnes, quod ſiue vnū os ſit fractū, ſiue ambo, extēdatur per duos miniſtros: vnus trahat verſus cubitū, alter verſus manū:& medicus adhibitis ſuis manibus ſuauiter æquet,& reſtauret, & liget,& alia faciat quæ dicta ſunt in capitulo vniuerſali.Brachio, quando alterū os frangitur ſatisfacit minor ferularū numerus: quando autem ambo franguntur,quinque aut ſex ferulæ requiruntur.Collocatur iuxta ventrem: ſuſpenditur ad collum,firmatur in triginta diebus. *Cap.10. loci præ.*

### *De raſceta,& digitis manus.*

*Oſſibus raſcetæ* parum accidit fractura, quoniam ipſa ſunt dura valde, ſed ſeparatio. Quare conſulit Albuc.vt extendatur manus ſupra tabulam, & comprimendo & conformando reducantur: emplaſtrum applicetur & legatura & ferulæ,vt decet:& vola manus ſtupis,aut pānis impleatur,& digiti vnus cum alio ligentur. Remutetur quarto quoque die. Firmatur in 20.diebus.

## CAPITVLVM SEXTVM.

### *De fractura coſtarum,& partium pectoris.*

INtelligendum eſt,fracturam furculæ, & coſtarum & oſſium thoracis in multis conuenire differentiis:& cauſis,ſignis,& iudiciis,& in modo curādi. Nam ſicut dictum eſt furcula, aliquando franguntur ad interiora,aliquando ad exteriora,aliquando verò coſtæ plicantur,& non franguntur.

*Signa* ſunt communia.Iudicatur autem quod quando frangūtur, aut plicantur ad interiora,accidunt accidentia pleureſis, vt nocumentum anhelitus,& ſputum ſanguinis,& tuſſis, quare talis fractura eſt multū periculoſa.

*Circa curam* ipſius eſt intelligendū, quod Halyab.Auic.& Albuc.& multi alij diuerſimodè,& ſine diſtinctione tractant de fractura coſtarum.Quia Albuc.Aui.& Halyab.lana & oleo, puluillis & ligamentis: Rogerius æquat & reducit manibus illitis aliquo viſco in balneo, aut iuxta ignem firmando cum apoſtolicon. Iamerius idem: niſi quod in quatuor primis diebus emplaſtrum applicat ex melle, & cymino, baccis lauri, *Lib.4 f.1. tr.3.c.7. Ibid. Lib.3.c. 25.*

Lib. 2. ca. 33. pulegio,& coſto: Quem modum etiam (vt affirmat Theodo.)ſequebatur Hugo magiſter eius. Brunus autem cum diſtinctione illam quæ extrorſum Lib. 1. ca. 19. rub. 3. equat adhibitis manibus,emplaſtrum admouet,& ferulas vt cõuenit: illam vero quæ introrſum declinat fouet,vt Auic. oleo & lana in parua,in magna Lib. 3. ca. 5. aperit & trahit.Guli.de Sali.manibus æquat,& ex albumine ouorum, fari- Tr. 4. do. 1. c. 4. na,& aliis glutinatiuis emplaſtrum adhibet.Lanf.procedit vt Rogerius,niſi quod præcipit vt patiens tuſſiendo iuuet attractionem coſtæ extrorſum. Ego autem in tali fractura (ſuppoſito regimine vniuerſali de phlebotomia,& ventre,& diæta,& potione carminante materiam congelatam, vt Loco præcit. eſt ius cicerum)diſtinguo vt Brunus:quòd ipſa aut declinat extra, & tunc comprimendo manibus æquo:& emplaſtro ex albuminibus ouorum,& farina,& aliis glutinatiuis,& boni ſtupis,atque ferula ſolea & longa faſcia locum firmo:& tandem dialthæa,& oxycroceo demulceo. Aut intro decli- Loco præcit. nat:& tunc vt Rogerius,Iamerius,Lanfranc.in balneo,vel iuxta ignem, manibus illitis terebinthina,aut aliquo viſco,& applicatis ſuper partẽ depreſſam trahendo, adiuuante tuſſi & retentione anhelitus patientis eam omni artificio eleuo:& ſi neceſſe eſt,cucurbitulam appono:aut aperio,vt dicit L. 4. f. 5. tr. 3. ca. 7. Auic.Et ſuper partem in primis tribus aut quatuor diebus,ad ſedandũ dolorem & prohibendum apoſtema,oleum roſatum,& albumina ouorum cũ ſtupis applico:& leui ligatura,ſolum ad retinẽdum medicamina,ligo. Poſt verò emplaſtro è farina fabarum, & melle ipſum curo. In fine dialthæa & oxycroceo de mulceo. Remutatur ſingulis quinque diebus firmatur in 20.

## *CAPITVLVM SEPTIMVM.*

### *De fractura oſſis anchæ,& coxæ.*

OS anchæ raro frangitur,ſed quandoque finditur,& comminuuntur extremitates:& quandoque impellitur ad ventrem,& accidit ex eo dolor,& ſtupor in coxa: & inde ſequitur diminutio in coxis: & eſt res ſatis difficilis ad reducendum. Et in reducendo oportet extendere coxas, & pellere ancham,& ſicut erit poſſibile reducere: poſtea emplaſtra, & ligaturas admouere.

*Cum coxa* frangitur,neceſſaria eſt extenſio fortis,vt dicit Auicen.Cæte- Cap. 14. loci præc. rum, iſtius fracturæ gratia & omnium aliorum membrorum,eſt intelligẽ- Ibid. dum,quod de cauſis,& etiam de regimine in genere, eſt recurrendũ ad ſermones vniuerſales ſuperius dictos: niſi quatenus fractura coxæ parum immunis eſt à claudicatione, vt dicit Auicen.In ſpeciali tamen eſt ſciendum, fere omnes conuenire in eo, quòd eodẽ modo eſt procedendũ in regimine ipſius,vt in adiutorij fractura:præter quod, oportet vt fortius extendatur. Et ideo præcipiunt eam extendere per duos miniſtros ligamentis ligatis ſuper & ſubtus fracturam. Etiam præcipiunt vt ligetur fortius, & firmetur ſex vel ſeptem ferulis: quarum exteriores volebat Guli.eſſe longiores Lib. 3. c. 12. & fortiores, licet Albucaſi ſufficerent tres: quia tibia loco ferularum præcipitur ligari cum coxa, vt calcaneus perueniat ad nates: quod mihi

mihi non placet. In modo tamen ſitus ſunt diuerſi. Nam aliqui, vt Roger. Albuca. & Guli. collocant eam in lecto plano, & firmant ipſam hinc inde pannis & ſtupis: quod non laudo: Alij (vt magiſter Petrus) cum ſuſtentaculis duobus factis ex paleis longis pro lõgitudine pedis, inuolutis linteamine, & ſutura, deſuper ligant tribus aut quatuor vittis. Alij verò, vt Auic. & Brunus, (& in hoc conſentiebat Roger.) duabus ferulis longis vſque ad pedes, ligatis etiam cum vittis. Nonnulli, vt Lanfranc. & multi moderni, in capſula ſeu cunabulo, vſque ad pedes ponunt. Quicquid autẽ diuerſificent, omnes intendunt coxam fractã æquatam taliter collocari, vt ſine moleſtia quieſcat, & non moueatur, neque declinet ad aliquã partem. Et ideo cautũ eſſe monet operantẽ Rogerius, vt ſecundũ longitudinem ſanæ teneatur infirma. Et ad maiorẽ cautelam Romanus collocabat in lecto ſtricto perforato, vt ſine aſſurrectione poſſet aluũ exonerare, & ligabat coxã, & tibiam in tribus aut quatuor locis ad latera lecti, & pedem ad columnam, vt non poſſet eã patiẽs ad ſe trahere, vt Theod. Ego autẽ ligatã ferulis lõgis vſque ad pedes firmo, aliquãdo cũ illis ſuſtẽtaculis è paleis, aliquando cũ capſa: & ad pedẽ ligo põdus plumbi, trãſeundo chordam ſuper paruam trochleã, ita quod tenebit tibiam in longitudine: & ſi eſt aliquis defectus in æquatione, trahendo paulatinè rectificabit. Remutatur nono quoque die & vltra. Firmatur in 50. diebus.

*Lib. 3. cap. 12.* *Li. 4. fen. 5. tr. 3. c. 14* *Lib. 1. cap. 19. rub. 6.* *Lib. 4. do. 1. cap. 6.* *Li. 2. c. 38.*

## CAPITVLVM OCTAVVM

### *De fractura genu, & tibiarum, totiúſque pedis.*

ROtula genu rarò frãgitur, ſed plurimum conuertitur. Et oportet in reſtauratione eius vt dicit Halyab. fragmenta digitis adunare, & ſecundum ſuam figuram ad æquare, & emplaſtra admouere, & ponere ferulam rotundam ex ſolea: deinde ligare vt conuenit.

### *De tibia.*

*Tibia quandoque* frangitur ſecundum duo focilia, quandoque ſecundum alterum: quandoque in maiori, & tunc declinat ad poſteriora: quandoque minori, & declinat ad anteriora & interiora. Et fractura focilis maioris eſt deterior quàm minoris quia maior ſuſtinere poteſt tibiam: quando autem franguntur ambo, eſt deterius. Fracturam tibiæ vult Albuc. & Halyab. ita regi, vt fracturã brachij: niſi quod præcipit collocari inter duas tabulas ſecundum longitudinem totius tibiæ, aut in cunabulo: quod idem facio, & quando eſt neceſſe, inſtrumenta coxæ illi dedico.

### *De calcaneo.*

*Calcaneus non* frangitur: quia os durum eſt, & protectum à ligamentis.

### *De raſceta pedis.*

*Raſceta pedis* etiam rarò frangitur: & quando frangitur, difficilis eſt curationis, vt dicit Auic. & ſæpe adducit accidentia mala. De ea dicit Albuc. *Lib. 4. fen. 5. tr. 3. c. 11*
quod reſtauratur ponendo pedem ſupra terram, & calcando pede tuo. Emplaſtrum, adhibeatur & ligetur ferula lata ſecundum ventrem, & plantam

pedis:& repleantur concauitates,vt de manu fuit dictum.

*De articulis pedum.*

*Digitorum pedis* fractura æquatur,ſicut & digitorum manus, vt Halyab. dicit.

# DOCTRINA SECVNDA.

## DE RESTAVRATIONE DISlocationum. Cuius ſunt octo capitula.

### CAPITVLVM PRIMVM

*De diſlocatione ſermo vniuerſalis.*

*Li.4.fen. 5.tr.1.c.1.*

*Fen.1 do. 5.ſum.1. cap.1.*

*Tr.4.doct. 2.cap.1.*

*Ibidem.*

*Ibidem.*

DISLOCATIO, vt dicit Auic.eſt egreſſio oſſis è loco ſuo naturali,in quo eſt coniunctum. Circa hoc eſt intelligendum, ſecundum intentionem eiuſdem in libro primo, quod coniunctio oſſium adinuicem eſt quadruplex: vna eſt ſerratilis vt in cõmiſſuris cranij:alia infixa, vt in dentibus:alia eſt innittens,vt in tabula pectoris:quarta eſt ligatiua,vt pyxidis & vertebri:Porro iſti coniunctioni propriè accidit diſlocatio:aliis verò non, ſed motio ſiue apertio,quæ non propriè, ſed largè dicitur diſlocatio, vt ait Lanfrancus.Diſlocatio autẽ quædã eſt cõ pleta,in qua penitus exit os à ſua iunctura:& ea dicitur vera diſlocatio.Quædam eſt incõpleta,in qua non exit prorſus eáque dicitur ab Auic.declinatio,& contorſio.Eſt etiam in qua os non exit à iunctura,ſed longius euaſit eius ligamentũ:Hæc dicitur gahẽ, & elongatio ligamenti : atque ita vocatur lib.4. can.in duobus locis. Modi diſlocationũ ſunt etiam quatuor,anterius,poſterius,interius & exterius. Adhæc quædam eſt ſimplex:quædam cõpoſita cum fractura,vulnere,dolore,& apoſtemate:quædam cum duritie. Ab iſtis verò differentiis ſumitur indicatio curatiua.

*Cauſæ diſlocationum* quædam ſunt extrinſecæ,vt caſus,& percuſſio,ac inepta extenſio:quędam intrinſecæ,vt humor mucoſus occupans iuncturam.

*Signa & iudicia.*

*Li.4.fen. 5.tr.1.c.2.*

*Aph.59. & 60.*

*Cap.5.loci præcit.*

*Signorum* quædam ſumuntur à ſubſtantialiter inhęrentibus,vt à compoſitione peccante,quæ habet eminentiam,ab vna parte & cõcauitatẽ ab alia, præter ſolutum:quędam ab accidentaliter inhęrentibus, vt à dolore, & ab operationis & motus difficultate. Quæ quidem ſigna ſumuntur ex cõparatione ad ſanam comparem iuncturam,vt dicit Auic.Iudicatur ab Hippo.& Gal.libro ſexto aphoriſmorum,quod quicunque à coxendicis dolore moleſtantur & reſtaurantur,& rurſus excidit,coxa,his mucagines ſunt in iunctura,tabeſcit crus,& claudicant,niſi vrantur. Et licet iſta non ſint propria verba Hippo.ita tamen exponit Gal.Modum vrendi dat Albu.cum inſtrumento circulari. Iudicat Auic.diſlocationes compoſitas cum vulneribus, dolore,aut apoſtemate,eſſe difficiles & periculoſas.Ita vt aliquando cogãt remane-

remanere particulam incuratam ſine reductione, vt dicebat Gal.lib.quarto therapeu.Præterea diſlocatio antiqua & indurata,eſt curatu difficilis, & quaſi impoſſibilis. Et ideo quantò citius fieri poteſt acceleranda eſt reductio. Adhæc diſlocationes ſunt diuerſę pro iuncturis in quibus fiunt quia quædam ſunt facilis diſlocationis,& facilis reductionis, vt iunctura poplitis,propter læuitatem ligamenti:quædam difficilis, vt iunctura cubiti, pedum,& digitorum:quædam mediocris,vt humeri,iſchij,&c. Præterea diſlocatio in qua franguntur margines concauitatis oſſium,eſt peſſima. Poſtremò iudicatur reductio,quando auditus eſt ſtrepitus oſſis ingredientis, & depræhenditur figura naturalis comparata ſuo pari,vt dicit Iamerius.

*Curatio generalis* diſlocationum (præmiſſis aliquibus documentis dictis in doctrina fracturarum, communibus omnium reſtaurationum fracturæ & diſlocationis,) habet quatuor intentiones.prima eſt iuncturæ reductio. ſecunda eſt iuncturæ reductę firmatio & conſeruatio. tertia eſt ab apoſtemate,& dolore defenſio. ſed quarta eſt accidentium correctio. Prima cōpletur extenſione iuncturę, & impulſione eminentiæ, & concauitatis repletione ſuaui & indolenti,prout erit poſſibile. Secunda ſic completur inuncta iunctura oleo roſ.& applicato panno gracili,applicentur ſtupæ,aut panni multipliciter plicati, albumine ouorum macerati & ſi eſt neceſſe, plagella ex corio ſuperponatur: & ligetur faſciis oxycrato madentibus latis & longis iuxta particulæ quantitatem, vt infra dicetur particulatim: & collocetur membrum quàm maximè fieri poterit in quiete & abſque dolore:à quarto ad ſeptimum remutando. In ſecundis remutationibus perfundatur, (ſi eſt neceſſe,) aqua calida: in prima,autem ſi fuerit recens, nequaquam:quia augeretur apoſtema,vt de pannis calidis dicit Auic.& emplaſtrum applicetur ex farina volatili,& puluere rubro,cum albumine ouorum vnitis, & ſtrictior tunc fiat ligatura vt dicit Rhaſis. Tertia intentio completur phlebotomia,& purgatione ſi eſt neceſſe,& bona diæta, ab initio tenui: quæ ſedato dolore & apoſtemate incraſſetur, prout eſt dictum ſuperius in fractura: & in fine confortetur perfuſione aquæ decoctionis roſ.abſinthij muſci albi quercini,ponendo ſpadadrapum, aut oxycroceum, reducendo membrum ſuauiter ad priſtinas ſuas actiones. Sed quarta intētio completur pro natura accidentium. Si eſt dolor & apoſtema, prius ſedetur quam reducatur,diſlocatio,quia propter tractionem, timendum eſſet de ſpaſmo & accidentibus malis. Id autem fiet lanâ madente aqua calida & oleo: poſtea reducatur, vt dicit Albuc.Si fuerit cum vulnere, primò reducatur diſlocatio,poſt curetur vulnus, & ſuatur ſi eſt neceſſe: & quando faciet pus, dimittatur illi foramen ad expurgandum. Si verò componatur cum fractura, curetur primò diſlocatio, & poſtea fractura, ſi eſt poſſibile:ſi verò non eſt poſſibile,curetur fractura:& quando porus erit firmus, curetur diſlocatio. Quod ſi eſt diſlocatio antiqua, & fuerit ibi durities, perfundatur aqua decoctionis maluæ, biſmaluæ: inungendo dialthæa, & admouendo emplaſtrum diachylon magnum, aut lanam

*Lib.4.fen. 5.tr.1.c.5.*

ſuccidam imbutam in mucaginibus, adhæc corticibus radicis biſmaluæ coctis & ſubactis & axungia impinguatis: & loco bene emollito, reducatur iunctura, & ſanetur. Vbi ſanata fuerit, ſi motus difficilis aut nullus remanſerit, curetur vt in ſexto de arthretide & paſſionibus iuncturarum, & in antidotario dicetur.

## *CAPITVLVM SECVNDVM*

### *De diſlocatione mandibulæ.*

MAndibula quandoque molleſcit, quandoque ſpaſmo corripitur, quãdoque diſlocatur. Et eius diſlocatio quandoque eſt ad anteriora, & tunc os remanet apertum ſicut in mollificatione: quandoque ad poſteriora, è contrario eius quod accidit per mollificationem, vt dicit Auic. & tunc dentes inferiores ſubintrant ſuperiores, vt dicit Lanfrancus: neque os poteſt aperiri, ſicut neque in ſpaſmo.

*Lib. 4. fen. 5. tr. 1. c. 7. Tr. 4. doct. 2. cap. 2.*

*Signa diſlocationis*, preter ſigna vniuerſaliter data, ſunt, quod nunquam dẽtes ſuperiores cũ inferioribus poſſunt adæquari. Iudicatur ab Auic. & Halyab quod niſi cito reducatur, induratur, & adducit febres, dolores, fluxum cholericum, & alia accidentia mala, donec decimo die interficiat patientem.

*Loco præcit.*

*Reducitur* quando eſt ad poſteriora hoc modo: Teneat caput eius vnus miniſter, deinde intromittat reſtaurator pollicem ſuum in os, & alios digitos ſub mandibula, vel cuneum è ligno, ſi non poteſt ponere digitos: & tũc trahendo vehementer mandibulam, impellat ſub auribus os in locum ſuũ. Si verò fuerit ad anteriora, ſecũdum Guliel. & Lanfranc. ponat faſciam ſatis fortem ſub mento, quæ totum ipſum mentum comprehendat: & tunc vnus miniſter, (quando tu poſueris cuneum intra os, quam poteris abditiſſimè) trahet fortiter capita faſciæ à parte poſteriore, tenendo genua ſuper patientis humeros, patiente iacente ſupino, vt docet Iamerius. Et ſic reſtaurabitur, Deo dante. Poſt verò reſtaurationem ponantur emplaſtra & panni conſuetæ, & ligetur ligatura conueniente dicta in fractura, & remutetur quarto quoque die. Intra duodecimũ diem conſueuit firmari. Iaceat in puluinari firmo: Vtatur ſorbilibus, vt non ſit neceſſe ægrum maſticare. Si autẽ diu manſerit diſlocata, & fuerit dura, foueatur & mollificetur aqua calida, & oleo, & aliis conuenientibus, (vt dictum eſt) & reducatur. Et ſi accidentia mala ſuperueniant, occurre eis pro illorum natura, vt ſi eſt dolor, radendo caput & inungendo ipſum, necnon retro aures, & collum, & axillas, oleo roſ. calido, & cura eum.

*Loco præcit.*

## *CAPITVLVM TERTIVM*

### *De diſlocatione colli, & ſpondylorum dorſi.*

SPondyli (colli, vt) dorſi quandoque diſlocantur completè, quando incompletè. Et eorum diſlocatio quandoque eſt introrſum, quandoque extrorſum, quãdoque verò ad latera & quandoque fit in ſpondylis ſuperioribus,

ribus,& facit anginam ſtrumoſam, deſcriptã à Gal. quandoque in inferioribus: quandoque in mediis,& facit gibboſitatem. Cap. 5.

*Signa diſlocationum* ſunt viſui manifeſta,& tactui. Iudicatur quod omnis diſlocatio ſpondylorum eſt periculoſa,& ſuſpectæ reductionis, propter ſpinalem medullam & neruos, maximè quæ ad interiora fit: quia non poteſt conuenienter tractari. Iudicatur etiam quod diſlocatio ſpondylorum ſuperiorum nocet tranſglutitioni, mediorum reſpirationi, inferiorum verò egeſtioni & mictioni.

*Modus rectificandi* fuit apud Albuc. Halyab. & Auic. ſatis longus: in ſumma tamen, in diſlocatione ſpondylorum colli trahatur caput cautè manibus, aut faſcia, (vt dicit Iamerius) cuneo impoſito inter dentes, per mentum, aut per pilos, aut per aures ſurſum; & humeri pedibus impellantur deorſum, & eminentia comprimatur. In aliis corpus extendatur, & omni induſtria ab vtraque parte trahatur: vel faſciis cum columna & ſuſcudibus vel trochleis, vel turno, & conſimilibus machinis: & eminentia manibus, aut pedibus, aut tabula ſuperpoſita comprimatur. Modus firmandi, & confortandi, & remolliendi vt in aliis exerceatur, niſi quod ferulæ adhibeantur, & iaceat deſuper, vt cõprimatur & remutetur quinto quoque die, quia in 20. firmatur diebus. Lib. 4. fe. 5. tr. 1. ca. 22.

De gibboſitate humorali dicetur, dum de propriis paſſionibus dorſi inferius tractabitur. Tr. 6. do. 2. cap. 3.

## CAPITVLVM QVARTVM
### *De diſlocatione humeri, & partium homoplatæ.*

LIcet Auic. non ponat niſi duos modos diſlocationis humeri, videlicet ad partem interiorem domeſticam verſus titillicium, quia fit vtplurimum: & ad partem exteriorem ſylueſtrem, vt rarò: nihilominus ponit Albu. & quaſi omnes, quod aliquando (ſed rarò) diſlocatur ad pectoris partem: ad ſuperiorẽ autem partem nequaquã, propter additamenta quæ ſunt illic.

*Significatur* diſlocatio iſtius iuncturæ ſecundum omnes, per ſigna communia: quæ ſunt eminentia, & profunditas ſeu cauitas inſolita, & motus difficilis, aliquando & impoſſibilis, quæ ſuo compari poſſunt comprobari. Et per propria, vt profunditas ſeu concauitas & decliuitas magna in humero, & rotunditas eminens ad inſtar oui in axilla: & manus ad caput non poteſt attolli, ad inferiora diſlocatum ſignificant. Eminentia verò anterior, & concauitas retro, & manus diſtenta remanens retro, denotant fracturam ad anteriora. Et eminentia poſterius & concauitas anterius, & quando manus non poteſt à latere ſeparari, ad poſteriora. Iudicatur eſſe aduertendũ bene ad iſtã diſlocationẽ: quia ſæpe propter inflationẽ, & apoſtema, aut contorſionem, decipitur homo, vt Rhaſis recitat, & audiui reipſa acci- Curatio.
diſſe filiæ Regis Franciæ.

*Iſta diſlocatio*, præcipuè quæ eſt ad inferiora, reducitur quinque modis. Primus modus cõpetit leuibus: & eſt talis. Extẽdatur brachiũ & impona-

tur pugnus,aut digitus,aut ſummitas humeri tui ſub axilla: deinde trahendo inclinetur, & trahatur brachium ad inferiora, & reducetur. Secundus modus eſt in fortibus: vt ponatur glomer firmus ſub axilla,& trahatur ſurſum vehementer cum mantili: aut impingatur pede vehementer,brachium trahēdo deorſum,& reducetur. Tertius modus eſt, vt poſito glomere,trāſuerſim ponatur fuſtis, inſtar obicis, ſub axilla, & eleuetur per duos miniſtros,& trahatur fortiter brachium ad inferiora,& reducetur. Quartus modus eſt,vt poſito & eleuato patiente ſuper vnum ſedile, patiens ponat axillam in vno gradu ſcalæ glomere munito: & tenendo & trahendo fortiter brachium, per miniſtrum remoueatur ſedile à pedibus eius, & reducetur. *Li.4.fen.5 tr.1. c.11.* Quintum de manubrio, non intelligo: verum Halyab. Albu. Auic. Brunus, *Li.1.c.20 rub.3.* & Theodor. omnes iſtos modos ponunt. Rogerius tamen, qui mihi ſatis placuit in hoc caſu, non ponit niſi illum de pugno, & de pede cum pila, & *Li.2.c.47* illum de fuſte loco ſcalæ: addit tamen in illo ſedile ſub pedibus. Iamerius *Li.3.c.15.* ſolum ponit illum de pila & pede. Modum cum pila & mantili poſuerunt Gulielmus,& Lanfrancus. Aliæ autem diſlocationes, extenſione & manuum compreſſione, aut mantili, vt ponit Lanfranc. reducuntur. Quod ſi diſlocatio non poſſit reduci, quia diu ſtetit, & indurata eſt, fomentetur, & mollificetur remollitiuis diu, & poſtea reducatur. Reductione facta, *Li.3.c.15.* ſuppoſitis vniuerſalibus ſuperius dictis, placet mihi (vt Rogerio quoque) in primis tribus diebus, propter dolorem præparare cum panno ſubtili, & ſtupis maceratis albumine oui: & poſt cum emplaſtro ex farina & puluere rubro. Et ligetur ponendo pilam ex ſtupis, aut panno ſub axilla: & ligetur bene & firmiter faſcia latitudinis quinque digitorum, & longitudinis duarum vlnarum, à duobus capitibus reuoluta, per medium incipiendo ſuper pilam ſub axilla, deinde ambo capita voluendo, & cruciatim ducendo ſuper humerum ducantur ad aliam axillam: & reducantur iterum ſuper humerum cruciatim, & ducendo ſuper pilam: & iterum & toties voluendo, quouſque bene firmetur, & ſuatur. Et vbi indigebit maiori firmitudine, denuò ſuatur. ſuſtineatur mantili ad collum. Remutetur ſingulis nouem diebus, aut quando inflatio quæ prouenit ex reſtrictorio fuerit depreſſa. Firmatur in 20. diebus, & poſt locus emolliatur dialthæa, aut aliquo ſpadadrapo, aut emplaſtro. Partes humeri parum ſæpe diſlocantur, ſed ſeparantur, potiſſimè furcula pectoris: quia in humeris non ſunt alia oſſa, quàm ſpatula recipiens cum duobus roſtris, & furcula claudens, & adiutorium intrans, vt dictum fuit in anatomia. Separatio autem furculæ con ſtrictiuis dictis curatur.

## CAPITVLVM QVINTVM.
### *De diſlocatione cubiti.*

*Li. 4.fen. 5.tr.1.c.15* CVbiti diſlocatio ſecundū Auic. quandoque eſt parua, quādoque verò magna. Et ſecundū Albu.& omnes alios, quædā eſt ad partē anteriorē, quædā verò ad poſteriorem. Rogerius tamen non curauit niſi de illa quæ fit ad

fit ad

ſit ad partem anteriorem, quia illa plurimum accidit.

*Signa verò* talis diſlocationis, vltra communia de eminentia & concauitate, ſunt curuatio lateralis, & difficultas in motu, & applicatio impoſſibilis ad humerum. Iudicatur cubitus difficulter diſlocari, & difficulter reduci, propter intricationem ligamentorum, & oſſium varietatem. Ad hæc raró diſlocatur radius, quia non habet diuerſitatem magnam: cubitus autem vtplurimum, propter additionem recepti non tranſuerſim ductam.

*De regimine & cura.*

*Eſt intelligendũ* quod vltra duos modos quos ponit Auicenna (ſc. pro anteriori diſlocatione, percutere humerum vola manus, & altera impellere eminentiam ad locum debitum: pro poſteriori verò trahere fortiter brachium, & percutere poſterius cubitum inunctis manibus oleo, vehementer adſtringendo donec ingrediatur) ponit Rogerius modum de talo & ſtapede. & Lanfrancus eum appropriat ad anteriorem: poſteriorem verò ipſe curat extenſione & ſuſpenſione, aut geſtatione ponderis alicuius. Ego autem reduco anteriorem cum genu, poſteriorem vt Auicen. ponit. Et eodem modo faciebat Romanus & Boemus, reſtauratores fortunati. Modus autem cum ſtapede & cum calcaneo, & cum genu, dicantur anteriori diſlocationi. Et intendunt, quando brachium trahitur, impellere rotundum adiutorij in concauitatem focilis à quo exiuit, & ſubito plicare brachium verſus humerum, & fiunt hoc modo: Stapes, ſeu faſcia longa, ligatur ſuper eminentiam: & dum extenditur brachium, ipſa pedi alligata inſtar ligamenti ex quo pendet ſtapes, aut per aliquem miniſtrum retrorſum tracta, brachium, ſubito par magiſtrum ad humerum plicatur. Modus cũ pede: Brachium ſuper planum extẽditur: & dũ trahitur, eminentia calcaneo premitur: & brachium ad humerum plicatur. Modus cũ genu: Brachiũ extenditur: & dum trahitur, eminentia genu impellitur: & brachiũ ad humerũ plicatur. In his omnibus confert brachium conduplicare & extendere, & aliquid ponderoſum ſubleuare, & ſubleuatum portare, vt dicit Iamerius. Ad firmandum, procedatur vt in adiutorio: niſi quod brachium ſuſpenſum ad collum paulatinè conſtringatur, quouſque manus adhæreat humero. Et quarto quoque die remutetur, iuncturam qualibet vice eleuando & deprimendo. In 15. diebus firmatur.

*Li. 4. f. 5. tr. 1. c. 16.*

*Lib. 3. ca. 16.*

*Tr. 4. do. 2. cap. 4.*

## CAPITVLVM SEXTVM.

### *De diſlocatione manus & digitorum.*

ISta oſſa raſcetæ & digitorũ faciliter diſlocanter, & faciliter reducuntur, dũmodo id fiat recenter. Poſſunt autem diſlocari ad quancunque partẽ, præcipuè tamen ad anteriorem & poſteriorem. Significatur autem diſlocatio per communia ſigna.

*De regimine* ipſorum eſt intelligendum, quod tota intentio conſiſtit in bene extendendo, & plicando, & erigendo hinc inde iuncturam, & comprimẽdo eminentiam. Et ſi per hoc non poſſunt rectificari docet Albuc. comprimere eminentiam manu ſupra tabulam. Ad firmandum, non eſt

aliud faciendum quam in aliis: niſi quod apponantur ferulæ è ligno, aut ſolea: & remutetur quarto quoque die. Firmatur ſecundum Iamerium in 12. diebus, & poſtea vt dictum eſt, remolliatur.

## CAPITVLVM SEPTIMVM.

### *De diſlocatione iſchij aut coxæ.*

INtelligendum eſt circa modos diſlocationis coxæ, quod auctores ſunt multum varij ſuper ipſos. Nam Albu. non ponit niſi tres modos, ſcilicet ad interiora, ad exteriora, & ad poſteriora, Brunus, Theo. & Lanfranc. ſequentes Auic. ponunt quatuor, & comparando dicũt, quod vtplurimum accidit ad exteriora, & rarò ad interiora. Guliel. de Saliceto eſt eis oppoſitus in comparatione: quia dicit, quòd vtplurimum diſlocatur ad poſteriora, nunquam tamen ad exteriora, propter os & ligamentum anchæ. Verum quia omnes modi curandi quaſi conueniunt in duobus modis, rectificandi ſcilicet ad interius, & poſterius, ideo non eſt multum curandum.

*Li. 1. c. 20 rub. 8. Li. 2. c. 51. Tr. 4 do. 2 cap 5. Li 4. fen. 5. tr. 1. cap. 24. Li 3 c 25.*

*Circa ſigna* eſt intelligendum, quòd vltra ſigna communia, inter omnes Auic. magis ſpeciatim dictauit propria. Ex cuius verbis (vnà cum eo quod dixit in ſecundo §. illius capituli) habetur, quod in diſlocatione facta introrſum & antrorſum tibia infirma eſt longior alia, & calcat toto pede, & non poteſt iungi cum alia, neque plicari: quia caput coxæ intrauit in inguen, & inflauit illud, & per eam apparet concauitas in parte exteriori. In diſlocatione ad exterius & poſterius econuerſo, tibia eſt breuior, & nõ premit terram calcaneo, neque ab altera tibia poteſt ſeparari: & eſt concauitas in inguine, & eminentia extra.

*Cap. 25. loci præcit.*

*Circa modum* reducendi intelligendum, quod licet autores ponant multos & diuerſos modos reducendi has ſpecies diſlocationis, nihilominus omnes ad vnum communem modum, & duos proprios reducuntur. Vnde communis modus ſecundum Albu. ad omnes modos eſt multum vtilis, quando ignoratur propria ſpecies diſlocationis. Et eſt talis: Teneatur patiens per humeros fortiter, aut ligetur per eoſdem & per radicem coxæ faſcia ad columnam cum torno & trahatur etiam manibus per inguen: & ab alia parte (ſcilicet à parte genu) trahatur fortiter coxa: & vice vna talis fiat extenſio, vt quaſi eleuetur patiens à terra, & tunc coxa ad eandem partem moueatur, quouſque ſit reducta. Primus modus proprius diſlocationi ad interius, & anterius eſt, vt (quòd ſupra dictum eſt) patiens trahatur: & dum eminentia apud inguen calcaneo impelletur, coxa per genu introducatur. Secundus modus proprius diſlocationi ad exterius & poſterius eſt, vt eodem modo patiens trahatur: & dum eminentia extrorſum genu impelletur, coxa per genu ad exterius trahatur. Perfectio reductionis per longitudinem comparis ſanæ manifeſtatur, vt dicit Rogerius, & Iamerius imitator ipſius. Machinam ad extendendum iuncturam ſic aliàs feci: Extẽdebatur menſa longior patiente, & in quolibet extremo firmaba-

mabatur columna:poſtea mantili tranſeunte per inguina, ſub dorſo & ſupra ventrem ligabatur ad columnam, & alio mantili ligata coxa ſupra genu,voluendo totam tibiam vſque ad calcaneum,ad aliam ligabatur columnã:& ſuſcudibus poſitis inter mantile & columnam,torquendo trahebatur ad quamlibet partem.Circa modum firmandi non eſt aliud faciẽdũ quàm in aliis,niſi quod ligatur firmius,incipiendo ſupra eminentiam, ad partem oppoſitam tranſeundo ante & retro per renes ad partem ſanam.Et in interiori ponitur fruſtum panni,aut ſtupa ſupra inguen: & ligatur cũ tibia ſana.Et quando eſt antiqua,ligamento quale ſtapedis pes ſuſpenditur ad humerũ,vt dicit Auic.Pro exteriori,ponitur ferula longa vſque ad calcaneũ. *Lib.4.fen. 5.tr.1.c.62* Et quando eſt antiqua,coxæ alligatur pondus trium aut quatuor librarum cõprehendendo tibiam:& pendeat illud ex trochlea.Mutatur quinto quoque die.Firmatur in tringinta.

## *CAPITVLVM OCTAVVM*

### *De diſlocatione genu, & rotulæ pedis, & partium eius.*

GEnu eſt velocis diſlocationis,fortaſſe enim diſlocatur abſque cauſa, præter deambulationem velocem:aut lubricat parum, ſicut canalis. Multoties diſlocatur abſque cauſa,præter ſaltum.Et genu quidem diſlocatur ad omnem partem,niſi ad anteriorem,propter rotulã & adiutoriũ eius.

*Curatio.* Sedeat infirmus ſuper ſedem propinquã terræ: & eleuentur pedes eius parumper:deinde extendat vir fortis manu ſua deſuper, & ſubtus, extenſione forti:& reducat reſtaurator iuncturam ad diſpoſitionem ſuam, ſecundum iudicium diſlocationis vniuerſalis,& liget eam.

*De rotula.*

*Quando* accidit rotulæ diſlocatio,oportet vt ponatur pes planè in terra, & reducatur rotula:deinde impleatur flexura genu pannis prohibentibus à flexione,& ponantur ſuper eam ferulæ reſiſtentes ei in parte ad quam declinat.Cum ergo ſtringitur,& adhæret, non duplicetur genu cum feſtinatione,ſed paulatim,donec alleuietur.Bene dicit Auic.vt duplicetur paulatim:quia dicit Lanfran.& Iamerius,quod nulla eſt induſtria faciendi ſtare firmam rotulam poſt reductionem,quàm duplare tibiam cum coxa:& ideo ligata teneatur per horam. *Tr.4.doc 2.cap.5.*

*De pede & digitis eius.*

*Circa diſlocationem* pedis eſt ſciendum,quod pes faciliter diſlocatur, & faciliter reducitur: ſed difficulter firmatur, propter multitudinem oſſium componentium iuncturam,& poteſt diſlocari ad quancunque partem,pręcipuè ad exteriorem & interiorem.Cuius ſigna ſunt eminentia,& concauitas inſolita,dolor,& priuatio motus.

In reductione eius non pręcipitur aliud,niſi vt patiente bene firmato, & tibia extenſa pes trahatur,& moueatur ad quancunque partem fortiter: & eminentia manibus comprimatur,quouſque reducatur. Firmetur,& ferulis muniatur. Mutetur quinto quoque die. Quieſcat per 30.vel 40.dies, vt

dicit textus: Sæpe enim in reductione partium pedis erratur. Et Deus per ſui gratiam ab omni errore nos eximat. Amen.

# TRACTATVS SEXTVS.

## DE OMNIBVS AEGRITVDINIBVS quæ non ſunt propriè apoſtemata, neque vulnera, neque vlcera, neque oſſium paſſiones, pro quibus recurritur ad chirurgum: & habet duas doctrinas.

*Doctrina prima eſt, de prædictis ægritudinibus quæ ſunt communes toti corpori. Secunda erit, de his quæ propria ſunt vni membro.*

Doctrina prima habet octo capitula.

### *CAPITVLVM PRIMVM*

*De arthritide & dolore ac duritie iuncturarum.*

ARTHRITIS, eſt dolor iuncturarum ex fluxu humorũ in iuncturis generatus. Certum eſt enim (ſecundum Gal. in commentario illius ſexti aphoriſmorum, Eunuchi non laborant
*Aph. 28.* podagra) quod defluente aliquo humore ad iuncturas, illa paſſio fit. Si igitur, vt ſequitur in litera, nũquam flueret illuc «
materia, nunquã paſſio eſſet. Et accipit hîc ſpeciem pro genere, pro arthri- «
tide podagram, vt ſupra aphoriſmum prefatũ dicebat Albertus Bonon. Eſt «
enim arthritis, apoſtema: (ſumendo apoſtema largè) quod in diſgregatione fit articulorum, ſecundum Halyab. in nono ſermone partis primæ libri
*Cap 21.* diſpoſitionis regalis. Tametſi multi dicunt, (vt ponit Rhaſis in libello ſuo de dolore iuncturarum,) quòd talis paſſio poteſt fieri ex mala complexio-
*Lib. 3. fen. 22. tract. 2. cap. 6.* ne ſine materia. Eſt tamen hoc rarum, vt dicit Aui. & cum hoc, talis dolor non eſt arthritis propriè, ſed largè & impropriè. Vnde Gal. lib. decimo ſec. loc. inquit: Materia abundans quæ facit arthritim ſciaticam, & podagram,
*Cap. 2. ſect. 1.* defluendo, comprehendendo, & implendo iuncturam & ligamenta lata foris, extendit omnes neruoſas particulas: quare infert dolorem, & non ſpaſmum, vt dicebat idem Gal. in commentario. Quicunque podagrici ſexto
*Aph. 49. ſect. 6.* aphoriſmorum. Gutta autem vulgò appellata, & arthritis idem ſunt, vt dicit Gord. Sed dicitur gutta à fluxu, arthritis ab arthro, qui eſt articulus. E-
*Part. 7. c. 19.* ius ſpecies ſunt iſchias in iſchis, & podagra in pede, & arthritis in aliis iuncturis, per Gal. lib. ſec. loc. præalleg. Chiragra propriè non eſt arthritis, ſed inflatio manuum phlegmatica, de qua in tract. de apoſtematibus dictũ eſt ſuprà. Neque etiam tumeſcentia genuũ quę in pueris ex indigeſtione multoties accruatur, eſt arthritis, vt dicit Gal. in cõmento, Infans podagra non
*Aph. 30. ſect. 6.* laborat. De nominibus tamẽ non eſt curandũ pręter id quod tales differẽtię non multũ faciunt ad curã, niſi in iſchiade, propter materiæ ſitũ. A materia verò & à ſymptomate dolorifico ſumuntur potiſſimę intentiones curatiuæ. A materia, quia quædam eſt arthritis frigida, quædã calida. A dolore, quę-

re,quædam eſt clamoſa & moleſtiſſima,vt dicebat magiſter Paulus:quædã ſatis tolerabilis & quieta.

*Cauſæ paſſionum* iuncturarũ,ſunt eędẽ quę apoſtematũ:generales,vt cauſę rheumatis:& ſpeciales,vt primitiuę antecedẽtes,& cõiunctę,vt ſupra de apoſtematibus fuit ſpeciatim declaratũ.Mẽbra autẽ mãdãtia,quãtũ ad phlegma attinet ſunt cerebrũ & ſtomachus:quantũ verò ad cholerã & ad alias ſuperfluitates,hepar & venę Et propterea dicebat Aui.ꝙ horũ quidẽ hu-
» morũ plurima portio eſt ſuperfluitas digeſtionis ſecundæ & tertię. Mẽbra *Lib.3.fen. 22.tr.2.*
» autẽ recipiẽtia ſunt iũcturę.Et iſtas cauſas diſtinguebat Aui.in tres, ſcilicet *cap.5.*
» in cauſas materiales quas efficiẽtes vocabat:& in cauſas inſtrumẽtales quæ ſunt latitudines meatuũ per quos materia trãſit facillimè:& in cauſas patiẽ *Ibidem.* tes,quę ſunt debilitates iũcturarũ à natura,vt quia de genere arthriticorum aut per accidẽs,vt eſt caſus,& percuſſio & regiminis malitia.Primũ cõcipitur ex verbis Hipp.lib 6.aphoriſmorũ,Mulier podagra nõ laborat niſi mẽ- *Aph.29.* ſtrua ei deficiãt:tũc enim retinetur materia multa,& poteſt podagra affici, vt dicit cõmẽtarius.Ecce cauſã materialẽ.Secũdũ accipitur ab illo,Eunuchi & pueri podagra nõ laborãt:quia nõ coeũt,neq; dilatãt meatus vnde mate *Aph.28. & 30.ſec. 6.* ria facile trãſeat.Ecce cauſã inſtrumẽtalẽ.Tertiũ cõcluditur in pręfato cõmẽtario,vbi Gal.dicit,neceſſariò quidẽ oportet habere pedes, & ( ſupple ) iũcturas imbecilliores,ſi debet quis capi podagra:quẽadmodũ cerebrum,ſi debet qs epilepticus eſſe.Eſt ergo autore Gal.lib.ſec.loc.vbi ſupra,aliquã- *Li.10.κα. τό. ſect.1. cap.2.* do qui ꝓuenit humor ſãguine⁹,vtplurimũ autẽ phlegmaticus,vel miſtus ex phegmatico & cholerico,vel cũ his ſãguineo:rarò tamẽ ſit à melãcholico, vt dicit Aui.Nã ſplenetici & melãcholici rarò ſiũt rheumatici,& ècõuerſo, vt Aui.recitat ex Hip.Et rariùs ex humorib⁹ corruptis:rariſſimè ex omni- *Ibidem.* bus miſtis ſecũdũ ꝓportionẽ ſuã in corpore,vt dicit Rhaſis.Et mutatio ſubita paſſionis,oſtẽdit materias iſtas flatũ comitari,vt in quodam regimine *De ægrit. iunct. c.1.* papali dicebatur.Et vtplurimũ iſtę paſſiones ſũt cõpoſitæ ſine ꝓportione dicta:rarò tamẽ ſimplices.Nã humor crudus ſine cholera ad iũcturas currere nõ poſſet,vt Rhaſis in lib.inuenẽbat diuiſionũ. Curę autẽ ſimpliciũ, ſicut de apoſtematibus dicentur,vt per eas compoſitæ habeantur. *Cap. 101.*

*Signa arthritidis* clamoſę nõ oportet deſcribere:nã ſatis eã deſcribũt infir- *& de ægr. iunct.c. 8.* mi.Signa autẽ arthritidis calidę & frigidę,licet habeãtur per ſigna apoſte- *Signa & iudicia.* matũ calidorũ & frigidorũ ſuperius in tract.de apoſtematib⁹ dicta:nihilominus Gal.in l.ſec.loc.dat octo modos cognoſcẽdi materiã ipſarũ,ex colore,ex tactu,ex applicatis,ex ꝓcedẽti diæta,ex cõplexione,ętate, regione, & *Lib.10. c. penult.* tẽpore.Aui.autẽ addit iſtis modis modũ doloris, diuerſitatẽ durationis, & cõſuetudinẽ,& iudiciũ vrinę & aliarũ ſuperfluitatũ. Cõſideretur igitur, vt *Lib.3.fen. 22.tr.2. cap.6.* dicit Gordo.in primis locus,an rubet,dolet,calet an delectatur frigidis, & triſtatur calidis:an præceſſit diæta calida,& eius complexio,& ætas, & alia particularia conueniant in caliditate,ſatis videtur probabile arthritim eſſe calidam. Si autem econuerſo, eſſe frigidam. Attamen in his ſæpiſſimè fa- *Part.7.c. 19.* cit errare, & ponit difficultatem tam in ſignificando quam in curando,

*De ægrit. iunct. c.2.* compoſitio materierum,ſitus,& natura applicatorum, vt dicunt Rhaſis, &
Auic. Vltra iſta ſigna inuenitur ſecundum prædictos viros, quod arthritis
*Ibid.* vtplurimum incipit à podagra : & præcipuè circa articulum maiorem , &
latera pedis:& iſchias cõmunicat anchæ,& vſque ad calcaneum extenditur.
*Aph.49* Iudicatur ab Hipp.lib.vj.aphoriſmorum, quod quæcunque podagricæ ægritudines
fiunt , hæ inflammatione ceſſante in 40.diebus deſiſtunt. Sicut
enim (vt ibidem dicit Gal.)terminus phlegmonum particularum carnoſarum
eſt 14.ita & neruoſarum 40.quia natura ſubſtantiæ carnis eſt rarior,
quam ſubſtantia colligantiæ. Materia enim quæ eſt in carne, cito congregatur,&
cito reſoluitur : quæ autẽ eſt in colligatione,econtra , vt dicit text.
Vnde fit,vt tumorem, & varices apparere in arthride, dicetur eſſe bonum:
contrarium verò malum,vt dicit vulgus, & hoc eſt quoniam tunc materia
dimittit particulas neruoſas , & conuertitur ad carnoſas.Ægritudines iuncturarum
quatuor habent tempora , & ſequuntur motum ſuarum materierum,ſicut
alia apoſtemata: & terminãtur vtplurimum ad reſolutionem,aut
*Cap.102.* ad lapideam duritiem. Proprium autem earum eſt (vt dicit Rhaſis in diuiſionibus)quod
non faciant ſaniem, ſicut reliqua apoſtemata. Iudicatur etiã
*Aph.55.* per ipſum Hipp.lib.vj.aphoriſmorum , quod vere & autumno mouentur,
vtplurimum: vere,propter abundantiam humorum per hyemen generatã:
autumno,propter eorum malitiam, & latitudinem meatuum, per æſtatem
factam.Aliquoties tamen mouentur hyeme,propter frigiditatem comprimentem
: & in æſtate , propter caliditatem diſſoluentem, vt in tertium a-
*Li.3. fen. 22. tra. 2. cap.6.* phoriſmorum annotatur . Amplius dicit Aui. dolores iuncturarum eſſe ex
cenſu ægritudinum hæreditarium : quoniam ſperma eſt ſecundum cõplexionem
generantis. Ad hæc ſicut in dolore iuncturarum, quando indoctè
repercutitur, eſt timendum de reditu materiæ ad membra principalia : ita
ipſa atttritis ſecurum patientem reddit à multis nocumẽtis , vt in ſeptimo
therap.& quarto ſaniti tuendæ deducitur euidẽter. Inter dolores iuncturarũ,iſchias
eſt peior,ſecundum Aui. Præterea,dolores iuncturarũ ſæpiſſimè
cõmouent febres : & febris, & colica cõmouent eos,vt dicit Aui. Amplius
dicit Aui.quod omne membrum in quo èſt dolor iuncturæ, & protrahitur
macreſcit,& attènuatur , vt in gibbo & vulneribus iuncturarũ manifeſtum
euadit:& hoc eſt propter virtutis debilitatem. Præterea ſcias,quod ægritudines
iuncturarũ , poſtquam impreſſæ fuerint mẽbro,licet actus afflictionis
earũ remoueri poſſit,aptitudo tamẽ ſemper remanet. Nã omnis immoderata
qualitas diu exiſtẽs in mẽbro,actionẽ ipſius debilitat , vt dicit Aui.
Et hinc eſt,quod velociter fiunt recidiuæ. Et non obliuiſcaris dicit Rhaſis
in diuiſionibus,quoniã dolor iuncturarũ quãdoque perducit ad aſthma,paralyſim,apoplexiã:&
ad turbationem ſenſus,quandoque ad mortẽ ſubitam.
*Curatio.* *In curatione* arthritidis ad duo cõmuniter intendunt doctores, & tertiũ
addebatur in illo regimine papali. Primũ eſt, ad præſeruandũ antequam
veniat. Secundum , ad curandum dum actu infeſtat. Sed tertium, ad reſumendum
cùm iam afflictio ceſſauit. Regimen præſeruatiuum tres habet
inten-

intentiones. Prima eſt, vt materia non generetur. Secunda, vt generata expellatur. Sed tertia, vt membra mandantia & recipientia emendentur. Prima completur, prout eſt materia calida vel frigida, debita adminiſtratione ſex rerum non naturalium, & trium quæ in generalitate ſui ſunt illis annexæ. Eæ ſunt aër, cibus, & potus, inanitio & repletio, ſomnus & vigilia, motus & quies, & animæ accidentia ad hæc, occurſus rerum extrinſecarum, balneum, & ambulatio ſub dio. Secunda completur debitis phlebotomiis, & euacuationibus. Sed tertia requirit corroborantia & deſiccantia membra illa. Regimen autem curatiuum in afflictione quatuor habet intentiones. Prima eſt in victu, vt ſit tenuis. Secunda in materia antecedente, vt euacuetur, diuertatur, & fluere prohibeatur. Tertia in materia coniuncta, vt repercutiatur, & euaporetur. Sed quarta in accidentibus, vt ſedentur. Regimen verò reſumptiuum tres habet intentiones. Prima eſt in victus ratione, vt paulatim reducatur ad regimen ſanorum. Secunda, vt ſi aliquid materiæ derelictum fuerit, diureticis, & theriaca finiatur, & conſumatur. Sed tertia vt iuncturæ balneo, & vnctione vulpina, & conſimilib. lenianur, & corroborentur. Verum quia iſta magis pertinent ad dominos phyſicos nec in arthritide chirurgi vocantur, niſi pro manuali operatione, & aliquando in afflictione (in qua vocãtur omnes, etiã empirici) exquiſitam pertractationẽ de modo, & qualitate complendi prædictas intentiones omittã, ſuperficie tenus aliqua tãgendo. Quantũ autem ad regimen præſeruatiuũ, pro prima intentione cõplenda, quæ erat de victu, ne materia generetur, præcipuè frigida, collegit magiſter Arnal. 10. aphoriſmos extrauagantes, qui gratia ſuæ excellentiæ hic inſerantur. Eorũ primus eſt de aëre. Pedes podagricorũ aër offendit excellenter infrigidãs, & faciens æſtuare. Secũdus de cibo & potu: lactans porcellos, & fluuiales aues, nec non vetuſtiſſimæ gallinæ, proditionaliter feriũt inferiores iũcturas. Tertius: piſces belluales, & anguillæ iuncturis ſemper aduerſantur. Quartus: minas infert iuncturis & capiti, qui lac animaliũ cum vino & cibis ſumit. Quintus: potus qui nõ ſpectat ad iudiciũ veræ ſitis, iuncturis miniſtrat grauamina læſionis. Sextus: ſicut auarus vẽter opprimit omnes artus, ſic quotidiana largitas fouet eos. Septimus: omnis fatigatiua deambulatio, & pedũ ſuſpenſio, lædit iuncturas. Octau⁹: in dormiẽtibus, nimis lædit articulos decubit⁹ reſupinus. Nonus: extremis ãrtubus excitat iracundia tempeſtatem. Decimus: paſſibilitas iuncturarũ, & maximè pedũ, nequit vſum nocentiũ in quãtitate notabili tolerare. Ex dictis etiã Gal. ſuper illo aphoriſmo, Eunuchi non laborant podagra, cõcluditur quòd crapula, ebrietas, cruditas, ac exercitij & purgationis cõſuetæ omiſſio, & immoderatus coitus, innumerabiles faciũt podagricos. Pro ſecunda intentione cõplenda, quæ erat materiæ generatæ expulſio, addit præfatus Arnold. iuxta aphoriſmorum Hipp. phlebotomiã, & pharmaciam vere & autumno, aut antequã incidat paſſio, eſſe faciẽdam. Quomodo autẽ ſit phlebotomia & pharmacia, ſatis in tract. de apoſtematibus fuit dictũ, & dicetur infra. Verũ pro ipſis purgandis diacartamũ, quod

Phlegma & choleram conuenienter purgat,ſub hac forma præfatus Arnal. præſcripſit. Recipe pul.diatragacanthi frigidi.vnc.j.carnium cydoniorum cõfectarum cum zuccha.vnc.ij.zinzi.albi,hermodactylorum, ana drac.iiij. medullæ cartami, drac.vj.diagridii,drac.iij.turbit electi,vnc.j.mannæ granatæ,mellis roſ.deſpumati,ana quart.ß.panis zucchari, vnc.xvj.fiat electuarium. Doſis,eſt drac.iiij. Pro tertia verò intentione complenda (quæ erat

*Doct.3. aphoriſ.*

membrorum confortatio) quantum ad iuncturas, collegit idem Alnard.alios decem aphoriſmos.Quorum primus eſt,aluminoſis pedibus nunquam deeſt robur proſperitatis. Secundus: ſaluia parũ cocta & crebro ſumpta in fine paſtus,miniſtrat ineffabile iuuamentum neruis & omnibus iuncturis. Tertius:flores amygdali,necnon myrthi, & chamæmeli,meliloti,atque roſæ ſemper proſunt iuncturis. Quartus:acorus,& hedera non arborea, ſed terreſtris,ſpecialiter iuncturis omnibus amica ſunt. Quintus : nux indica iuncturis & neruis præ cæteris terræ naſcentibus, multipliciter eſt amica. Sextus: qui ſæpius calcat vuas, aut muſto recenti balneat pedes ſuos,rariſſimè podagra capitur.Septimus:verbena geſtata recens trita, columnas pedũ iuuat viribus occultis. Octauus:cæleſte ſignum dolorem pedũ effugat

*Cap. 22. de ægrit. iunctur. Fe.22.tr. 2.cap.7.*

in æternũ.Nonus additur à Rhaſi,quòd nulla medicina in præſeruatione à dolore iuncturarũ eſt ita iuuatiua,ſicut vrinæ prouocatio:quod Halyab.cõcedit in ſermone primo libri ſecundi regalis diſpoſitionis. Et Auic.in tertio præcipit,vt ſi dimittũt vinum,diureticis vtãtur. ſuperfluitates enim ſecundæ & tertiæ digeſtionis purgant diuretica,vt monſtratur euidenter. Aqua ergo cicerum cõuenienter domino noſtro Papæ adminiſtrabatur, maximè in præſeruatione.Quantũ autẽ ad mẽbra mandãtia,adminiſtrari præcipiũtur in illo magno regimine electuaria,tragemata,emplaſtra,& alia auxilia corroborãtia:& hoc de regimine præſeruatiuo.Quãtum autẽ ad regimen curatiuũ afflictionis, pro prima intentione cõplenda (quæ erat in

*Ibidem.*

victu)præcipit Auic.& quaſi omnes,vt auferatur vinũ, & ſubtrahãtur carnes, maximè in arthritide calida. Vtantur melicrato: & ſi eſſet cum diureticis, gratũ eſſet Auic.Et ſi illa diuretica eſſent domeſtica, & poſt principiũ,ſufficeret mihi: magíſque ſi materia partes ſuperiores obſideret. Si tamẽ à vino nõ poſſet abſtinere , ſit craſſum à principio cum multa aquæ quãtitate: poſt verò tenue.Vtatur auenato,hordeato,& ſimilibus, prout dictũ fuit in tract.de apoſtematib.ſupra.Pro ſecunda intentione (quæ erat diuertere, & prohibere fluxum)cõceduntur vomitus, & clyſteria acria, in quibus ſit be-

*Lib.3.fe. 22.tr.2.c. 7.*

*De conſ. oper. medic. diſt. 2 cap.I.*

*De ægr. iunct.c.I. & 3.*

nedicta:& purgatio cum diacartamo : & phlebotomia de parte cõtraria ſi adſit plethora,aut ſanguinis abundãtia:tutius tamen fit poſt principium,vt dicit Auic.imò(quod mirum eſt) eam à principio penitus prohibet: quod verum eſt vbi abundat cholera aut phlegma : vt in tract.de phlebotomia dicit Arnald. Et cõſtrictio cum auxiliis conueniẽtibus , non ſupra locum tumefactum,ſed in parte à qua venit materia,vt dicit Rhaſis. Pro tertia intentione circa materiam coniunctã, eſt neceſſariũ, vt in aliis apoſtematib. fuit dictũ,quod in principio procedatur cum repercuſſiuis,pręterquã in iſ-

chiade

chiade, non quibuſcunque, ſed domeſticis, ne materia retrocedat ad membra principalia, aut induretur & fiat inobediens reſolutioni, vt dicit Auic. & miſtis inæqualiter repercuſſiuis & reſolutiuis in augmento: & æqualiter miſtis in ſtatu, & puris reſolutiuis in declinatione. Talis quidem fuit voluntas Gal. in tract. ſæpe dicto. Et licet auxilia communia quæ in vtraque materia complent intentiones prędictas, poſita ſint ſuperius in tractatu apoſtematum, & etiam infra in antidotario aliqua ponentur, nihilominus gratia manifeſtæ doctrinæ hic aliqua formentur. Et ſæpe fiat mutatio de vno ad aliud, eiuſdem tamen rationis: quia natura eo gaudet, & quod proficit in vna hora, nocet in alia, vt dicit Auic. Auxilia quæ complent intentiones in materia frigida, primò repercuſſiuorum eliguntur duæ formulæ: quarum prima eſt Auic. Reci. ſabinæ, nucum cupreſſi, oſſium aduſtorum, ana partes æquales: aluminis, partem vnam. tragacanthi ſextam partem vnius. glutinis piſcium, quantum ſufficit ad aggregandum: & fiat emplaſtrum. Secunda eſt Rhaſis. Re. olei nardini, ſtyracis, myrrhæ, aloes, acaciæ, quantum tibi videbitur, miſceantur cum aqua gallarum coctarum, (vt dicebat in tract. de iuncturis) & fiat linimentum. Auxilia reſolutiua trium aut quatuor eliguntur formularum. prima eſt Auic. Re. ſtercoris bouini calidi, quantum volueris: & calidum applicetur. Halyab. autem addit huic ſtercus caprinum, & cinerem caulium communium, vniendo cum melle. Et conſulit vt ante emplaſtri applicationem lauetur locus aqua decoctionis chamæmeli, meliloti, anethi, maioranæ, centaureæ, & conſimilibus. Secunda formula eſt Rhaſis ad Almanſorem. Re. ammoniaci, bdellij, ſtyracis in vino veteri diſſolutorum, an. partē vnā. fœnugræci, ſe. lini. an. par. ß. cōmiſceātur oleo coſtino, & fiat emplaſtrū. Ad eandē intentionē magiſter Dinus. Re. aloes, vnc. ß. ſalis, drac. ij. croci, drac. j. farinæ lupinorū, vnc. j. furfuris ſubtilis, vnc. ij. mellis li. ß. aquæ cineris, quod ſufficit ad coquendū: fiat emplaſtrū. In reſolutione etiā iſtius materiæ cōfert aqua ardēs, & oleū benedictū & diſtillatio dicta in cap. de paralyſi. In materia calida auxilia repercuſſiua ſunt triū formularum. Prima eſt Auic. ex aquis endiuiæ, roſ. plātaginis, ſolani, decoctionis ſandal. cū modico aceti: aut oleum ipſorum, aut ceratum ex oleo roſ. & cera lauatū, aut mucago pſyllij, aut albumē ouorum quibus macerētur pāni, & ſæpe renouētur, & applicētur. Secunda formula eſt Rhaſ. in tract. de iuncturis: Re. ſandali rub. boli arm. memithe, ſidij, ferruginis, opij, ana: cōfice cū aceto & aqua roſ. aut ſucco coriādri. Tertia formula eſt ibidē. Re. oſſium cōbuſtorū lauatorū & deſiccatorū, zurūge (quod credūt eſſe hermodactylū) amyli, ceruſſæ, ana partem vnā, cōfice cum aqua roſ. cāphorata. Ad eādem intentionē magiſter Dynus. Re. roſ. vnc. ij. farinæ hordei, vnc. iij. farinæ lentiū, vnc. vj. coquātur in oxycrato: & addendo modicū olei roſ. applicētur. Auxilia reſolutiua ſunt etiā triū formul. Prima eſt Aui. R. aloes, myrrhæ, croci, ana: diſſoluātur in aqua cauliū, aut endiuiæ iuxta caliditatis formam: & ſi addatur farina hordei, melius erit. Secunda eſt Gal. lib. decimo ſec. loci. Recip. aloes, vnc j. ſucci centaureæ, vnc. ß. floris lapidis aſij, aluminis ſciſſi, ana drach. ij. thuris, myrrhæ, opij, man-

*Ibid. cap. 10.*

*Cap. 13. Ibid.*

*Lib. 3. fe. 22. tr. 2. cap. 19.*

dragoræ,ana drac.j.aggregentur cum vino dulci, & diſſoluantur lacte, & *Li.2.diuiſ.c.45.* vngatur locus cum penna. Tertia formula eſt Rhaſis. Re. mucaginis pſyllij, & ſe.lini,& fænugræci,& farinæ amborũ : cerati facti ex oleo chamæmelino aggregentur, & illine. Et conſulit quòd ante linitionem fomentetur membrum aqua calida, & dimittantur medicinæ per decem horas. In materia autem miſta oportet miſcere medicamina. Et licet prædicta poſſent miſceri ſecundum coniecturam, nihilominus aſſumo ad reſoluendum *Lib.1.cap.102.* hîc materialia aliqua electa à doctorib. Primò Rhaſis in diuiſionibus iubet accipere micam panis ſiliginis,& vitellos ouorum,atque crocum,confecta cum lacte & ſapa Secundò *Li.2.tr.7.cap.31.* Auenzoar. Re.farinæ hordei, lib.j. cineris nucũ cupreſſi,quart.j. conficiantur cũ oleo & aqua. Tertiò Albu.23. parte antidot.Re.farinæ fœnugræci,ſe.lini,anethi,chamæmeli,an.drac.x.bdellij, ſtyracis liquidæ ammoniaci,galbani,an.drac.v.olei lilij quod ſufficit: diſſo- *Lib.3.fen.22.tr.2.cap.14.* lutis gũmi in aceto,fiat emplaſtrum.Itẽ Aui.Re.farinæ fœnugræci,lib.j. coquatur in oxymelite: & fiat emplaſtrũ.Itẽ vrina cocta cũ ſale ponitur à vulgo.Itẽ ſuccus ebuli inſpiſſatus cũ oleo roſ. ponitur in regimine papali. Ad eandẽ intentionem dictauerunt experimentatores generoſi vnguentum è limacib.è ſerpentibus, è ranis, teſtudinibus, è vulpe, veſpertilionibus, & conſimilibus. Et fiunt ſimpliciter coquendo ea in aqua ſalita, & colligitur pinguedo: aut ponendo cũ ſale in olla perforata, cũ alia integra illi ſuppoſita,ſepeliendo in fimo,& qđ diſtillat ſeruetur. Cõpoſitæ etiã fiunt: primò *Cap.10.ſect.29.&ſeq.* G.in fine catageni ponit vnguẽtũ ex ranis & teſtudinib.Re.olei radicis cucumeris agreſtis,lib.ij.olei maioranæ,& alcãnæ,ceræ,terebinthinæ,galbani,medullæ oſſiũ cerui,ana quart.j. ranas tres numero ſanguinẽ teſtudinum duarum numero balſami,drac.ij. coquẽdo ranas & ſanguinem teſtudinum in oleis,colẽtur:& tũc reliqua miſceantur, & fiat vnguentũ: eſt enim valde pretioſum. Vnguẽtũ è vulpe ſecũdũ Heb.Meſ.℞.vulpẽ integrã interiorib. euulſis:& coque in vaſe terreo,cũ aqua ſalita,vino & oleo(adiũctis ſaluia, rore marino,iunipero,anetho, origano,& maiorana) vſque ad aquæ & vini cõſumptionẽ, & donec vulpes ſit ita cocta, vt caro ab oſſib.ſeparetur: po- *De ægr.iũct.c.26.* ſtea torculari exprimatur, & coletur, & fiat vnguentum. Vnguentum è veſpertilionib. ſecundũ Rhaſim. Recipe veſpertiliones ſeptem nu. pone lebete,& cooperi aqua pluuiali,& coque vſq; ad medietatẽ: poſtea cola: & pone tãtũdẽ olei roſ.& ſuperiora ſalicis:& coque ad cõſumptionẽ aquę,& cola:& fiat vnguẽtũ. Halyab.autẽ ex iſtis faciebat balneũ: & decoctioni addebat rapas,porros & cepas,erucã,caules,fœniculũ,& apiũ. Et inde eſt ꝙ ego, de præcepto Iſaac, facio eos lauare iure raparum. Vnguẽtum ex anſere Tadei Bonon. Recipe anſerem pinguem auulſis plumis & mundatum ab interioribus: farciatur carnibus catorum pinguium, ſalitis ſale communi, & ſale nitro ſale ammoniaco, & ſale gemmæ, atque alumine,an.vnc.j. & addatur euphorbij, aſſæ fœtidæ, caſtorei, ana vnc.ß. lento ignem aſſetur: & quod diſtillauerit retineatur, & fiat vnguentum. In farcimine iſtius anſeris poſſent poni iura artetica, pes colũbinus, pes coruinus, hermo-

dacty-

dactyli Theod.etiam addit parietariam,rutam,marrubium,radicem cucumeris agreſtis,folia hederæ,& gũmi eius: & tunc diſtillatio eſt magis prætioſa in materia frigida,& antiqua.Emplaſtrũ è formicis probatum à Rhaſi in materiis calidis maximé. Recipe terræ formicarum cum ouis & toto, vnc.iij.farinæ hor.& fabarum,ana vnc.j ro.vnc.ß. maluæ, mandragoræ,ana vnc.vj.coque maluas & mandragoram in trib.lib. aquæ vſque ad medietatem,& cola:& confice reliquas medicinas in mortario puluerizatas,addẽdo tria albumina ouorum,& duos vitellos: & vtere. In iſchiade autem cõpetunt omnia dicta:ſi modo fortificentur ſinapi,& oleo ipſius, fermento, & ſimilibus, quæ à profundo materiã extrahunt.Et ad iſtam intentionem admouentur cucurbitulæ,rubrificationes,& veſicationes ex aliis, & cantharidibus,& panta lupina,& marcilio:& cauteria potentialia. & etiam actualia,pũctualia,oliuaria,& circularia,in circuitu iuncturę,& in medio ipſius, vt docet Albucaſ.& dicetur infrá. Et fluere permittuntur per 40.dies (qui eſt terminus arthritidum)vt dicunt quatuor magiſtri,admotis turundis,foliis caulium & hederæ, donec ſit curatus, & ſic perficitur tertia intentio. Quarta verò, quæ erat accidentium correctio, completur prout ſunt accidentia,potiſſimè duo,dolor videlicet, & durities. Dolor autem in arthritide ſedatur dupliciter:verè euaporatiuis ſuperius dictis:& palliatiuè, narcoticis.Et quia difficile eſt ſigillatim iſtis in tali dolore operari,idcirco eſt tutius miſcere ambo.Et ad hoc eliguntur quatuor auxilia.Primum eſt Rhaſis & Auic.& id acceperunt à Gal.in lib.ſec.loc.Recipe micam panis albiſſimi,& miſce eam lacti vaccino donec fiat ſicut vnguentũ:& pone decimã partem opij,& croci quartam partẽ ipſius opij,& ſubigendo fiat ſicut linimentum: apponatur, & ſæpe mutetur.Ad idem: Recipe cerati roſ.librarn vnam:opij,croci,ana drach.ij. miſceantur, & applicentur. Ad idem ponit Lanfrancus amylum,& camphoram,ſubacta cum aqua roſ.In regimine illo papali: Recipe,capitum papaueris al.cum ſeminibus & corticibus ſuis, hordei mundati,ana partem j.ſeminis hyoſcyami partẽ tertiam vnius.bulliant in lib.j.aquæ,vſque ad conſumptionem medietatis: deinde colentur: &colaturæ addatur mucaginis pſyllij,fœnugræci,ſe.lini,extractæ in aceto, quantum eſt colatura:olei roſ. cum albuminibus ouorum, quantũ eſt medietas:& fiat linimentum,quo madeat pannus lineus,& frigidum applicetur,& quàm citò calefit renouetur.Amplius:ſecundum intentionem Hippocr.& Gal.quinto aphoriſmorum,aqua frigida multa affuſa articulis, dolorem ipſorum ſoluit obtundendo ſenſum: torpor enim mediocris dolorẽ ſedat,vt dicit textus.

*Li.4.c.5.* *Lib. de ægr. iunct. cap.26.* *De ægr. iunct. c.11.* *Lib.3.fen. 22.tr.2.c. 15.* *Cap.3. ſect.2.* *Tr. 3. doc. 2.c.17.* *Aph.25.*

*Durities iuncturarum* conſequens arthritidas, licet ratiſſimè curetur(iuxta illud Ouidij, Soluere nodoſam neſcit medicina podagram) nihilominus emẽdatur medicinis mollitiuis & reſolutiuis domeſticis,& cautè iuxta doctrinam datam in capitulo de ſcirrho & ſcliroſi, & infrà in antidotario dicendam.Et etiam Rhaſis in tract.de iuncturis, vbi ponit modum euaporationis cũ marcaſita ignita,in aceto extincta, dictat ad hoc in ſpeciatim

*Doct.1. c. 5. de mollific. Cap.15.*

iſtud emplaſtrũ,Recipe ammoniaci,opopanacis,galbani,bdellij,ſulphuris,
nitri,ſinapis,pythethri,ana part.vnã.lithargyri quãtũ de omnibus : coqua-
tur lithargyrus in oleo,& gummi diſſoluantur in aceto, & bulliant, & fiat
*Cap.26.* emplaſtrum : ſuperponatur loco,prius cum aliquo mollificato. Ad quam
intentionem,& ad ſpaſmum,dictat tale vnguentum:Recipe bdellij in ace-
to,& modico ſapæ,& mellis diſſoluti, drach. xxx. olibani, opopanacis,am-
moniaci,myrrhæ,ana drach.j.& ß.olei chamæmelini,vnc.iij. olei antiqui,
pinguedinis gallinæ,anſeris,aquilæ, vel anguillæ,ana vnc.j.pinguedinis vi-
tuli,vnc.ij.confice, & fiat vnguentum.Ad eandem etiam intentionem va-
let diachylon paruum & magnum Heben Meſ. quorum formulæ dabun-
*Antid.* tur infrà. Gal.verò teſtatur lib. decimo ſimplicium pharmacorum , quòd
*doct.1.c.5.* caſeus antiquiſſimus coctus in iure tibiæ ſalitæ porci , rumpendo cutem
*de mollif.* cum virulentia extrahit lapides gypſeos, & mollificat duritiem iunctura-
*Cap. 9.* rum: ipſe autem(vt dicit)probauit in multis.Rhaſis autem hoc recitando,
*De iunct.* naſturciũ addit.Durities verò quæ cõſequitur algebras, & alias ſolutiones
*cap.15.* iuncturarũ & neruoſarũ particularũ,etiam eſt difficilis curationis:maximè
quando eſt deſiccata & ad maraſmũ redacta, adeo vt fricãdo non rubeſcat,
*De iunct.* vt dicit Rhaſis.Et illa in qua nullus,aut paruus eſt ſenſus, eſt iam ſuſpecta:
*cap.15.* & tempus ad operandũ,ſi melior reddi debet,requirit longum. Nihilomi-
*Li.4.fen.* nus ſi deprehendatur in loco aliqua materia , curetur inciſiuis, vt dicit A-
*3.tr.2.c.* uic.Et de curationibus bonis poſt mollificationẽ, eſt vaporatio cũ lapidi-
*12.* bus ignitis & extinctis in aceto : & reſolutio domeſtica cum emplaſtris &
vnguentis dictis in capitulo de ſcliroſi:ad quod capitulum pro talibus diſ-
poſitionibus ſemper eſt recurrendũ. Si autẽ non eſt ibi materia,aut eſt pau
ca deſiccata,procedatur ita.In primis embrocetur particula(eã flectendo,
& extendẽdo diu) aqua mucilaginoſa decoctionis corticis radicis althææ,
& radicis vlmi,chamæmeli,meliloti,fœnugræci,ſe.lini,& ſimilium.Aut a-
qua decoctionis capitũ,& pedũ veruecis,aut muſto,aut ſanguine calido a-
licuius animalis.Deinde inungatur iuxta ignẽ moderatum iſto vnguento.
Rec.dialthææ li.ß.olei laurini,olei maſtichini, olei è lilio,olei muſtellini,
olei balanini,olei nucis indicæ,an.quart.ß. axungiæ ſtruthiocameli, aqui-
læ,anguillæ,marmotanæ,taxonis,anatis,gallinæ,axũgiæ aſini,medullæ cru
ris vituli & cerui,an.vnc.j.bdellij,œſypi,ſtyracis liquidæ,ana vnc.ß. pingue
dinis teſticulorũ caſtorei,drac.ij.ceræ quod ſufficit,fiat vnguentũ.Deinde
applicetur iſtud emplaſtrum: Recipe ceræ,picis, diachylon, ana quart.j.a-
xungiæ aſini,quart.ß.labdani,æſypi,galbani,opopanacis,ammoniaci, bdel-
lij,ſtyracis calamitæ,maſticis,ſarcocollæ diſſolutorum in vino,an.vnc.j. a-
xungiæ vrſi,ſtruthiocameli,aquilæ,anguillę,fæcis olei liliorum,terebinthi
næ,ana vnc.ß.farinæ fœnugræci,& ſe.lini, croci,ana drac.ij. fiat emplaſtrũ.
Et genera diachylonum ſunt ad hoc propitia : & aqua ſanguinis humani
*Tr.7.doc.* ſepties diſtillata eſt ad hoc ab alchimiſtis,& ab Hẽr.laudata.Plura alia in-
*1.cap.7.* frà in antidotario ponentur.Et in hoc ligaturæ & inſtrumenta mechanica
multum auxiliantur.

CAP.

## CAPITVLVM SECVNDVM

### *De lepra.*

LEpra eſt maximus error virtutis aſſimilatiuæ, qua forma corrumpitur in toto. Ita habetur ex verbis Gal. quãtũ ad primam partẽ in ſexto, & quãtũ ad ſecũdã in ſecũdo de ægritudine & ſymptomate. Et intelligo errorẽ virtutis aſſimilatiuæ ĩmediatè: quia mediatè põt eſſe cauſa error coctricis & ſanguificæ in hepate. Et ideo Aui. vocat errorẽ virtutis hepatis, cauſam efficiẽtẽ antiquiorẽ. Quãdo enim hepar labitur ad caliditatem, adurit ſanguinẽ, & præparat ipſum ad melãcholiã. Et talis ſanguis quãdo venit ad mẽbra tertię cõcoctionis, inueniẽs ea debilitata à mala cõplexione frigida & ſicca, introducta à cauſis ſuis (vt ſtatim dicetur) nõ põt cõuerti ad colorẽ: neq; ad carnẽ bonã vniformẽ & rubrã, cõuertitur ad colorẽ & carnẽ granuloſam, nigrã & horridã. Vnde lib. primo de virtutibus naturalib. colligitur. » Cũ virtus digeſtiua errat in diſſeminãdo, cauſatur hectica: quãdo in vniẽdo, hydropiſis, quãdo in aſſimilãdo, lepra. » Eſt autẽ lepra morbus & accidẽs ſecundũ Gordoniũ, qui ſequẽdo Aui. valde bene tractauit iſtã materiã. Morbus cõſimilis, officialis & cõmunis. Morbus cõſimilis eſt, q̃a eſt mala cõplexio frigida & ſicca, æqualis & diuerſa, in parte & in toto. Officialis, quia eſt corruptio figuræ, quæ eſt ꝓpria differẽtia ipſius, vt dicetur. Cõmunis, q̃a cũ ſit apoſtema vniuerſale, ſoluit cõtinuũ, vt apoſtemata alia particularia. Et eſt accidẽs, quia læſa actio. Dicitur autẽ lepra à lepôre naſi, quia in eo potiora & certiora apparẽt ſigna ipſius. Vel dicitur à lupo, quia oĩa mẽbra vt lupus deuorat. Corrũpit enim oĩa mẽbra vt lupus cãcroſus, ſecundũ Haly. in octauo ſermone partis primę libri diſpoſitionis regalis. Et ideo ab Auic. dicitur cãcer cõmunis toti corpori. Species & differẽtię lepræ potiſſimè ſumũtur à materia & à ſymptomate. Et licet ſecundũ Haly. vbi ſupra (& fortè ſecũdũ Gal.) nõ ponãtur niſi duę ſpecies à duabus choleris aduſtis malis, nihilominus communis ſchola noſtra aſſignat 4. ſpecies, prout quatuor humores poſſunt aduri, & in melãcholiã cõuerti: Elephãtiã ſcilicet ex melãcholia, Leoninã ex cholera, Tyriã ex phlegmate, & Calopeciã ex ſanguine. Rarò tamen inueniuntur ſingulares: plurimum ſunt compoſitæ, vt alia apoſtemata. Et vocãtur ita à proprietatibus, quæ in talibus animalibus inueniũtur. *Cauſæ lepræ* ſunt triplices, primitiuæ, antecedẽtes, & cõiunctæ. Cauſæ primitiuæ ſunt, corruptio aeris, & cõtactus leproſorũ, malitia ciborũ, macula generationis. Et coadiuuãt hæc, retẽtio ſuperfluitatũ melãcholicarũ, vt hæmorrhoidũ, mẽſtruorũ, variolarũ, quartanarũ: & debilitas ſplenis, & hepatis caliditas, vt dicit Auic. Cauſæ antecedẽtes ſunt, humores diſpoſiti ad vrendũ, & in melãcholiã cõuertendũ. Cauſa cõiuncta eſt, melancholia ſparſa per totũ. Propterea ſciendũ, ꝙ (vt dictũ fuit in tract. de apoſtematibus) melãcholia eſt duplex, naturalis & nõ naturalis: ex naturali nõ fit lepra, ſed ex non naturali: & nõ ex quacunq;, ſed illa quæ facta eſt per aduſtionem. Iſta autẽ melancholia, vt dicit Auic. aut ſpargitur per totũ corpus, aut ad partem. Si ad totũ corpus, & putrefit, facit febrẽ: ſi non putrefit,

*Cap.2.* *Cap.7.* *Li.4 fen. 3. tr.3. c.1.* *Cap.11.* *Part. 1. c. 22.* *Vox græca eſt.* *Li.4. fen. 3. tr.3. c.1.* *Cauſa.* *Ibid.* *Li.4. fen. 3. tr.3. c.1.*

morpheam in cute,& lepram in carne.ſi ad partem generantur cancer, & verruce,& conſimilia,vt lib.ſexto de ægritudine & ſympto innuitur à Gal.

*Signa & indicia.* Intelligendum circa ſigna & indicia lepræ, quòd ſecundum magiſtrum Iordanum in Montepeſſulano, ipſa lepra habet diſpoſitionem & actũ.Diſpoſitio ſeu præparatio lepræ,eſt proprietas in corpore,qua aliquis valde eſt diſpoſitus ad leprã.Et tales proprietates proueniũt à cauſis primitiuis:& coadiiuuãtibus dictis.Actus autẽ lepræ eſt nocumẽtũ virtutis dictæ,quod ex ſparſione melãcholiæ per totũ corpus prouenit. Et iſte actus dicitur habere quatuor tẽpora,principiũ,augmentum,ſtatum, & declinationem, ſaltem ad mortem.Principium eſt, quando nocumentũ tangit membra intrinſeca:& tunc apparẽt ſigna debiliora.Lepra enim primò incipit in interioribus: deinde procedit ad exteriora, deinde redit ad interiora,& tunc cum venoſitate ſua interficit.Augmentum eſt,quãdo apparet in exterioribus:& tunc ſigna augentur,& multiplicantur.Status eſt, quando membra incipiunt vlcerari: & tunc ſigna ſunt manifeſta. Declinatio,quãdo mẽbra cadũt: & tunc ſigna ſunt popularia.Signa autẽ cõmunia omniũ ſpecierũ lepræ,quædã ſignificant præparationẽ ſeu diſpoſitionem, quædã ipſius actum.Præparationem ſeu diſpoſitionem ſignificant, fœdus color,morphea,ſcabies,& ſuperfluitates fœtẽtes, & cauſæ diſponentes ſupradictæ. Actũ autẽ ſignificantia,quædã ſunt vniuoca,quędam æquiuoca. Vniuoca dicuntur,quæ ſemper ſignificant lepram, & ſequuntur eã vel intensè vel remiſsè.Et ſunt ſex:oculorum & aurium rotunditas:depilatio,& craſſities ſeu ruberoſitas ſuperciliorũ:dilatatio & tortura nariũ extrorſum cum interiori ſtrictura : labiorũ fœtiditas,vox rauca,ac ſi per nares loqueretur:fœtor anhelitus,& totius perſonæ:aſpectus fixus & horribilis, inſtar animalis ſatyri.Vnde Gal.lib.ſecũdo de ægritudine & ſymptomate:Simus
*Cap.7.* euadit enim naſus,& labia craſſa,& acutæ aures apparẽt: & vniuerſaliter ſimiles ſatyris elephantiã patientes fiunt.Satyrus autem in terra Arabica eſt animal,horribilis aſpectus,in quo ſunt ſigna iam dicta. Æquiuoca dicuntur,quæ cum eo quod inueniuntur in lepra,inueniuntur etiam in ægritudinibus:& ideo non ſemper ſignificant leprã.Et ſunt ſedecim.Primũ eſt,durities & tuberoſitas carnis,ſpecialiter iuncturarum & extremorũ.Secundũ eſt,color morpheatus,& fuſcus.Tertium eſt,caſus capillorum,& renaſcentia tenuium. Quartum,conſumptio muſculorum,præcipuè pollicis.Quintum,inſenſibilitas,& ſtupor,atque grãpa (vulgo dicta) extremorum. Sextum,ſcabies,& impetigines,gutta roſ.& vlcerationes in corpore. Septimũ eſt,grana ſub lingua,ſub palpebris,& retro aures.Octauum,ardores, & pũcturæ acuum in corpore ſenſus. Nonum,cutis eorum aeri expoſitæ in modum anſeris implumis criſpitudo. Decimum, quãdo proiicitur aqua ſuper ipſos videntur vnctuoſi.Vndecimum,raró febricitant. Duodecimum,ſunt aſtuti & doloſi,furioſi:& nimis ſe ingerere volunt ſuper populũ.Tertiumdecimum,habent ſomnia ponderoſa & grauia.Quartumdecimum, habent pulſum debilem.Quintumdecimũ,habẽt nigrũ ſanguinem, plumbeum,& fuſcum,

fuſcum cineritium, arenoſum,& thromboſum. Sextumdecimum,habent vrinas liuidas,albas tenues,& cineritias.Cum iſtis autem ſignis examinantur leproſi.Circa tamen examen, & iudicium leproſorum eſt multum aduertendum:quia maxima iniuria eſt ſequeſtrare non ſequeſtrandos, & dimittere leproſos cum populo.Nam morbus eſt contagioſus,& infectiuus. Et ideo medicus debens eos iudicare,ſæpe debet eos aſpicere, & ſecum ſigna voluere & reuoluere,& videre quæ ſigna ſunt vniuoca,& quæ æquiuoca:& non iudicet per vnum ſignum,ſed per concurſum multorum, præſertim vniuocorum. In primis inuocando Dei auxilium,debet eos conſolari quòd iſta paſſio eſt ſaluatio animæ:&quod non dubitent dicere veritatem: quia ſi reperirentur leproſi,purgatorium animæ eſſet: & ſi mundus habet eos odio,non tamen Deus: imò Lazarum leproſum plus dilexit quam alios.Si autem non reperientur tales,ſtabunt in pace. Deinde faciat eos iurare veritatem dicendi de interrogandis. Et tunc in primis debet interrogare de his quæ diſponunt ad lepram,num ipſe habet aliquid:vt an ipſe eſt de genere leproſorum, aut num eſt verſatus cum eis,& nunquid reſtricta ſunt eis menſtrua vel hæmorrhoides:& an regimine melãcholico vſi ſunt, & quales ægritudines conſueuerunt pati. Deinde inquirat ex familiaribus ipſorum,& ipſiſmet de aſtutia & moribus eorum & ſomniis, atque deſideriis ipſorum:& num ſentiant acrimoniam ardorem, & puncturas in carne. Deinde tangat pulſum:poſtea iubeat ei fieri phlebotomiam, & conſideret ſubſtantiam & colorem ſanguinis,an ſit niger,& cineritius, & lauet ipſum & ſciat qualis erit illa caro quæ remanet in colatorio,num ſit arenoſa,granuloſa,& thromboſa:quia maximum ſignum eſt. Et ſi vult probare in altera ſcutellarum, vtrum ſal cito funditur, & nunquid acetum, & vrina cito commiſcẽtur:& an in modum farinæ deſcendit in plenam peluim aquæ iſta poteſt gratia ſolennitatis facere. Hoc facto conſideret aſpectum eius & dicat ei vt recedat,& mane portet vrinam: & interim cogitet medicus ſuper viſis & videndis. Poſtquam ille redierit mane, præſens medicus in primis videat vrinam,& conſideret an ſignificabit aliquid diſpoſitionis lepræ,an eſt alba,tenuis,& cineritia,quia tales ſunt vrinæ leproſorum.Deinde conſideret faciem eius:Supercilia num ſint glabra, inflata, & tuberoſa:oculos nunquid habeat rotundos,præſertim verſus domeſticam partem: an eorum alba ſunt fuſca. De naſo, an ſit tortus,craſſus, vlceratus intus. De auribus, num rotundæ fiant & curtæ. De voce, an loquitur raucè,& per nares.De labiis & lingua an ſanguinem emittant, & vlcerentur,& habeant grana,num anhelitus eſt difficilis & fœtidus. Et an eius forma eſt diuerſa,& horribilis.Et conſideret bene iſta, quia ſigna faciei ſunt certiora.Deinde faciat nudare corpus,& conſideret in primis colorem totius nũ ſit fuſcus,& morphea deturpatus.Deinde ſubſtantiam carnis,num ſit dura, & aſpera,tuberoſa,præſertim circa iuncturas & extremitates: & an ſit ſcabioſus,pruriginoſus,& ſerpiginoſus,& vlceroſus.An coriũ eius criſpum,eſt vt anſeris:num muſculi ſunt conſumpti: num patitur ſtuporem in mem-

bris.an ſentit bene quando pungitur retro talum & tibiam:& interrogetur qua re & vbi.Deinde proiiciat aquam ſuper corpus eius & videat an eſt vnctuoſum,& vtrũ ſal adhæret quando proiicitur ſuper ipſum. Poſtea redeat ad conſideratioñe faciei,& aſpectus,& dimittat ipſum.Et expendãtur omnia ſigna,& conferat,& deliberet bene de ſignis, & concordia ipſorum.Et ſi inueniat, illum cum diſpoſitione ad leprã, habere aliqua ſigna æquiuoca diminuta,domeſticè & ſecretè comminandus eſt,vt ſtet in bono regimĩne,& habeat conſilium medicorum:aliàs efficietur leproſus.Si autem multa habet ſigna aquiuoca, & pauca vniuoca, caſſotus vocatur vulgo. Et tales ſunt acriter comminandi, vt teneant bonum regimen, & habeant bonum conſilium medicorum, & ſtent in domibus & manſionibus ſuis, nec multum ſe ingerant cum populo:quia ingrediuntur lepram. Si autem habent multa ſigna æquiuoca,& multa vniuoca,cum bonis verbis, & conſolatoriis ſequeſtrandi ſunt à populo,& ad noſocomium ducendi.Si autem ſunt ſani,abſoluendi ſunt,& cum literis medicorum ad ſuos rectores mittendi.Signa autem propria humorũ,habentur per ſigna humorum dicta in tract.de apoſtematibus ſupra:peiores tamen ſunt humores leoninæ, & elephãtiæ,q̃ aliarũ.Iudicatur ab omnib⁹,qđ lepra eſt peſſimus morb⁹,& eſt hæreditarius,& contagioſus,& eſt quaſi impoſſibilis eradicationis,præſertim confirmata. Quomodo enim(inquit Aui.) curabitur lepra, cum ſit cancer vniuerſalis,quando cancer particularis non curatur?præſeruari quidem poteſt,& palliari,curari verò minime.Præterea iudicatur, quod inter ſpecies lepræ leonina & elephantia,tanquam de peſſima materia,ſunt peiores:Alię verò,tanquam de mitiori,ſuauiores.

*Lib.4.f 3. tr.3. ca.1.*

*Curatio.*

*In curatione* lepræ ad tria communiter intendunt doctores. primum eſt, ad præſeruandum diſpoſitos antequam veniat. ſecundum eſt,ad curandum actu laborantes,dum eſt introducta,ſed non eſt confirmata.tertium eſt, ad palliandum introductam & confirmatã.Regimen præſeruatiuũ tres habet intentiones.prima eſt,vt materia non generetur.ſecunda, vt generata expellatur.ſed tertia,vt hepar,& cõplexio totius corporis emendetur. Prima cõpletur debita adminiſtratione ſex rerum non naturalium, & trium non neceſſariarũ, quæ ſui generalitate annexæ ſunt iſtis(vt ſunt aer,cibus, & potus, &c.) vergentium ad temperatum. Secunda completur bina aut trina purgatione quotannis (vere tamen potiſſimum & autumno) aſſumto diacatholicone,aut pilulis è fumoterræ necnõ phlebotomia, & debita prouocatione hæmorrhoidarum,& cauteriis in fontanellis brachiorum,& tibiarum.Tertia completur bonis electuariis factis ex diarrhodone abbatis, & bonis epithematibus pro hepate. Regimẽ autem curatiuum quando eſt actu lepra,non tamen confirmata,habet quatuor intẽtiones. Prima eſt bonitas regiminis,vt humor lapſus temperetur.ſecunda eſt humorum aduſtorum euacuatio.tertia eſt impreſſionis illatæ emẽdatio. ſed quarta eſt accidentium correctio.Primum completur debita adminiſtratione ſex rerum

non

non naturalium,& trium annexarum, vergentium ad frigiditatẽ & humiditatem. Secundũ completur phlebotomia & pharmacia,caputpurgiis,balneis, cucurbitulis & fricationibus & aliis reſoluentibus materias extra. Tertium completur debita adminiſtratione ſerpentum, & potionum, & confectionum de alfilude, de auro, & ſimilibus corroborantibus cor, & emendantibus naturam. Sed quartum completur, pro natura accidentium quæ occurrunt. Regimen palliatiuum (quod competit lepræ confirmatæ) tres habet intentiones. prima eſt, humectare corpus introrſum ne incineretur. ſecunda, roborare cor & alia membra principalia,ne diſſoluantur. ſed tertia eſt, cuſtodire membra ne deformentur. Primum completur debita adminiſtratione lactis,& iuris gallinarum,& aliorum humectantium. Secundum, elect.letificante Gal.& diarrhodon abbatis.Sed tertium,cauteriis factis in locis quos ſcitis, necnon fucis & aliis decorantibus & ſolidantibus faciem,& alia membra. Verum quia iſta magis pertinent ad dominos phyſicos, quàm ad chirurgos, niſi quantum ad iudicium,& ad manualem operationem, attinet exquiſitam pertractationem de modo & qualitate complendi prædictas intentiones omittam,ſuperficialiter aliqua tangendo,ea in octo capitula colligendo. Primum erit de diæta,ſecundum de phlebotomia,tertium de medicinis laxatiuis, quartum de caputpurgiis,quintum de balneis,vnctionibus,epithematibus,embrocationibus,& conſimilibus,ſextum de regimine ſerpentum, ſeptimum de cauteriis,octauum de correctione accidentium.

### I. *Diæta leproſorum.*

Debet autem eſſe eorum diæta,ſicut patientium apoſtemata melancholica,de qua ſuperius in tract.de apoſtematibus melancholicis fuit dictũ. Et vltra illa caueãt à coitu,& ab omni re quæ poteſt eorum calefacere naturã, *Tr.2. do. 1.c.5.* vt vult Auic. Lac etiam,(vt dicit)eſt ex cõuenientioribus quibus curatur lepra, & propriè ad conſtrictionẽ & difficultatẽ anhelitus & vocis, & poſt *Li.4.f.3. tr.3.c.3.* euacuationes perdurare.Oportet verò vt bibant id dum mulgetur,& detur quantitas quæ digeratur.Et ſi poſſent cum eo ſolo,bonum eſſet.Et ſi paſſio ſedatur,auferatur.Totum autem regimen ipſorum(præcipuè in palliando) ad regimen hecticorum declinet,vt volunt omnes.

### II. *De phlebotomia.*

*Phlebotomia* venarum magnarum nullo modo competit in lepra cõfirmata (niſi eſſet magna repletio,aut timeretur cõſtrictio anhelitus) ſed cucurbitulæ & ſcarificatio in natibus,tibiis,retro collũ & inter ſpatulas:& apertio venarũ paruarum narium,& faciei,bene poteſt competere eis:eo quod materia iam exiuit venas,& eſt in carne. Ante tamen quam confirmetur, præcipit Halyab.ſermone quarto partis primæ libri diſpoſitionis regalis, accelerare minutionẽ ſanguinis ex duabus venis organicis, & duabus poſt aures,& ea quæ frontis, & à mediaſtinis: & tantum auferre,donec defectus appareat.Rhaſis tamen à purpurea vena dextri brachij incipit,& poſt *Li.5.alm. cap.33.*

interuallum, à ſiniſtra: & refert, ſe curaſſe quēdam adoleſcentem leproſum, in cuius facie nodi fieri incipiebant, & pili defluebant, cui occurrere incepit inſtituta phlebotomia, & ventris ſolutione cum apozemate ex epithymo, & pilulis cholerā nigram purgantibus, & frequēter eum in balneo poſui, & cibaria humectantia dedit. poſtea quietem per aliquot dies præſcripſit ad ventrem ſoluendum rediit: quod toties fecit, donec pluſquam quadrageſies in quinque menſibus ventrem ſoluit quibus peractis pili incepetunt naſci, & oculi, & color, & facies meliora euadere, & prope ſanitatem reduci. Et recedens ab illo per alios ſex menſes, dimiſſa purgatione (præter quàm cum ſero) & bono regimine, perfectè ſanum eum inuenit.

### III. *De medicinis laxatiuis.*

*In primis* digeratur materia ſyrupo de fumoterræ, quia Reci. fumiterræ, quart. j. bugloſſi integri, teneritatum lupuli, ſcabioſæ, lapathij, capilli ven. adianthos, polytrichi, ſcolopendrij, endiuiæ nouellæ, cichorei, ana quart. ß. glycyrrhizæ, ſe. melonum, ſe. acetoſæ, aniſi, cuſcutæ. ana vnc. ß. florum roſ. violarum, boraginis, & bugloſſæ, epithymi. ana vnc. j. polypodij querni, vnc. ij. vini malorum granatorum, aceti paſſulati, ana quart. j. panis zucchari, lib. j. fiat ſyrupus. Digeſta materia, purgetur paulatinè apozemate laxatiuo facto ex prædictis, addendo ſuccum fumiterræ, boraginis, bugloſſi, lapathij: atque ſenæ, & epithymi, quantum de polypodio: item pruna, & tamarindos, ac caſiam fiſtulam: nec ponatur acetum. Et adminiſtretur bis in ſeptimana quart. j. in quo poteſt diſſolui ad acuendum, drac. j. electuarij de ſucco roſ. Et ſi vis ponere in prædicto ſyrupo myrabolanos, præceptū Heben Meſue facies. Si autē vis purgare fortius, fiat hoc pilulis de fumoterræ: quarum formula ſecundum Auicen. talis eſt ℞. myrabolanorū citrinarū, chebularū, nigrarum, omniū, ana drac. v. aloes ſuccotrinę, drac. vij. ſcammoneæ, drac. v. ſine ceſſatione ſubigantur cum aqua vel ſucco fumiterræ, & fiant pilulæ, doſis erit drac. j. vel drac. j. & ß. Si autem vis purgare fortiſſimè, præcipit. Auic. hieram Rhuſi, hieram Logadi, Theodoricon acrius redditum pulpa colocynthidos, & electuario de ſucco roſ. Iſtis autem medicinis poſſunt addi & diminui medicinæ, prout videbitur materia declinare ad phlegma, vel ad choleram, & ſecundum tempus, & qualitatem patientis.

*Antid. ſum. 1. di. 6. c. 57. Li. 4. f. 7. tr. 3. c. 7. Li. 4. f. 3. tr. 3. c. 3.*

### IIII. *De caputpurgiis.*

*Poſt euacuationem* vniuerſalem, fiant caputpurgia ex ſucco vel decocto ſampſuchi chelidoniæ, naſturcij, ſtaphidis agriæ, pyrethri, nuciſmuſ. piperis lon. quibus addatur modicum euphorbij, & ſcamoneæ, aut electuarij è ſucco roſa. & traiiciatur: aut imponatur vna gutta naribus, cum emboto naſali.

### V. *De ſtuphis, & balneis, fricationibus, vnctionibus, & conſimilibus.*

*Poſt ſupradictas* purgationes, fiant thermæ cum herbis dictis in ſyrupo.

Et

Et illic raſo capite fricētur, & lauetur caput & facies, & totum corpus, tali decocto: Recipe fumiterræ, lapathi, ſcabioſæ, chamæmeli, meliloti, ſtaphidis agriæ, ſinapis, piperis longi, nucis mu. ſulphuris, nitri, aloes, auripigmenti, quantum ſufficit: coque in aqua & aceto. Et facta fricatione, illinatur totus ſanguine leporis. Et in exitu detur theriacæ cum vino, drach.j. Et poſtquam ſanguis fuerit deſiccatus redeat ad hypocauſtum: & ibidem lauetur aqua decoctionis radicis lilij, radicis ari, & furfuris macri. Poſtea inũgatur totus iſto vnguento: Recipe vnguenti citrini, lib.j. vnguenti albi lib. ß. pinguedinis ſerpentis, quart. vnum: olei roſ. olei myrtini, vnguenti populeonis, ana quart. ß. miſceantur & inungãtur. Pro iſta intentione inuenientur multa alia auxilia in tract. de morphea, ſcabie, ſerpigine, & in morbis faciei. Et iſta reiterentur toties, quoties videbitur expedire.

## VI. *De adminiſtratione ſerpentum.*

*Et ſcias*, (dicit Auicen.) quòd caro viperæ, vel thiri, & illud in quo eſt virtus eius, eſt de melioribus medicinis ei. Et Gal. lib. vndecimo ſimplicium pharmacorum, per quinque exempla hoc probauit. Eligantur ergo ſerpentes (ſecundum nobilem Gordonium) ex locis ſicciſſimis, cum dorſo nigro: & ligentur verſus caput & caudam: & virgis minutis flagellentur, & ſubito inſimul duo viri abſcindant caput & caudam: & permittãtur volutari per terram: & quantò plus volutabuntur, & exibit de ſanguine, tantò melius erit, & poſt excorientur, & abluantur aqua ſalſa calida, & poſtea vino puro. Et iſtis ſerpentibus vtatur omnibus modis quos poterimus conſiderare: quia (breuiter loquendo) aliam viam non habemus in curandis leproſis poſt corporis mundificationem, niſi per ſerpentes. Decoquantur igitur vſque ad oſſium ſeparationem, cum fœniculo, & anetho, & pane biſcocto & modico ſalis. & ſorbeatur ius, & comedantur carnes. Vel carnes ſic præparatæ terantur cum ala gallinæ, & modico zingib. & quod ſatis zucchari, & fiat comeſtio alba. Vel aliter: carnes ſic præparatæ cum puluere zingib. coriandri, & croci, ponãtur in paſtillo. Vel aliter: carnes ſic præparatæ terantur vehementer, & cum puluere zingib. nucis muſ. & zuccharo, fiat electuarium. Vel aliter: ſerpentes viui ponantur in vino tempore vindemiarum, cum epithymo, ſena, polypodio, aniſo, fœniculo, & anetho: & quando erit clarum, ponatur in alio vaſe: & erit laxatiuum ſi adminiſtretur, bis vel ter in die. Vel aliter ſecundum Henricum, ponantur poſt decollationem in alembico, & fiat aqua. Et patientes poſſunt lauari aqua decocti ipſarũ. Eſt autem aduertendum, quòd vſus ipſorum facit corpus primò inflare: & poſtea cadunt ſquammæ, & pelles: & excoriantur, & detumeſcunt, & ſanãtur. Tempus verò ſufficientiæ vſus ipſarum eſt, dum ægri incurrere incipiunt ſcotomiam, & mutari in ratione: tunc enim ceſſandum eſt ab vſu ipſarum. Et ſal viperæ iuuatiuum eſt iterum. De his quæ conferunt eis, vt dicit Auic. quando bibuntur, aut comeduntur, ſunt confectiones bederaſuli & alfelude, &c.

*Li.4.fen.3.tr.3.c.3.*
*Cap.1. Partic.5.22.*
*Vbi ſupra.*

VII. *De cauteriis.*

*Circa cauteria* eſt intelligendum, quòd ipſa non debent fieri, niſi poſt omnes alias curas: & maximè in putrefacta & humorali. Et licet Albuc. ponat 70. cauteria pro ipſis (quia dixit quod quanto fiunt plura, magis conferunt) nihilominus non ſunt conſueta mihi niſi cauteria punctualia ſeu rotunda fontanellarum brachiorum, & tibiarum, & inguinum, & axillarum, & in ſummitate capitis, & retro collum ad ſetonem. Ruptoria fiunt ſub mento & in collo. Et ſi cucurbitulæ præcederent ruptoria, non eſſet id malè factum.

*Lib. I. c. 49.*

VIII. *Vltimò eſt dicendum de correctione accidentium.*

*Accidentia quæ* apparent in lepra, ſunt multa quæ correctione indigent: vt morphea, ſcabies, pruritus, & ſerpigo, de quibus dicetur in ſequenti cap. nodi, glandulæ, atque tuberoſitates, vlcera, & corroſiones, de quibus in propriis capitulis dictum eſt ſuprà: depilatio, puſtularũ eruptio, oppilatio narium, de quibus dicetur infrà doctrina ſecunda: Raucedo, difficultas anhelitus, de quibus in medicorum libris ſatis tractatur. Et ideo correctiones eorum in locis ſuis requirantur.

## CAPITVLVM TERTIVM

### *De morphea, impetigine, ſerpigine, aſſafati, ſcabie, pruritu, ſyronibus, pediculis, & aliis infectionibus cutis.*

INtelligendum eſt morpheam, & albatas, algadam, algaſen, panni, lentigines, ſanguinem mortuum, guttam roſeam, ſcabiem, ſerpiginem, & impetiginem, & conſimilia eſſe infectiones cutis maculoſæ. Et quia nõ differunt niſi magnitudine & paruitate, ſitu, colore, & quadantenus materia, propterea doctores noſtri fuerunt ita varij & diſcordes in differẽtiis ipſorum: imò (quod fortius eſt) morpheam albaroſan vocauit Halyab. lepram. Nihilominus cõmunis vſus tenet inter nos, iſtas infectiones quando ſunt planæ, & nõ habẽt inæqualitatem, neq; vlcerationem, ſi ſunt nigræ, vocari morpheas: ſi albæ, albatas: ſi rubeæ, guttam roſeam, ſi magnæ, pannos: ſi paruæ, lentigines. Si verò non ſunt planæ, ſed inæquales & vlceratæ, vocantur ſcabies, ſerpigines, & impetigines. Non obſtante quod Lanfranc. & Henricus in differentiis iſtorum multum videntur gloriari. Non ergo faciunt in opere diuerſitatem tales differentiæ, niſi in non vlceratis, quæ reponuntur ſub morphea: & in vlceratis, ſub ſcabie & ſerpigine: & in ſyronibus & in pediculis, de quibus dicetur. Et licet multa de his dicantur hîc in genere, nihilominus aliqua dicentur in ſpecie in ſecunda doctrina de diſpoſitionibus faciei.

*Tr. 3. do. I. cap. 6.*

*Cap. 2.*

#### *De morphea.*

*Eſt ergo* morphea cutis planæ defœdatio maculoſa. Cuius licet ſint tot ſpecies, quot lepræ, nihilominus duæ ſunt magis famoſæ, nigra videlicet & alba.

alba. Earum cauſæ ſunt, albæ quidem phlegma, nigræ verò, melancholicus humor, vt dicebatur lib. ſexto de ægritudine & ſymptomate. *Cap.2.*

*Signa ſunt* ſatis manifeſta, ſed iudicia ſunt difficilia. Iudicatur enim per nobilem Gordoniũ, quòd morphea antiqua, & quæ occupat magnum ſpatium, & quæ cùm fricatur, non rubet, nec quando pungitur, emittit ſanguinem, ſed aquoſitatem, eſt incurabilis, aut cum magna difficultate curabilis: quæ verò eſt oppoſitarum conditionum, ad curandum aliquam habet ſpẽ. *Part.1.c.*

*Cura morpheæ* nigræ. Suppoſito regimine dicto in lepra, oportet ſecundum Auicennam, vt incipiatur à phlebotomia, ſi fuerit illic multitudo ſanguinis: & ab euacuatione humoris aduſti & melancholici, per ea quæ in lepra ſunt dicta. Verùm de euacuantibus ſublimibus eſt aqua caſei cum epithymo, ſumendo quolibet die drach.j. cum cado vno aquæ caſei, & multoties tali medicamine venter eſt ſoluendus, vt dicit Rhaſis. Et poſt hoc dicit, quòd ex ſemine raphani, & erucæ, & condiſi, ſubactis cum aceto, locus eſt epithemandus, ipſo tamen prius balneato. Halyab. autem iubet conterere cepam, & ad ſolem ex ipſa facere cataplaſma. Gordonius præcipit, vt fricetur locus panno aſpero, & poſtea locus epithemetur auripigmento rubro ſubacto cum ſucco fumiterræ: & in craſtinum lauetur aqua furfuris. Iamerius hanc morpheam fricat memithâ. Rogerius accipit tartarum & fuliginem, de quolibet vnc.ij. ſalis nitri, ſulphuris viui, ana vnc.j. auripigmenti, aluminis ſciſſi, vtriuſque ellebori, ana vnc.ß. puluerizentur omnia, & cum ſucco fumiterræ, & abrotani, & lapathij acuti, atque panis porcini, & ſapone, cum oleo, in mortario vniantur taliter vt fiat linimentum, quo morpheatus locus epithemetur. Et ſi iſta non valent, ſcarificetur locus: & illo ſanguine epithemetur. Aut, vt dicit Gulielmus de Saliceto, cantharides cum fermento & aceto apponantur: aut mel anacardinum, vt dicunt gloſſatores Rogerij. Et poſt veſicationem deſuper folium caulis ponatur: & remota cute, ſi eſt neceſſe (vt quando eſt infectio profunda) corrodatur caro arſenico vnito cum dialthæa, & purgata carne, locus vnguentò citri. reddito fortiore cum lithargyro conſolidetur. In morpha autem alba, ſuppoſito regimine dicto in apoſtematibus phlegmaticis, oportet ſecundum Auicennam, vt vitetur phlebotomia, & euacuetur phlegma hiera acriore facta cum colocynthide, aut pilulis cochiis Rhaſis. Et poſt hoc præcipit Rhaſis, vt fricetur ad ſolem linimento facto ex ſeteragi (quod credo eſſe thapſiam) & ex rubea, & elleboro, & ſinapi, & ſem. raphani. Auicenna verò vult, vt alcali & calce coctis in vrina infantium vſque ad mellis ſpiſſitudinem, fricetur ad ſolem quouſque locus vlceretur. Deinde accipiantur pix & cera, atque terebinthina, & cortices nucis aduſtæ, atque ſanguis pulli columbæ, & oleum ex alcanna, & vſque ad ſufficientiam decoquantur: & continuetur ſuper locum donec ſanetur, & color eius ſit ſicut color corporis. Theodoricus dicit, quòd quædam domina Piſana curabat omnes morpheas iſto modo: In primis lauabat locũ morphea affectũ decies aqua frigida: poſtea iſto vngebat vnguẽto. Rec.

*Li. 4. fen. 7. tr. 2 c. 10.* *Lib. 5. almant. c. 33.* *Li. 1. cap. 43.* *Li. 1. cap. 46.* *Li. 4. fen. 7. tr. 2. c. 11.* *Lib. 5. alman. c. 32.* *Li. 3. c. 53.*

cineris ſerpentis combuſti in olla noua bene cooperta, vnc.j. lithargyri vſti, gallarum, radicis flammulæ, ſolearum antiquarum, plumarum nigrarum gallinæ, omnium combuſtorum, ana vnc.Semiſſ. arſenici, calcis viuæ, argenti viui, ana drach.ij. ſubigantur omnia cum aceto, & fiat ſicut vnguẽtum, quo locus morphea correptus inungatur bis vel ter, aut plus, ſicut videbitur expedire. Poſt autem mittatur ad balneũ: & dum intrabit balneũ, liniatur pſilothro facto ex quatuor partibus calcis, & vna arſenici, coctis in aceto & aqua. Et poſtquam ſudauerit in balneo aliquantulum, lauetur aqua, & erit ſanatus. Melius tamen videretur, vt prius in balneo liniretur illo pſilothro, & poſt in exitu liniretur illo vnguento: ipſe tamen ita dicit. Si autẽ iſtis non curetur, eſt intentio doctorũ, vt locus cantharidibus & arſenico tractetur (præcipuè ſi infectio profunda euaſerit, vt dictum eſt de morphea nigra) non autem cauterio actuali, neque ſcarificatione: quia veſtigia magis apparerent: vt dicit Auic. Et ſi ea cura non valet, tingatur locus iſta tinctura. Auic. Recipe lithargyri, calcis, gallarum, alcannæ, draganthi, ana ſubigantur cum melle & aceto nigro, & fiat linimentum, quo locus illinatur.

### *De impetigine, & ſerpigine, & aſſafati.*

*Omnia* iſta, vt dictum eſt, ſunt infectiones cutis inæquales, & finaliter vlceroſæ, non multum excauantes. Et propter hoc Auic. dicit, quòd ſunt proxima ad inuicem, & ſunt de ſumma bothorum vlceroſorum. Incipientes, paruæ, lenes, diuiſæ in multis locis: deinde vlcerantur vlceribus ſquammoſis & furfuraceis, quandoque apparentibus, quãdoque occultis. Et quæ ſunt fixæ, magis propriè dicuntur aſſafati & impetigines: quæ verò ſunt mobiles, & ſerpentes hincinde, ſerpigines, quæ vulgariter dicuntur derbes, & ignis volagius. Et quarumlibet iſtarum quædam ſunt humidæ, quædam verò ſiccæ. *Li.4.fen. 7.tr.3.c.1*

*Cauſa autem* talium infectionum, maximè humidarum, eſt humiditas mala corroſiua, quæ permiſcetur craſſo ſanguini, & phlegmati ſalſo: verùm in ſicca magis prædominatur melancholia. Expelluntur enim huiuſmodi materiæ ad cutim, & corrumpunt eam, vt dicit Auic. Et talis humiditas eſt vehementer ignita: & propter hoc ſunt cum pruritu & ardore, vt dicunt gloſſæ & Theodoricus. Et plurimum generantur in facie, & capite puerorum propriè. Et multoties apparent hyeme, ſecundum Auic. eo quia frigus coarctat & deriuat tales materias ad cutem, vt dicit Theodoricus: & æſtate ſæpè, propter calorem vehementem, vt dicit Iamerius. *Lib.3.c.50.*

*Curatio.* Quantum ad regimen & euacuationem, non differunt à curatione apoſtematum, & puſtularum cholericarum & melancholicarum, de quibus ſatis dictum eſt ſuprà in tract. de apoſtematibus, & de lepra, & morphea. In ſpeciali autem defendit Auic. omne quod habet dulcedinem ſuperfluam (& propriè dactylos) aut amaritudinem, aut acrimoniam, aut ſalſedinem: & vtatur humectatione corporis, humiditate æquali, cum balneo *Cap.2.loci præcit.*

neo & aliis. Quantum autem ad localia, in recentibus laudantur fomentationes ex aqua tepida: Et alterare locum ſucco portulacæ, & cucumeris, & mucagine pſyllij, & ſaliua hominis ieiuni in 10. ſimpliciũ, & acetoſitas citri, & gummi cum aceto, & ſinapis cum aceto, ſunt optima ſecundũ Auicẽ. & oleum è frumento, oleum ouorũ, oleum ex ſerpentibus, & oleum iuniperi ab Heben Meſue propria dicuntur: & oleum è tartaro vulgus tenet ſupremum. Rogerius laudat ſaporem, & ſuccum chelidoniæ (& ſi cum eis miſceretur vnguentum album, pulchrius eſſet, vt dicunt gloſſæ ipſius, & lotionem cum aqua roſ. & ſucco acido citri, in quo ſulphur puluerizatum ſteterit in vaſe vitreo ad ſolem per viginti dies, laudant Montipedę. Et lac virgineum, quod fit ex aceto & lithargyro, diſtillando & miſcẽdo cũ aqua ſalita, laudant Bonon. Vnguentum album, vnguentum de lithargyro, & citrinum, facta ex oleo de tartaro & ſucco citri, ſunt Pariſiis cõſueta. Ad antiquas verò (propriè ad ſaffati) laudat Auicen. linimentum factum è cimolea, ſulphure, cinere cucurbitæ, pulpa colocynthidos, ſumendo omniũ partes æquales, cum aceto. Ad idem Theodoricus: Recipe ſucci radicis lapathi acuti, quart. j. axungiæ antiquæ porci diſſolutæ cum aceto lib. ß. argenti viui extincti ſaliua, quart. ß. coquatur axungia in ſucco vſque ad eius cõſumptionem: poſtea miſcendo argentum viuum, tundẽdo in mortario fiat vnguentum. Ad idem Rogerius: Recipe tartari, plumbi vſti, fuliginis, cineris, cucurbitæ, pirethri, ſucci cyclaminis, ana: ſubige cum oleo, & fiat vnguentum. Henricus teſtatur quendam medicum Pariſienſem curaſſe ſerpiginem quinque annorum, tali vnguento: Recipe ſem. iuniperi comquaſſati, vnc. iiij. coquantur in ſufficienti aqua: & colaturæ addantur, axũgiæ porci rec. fuſæ colatæ, vnc. ſex: terebinthinæ, vncia vna, diſſoluantur omnia ſimul, & diſſoluta ab igne deponantur. Et cum refrigerata fuerit aquoſitas expellatur, & vnctuoſitas fortiter in mortario agitetur: & addendo ſulphuris viui, vnc. ij. fiat vnguentum. Rhaſis autem dicit, antiquam indigere ſanguiſugis & fricatione, donec exeat ſanguis plurimus, & reſoluatur caro mala, & appareat bona. Quæ verò ex ea fortis eſt, indiget ſecundum Auic. medicamine acuto corrodente, quouſque perueniat ad carnem ſanam. Deinde vnguentis vlcerum (propriè albo, & è lithargyro) conſolidetur.

*Cap. 2. loci præcit.* *Antid. ſum. 1. diſt. 12. ca. 70.* *Add. in c. 41. li. 1.* *Li. 4. fen. 7. tr. 3. c. 2.* *Li. 3. c. 50.* *Li. 5. alm. cap 31.* *vbi ſupra.*

## *De ſcabie & pruritu.*

*Iſtæ etiam* ſunt infectiones cutis vlceroſæ, pruriginoſæ, cum ſquammis & cruſtis, quæ quandoque ſunt cum virulentia & pure & quandoque abſque ipſo, vt ponit Gordonius. Earum materia, ſecundum Auicennam, eſt ſanguis, cui commiſcetur cholera conuerſa in melancholiam, aut phlegma ſalſum nitroſum. Ex prima enim materia (vt dicit) fit ſcabies ſicca: ex ſecunda, humida. Sunt igitur ſecundum hoc duæ ſpecies ſcabiei, humida & ſicca, ſub qua pruriginem pono. Cùm enim talem materiam natura ab interioribus ad extrinſecam cutem pertulerit, ſi ſub cute permanſerit, & fue-

*Ca. 6. loci præcit.* *Ibid.*

rit tenuis,facit pruriginem: ſi craſſa,ſcabiem, vt euidenter ponit Halyab. parte prima,ſermone octauo.Et ibidem ponitur, quod tales materiæ fiunt maximè plurimum comedentibus,& qui malis vtuntur cibis (ſalſis videlicet & amaris,dulcibus & acribus,vt addit Auic.) & qui balneum dimittũt, & veſtes non mutant,laborant,& vigilant,& vinum purum potant, addit Rhaſis.Fit autem ſenibus,propter cutis debilitatem,& quia in eis plurimũ generatur ſalſus humor.& plurimum fit inter digitos, quoniam ſunt debiliores,vt dicit Auic.

*Li.4.fen. 7.tr.3.c. 6.*
*Lib 5.al. cap.28.*

*Significant* ſcabiem,ſecundum quidem Halyabbatem, puſtulæ paruæ,incipientes, prurientes,deinde vlcerantes.Et ſignificatur natura hu.per colorem, ardorem,pruriginẽ,& per expulſa.Iudicatur quod, quamuis ſcabies ſit mala per viam ſigni,poteſt tamen eſſe bona per viam cauſæ, expurgare enim corpus ita conſueuit natura, ad cutim ſuperfluitates repellendo, vt in quarto therap.dicit Galen.Iudicatur ſcabies in decrepitis eſſe difficilis, aut impoſſibilis curationis.Iudicatur etiam,quod ſcabies & pruritus inducunt vlcera,impetigines, & ægritudines fœdas. Eſt etiam ſcabies de ægritudinibuscontagioſis.

*Cap.7.loci præcit.*

*Curatio.* Quantum ad regimen & euacuationem, non differt à curatione prædictarum infectionum. Specialiter autem commendat Auic.cum proprietate chelidoniam in laxatiuis. Et aloë tertio quoque die ſumta ad drac.j.cum aqua endiuiæ & fœniculi, eradicat ſcabiem, vt dicunt Rhaſis & Auicen.Et ſi veniret ex eo inteſtinorum raſura, curetur clyſteribus opportunis,& ſi adeſt repletio,phlebotomia inſtituatur, vt dictum eſt ſuprà. Et ſcias ſecundum Auicen.curcurbitulas in vtriſque cruribus conferre ſcabiei fœdæ.Facta autem euacuatione ſufficienti, volunt doctores noſtri vt hypocauſto vtantur ex herbis poſitis in ſyrupo de fumoterræ, deſcripto in capitulo de lepra.Et intret hypocauſtum ex iſtis poſitis ab Auic.quæ habent abſtergere,& emendare complexionem cutis:vt ſunt malua, ſicla,lapathum,oxalis,apium,furfur,farina lentium,oryzæ,& fœnugræci,melones decocti in aqua & aceto,ſeu granatorum vino.Et in exitu offeratur theriaca,aut rubia trochiſcata.Et poſtquam ſudauerit, & dormiuerit in lecto,alteretur cutis oleo violato,roſ.amygdalarum,aceto,aut granatorum ſucco. Quantũ autem ad localia,in humida laudant Rhaſis & Auic.argentũ viuũ extinctum ſaliua, cadmiam argenti,oleandrum,condiſum, alchali, lithargyrũ,confecta cum oleo roſa.& aceto:& fiat epithema per totam noctem. Manè verò balneum ingrediatur patiens, & aceto, & muſco viridi quercus fricetur:poſtea aqua calida lauetur. Et his factis, aqua frigida ſuper ipſum fundatur,& oleo roſ.inunctus egrediatur.In ſicca & pruritiua concedit Auic.in potu lac vaccinũ acetoſum,& balneum cum aqua tepida,& adminiſtrationem vnctionum oleaginoſarum ex oleis frigidis: & propriè quando ponitur cum eis ſuccus apij, & aqua roſa. & endiuiæ: & acetum cum aloe,& ſale ammoniaco, & alumine. Et ex medicinis quieſcere facien-

*Lib.5. al. cap.28.*
*Li.4.fen. 3.tr.3.c. 6.*

cientibus pruritum, eſt papauer cum aceto tritum,& ceratum in quo ponitur opium. Rhaſis autem in iſta ſcabie, Recipe baurac.coſti,ſalis, condiſi,ana drac.j.ſtyracis,drac.vij.aceti, & olei quod ſufficit: fiat linimentum, quo epithemetur in balneo, & maneat: & poſtea lauetur. In ſuis additionibus inuenitur, quòd lauare locum aqua roſa.& aceto decoctionis roſa.myrrhæ, ſandali.ru & parum aluminis, pruritum fortem ſtatim tollit. Vſus autem communis habet vnguenta alba,& lithargyrica. In vtraque ſcabie inueniuntur multa communia vnguenta. Primò Galenus libro nono ſimplicium pharmacorum, capitulo de ſulphure, docebat quoſdam amicos ſuos piſcatores ſulphur miſcere cum oleo, & melle, aut terebinthina, & ſanabant ſcabiem, & ſerpiginem: & ipſe etiam non rarò. Oportet enim medicinas tales, habere virtutem miſtam, vt conſumant & repertcutiant, vt dicit Et propter hoc ego libræ vni. terebinthinæ, & quart.j.axungiæ porci rec.miſceo,vnc.j.ſulphuris, & aliquando modicum argenti viui appono. Secundò Theodoricus. Recip. radicis lapathi acuti,enulæ campanæ, & aſphodelorum, ac cicutæ,coctæ ſub prunis, aut in aqua,tuſis, & miſtis cum axungia veteri porcina,fiat vnguentum. Ad idem Henricus, Rec.olei laurini, axungiæ veteris porcinæ,ceræ viridis,thuris,argenti viui extincti ſaliua,ana partem j.ſalis communis tritiſſimi, partes.iiij. conficiantur cum ſucco fumiteræ & plantaginis,ana quantum poteſt imbibi agitando.& ſi adderetur modicum fuliginis in aceto temperatæ, conferret ad omnes infectiones. Ad idem magiſter Dynus:Recipe ſucci lapathi,ſcabioſæ,chelidoniæ, enulæ campanæ, fumiterræ,ana drac.vj.olei communis, vnc.vj.ſalis communis, vnc.ij.miſceantur,& bulliãt ad ſuccorum conſumptionem: deinde colentur,& aſſumatur illud oleum, & ceræ, vnc.j. & liquefiant ſimul ad ignem: & depoſita ab igne miſceantur donec æquentur. Et ſi vis magis deſiccare,adde vitrioli,vnc.ß. Et ſi vis vt ſit magis proprium ad phlegma ſalſum,adde ceruſſam, lithargyrum, plumbum vſtum, cinerem vitis,cum modico aceti. Ad idem magiſter Petrus de Bonanto, pro ſcabie ex phlegmate ſalſo. Recip.ſucci chelidoniæ, ſucci hederæ terreſtris, ana lib. j. axungiæ porcinæ, lib. j. coquantur omnia ad conſumptionem ſucci. deinde cola,& adde argenti viui vnc.j.vniendo fiat vnguentum. Et poſt inunctionem,folium lappæ inuerſæ, aut lilij ſuperponatur. Vnguentum ſarracenicum contra ſcabiem, & malum mortuum, & phlegma ſalſum (facit enim educere ſuperfluitates per os ſaliuam emittendo & per axillas ſudando, inungendo ſolum extremitates à genu & cubito in ſole, vel ad ignem: dummodo illata hora ſummè caueatura frigore) Recip.euphorbij,lithargyri,ana libr.ß.ſtaphibis agriæ, quart.ß.argenti viui, quart. j.axungiæ porci veteris, incorporando in mortario fiat vnguentum:quo inungatur ſemel lib.j.in ſeptimana. Eſt tamen aduertendum, quòd quia argentũ viuum nocet membris principalibus,& dentibus atque gingiuis,

*Cap.36.*

*L.3.c.47.*

Li.4.f.7. tr.3.c.7. præcipit Auic.vt vngueta in quibus ponitur,quàm fieri poterit longe à partibus ſtomachi,& membrorum nobilium applicentur.Et Henr.dicit,quod dentes & gingiuæ decoctione mentaſtri, anethi, & chamæmeli lauentur. Nonnulli cum aqua ſolani faciunt idem.

*De pediculis,& ſyronibus,& iis conſimilibus.*

*Quid* ſit pediculus,omnibus eſt notum. Fiunt autem ex materia prædictarum infectionum,minus tamen mala. Et ideo ad eam non feſtinat putrefactio virulenta,neque extrema:ſed eſt conueniens, vt ſit materia recipiens vitam à creatore ſuo,vt addit Auicen. De modo autem generationis non curo, quia phyſicum eſt: ſed ad generationem ipſorum adiuuant res, quarum proprietas eſt mouere materiam ad cutim, vt ſunt ficus, & coitus, & inter miſſio mundificationis, ablutionis,& tarda pannorum mutatio.

Cap.26. loci præc.

*Signa materiæ* ipſorum habentur à colore, vt ponit Gordonius. Iudicatur per ipſummet Gordonium,quòd pediculorũ multiplicatio, à cauſa tamen intrinſeca, prætendit morphæam & lepram: eo quod ſi natura cutis eſſet fortis,non erraret,ſed aſſimilaret. Error autem aſſimilatiuæ virtutis eſt cauſa lepræ,vt dictum eſt.

Cap.1.do. huius.

*In curatione* vero ipſorum oportet in primis, vt corpus mundificetur phlebotomia,& hierapicra, & aliis euacuantibus humores putrefactos: & regiminis correctione, & aſſumptione medicinarum interficientium pediculos,vt ſunt allia decocta, & calamenthum montanum, vt dicit Auic. & localibus:de quibus ſunt thermæ, & balnea ex aqua decoctionis aluminis,ſalis,betę,tanaceti,cupreſſi,pini, calamenthi,lupinorum, ſtaphidis agriæ:& olea & vnguenta,ex oleis cartami,raphani,ſumac, acetoſæ cum radice ſua.Et ſpeciale eſt ad hoc vnguentũ ſequens, quo ſi inungatur cingulum è lana,& portetur nuda carne,interficit pediculos, & prohibet ne amplius generentur.Recip.olei,vnc.iij.ceræ,vnc.ß.argenti viui, vnc.j. miſcendo in mortario,fiat vnguentum.

Li.4.f.7. tr.3.c.27.

*Syrones ſunt* animalia parua,facientia vias ſinuoſas corrodendo inter carnem,& cutem,potiſſimè in manibus ocioſorum.Et curãtur lauando locum aqua ſalita decoctionis piſcium,aut ſucco hederæ terreſtris, aut aceto miſto cum aloë,& conſimilibus.

*De variolis* & morbillis, & deſudationibus, & plancta noctis(quæ ſunt bothores parui in membro plurimi ſudoris.)& *de eſſere*(quæ ſunt noduli in carne cũ pruritu, venientes quando homo eſt ſuper calefactus,& ſudando ſcalpit ſe) ſuperſedeo quantum eſt de præſenti: magis enim eſt phyſicum quàm chirurgicum, & ſatis ex ſcientia apoſtematum poteſt haberi eorum cura. Quantum autem ad veſtigia,infra dicetur in facie, de cicatricibus variolarum.

C A-

## CAPITVLVM QVARTVM

### *De extenuatione & incraſſatione corporum & membrorum.*

*Doct.2.c. 2.*

QVanquam de incraſſatione ſeu impinguatione, & arefactione ſeu extenuatione differere (ſaltē vniuerſaliter) pertineat ad dominos phyſicos: nihilominus, quia in particulari incraſſatione & attenuatione membrorum, chirurgi conſueuerunt vocari, propterea dicetur aliquid de ipſis. Quid autem ſit incraſſatio & attenuatio, notum eſt ſatis ex Gal. in 14. therap. *Cap.15.* Quando enim in tantam carnis molem ſeu pinguedinem vertitur corpus, vt neque ambulare poſſit ſine triſtitia, neque tangere anum, neque calciare ſe propter tumorem ventris, ſed neque reſpirare abſque impedimento, dicitur craſſum: ſicut quando liquefit, & deprimitur, quemadmodum in atrophia & phthiſi, dicitur arefactum. Et ſequitur, quod plerunque non totum, ſed vna particula efficitur talis. Et ſecundum hoc duæ ſpecies aſſignātur: *Cap.7.* quarum cauſæ principales dicuntur in ſecundo de ægritudine & ſymptomate, plenitudo & materiæ indigentia: ſicut in ſuper in craſſis vel colliquatis valde, ſecundum vnam particulam, vel corpore vniuerſo, eſt videre. Et lib. ſexto de cuſtodia ſanitatis, adiungitur fortitudo vel debilitas virtutis diſtributiuæ, & nutritiuæ, vel ambarum. Et ea quæ extrinſecus eueniunt ad deſiccandum, adduntur ab Auic. in quarto: vt eſt vſus cibi attenuantis, & quies immoderata. Nam (vt ipſe ſcripſit in primo,) dimittentes exercitium incurrunt hecticā. *Fen.7. tr 4.cap.1.* Sopitur enim virtus attractiua in quiete, deſtruitur à labore ira, anguſtiis, vigiliis, fame, & duro cubili, vt dicit Rhaſis. *Fen.3. do. 2.cap.1.* Et ad hoc facit ligatura ſtricta, & conſtrictio pororum à calido & frigido & ſicco exceſſiuis facta, vt dicit Auic. aut dolor, & paſſio iuncturæ ſuperioris: vt ipſemet dicebat de podagra longa, & gibboſitate, & ſolutione profunda male reſtaurata, quod attenuabat membra ſequentia, vt in ſuis capitulis fuit dictum. *Lib.5. almāſ. c.61.* *Lib.4 fen. 7.tr.4.c.1.* Oppilantur enim viæ cibi quodammodo, & debilitatur virtus attractiua. Iudicatur per Hippo. lib. primo aphoriſmorū, *Aph.3.* quod habitus gymnaſtici qui ad ſummum euexiæ, id eſt boni habitus, peruenerunt fallaces ſunt, ſi in vltimo fuerint. non enim poſſunt manere in eodem ſtatu, relinquitur ergo vt ad peius, quod ſuffocentur, aut venæ crepent. Iudicatur per Gal. in ſecundo techni, *Cap.59.* quod primas & ſolidas partes corporum, non eſt poſſibile humidiores facere. Et propter hoc dicebat lib. 7. ther. arida diſpoſitio inſanabilis eſt, *Cap. 5.* cum certiſſimè completa fuerit. Et ſecundum hoc iudicatur, quod licet ſiccitas ſit difficilior curatu quàm humiditas, nihilominus periculoſior eſt nimia craſſities ad ſuſtinendum, quàm ariditas. Et hoc eſt quod dicebat Hipp. in ſecundo, quod craſſi valde ſecundum naturam, *Aph 44.* citius intereunt macris. Nam (ſecundum Gal. in commentario) tales frigidi ſunt, & ſtrictas habent arterias & venas: & propter ea ſanguinem & ſpiritum omnifariam paucum habent. quare calor innatus in eis parua occaſione cito corrumpitur. Et cum hoc (ſecundum Auic. in quarto) ſunt expo- *Fen.7. tr. 4. cap.4.*

ſiti apoplexiæ,paralyſi, palpitationi cordis, diarrhœæ, difficultati anhelitus,ſyncopi,& febribus malis,& famem & ſitim non poſſunt tolerare.Optimum eſt ergo bene & moderatè carnoſum eſſe:nã vita in humido exiſtit, vt dicit Aui.non aquoſo,ſed vnctuoſo,vt dicit gloſſa. Adhęc iudicat Hipp. in ſecundo,quæ in multo tempore extenuãtur corpora,tardè vel pigrè refici conſueuerunt:quæ verò in pauco,breui.Et hoc eſt propter cõſumptarũ humiditatum diuerſitatem,vt dicit littera. Ex quibus omnibus ſequitur, quod ariditas longa & in habitu,& quę ſequitur ſolutiones profundas malè curatas,nunquam corrigitur:ſatis autem eſt ſi quis prohibeat eas ſiccari, non cito,in ſecundo techni.

*Cap. 1. loci præcit. Aph. 7.*

*Curatio.*

*Cura ſuperfluæ* craſſitiei duas habet intentiones.prima eſt,diminuere ſanguinem,qui multiplicatur.ſecunda,reſoluere materiã quę cõiuncta eſt, & debilitare virtutem ne attrahat ipſam.Primũ cõpletur per Gal.in 14.thera. diæta attenuãte,dicta in lib.attenuante victu.Et pharmacis vrinã & ſudorẽ prouocantibus,vt ſunt ruta & eius grana,ariſtolochia rot.gẽtiana, polium ac minor centauria,viperę cõbuſtę,& ipſarum ſal:& acetum ad iſta facit,vt dicit Rhaſis.Et medicinæ laxatiuæ cõtinuè ſubducentes phlegma, vt dicit Halyab.in ſermone primo ſecundę partis:& ieiunia , & violenta exercitia per Gal.vbi ſupra.Secundum cõpletur per balnea naturalia,aut artificialiter cõfecta virtute tali qualis fieret miſto flore ſalis cum aqua marina. Et deinde aliquo oleorum acrium inungere:velut eſt oleum cucumeris ſylueſtris,gentianæ,ariſtol. & conſimilia. Et non comedere in balneo,ſed ieiunare:& dormire prius,aut quieſcere.

*Cap. 15.* *Li. 5. alm. cap. 61.* *Lib. 14. ther. c. 16.*

*De incraſſatione* particulari mẽbrorũ quomodo curatur,ſatis dictum fuit de chiragra,& elephãtia,in tract.de apoſtematibus vbi inuenies,quod iſtis intentionibus dictis eſt addendum.Et tertia,quæ eſt deriuatio materiæ ad aliam partem,cum pondere & ligatura,vt docet Auic.

*In cura* arefactionis & deſiccationis corporis, ad tria breuiter attenuunt operantes.Primò,ad generandum ſatis ſanguinis benigni. Secundò, ad ipſum ſanguinem trahendum ad carnem.Tertiò,ad roborandum virtutẽ nutritiuam,vt ſanguis attractus retineatur,& non euaporetur.Primum completur diæta euchyma quę hecticis & conſumptis potiſſimùm ordinatur. Vnde 14.therap.ait Gal.Quoſcunque renutricare voluerimus attenuatos, « iis vinum quidẽ dabimus craſſum,pachychyma cibaria,& exercitia nõ vio- « lenta,neque fortia,& fricationẽ moderatã,& (vt abſolutè dicam) vniuerſa « prędictis contraria geremus.Secundũ cõpletur in his qui corpore toto pi- « cari recuſant,lib.ſexto de cuſtodia ſanitatis,ante balnea manibus nõ valde mollibus,ſicut neque aſperis,fricãdo corpus vſquequo ad ruborem deueniat:deinde fricatione dura non multum,poſtea exercitiis commenſuratis vtendo:deinde in balneo nõ ita diu moretur,& inuncto oleo,breui offerre cibaria.Nihilominus lib.14.therap.conſulit balneum poſt cibum, aptum. Et ſi oppilationes ex hoc contingerent, confeſtim præcipit dari capparim

*Cap. 16.*

ex

ex oxymelite in principio cibi , donec vtique deſiſtat grauitas . Tertium *Li.6. ſan-*
completur in eodem ſexto, eo quòd calefacit carnem; & nõ euaporat eum *tu.*
ſanguinem qui deductus eſt ad carnem vngentibus oleo virtutem habente
emplaſticam, id eſt adhærentem : vt eſt oleum cum pice liquefacta. Si ve-
rò & ætas conceſſerit, frigidis quoque balneis idem homo vtẽs ſimul cum
prædictis, proficiet multum. In his verò quæ difficulter nutriuntur parti-
culæ , & plus quàm oportet refrigerantur (ſuppoſita remotione cauſæ , vt
eſſet dolor, & conſtrictio particulæ, & ſic de ſingulis ) vſus fuit Gal.in 14.
» therap.quandoque & thapſia : quandoque quidem ea ex melle ſuperun-
» gens particulam . Eſt autem aptiſſimum quod per ceratum , auxilium , vt
» dicitur ibidem . Euellit enim & hoc particulis quibus vtique ſuperponi-
» tur , multitudinem ſanguinis , fit autem è pice nigra ſola , vel cum reſina
» aſſociata æqualibus partibus , diſſolutis & ſuper alutam extenſis , aut tela
» imbibitis . Et non oportet offerre his laborantibus corporibus multo-
» ties, ſed hyeme quidem bis , æſtate verò ſemel ſufficit, continuando per
tres aut quatuor dies, & ſi opportunum fuerit, per plures . Debet autem
præcedere picationem fricatio , & fomentatio , & cum virgulis percuſſio,
donec vtique eleuentur carnes, & tunc confeſtim ceſſare oportet , ante-
quam incipiat difflari. poſtea pix debet applicari : & poſt horam dictam
debet cum quadam violentia eleuari . Poſtea inungatur oleo piceo , aut a-
qua frigida imbuatur . Et poſtquam membrum coopertum per horã quie-
uerit , ſic iterum redeat ad operationem : & toties hoc fiat, donec ſit cura-
tum membrum. Nihilominus bonum eſt,vt dicit Auic.ſemper membrum *Lib.4.fen.*
excercitare,portando aut trahendo rem difficilem & ponderoſam:& bra- *7.tr.4.c.2.*
chium oppoſitum faſciâ ligare,vt nutrimentum non recipiat,ſed ad parti-
culam vadat arefactam . Vltra autem auxilia hîc dicta præſcribuntur à
Rhaſi,Halyab.& Auic.cibaria,confectiones,electuaria,potiones,clyſteria, *5.alm.60.*
balnea ad impinguandum,& emaciandum:quę quia ad chirurgos non per- *& 61.*
tinent,relinquantur.

## *CAPITVLVM QVINTVM.*

### *De caſu, offenſione, diſtenſione & ſubmerſione.*

LIcet ſuperius in tract.de vulneribus ſit dictum de contuſione carnis
muſculoſæ,& neruorum,& capitis,& oculorum,nihilominus quia ca-
ſus,& offenſio,& diſtentio differunt à contuſione , ſicut proprium à com-
muni,& magis diſtant à vulneribus & apoſtematibus quàm contuſio, pro-
pterea hîc in ſpeciali dicetur de ipſis. *Li 4. fen.*
Caſus & offenſio , prout dicit Auic.lędunt & impediunt corpora cum *4.tr.2.c.4*
contuſione & attritione,& (ſupple) aliquoties cum diſlocatione & fractu-
ra,& differũt:(vt dicit annotatio in eum locum) quia caſus appellatur,quã-
do corpus cadit & percutitur ad terram,aut lapidem,aut ad aliquã rem per
cutientem . Offenſio verò dicitur , quando corpus percutitur ab aliqua
re exterius occurrente . Vel aliter , quod caſus eſt contuſio corporis:

Offenſio ſolius ventris. Vel dicitur caſus reſpectu exteriorum, offenſio interiorum. Diſtenſio eſt membrorum tractio cum fune aut catena. Submerſio eſt fumi vel aquæ præfocatio. Caſum & offenſionẽ ſequuntur multa incommoda, vt dicit Auic. nempe inciſio lacerti cordis & ſtomachi, ex quibus moritur ſtatim: & nocumenta egeſtionis & vrinæ, & vomitus, atq. ſanguinis fluxus, conſtrictio anhelitus, abſciſſio vocis & loquelæ: quæ omnia ſunt mala & metuenda, propter ſolutionem continuitatis neruorum, panniculorum atque venarum, & propter dolorem & nocumenta quæ mẽbris principalibus & neceſſariis communicantur. Et ſequitur in textu, *Ibidem.* quod quantò corpus eſt maius, tantò timor eſt vehementior. Præterea di- *Ibidem.* cit Auic. quod glandulæ in caſibus & offenſionibus multiplicantur, & cu- *Tr. 2. do. 3. cap. 5.* rantur vt ſuperius de glandulis fuit dictum. Iudicia caſuum & offenſionum ſequuntur iudicia magnorum vulnerum.

*In curatione* caſuum & offenſionum & extenſionum generaliter eſt aduertendũ, quod ſi cum eis fuerit diſlocatio, ſeu fractura, aut aliqua ſeparata contuſio, quod illa tractentur prout dictum eſt in capitulis ipſorum. Quantum autem ad ipſa attinet, eorum curatio quatuor habet intentiones. prima victum præſcribit. ſecunda materiam vt non fluat, diuertit & euacuat. tertia locum læſum vt materiam non recipiat & inflammetur, defendit & firmat. quarta materiam fluxam diſcutit & reſoluit. Primum cõpletur cum diæta tenui & ſobria, dimittendo carnes, vt dicit Aui. Imo in prima die nihil comedat, & parum in ſecunda & tertia, & vſquequo ab apoſtemate fuerit ſecurus. Poſtea incraſſetur, & comedat cicera & ribes, ad hoc vt interiora firmentur. Secundum completur phlebotomia, & litu ventris cum caſia fiſtul. & clyſteribus, & id genus: & rhabarbarum cum ſyrupo roſ. ſecundum Rhaſim, in hoc obtinet principatum. Tertium vt introrſum à principio talis adminiſtretur potio: Re. boli armenæ, nummiæ, terræ ſigillatę, an. vnc. j. fiat puluis, de quo drac. j. cum aqua plantaginis quolibet mane vſque ad *Lib. 4. fe. 4. tr. 2. c. 5.* quinque vel ſeptem dies, adminiſtretur. Et ſupra locum vult Auicen. poni iſtud emplaſtrum. Re. faſeoli, oryzæ, ana partem j. boli armenæ, ſumac, ana partem. ß. aloes, aluminis, gypſi, calcis extinctæ, ana quartam partem vnius vniendo cum albuminibus ouorum, fiat emplaſtrum. Communis tamen *Lib. 9. al. cap. vlt.* vſus authoritate Rhaſis, omnia loca læſa inungit oleo roſ. aut oleo myrtillorum, & deſuper aſpergit myrtillos pulueriſatos, vt ſuperius in capite de contuſionibus fuit dictum. Quartum autem completur, vt poſt principiũ detur talis potio. Re. rhabarbari, coſti, radicis rubiæ, centaureæ, ariſtolo. rot. an. vnc. vnam, fiat puluis, de quo drac. j. adminiſtretur quolibet mane per nouẽ dies cum vnc. j. ſyrupi acetoſi: & aquæ anagallidis & conſolidæ maioris tantundem. Anagallis enim (quæ eſt hippia ſeu morſus gallinę) *Lib. 2. ca 25.* in hoc magnam proprietatem habet, vt dicit Gulielmus de Saliceto. Ad iſtam intentionem adminiſtrabat magiſter Americus de Aleſto, potionem factam ex vino & melle, decoctionis radicis oſmundæ, ari, & caudæ equinæ

equinæ terreſtris ad quantitatem vnius cyathi,dum ibant dormitum:ſudando enim tota materia expellitur. Pro iſta intentione etiam preſcribuntur thermæ & balnea tertio, aut quarto quoque die, in quibus ponantur conſolida, ramnus,oſmunda,ſanamunda,hippia,ebulus,artemiſia,abſinthium, roſæ, chamæmelum, melilotum, & pul. qui ſub fœno reperitur. Et ibidem melle fricantur, aut iſto vnguento: quod eſt Gulielmi de Salic. & id acceptat Henricus.Reci.ceræ,vnc.iij.reſinæ.vnc.vj.terebinthinæ, vnc.viij. olei communis,lib.ij.thuris,fœnugræci, ana vnc.ß.fiat vnguentum, quo etiam omni die inungatur. Si autem aliquis locus notabiliter ſit confractus, ponatur deſuper farina fabarũ cocta in oxymelite: & crocus in hoc eſt optimus,aut oxycroceũ vel apoſtolicon: aut folia ſambuci, ebuli, cupreſſi, tamariſci, cocta & tuſa cum lacte acetoſo, vt dicit Auicen.Nonnulli verò in fimo calido eos ſepeliunt, & ibidem ſudando iuuantur. Halyab. verò & Auicen.eos pelle ouina bidente recenter excoriata calida, ſale trito inſperſa inuoluunt. fortaſſe enim ſi dimittantur, die ſecunda curantur. hoc etiam teſtatur Gal.in lib.xj. medicinarum. Si autem offenſio in ventre facta fuerit, conſulit Auicen. emplaſtrum quod fit è granatis ſylueſtribus, coctis in muſto,in quo labdani & roſ.tantundem miſceatur, & ſpicæ, maſtichis, eupatorij, tertia pars vnius: & olei è lilio quod ſufficit, fiat emplaſtrum.

*Li.2.c.25*
*Li.4.fen.4.tr.2.c.5.*
*Cap.7.loci præcit.*
*Cap.de pelle ouina.*
*Cap.6.loci præcit. & lib.3. fen.13.tr.2.cap.vlt.*

*In diſtenſione* conſueuerunt operantes,iuxta conſilium Halyab. prius loco manibus aut pedibus reformato, linteamen lineum madefactum aqua frigida ſuper loca, applicare: firmat enim locum, & roborato calore ſudant corpora,& ſanantur. Et ſi non proficit, ad curam ſupradictam reducantur.

*Si quis autem* ab alto loco ceciderit,& ſine voce factus fuerit,aut ſi loquitur,aliena dicit:ſuſpicandum eſt cerebrum,aut aliquod membrorum principalium eſſe læſum. Claritas enim intellectus ſanitatem cerebri demonſtrat, vt dicit Rhaſis. Examinandum tamen prius eſt nũ ſit mortuus an viuus,tangendo pulſum, vocando ipſum, trahendo pilos & nares, reſpiciendo pupillas oculorum an mouetur,ponendo flocculum lanæ,aut xyli carpti in ore & naribus, & ſcutellã aquæ plenam,nũ moueatur pectus: prouocando ſternutationem cum pipere & euphorbio,& id genus.Et ſi non eſt mortuus,procedatur ad curam,fricando extremitates aceto & ſale & ruta, prouocando ſternutationẽ, & fluxũ ſanguinis lancinando nares ſetis aut paleis. Et ipſo aliqualiter viuificato, fiant clyſteria,& phlebotomiæ,& alia auxilia dicta ſuperius.Quod ſi cerebrum eſt in cauſa, quæratur cura in capitis contuſione,& ita de aliis.Si verò fuerit mortuus, ne tangas,ſed fuge,& dimitte ipſum in pace.

*Si autem* ſubmerſus fuerit homo, vult Halyabb.in ſexto ſermone partis ſecundæ, quod per pedes ſuſpendatur capite demiſſo, vt aqua exeat. Poſt hoc,acetum decoctionis piperis ſæpe gargarizet, & aquam ciceris aliquibus diebus ſorbeat.Si autẽ in fumo quis diſſolutus fuerit,ſi ſpumauerit,nul-

la eſt ad eius ſalutem via. Sin minus, oleum viol. gargarizet, & aquam tepidam decoctionis frumenti ſorbeat, & calida cibaria pungentia comedat.

## *CAPITVLVM SEXTVM*

### *De combuſtione aquæ vel rei ardentis.*

COmbuſtiones & arſuras ſequūtur dolores, & veſicæ: dolores, propter malam complexionem: veſicæ, quia caliditas ignea ſubitò attrahit humiditates aquoſas ſub cutim, quæ non potentes ab ipſo igne ſpiſſata cute exterius exire, remanentes ibidem eleuant ipſam cutem, & faciunt veſicas & inflationes aquoſas: & quandoque occurrunt corpori pleno, & adducunt apoſtemata, & vlcera maligna: quandoque verò mundo, & tales ſunt magis mites.

### *Curatio.*

*Lib. 7. c. 18. Lib. 4 fe. 4. tr 2. cap. 13.*

*In curatione* locali combuſtionis tres intentiones habentur: prima locum in veſicas prohibet. ſecunda veſicas factas curare docet. ſed tertia excoriationem claudit & conſolidat. Prima completur infrigidantibus domeſticis, vt (ſecundum Rhaſim) ſunt panni imbuti aqua roſ. ſuper niuem infrigidata, ſæpe renouati. Et ſi res magna fuerit, hoc eſt adſint apoſtemata, ex latere contrario phlebotomia erit facienda, & regimen infrigidandum, & ſubtiliandum. Auic. verò oleum roſatum cum vitellis ouorum agitatis ſuperponit. & folia maluarum, ſiclæ, lentes, roſas aqua dulci coctas cum oleo roſ. aut bolum ar. cum aceto, terram ſigillatam ſeu argillam, lithargyrum, atque ceruſſam. Aquā & endiuiæ, & ſolani, etiam ad prohibendū veſi-
*Ibid.* cas commendat Auic. Et aquā oliuarum Halyabbas approbauit. Theod.
*Lib. 3. ca. 46.* conſulit totum membrum balneare aceto: & ceratum Gal. è cera & oleo
*Lib. 4. ca.* roſ. approbatur. Et oleum lauatum laudat Roger. & lardum cum foliis ſambuci, illud idem populeonem cum vitellis ouorum ponunt quatuor magiſtri. Et ſi propter dolorem in prædictis adderetur aliquid opij, placeret Alexandro. Secunda intentio completur, aperiendo veſicas forficibus, aut aliquo ſcalpello. Sed tertia intentio completur, deſiccantibus domeſticis,
*Lib. 7. al. cap. 18.* vt ſecundum Rhaſim eſt vnguentum album, in quo ſint albumina ouorum & camphora. Et vnguentum è calce ſepties, aut toties lauata quouſque dimiſerit acrimoniam: quorum formulæ in antidotario dicetur. Auic. verò facit quandam longam compoſitionem ex ſtercore vaccino deſiccato, cortice pini, lythargyro, ceruſſa, bolo armeno, calce abluta, tutia, plumbo vſto, ſcoria ferri, camphora, & conſimilibus, vnitis cum oleo roſ. & medulla, ſeu pinguedine cerui, quam dicit eſſe probatam, vbi non eſt magna caliditas. Et de hoc genere etiam eſt fimus columbinus in panno lineo combuſtus, & cum oleo roſ. incorporatus: eſt enim mirabilis, vt dicit. Et porri elixati competunt locis vlceratis. Quod ſi vlcera ſint inobedientia, cura vlcerum malignorum curentur.

## *CAPITVLVM SEPTIMVM*

### *De porris & verrucis atque cornubus.*

Verrucæ,

VErrucæ, ſecundum Halyab. ſermone octauo partis primæ, ſunt puſtulæ paruæ, admodũ duræ ac rotũdæ, in ſuperficie corporis natæ. Quarum quædam dicuntur porrales, quia ſunt inciſæ & ramificatæ inſtar capitis porri. Quædam ſunt clauales, non inciſæ, ſed capitatæ & radicatæ ad inſtar claui. Et quædam ſunt corneæ, quia ſunt quædam additiones ſpiſſæ vngulares naſcentes ſuper iuncturas, & corporum extremitates, vt dicit Aui. Vnde Gal. in primo de ægritudine & ſymptomate, & quartodecimo therap. Acrochordones, inquit, & formicæ verrucales, alphi, & leucæ ſunt ægritudines numeri aucti toto genere præter naturã. Horũ cauſa (in ſecũdo de ægritudine) erat etiã materia præter naturã, quæ ad cutim tranſmittitur, & deponitur à robuſta natura. Et hoc eſt quod dicebat Auic. in primo, quod erãt de genere puſtularum & bothorum. Cauſa verò efficiens (vt in quarto dicebatur) erat natura expellens: & materialis, humor craſſus, melancholicus, aut phlegmaticus, ſalſus, in melancholiã conuerſus. Licet Halyab. velit, quod à duobus oriantur humoribus, à phlegmatico videlicet, & melancholico indurato, & non putrefacto, vt annotatur in eũ locũ. Et fiũt in omnibus membris, maximè in manibus & pedibus. Et magnas ſequuntur paruæ, non à ſanguine fluente extra dum ſanguinem emittunt, vt credit vulgus, ſed quia magna eſt cauſa ad conuertendum complexionem nutrimenti delegati ad naturam ſuam: quare multiplicantur, vt dicit Auic.

*Li. 4. fen. 7. tr. 3. ca. 14.* *Cap. 8.* *Ca. 13. & 17.* *Fen 2. do. 1. cap. 5.* *Fen. 7. tr. 3. cap. 12.*

*In cura iſtorum* tres ſunt intentiones. Prima materiam melancholicam, & phlegmaticam iubet purgare. Secũda vt non amplius talis materia generetur, docet cuſtodire. Sed tertia materiam localiter oſtendit extirpare. Primam docet Halyabbas complere decoctione epithymi & agarici: & Auic. ad ſanguinem minuendum feſtinat. Secundam complet ipſemet Auicen. bono regimine bonum chymum generante. Sed tertia intentio completur vno de duobus modis primò per pharmaca, ſecundò per chirurgiam. Per pharmaca reſoluitur, & deſiccatur materia ſecundum Rhaſim, fricando foliis capparis: aut xylocaractis humidis, aut ſecundum Aui. oleo piſtacino, aut aqua porrorũ & ſumac. Aut ſecundum Guli. meditullio cepæ ſquilliticæ: mollificatione cum aqua calida præcedente. Et emplaſtrum è fimo caprarum cum aceto, & ſeniſſum (quod eſt nigella) cum aceto: & acetum cum ſale & pentaphylon cum muſto piſtum laudantur ab Halyab. Henricus autem folia rutæ, millefolij, herbam Roberti tritam ſuper ipſas ligare præcipit, & dicit quod intra tres aut quatuor dies ſine dubio curantur. Et ad idem præcipit eas linire per ſex dies, bis aut ter quotidie, illa aquoſitate quæ remanet in olla plumbea, in qua limaces rubræ cum ſale per quatuor dies reconduntur: abſque enim dolore (vt dicit) omnes cum radice cadent. Per chirurgiam conſumit & corrodit eas Iamerius, illinendo ſermento temperato, & diſſoluto in capitello, aut lacte ficuum. Auicen. verò hoc facit cum lacte tithymali: aut cum oleo anacardino. Aut ponatur deſuper ruptorium è calce & ſapone, vt Halyab. aut ipſis apertis cum vngue, aut ſagitella vel cum cantharibus,

*Ca. 13. loci præcit.* *Li. 5. alm. cap. 36.* *Ibid.* *Li. 1. c. 55* *Ibid.*

ponatur in fiſſura modicum arſenici quod non fallit. Aut,vt ille Gallus,illinantur palea vel ſtilo, in quib.ſit modicum xyli, immenſis in aqua forti alkimiſtarum:de qua dicetur infra. Aut ligentur ſeta,aut pilo,& euellantur vt præcipit Rhaſis: & poſt punctuali, cauterio vrantur: aut medicina acri ipſis prius ſecundum Albuca. In circuitu ſeparatis & radicitus euulſis. Aut calamo ſeu tubo pennæ duræ galli, ſicut dicit Gale.aut ex ære, vt Albu.in circuitu comprehendatur,& voluatur cannula donec in circuitu ſecetur, & eradicetur.

*Tr.7.do.1 c.7.de putrefact.*

*Lib.14. therap. cap.17.*

*Ad cornu autem* quod eſt in pedibus, conſulit Henricus, (& ita quidem meus calcearius Pariſiis me inuito in articulo pedis mei operatus fuit) veradatur & applanetur deſuper quantum erit poſſibile, cornu. Deinde ponatur ſuper ipſum lamina è ferro vel corio, in quo ſit foramen ſecundum cornu quantitatem: & tunc in illo foramine ponatur vna gutta ſulphuris ardentis, & dimittatur extingui in loco. Poſt ſuper ponatur ceratum, quieſcat & curabitur. Et hoc eſt quod Auicen. dicit in quarto, Si accipiatur lignum & incendatur in igne donec inflammetur, & approximetur verrucis, exiccabuntur. Et hoc fiat toties vna vice poſt aliam, donec deleantur: deinde applicetur butyrum coctum donec cadant.

*Fē.7.c.13*

## *CAPITVLVM OCTAVVM*

### *De membris ſuperfluis amputandis,& de corporibus mortuis conſeruandis.*

Membra ſiue particulæ(ſecundum Gal.in primo de ægritudine & ſymptomate)quæ ſuperflua ſũt, aut ſunt de genere corũ quæ ſecundũ naturam, vt ſextus digitus vel articulus: aut ſunt ex toto genere præter naturam,vt bocia,& membra mortua,& putrefacta.

*Et cauſa* ſuperabundantiæ corũ quæ ſecundum naturam, eſt abundantia materiæ benignæ,& virtutis fortitudo,quod in imprægnationibus contingit, vt dicebatur in ſecundo. Cauſa verò ſuperfluitatis membrorum mortuorum,accipitur tripliciter, vt in eſthiomeno fuit dictum. Cauſæ autem mortis totius corporis, ſunt cauſæ arefactionis & ſuffocationis, prout probatum eſt in ſcientia naturali.

*Signa verò* particularum ſuperabundantium quæ ſunt de genere eorum quæ ſecundum naturam, ſunt valde nota. Signa autem membrorum mortuorum in eſthiomeno fuerunt dicta. Signa & examinatio hominis mortui, dicta ſunt in ſuperioribus de caſu & offenſione. Signa autem hominis mortui ex veneno adminiſtrato,habentur per Gal.in ſexto interiorum vbi dicit: Cum euchymo alicui natura, & qui vixit ſecundum conuenientem modum, repentina ſuperuenit mors, qualis ab aliquo deleteriorum (id eſt, venenoſorum) pharmacorum venire conſueuit: deinde liuidum vel nigrum, vel varium, vel deficiens vel putreſcens ſtatim fœtet: ſignificatur quod venenum ſumpſit. Si verò fuerit aliter, mortuus eſt ob corruptiones quæ ex corpore proficiſcuntur. Iudicatur quod ſi membra corrupta cito non abſcindantur, multiplicatur corruptio.

*Cap.5.*

Et ſi

Et ſi venit ad craſſa oſſa coxæ, vel adiutorij,non eſt ars quæ illud curet, vt dicit Albuca.ſed eſt mors infirmi: quare relinquendus eſt Deo & ſanctis eius.

*Regimen membri ſuperflui.*

*In membris* ſuperabundantibus,quæ ſunt de genere eorum quæ ſecundũ naturam,vt ſextus digitus,eſt canon Gal.in 3 techni,quod quæcunque particulæ ſuperabundant ſecundum naturam,cauſa ſalubris eſt earum ablatio: generare autem eſt difficile (& nõ eſt mirum) reſecare autem eſt facile, & eſt artis, 14.therapeu.præcipuè quando eſt totum carnoſum: maior enim difficultas eſt in oſſeo quod à iunctura oritur,vt dicit Halyab.in nono ſermone ſecundæ partis.Modus autẽ reſecandi eſt,vt in radice ſui ortus cultro raſorio incidatur & à carne ſeparetur.Et poſt iunctura deſiungatur, & ligamentum incidatur, & digitus remoueatur: & ſtatim adhibito puluere rubro & albumine ouorum ſanguis reſtringatur,& aliorum vulnerum cura ſanetur.Nonnulli verò,vt Aui.facta inciſione,locum oleo feruente adurũt. Nam ex hoc,(vt dicit,) accidit ſecuritas corruptionis,& exitus ſanguinis:& naſcuntur ſuper inciſionis locum caro & cutis fortis ac dura. *Cap.96.* *Cap.15.*

*Regimen in abſcindendo membrum mortificatum.*

*De hoc* dicunt Albucaſis & Aui.quod ſi talis malitia non poſſit corrigi repercuſſiuis,neque ſcarificationibus,& aliis auxiliis dictis in eſthiomeno, oportet vt incidatur illud membrum vſque ad ſanum, vt euadat infirmus à morte totius corporis.Maior enim eſt mors totius corporis,vt dicit Albuca.quã defectus mẽbri.Incidatur ergo:& locus abſciſſionis eligitur, ſi corruptio attingat prope iuncturam,incidatur in iunctura cum nouacula,& aliis inſtrumentis,ſine ſerra.Si autem nõ eſt prope iuncturã,ſed ab ea diſtat, incidatur ſupra corruptũ,aliquantulũ,in loco in quo turũda intromiſſa inuenit firmitudinẽ & dolorem:Et ſerretur os tenui ſerra. Et modus eſt, vt inuoluatur membrũ à parte ſana,& à parte corrupta ligamẽtis, & teneatur firmiter per miniſtros,& ſeparetur caro quę eſt inter duo ligamẽta cultro raſorio,donec videatur os totaliter à carne liberatũ:poſtea muniãtur labia pãno,ne lędãtur à ſerra.Tunc ſerretur os ſubtiliter,& perfectè:& membro ſeparato vratur ſanum ferro ignito ad hoc apto,aut oleo feruẽti,vt dictum eſt:& ligetur: & reliqua vlcerũ curatione curetur. Si autẽ fluxus ſanguinis affuerit,pul.ru.& albumine oui,& aliis modis dictis reſtringatur. Nõnulli verò, vt Theod.medicinas ſomniferas vt non ſentiatur inciſio, dictant, velut eſt opium,ſuccus ſolani,hyoſcyami,mandragoræ,hederę arboreę,cicutæ, lactucæ. Et imbibunt eis ſpongiã nouã,& permittunt eã ad ſolem exiccari:& quando eſt neceſſe,mittunt illã ſpõgiã in aquã calidã, & dant eã odorandam donec capiat ſomnum:Et ipſo obdormitato,faciunt operationem.Deinde alia ſpongia aceto imbuta& naribus applicata expergefaciũt: vel ſuccum rutæ vel fœniculi in naribus & auribus ponunt,& ita euigilant eum,vt dicunt. Alij verò dant opium potandum,& male: præcipuè ſi iuuenis eſt,& percipiat:quia,cum magna pugna virtutis animalis & naturalis, *Lib.4.ca.8.*

audiui quòd incurrerunt maniam,& per conſequens mortem. Ego autem in tali membri mortificatione, (intercepta ambulatione corruptionis ſcarificationibus & arſenico,& ponẽdo defenſiua ſuper partem ſanam ex bolo armena,& aliis oportunis)inuoluo totum membrum mortificatum ſpadadrapo infraſcripto multipliciter,& ligo ipſum,& præparo ſuo modo, vt dicitur de corporibus mortuorum ſeruandis.Et ſic illud retineo,quouſque iunctura ſit liquata,& membrum per ſe cadat: quia honeſtius eſt medico vt cadat per ſe,quàm ſi incideretur:ſemper enim quando inciditur, remanet mœror querulus & cogitatio patienti quod potuiſſet retineri & conſeruari.

*Regimen cuſtodiæ corporum mortuorum.*

*Corpora mortua* ad cuſtodiendum per aliquod tempus præparantur dupliciter: vno modo ſecundum doctrinam Rhaſis,vt clyſteribus acribus ex *Ii.5.alm. cap.55.* colocynthide,& baurace rub.capite exiſtente decliui,& poſtea erecto corpore,ventrem premendo,totum ſtercus egrediatur:deinde alius clyſter ex alo ë,myrrha,acacia, ramich, (quæ eſt gallia muſ.) & alipta, ſidio, nuce cypreſſi,nucemuſ.ſandalis,ligno aloes,ſale cymino, & alumine, aceto & aqua roſ.diſſolutis iniiciatur:& anus xylo & ſtupis eodem medicamine imbutis ligetur fortiter multiplici faſcia.Naribus quoque, & auribus, & ori argentum viuum iniiciatur: cum hoc enim cuſtoditur ne defluat cerebrum eius, Poſtea præcipit,vt totum corpus prædicto medicamine condiatur.Et vltimò dicit,quòd cum alkitran (quæ eſt pix nigra) illinatur. Et vult vt ligaturis decentibus omnia foramina, & omnes pori corporis conſtringantur: quod communis facit vſus per iſtum modum.Habeatur magna quantitas ſpaladrapi facti ex pice nigra,reſina,colophronia,thure,maſtiche,ſtyrace, gummi arabico, & tragacantho, & puluere iam ſuperius dicto: de quo fiat magna quantitas ſeorſim: ita vt inuoluatur quælibet tibia per ſe vſque ad nates, & quodlibet brachium vſque ad humeros, & poſt totum reſiduum corporis vſque ad totum caput: & ſuatur ſpadadrapum firmiter, & ſuturæ illinantur pice: & brachia circa latera collocentur, & pedes ſecundum longitudinem inũgantur.Deinde ſpargatur ſuper totum corpus puluis,& loca vacua impleantur ſtupis inuolutis medicamine ſecundi clyſteris.Poſtea inſimul totum corpus inuoluatur alia quantitate ſpadadrapi,& ſuatur ab oppoſito ſuturarum primi ſpadadrapi,& ſuturæ illinantur pice,poſtea iterum inſpergatur puluis.Et rurſus alio panno cerato inuoluatur,& ſuatur,ac illinatur,poſtea verò faſciis fortibus firmiſſimè, ſicut ligantur ballæ, ligetur: deinde ſindone munda inuoluatur:&in capſa plumbea ponatur,bene clauſa,& illita ferro calido.In qua capſa ponantur herbæ odoriferæ, roſæ,maiorana,menta,balſamita:aut in capſa è cupreſſo,aut nuce.& firmetur, & inuoluatur vinculis ferreis,in quibus ſint ſex annuli ad leuandum & portandum.Nonnulli verò corio bubulo,aut equino eos inuoluunt:& talis eſt primus modus præparandi.Secundo modo ſic præparantur corpora mortuorum:Statim per ventrem aperiuntur,& viſcera omnia extrahuntur:& venter

terpuluere dicto,& magna quantitate ſalis & cymiui impletur & ſuitur. Quòd ſi volueris viſceracuſtodire, laua & munda, & inſperge prædictis: & in ollæ plūbea recōde,& in capſa pone. Iſtorum modorū primus eſt ſecurus pro macilentis & deſiccatis, & tempore frigido. Secundus eſt certior pro pinguibus & ventroſis. Eſt tamen cautela Rhaſis, quòd ne corpora inflentur, ſuper faciem ſuam iaceant & reuoluantur. Et ſi venter eſſet inflatus, eſt cautela vt venter in aliquibus locis terebello vel magna ſubula pungatur, vt aquoſitas & ventoſitas valeant exire, vt dicebat Iacobus pharmacopœus, qui multos Romanos pontifices præparauerat. De facie tenenda detecta, vſque ad octo dies, in quibus corpora conſueuerunt alterari & putrefieri, volunt vt ſæpe illinantur aqua roſ.ſalita: aut balſamo, de quo multa dicuntur: ſed parum (quantum ad hunc caſum) inuenio in authenticis libris: & idem Henricus fuit atteſtatus: Deus autem animas noſtras cuſtodiat ſuæ miſericordiæ balſamo. Amen. *Lib.5.al cap.55.*

# DOCTRINA SECVNDA

## DE ÆGRITVDINIBVS QVÆ NON ſunt propriè apoſtemata, neque vlcera, neque oſſium paſſiones pro quibus habetur recurſus ad chirurgū, quę ſunt proprię vni membro, & habet octo capitula.

### *CAPITVLVM PRIMVM*
### *De ægritudinibus capitis.*

ACCIDVNT capiti præter paſſiones communes, quamplurimæ propriæ, vt tinea, alopecia, ſeu caluities, & pilorum deformitas: de quibus eſt dicendum.

*De tinea.*

*Tinea ſeu achores* ſecundum Halyab. ſermone octauo partis primæ, vlcera ſunt parua quæ capiti accidunt, quibus ineſt veſica cruſtacea: quæ ſpecies habet multas. Pri- 1.
ma eſt fauoſa, è qua exit per foramina tenuis humiditas fauo & melli ſimilis. Secunda eſt ficoſa, in qua continetur quoddam granum ficuum grano 2.
ſimile: & eſt rotunda & dura, in ſummitate cuius eſt rubor. Tertia amedo- 3.
ſa, ſeu hæmatoſa, in qua humiditas aquæ carnis ſimilis egreditur, per foramina minora quàm in fauoſa. Quarta vberoſa, ſimilis mulierum vberibus 4.
ſiue mamillis, cū rubore, à qua humiditas fluit ſanguini ſimilis. Quinta eſt lu 5.
pinoſa, ſimilis colore & figura lupinis, à qua quaſi cortices, & ſquāmę fluūt albę & ſiccæ. Et ſub iſta pōt cōprehēdi furfurea, in qua ſunt corpora ſubtilia furfuri ſimilia quę à capite fluūt ſine vlceratione. Gal. aūt in 1. ſec. lo. nō videtur ponere, niſi tres ſpecies, achoroſā, fauoſā, & furfureā. Achor aūt (vt *Cap.6.& 8.*

Cap. 8. dicit,) de genere tumorũ exiſtens, ſubtilibus foraminibus perforatis quandam humiditatem ſubtilem cũ pauca viſcoſitate emittit. Appropinquat autem ei ſecundũ ſpeciẽ fauoſa, foramina habens maiora, humiditatẽ emittẽs
Cap. 6. melli quod eſt in fauo cõſimilem. Furfurea verò in alio capitulo, quaſi ſcalpentibus furfuribus ſimilia à cuti capitis cadũt multoties. Auic. verò achores videtur vocare aſſafaty, amedam, & excoriatiuã thiriã, quia progreditur quaſi ſerpendo per cutem: furfures, verò quendã modũ excoriationis ſiccæ dicit. De nominibus tamen, (vt ſępe dictũ eſt) nõ eſt curãdũ, dũmodo res
Eſt Gord. cognoſcãtur. Quicquid ſit, vſus cõmunis habet, tineã eſſe ſcabiẽ capitis cũ
iij. ſquãmis & cruſtis, & aliqua humiditate, pilorũ euulſione, colore cineritio, & odore fœtido, atq; horribili aſpectu. Cuius generatio eſt ex humoribus corruptis, generatis in vtero, aut poſt, propter prauam victus rationem.

*Eius* ſigna ſunt manifeſta, ex dictis naturalibus, & non naturalibus, & cõ-
Cap 8. tra naturã. Incipit autem (vt dicit Gal. vbi ſupra) cũ mordicatione & pruritu, qui cogit ſcalpere eos: poſt autem tumor creſcit, & foramina ſecundum ipſum cõſiſtunt. Iudicatur iſta paſſio eſſe difficilis curationis: imò antiqua, calloſa, & ſquãmoſa, quę pilos corrodit eſt adeò laborioſa, vt Rogerius ma-
Lib. 1. ca. 18. uult eã incuratã dimittere, quàm proſequi curã. Et tametſi curetur, dimittit eſcharã & priuationẽ pilorum ad opprobrium ſempiternum. Et ideo vocat eam Iamerius tineam à tenendo, quia firmiter caput tenet. Vel à verme tineali: nam ſicut tinea vermis corrumpit lignum, ita tinea caput. Ad tineã ſequitur multiplicatio pediculorum, quæ prætendit leprã. Et ſic tinea modus eſt lepræ.

*In curatione* tinearum duplex eſt intentio, & regimen: vniuerſale, & particulare. Vniuerſale eſt in diæta, & debita euacuatione: de quibus ſufficienter dictum eſt in tract. de apoſtematib⁹, & de lepra, & ſcabie. Nihilominus Halyab. cõcedit cucurbitulam ceruici, & phlebotomiam cephalicæ, (ſi fieri poteſt:) & venarum quę ſunt poſt aures: loco quarum Saraceni (vt dicit Gordonius, & verum dicit) vtuntur narium ſcarificatione. Et purgationem cum pilulis quæ ex aloë, & colocynthide, & ſcamonea cõponuntur, exceptis ſucco caulium, laudat Gal. vbi ſupra. Particulare regimen duas habet
Lib. 1. κα. τὸ. cap. 1. ſect. 1. & lib. de par. facil. c. 13. intentiones. Prima cacochimiam & ſcabiem cutis capitis corrigit. Secunda capillos euulſos regenerat. Prima completur in recenti ſecundum Guliel. crebra raſione capitis, & lotione cum aqua & aceto decoctionis fumiterræ, betæ & chamæmeli & fricatione cum alumine fæcis vini. Et poſtea
Lib. 1. c. 3. linitione alicuius linimenti ex dictis in ſerpigine, aut in ſcabie: Folia autem ſalicis in lotione obtinent principatum, vt dicit Auicen. Et Gal. in
Lib. 4 f. r. 7. tr. 1. cap. 25. lib. de ſecretis ad Mõteum, laudat hoc vnguentum, quo curauit multos homines: (vt dicit) à tinea, & ſcabie vlceroſa capitis, ſaphati, ſerpigine, prurī-
Cap. 7. tu, capillorum caſu, lendibus, & pediculis: Cuius formula talis eſt, ℞ gallarum, drag. iij. granorum harmel (quod eſt ſe. rutæ,) drag. ij. arſenici rub. ariſtol. ana drag. iiij. ſalis ammoniaci, fuliginis furni, ſulphuris, amygdalarum amararum, colocynthidis, radicis capparis, foliorum fici & oliuæ, radicis

cannæ,

cannæ,viridis æris,aluminis iaſmeni,ſief memithe,myrrhæ, aloes, olibani, ana drag.j.fellis vaccini,alchitram (quod eſt, pix nigra) ana drag.j.& ß.terantur medicinæ,& cribrentur,& ſubigantur cum aceto vini, donec fiat ſicut vnguentum ad mellis ſpiſſitudinē:& ponatur ad ſolem, donec miſceantur: deinde illinatur eo caput. Aliud experimentum eſt ad achores,& fauū, in lib.de paratu facilibus poſitū à Gal.Re.lithargyri,drag.xvj.foliorū rutæ, drag.viij.ſtaphidis agriæ,drag.iiij.vitrioli,drag.ij.ſubige cū aceto, & oleo myrtino.Et ſi huic medicamini adderetur cimolia, & charta cōbuſta, in li-
» bro ſec.loc.placeret Gal.Carēs ego (inquit)aliquādo ruri eo qđ fit ex char- *Lib.1.c.8.*
» ta pharmaco,videns in domo patiētis chartā inutilē, petij lucernā : deinde
» cōburēs chartā, & permiſcēs aceto:vnxi patiētis particulā:præcipiēs homi-
» ni venire ad me ſequenti die.Nouerā enim,quod duræ carnis exiſtens, to-
» lerat pharmacū,Cumq.venit,& paulominus eſſet curatus,tranſire quidē ad
» aliud pharmacum nō putaui fore neceſſarium: & illo eodem conſulens vti,
» ſanū perfectè vidi factū ſequenti die.Gordonius autem ad hanc paſſionem dictat iſtud vnguentum,in quo ego magnam inueni efficaciam.Re.ellebori albi & nigri,ſulphuris viui,atramenti,auripigmenti,lithargyri, calcis viuæ, vitreoli, aluminis,gallarū,fuliginis,cinerū clauellatorū,ana vnc.ſemiſ. argenti viui extincti,viridis æris, ana drag.ij.fiat puluis,qui vniatur cū ſucco borag.ſcabioſæ,fumiterræ,lapathi acuti, aceti, ana quart.j. olei antiqui, lib.j.bulliant vſq.ad ſuccorum cōſumptionē:& tunc in fine decoctionis ponatur puluis,& proiiciendo picis liquidæ, vnc.ß.ceræ quod ſufficit, fiat vnguentum:quod proculdubio curat omnem tineā,& ſcabiem,& malum mortuum,& vniuerſaliter omnē cutis infectionē:quare in honore (vt dicit) debet haberi: & verum eſt. Si verò tinea fuerit furfuroſa, concedit Gal.lib.de *Cap.87.* paratu facilib.lauare caput aqua ſalſa,vel decoctione lupinorum, vel ſucco portulacæ,vel betæ, vel cucumeris ſylueſtris: & poſtea inungere oleo ſtaphidis agriæ & ſapone.Et gūmi rutæ agreſtis laudatur ab Auicen.& oleum
» roſatum cum aceto ab Halyabb.Rhaſis autem dicit: furfures remouentur,
» continuè radendo caput,& ſingulis noctibus inungendo, & mane aqua ca-
» lida lauando:quòd ſi non ſufficeret,cum farina ciceris, & ſe.althææ,& ace-
» to tribus lauetur diebus.Ablutio fortis ſic fit: Re.farinæ ciceris, drag.cen-
» tū.farinæ fœnugræci,furfuris tritici,bauracis,panis nitri albi contriti,ſina-
» pis, ſingulorū drag.xv.altheę,drag.x. miſceantur omnia cū aceto & aqua,
» & fiat lotio, qua ſemel in hebdomada caput lauetur. Antiqua verò & dura tinea fortioribus indiget medicaminibus: Scarificetur ergo (ſecundum conſilium Halyabb.) ferro, donec ſanguis exeat. Deinde ex farina lupinorum cocta cum aceto cataplaſma adhibeatur,aut epithema è cantaridibus,quod Re.cātharidum,vnc.j.ſulphuris.vnc.ſemiſ.corticis nucis,drag. ij.ſinapis,myrrhæ,ana drag.j.mellis & aceti,qđ ſufficit: fiat emplaſtrum,& ſtet per vnū diē: Et poſtea ꝑ quatuor dies foliis ſiclæ & caulium calefactis caput inuoluatur,quouſque aquoſitas ſit bene mūdificata,& fœtor ſit amotus, & claritas in carne & cute appareat. Quod ſi malitia profundior eua-

dat, aliquo corroſiuo caro putrida conſumatur, & mundificetur, & conſolidetur. Rogerius verò, & eius commentatores, & Iamerius, curant antiquã tineam euellendo pilos pſilothro, aut galero ex pice, aut vulſellis: & lotione cum aceto, & aqua marina, aut vrina pueri. Deinde mundificata cute Rogerius ponit iſtud vnguentum: Re. adipis vrſi, adipis vaccæ, ana vnc.j. ſtercoris muris, vnc.ß. pomorum cedri (quem iuniperum vocat) drag.ij. aranearum aduſtarum, drag.j. picis liquidæ, olei lucernæ, quod ſufficit: fiat vnguentum. Iamerius ad idem: Re. axungiæ antiquæ porci diſſolutæ in aqua acetoſæ, lib.j. olei communis, picis liquidæ, ana lib.ß. ſucci abrotani, ſucci mentæ ſarracenicæ, ſucci fumiterræ, lapathi, erucæ, mercurialis, ana vnc.j. aluminis, vitrioli, gummi hederæ combuſt. fuliginis, ſalis toſti, tartari, aloes, ana vnc.ß. tundendo in mortario, fiat vnguentum. Si autem per ſe, vel ex acrimonia medicaminum, efficeretur in loco arſura, & dolor, mitigetur oleo roſ. aut myrtino, aut vnguento quod conſequenter deſcribit Apollonius, vt lib. primo ſec. loc. narrat Gal. « Cotylam olei optimi infunde in ollam plumbeam: & piſtillo plumbeo tere, quouſque craſſum feceris & ſubnigrum: deinde ſeorſum tere lithargyri lib.j. ceruſſæ, tantundem: & miſce in oleo, & piſtando fiat vnguentum. Sũmè enim mitigat, etiam ſi corroſiua, aut etiã cãcroſa fuerint vlcera, aut quomodocunque q d malignũ ac malè morigeratum habuerint. Et non ſolùm in capite, ſed in ani rugis & ſciſſuris, & vniuerſaliter omnibus doloribus vlceroſis (ſicut etiam dictum fuit ſuprà de vlceribus & morbis cancroſis confert. » Et ita completur prima intenſio. Secunda autem intentio, quæ eſt capillos generare, completur attrahentibus bonam materiam, & congregantibus eam in loco: ſicut dicetur in proxima rubrica.

*Li.1.c.18.* *Cap.8. ſect.3.*

*De alopecia, & caluicie, atque caſu capillorum.*

*In proœmio.* *Paſſiones* capillorum (ſecundum Gal. in primo ſec. loc.) ſunt totalis deperditio, & coloris mutatio, ſicut fit in leuce & alopecia. Et, vt bene videantur cauſæ iſtarum paſſionum, vult Gal. in 14. ther. quod dicantur cauſæ generationis pilorum. Pilus autẽ eſt vapor ſiccus, à corpore reſolutus, & per poros cutis exiens, ab aëre deſiccatus. Generatio autẽ pilorũ (ſecundũ Gal. vbi ſupra) eſt ſicut eorum quæ è terra prodeunt, vt in monumentis de craſibus monſtratum eſt. Cauſæ verò pilorum quatuor ſunt, vt à ſecundo de complexionibus accipit ſchola communis Montiſpeſſulani. Cauſa efficiens, eſt calor naturalis, non multum excedens, materiam in vaporem reſoluens. Cauſa materialis, vapor ipſe ſiccus. Cauſa formalis, cutis debita pororũ diſpoſitio. Finalis verò cauſa, eſt decor & vtilitas. Ex quib⁹ poteſt apparere, qui vult bene ſpeculari, quare mulieres & eunuchi nõ habent barbam, & quare non fiunt calui: Et quare facillimè cadunt in ſenibus, debilibus, & conſumptis: Et quare in aliquibus criſpi fiunt, & coloribus diuerſis colorantur: & quare in aliquibus locis habent determinatum augmentum: & multa alia problemata quæ de pilis conſueuerunt dici. Ex prædictis etiam

*Cap.18.* *Lib.1.κα. τὶ. Cap.1. ſect.1.* *Cap.5.* *Ibidem.*

» poſſunt apparere cauſæ paſſionum prædictarum. Nam (vt ait Gal. vbi ſupra) *Ca.1.l.1.*
» ſicut plantarum quædam humiditatis indigentia corrumpuntur deſiccatæ, *κα.τόπ.*
» quædam verò humiditatibus extraneis ſuæ naturæ accedentibus, eodem
» modo & pilos, vel propter indigentiam humiditatum à quibus nutriti na-
» ti ſunt, vel propter earum prauitatem, corrumpi accidit. Propter indigen-
» tiam autem humiditatum, fit caluitium: propter prauitatem, alopecia. Et *Li.4.fen.*
Auic. addit, quod propter laxitatem pororum cadunt capilli, & propter cō- *7.tr.1.c.2*
ſtrictionem exceſſiuam non veniunt, factam à frigore exceſſiuo, aut ab vl-
cerum præteritorum veſtigiis. Alopecia autem dicitur, ſecundum Gal. à vul- *Ibidem.*
pibus, quibus iſta paſſio conſueuit venire: ſicut thiria, ſeu ophiaſis, à pro-
greſſu per cutem ſimili ſerpenti per terram, dicitur.

*Signa* alopecię ſunt ſatis manifeſta: humores verò corrupti peccantes ſignificantur per colorem, & corporis habitum, & regimen præteritum: Iudicatur quod depilatio naturalis (vt caluicies, & defectus barbæ eunuchorum & mulierum) aut accidentalis à cauſa ſolidante & cicatriſante cutem, & illa quæ nimis eſt antiqua, & quæ eſt in conſumptis, & hecticis vltra ſecundam ſpeciem, nō curatur: in talibus enim mala complexio eſt adęquata. Iudicatur per Hippo. in vj. aphoriſ. quod quicunque calui ſunt, his varices *Aph. 34.* magnæ non innaſcuntur. Quibus verò caluis exiſtentibus varices magnæ innaſcũtur, hi rurſus capillati fiunt, quod in commentario aphoriſmi verificatur de caluitie impropria, quæ eſt alopecia (quæ ex corruptis fit humoribus per tranſpoſitionem materiæ ad inferiora: non autē de caluitie propria, quæ fit propter indigētiā materiæ. Quis enim, (inquit) ignorat inſanabilem paſſionem caluitium exiſtere, quaſi dicat, nullus. Amplius: eunuchi *Aph. 28.* non fiunt calui: neque bleſi, propter multitudinē humiditatis cerebri eo- *lib.6.* rum, vt dicit Auic. Rurſus iudicatur per Gal. lib. cat. top. quod ſi per frica- *Lib.1.cap.* tionem locus depilatus non rubeat, nulla eſt curationis ſpes. Si autē rubet, *1.part.2.* quantò velocius rubeſcit, tantò velocius curatur: quod etiam dicit Auicen. *Cap.5.loci præcit.*

*In curatione* alopeciæ, duplex eſt regimen: vniuerſale, & particulare. Vniuerſale eſt in diæta, & euacuatione iuxta naturam humoris peccantis: de quibus ſufficienter fuit præmiſſum in cura tinearum. Specialiter autem iubet Gal. in primo cat. top. quod poſt purgatiọnē totius, apophlegmatizein *Cap.1.* (id eſt, à phlegmate caput purgare) oportet cum caputpurgiis & gargariſ- *ſect.1.* matibus factis ex deponentibus phlegma, velut ſunt pilulæ diacaſtoreæ diſſolutæ aqua maioranæ. Particulare verò regimen habet duas intētiones: vnam, cacochymiam cutis capitis corrigere: aliam, trahere ſanguinem benignum ad locum: & eum in pilos conuertere. Prima completur ſecundum duas diuerſitates ipſarum: in recenti quæ adhuc eſt in principio, ſecundum Gale. 14. therap. prohibēdo materiā, ne recipiatur in loco: & alterando lo- *Cap.18.* cum, ne eam attrahat, neque cachexia inducatur. Vel cataplaſma adhibeatur ex domeſticis repercuſſiuis, qualia conueniunt in ſimplici caſu capillorum, iuxta doctrinam Heben Meſue: nempe, vt prelauto capite, aut loco, aqua decoctionis roſa. myrti, & capilli ven. radatur, deinde epithema

hoc admoueatur. Recipe ſucci extremitatum myrti, ſucci oliuarum ſylueſtrium, ana vnc.ij. roſ.ſiccarum, vnc.ß. abſinthij, drac.ij. bulliant hæc omnia in lib.ß. aceti vſque ad conſumptionem medietatis: deinde cola, & macera in eo dum erit calidum, ladani, vnc.ij. & dimitte per duos dies: deinde infunde ſuper ipſum oleum myrtinum, & vinum ſtypticum, donec in ſubſtantiam mellis redigatur: deinde aromatizetur, miſcendo ibidem aliptæ moſ. galliæ moſ. ana drac.j. confice, & fac linimentum, quo inungatur per tres dies. Poſtea laua, & panno aſpero exſicca: deinde reitera vnctionem vſque dum appareat ſanitas. Et iſtum proceſſum ad caſum capil-
*Cap.2. part.1.* lorum, & initium caluitiei approbauit Gal. in primo cat.top. Ait enim, manifeſtum eſt quod oportet præcedere remotionem, omnium pilorum, & fricationem, & poſtea inungere eo quod habet virtutem attractiuam & congregatiuam commoderatè. Quocirca neque acceptauit, neque excogitauit melius eſſe pharmacum in caſu capillorum, quàm id quod eſt miſtum ex ladano, & lentiſcino. Quod ſi raritas eſſet in cauſa, non eſſet ineptũ myrtinum pro lentiſcino miſcere ladano. Miſcebat aliquando & nardinum in
*Lib.1. προ. part. 1. cap.1.* ætate frigida, & hora hyemali: imò Gal. atteſtatur, quod alopecias incipientes multoties ſanãt purgationes, abſq. aliquo locali medicamine. Et ad hoc adducit curã quã in illo iuuene aratore fecit. Rhaſis autẽ ad iſtã intẽtionem
*Li.5. alm. cap.4.* hoc dictat: Re. capillorũ ve. foliorũ myrti, corticũ pini, abſinthij, aſſatorum vt teri poſſint, ana partẽ j. ladani, partes duas: myrrhę, partẽ ß. illius: thuris, par.iij. illius puluerizatis rebus, cũ oleo raphani & vino veteri miſceãtur, & fiat linimẽtũ: quo nocte epithemetur, & mane caput lauetur: hoc.n. caluitiũ
*Lib.1.c.2. ſect.3.* ſanat, vt dicit. Ad idẽ Archigenes, vt narrat lib.cat.top. Gal. Re. granorũ iuniperi, ladani, abſinthij. capilli ve. ana. permiſce omnia cũ vino & oleo myrtino, & dimitte quinque diebus: deinde coquãtur vſque ad vini cõſumptionẽ, & cola: & vnge caput, & laua. In antiqua verò & quæ trãſiuit principiũ, oportet euaporare & reſoluere cacochymiã, antequã ad cachexiã ducatur
*Cap.18. Cap 1. ſect.1.* cutis (vt dicit Gal. in 14. thera. & in primo miamir) nõ quibuſcũque calidis, ſed moderatè calidis, vt non exiccetur, neq. cõburatur cutis. Ad hæc tenuiũ partiũ eſſe cõgruit illud, quod debet vſque ad profundũ mergi, vbi eſt principiũ radicis pilorum. Et ad hãc intẽtionẽ raſo loco, & planato aqua decoctionis chamæmeli, anethi, & ſtœchados, eligit ipſe lib. cat.top. thapſiam,
*Li.4. fen. 7. tract.1. cap.6.* nõ antiquã, ſed recentẽ, quã Aui. videtur appellare gummi rutæ agreſtis: & dicit ſequẽdo Gal. ꝙ radix in iſto cap. eſt, vt frãgatur caliditas eius cũ oleis tẽperatis, quale dicit Gal. eſſe ſabinũ, & cicinũ, aut antiquũ nõ omphacinũ. Poſt verò tapſiam elegit Gal. ſinapi, & naſturtiũ, & ſulphur, & ſpumam maris & nitrũ ipſum molle aduſtũ, & elleboros ambos, & ſemẽ erucæ, & oleũ laurinũ, & radicẽ arundinis & corticẽ, vtraque cõbuſta, & picẽ liquidã, & cedriã, & ſtercus muriũ, & adipẽ vrſi. Et Rhaſis vult, qđ cũ cadũt pili capitis vel barbæ, locus panno aſpero fricetur cum cepis vſque ad incenſionem & ardorẽ loci. Et die illa & nocte ſic dimittatur: mane autem ſimiliter regatur. Et ſi locus ampullas habuerit, vngatur adipe anatis vel gallinæ, & non

& non fricetur per aliquot dies. Atque ſi tunc pili naſci inceperint, radatur ſæpe,& fricetur panno aſpero qualibet die, & oleo iſto inungatur: Recipe aquæ decoctionis capilli ven.chamæmeli,lib.j.olei balanini,lib.ß.coquantur ad conſumptionem aquæ, & oleum vſui reſeruetur. Ad eandem intentionem ipſe facit epithema ad alopeciam mirabile: Recip. ſpumæ maris,drach.x. bauracis, ſulphuris quod non tetigerit ignis, gummi rutæ agreſtis,euphorbij,ana drach.ij.ſtaphidis agriæ,cantharidum,ana drach.j. permiſce ea cum fæce olei antiqui,& line ex eo poſt fricationem. Quòd ſi locus ampullas excitarit, fiat vt ſuprá.Et ſi cauſa eſſet calida,vult Gordon. vt procedatur cum corticibus caſtanearum , amygdalarum , auellanarum, nucum,ſtercore caprarũ, aſſatis,pulueriżatis,& cum melle & aceto in forma linimentis confectis,præcedente raſione & fricatione.Si autem prædicta non ſufficiunt ad medicandum cutem,iubet Auic. vt ſi poſt fricationes dictas cum pãno aſpero & cepa locus non rubet,apponãtur ſanguiſugæ , & cucurbitulæ,& ſcalpelletur locus acubus pluribus:& toties iterẽtur auxilia donec videris per reſolutionẽ & iucundũ colorẽ cutis ſanitatẽ loci. Et tũc ceſſandũ, & tranſeundũ ad ſecundam intentionẽ. Secunda autem intentio cõpletur medicamine Philagrij;vt dicit Hebẽ Meſ. quod re.carniũ limacũ & ſanguiſugarũ,& apũ,& veſparũ,& ſalis vſti, ana partes æquales: pone in vaſe vitreo habente foramina multa in fundo ſuo, ſicut cribrũ:& pone ſub eo aliud vas vitreũ ſine foraminibus,& manabit poſtridie humiditas, quæ conſeruetur in vaſe,& line locum ea poſt fricationem. facit enim pilos naſci,& curat caluitium. Ad eandem intentionem,Rhaſis: Rec. cineris abrotani,drach.x.veterum cantharidum,drach.ij.ladani,drac.iij. auellanarũ cõbuſtarum,drac.ij.galliæ moſ.drac.j.terantur cum oleo veteri: & poſt fricationem inungatur locus.Ad idẽ Heraclides Tarentinus (prout narrat Gal. in primo ſec.loc.ad alopecias diuturnas) poſt fomentationẽ,raſurã,& fricationẽ cum frondibus ficus & nitro, quolibet die vngebat ſequenti: Recipe erinaceorum marinorum cum teſtis ſuis, gallarum immaturarum, amygdalarum amararum,pilorum vrſi, adianti,radicis arundinum, frondiũ fici,omniũ aduſtorum,ana drach.ij.ſtercoris muris, drach.j. cum aceto, & cedria,& adipe vrſi miſcendo fiat linimentum. Et in ſeq.laudat mures aduſtos,& cortices vitis aduſtas,cum melle vnita.Et cum hoc dicit,quòd cortices auellanarum aduſti,illiti cum melle,faciunt alopeciam deſiſtere in decem diebus. Ad eandem intentionem in chartolario fuit probatum iſtud: Rec.ſucci calcidárum,vnc.j.pul.ſanguiſugarum aduſtarum,lacertæ viridis aduſtæ,viridis æris,ana vnc.ß.pul.talpæ combuſtæ,pulueris ſolearũ combuſtarum, ſetarum porci aduſtarum,ana vnc.j. mellis quod ſufficit ad vniendum in formam vnguenti,& inungatur locus ſingulis noctibus, & mane quolibet lauetur vino albo,& melle.

*Ibidem.*

*Part.6.c.2.*

*Part.8.c.1.*

*De canicie,pilorum mutatione, & eorum tinctura.*

*Canicies eſt* pilorum dealbatio. Intelligendum tamen, quod licet duplex

ſit canicies, naturalis, & innaturalis, hîc tamen non agitur niſi de naturali
*Li.1.fen.* quæ præoccupat ſenectutem. Cuius cauſa immediata ſecũdum Auicen. eſt
*2.doct.3.* abundantia phlegmatis aquoſi putrefacti,generati ex rebus debilitantibus
*cap.3 & lib.4 fen.* calorem naturalem: vt ſunt ægritudines longæ & diuerſæ, & ſtomachi
*7.tr.1.c.* malitia,& anguſtiæ fortes, & nimia capitis lotio, & coopertura exceſſiua.
*15.* *Signa caniciei* ſunt ſatis manifeſta. Iudicatur quòd canities eſt mala & ſuſpecta. Nam videtur mors capiti vexillum ſuum applicaſſe, vt ait Gordo-
*Par.2.c.4* nius.Iudicatur etiam per Gal.in primo cap.top.quod propter indoctas de-
*Cap.3.ſec.* nigrationes capillorum cum medicinis communibus (quæ vtplurimum
*1.* ſunt frigidæ & ſtypticæ)non ſolùm vidit in periculum incidere multas mulieres,ſed etiam mori. Propterea enim quia capita earum refrigerantur, aliquando quidem in apoplexiam & epilepſiam,aliquando in maximos catarrhos incurrunt,vt & patiatur pulmo,& phthiſis ex eo ſequatur.

*In curatione* caniciei duplex eſt regimen,vniuerſale,& particulare. Vniuerſale eſt in diæta,& euacuatione phlegmatis, & præcautione ne generetur.De quibus fuit dictum ſatis in tract. de apoſtematibus phlegmaticis ſuprà.Tryphera autem ſarracenica, & myrobal. (vt dicit Halyab. in fine techni)in retardanda canicie & ſenectute obtinent principatum. Verùm A-
*Cap.16.lo* uic.conſulit,vt per annũ integrum ſumantur: Et poſt ſumptionem tarde-
*ci præcit.* tur cibus vſque ad meridiem.Particulare regimen conſiſtit in duobus:primò,vt præparentur pili ad recipiendum tincturam: ſecundò, vt detur eis tinctura. Primum ſic completur ſecundum Gordonium: Pili lauentur multis diebus, lixiuio cinerum truncorum caulium, in quo ſit alumen diſſolutum: hæc enim ablutio, ratione aluminis, præparat pilos ad reci-
*Li.4.fen.* piendum omnem colorem. Ad iſtam eandem intentionem dicit Aui-
*7.tr.1.c.* cen.quòd radix alcannæ, & indicium, ſunt res ſuper quas aggregantur ho-
*19.* mines in tingendo,vel ad nigrum, vel ad flauum. Secundum completur ad colores appropriatis. Et denigrantia quidem capillos ſunt (ſecundum Galenum in primo ſec.loc.)Cedria cum oleo, & ſine oleo in frigidis & humidis. Verùm in partibus ſuis Aſiæ dicit, mulieres ruſticas montanas addere picem liquidam,& inungere radices pilorum. Hæc enim pharmaca ita denigrãt,vt nõ noceãt:habẽt etiã cum ſtypticitate aliquã tenuitatẽ,qua pro-
*Sect.2 lo-* fundè ſubeũt ad radices pilorum. Adhæc dicit,iuxta verba Archigenis, ꝙ «
*ci præcit.* nigreſacit capillos radix capparis cũ lacte mulieris,aut aſinę,vſquequo ter- «
tia pars per decoctionem ſit conſumpta,nocte applicata: (& iſtud eſt me- «
*Cap.19.lo* lius,ſecundũ Auic.)Vel vrina canis cõſeruata quinque vel ſex dies,vel cor- «
*præcit.* tices pruni cocti ad mellis ſpiſſitudinẽ: vel illud nigrũ quod eſt in medio «
papaueris rub.cum oleo myrtino miſtũ: quibus vngatur & cataplaſmetur. «
*Cap.80* Lib. de par. facil. addit, oleum agitatum cum plumbo in vaſe plumbeo,
*Li.5.alm.* & repoſitum in plumbo, quo inungatur, eſſe bonum. Rhaſis autem ad
*cap.8.* hoc dictat, quod gallæ ad quantitatem lib. frigantur in oleo: & cum oleo cocto, & alcanna, & dragantho, & ære vſto, & ſale gemmæ fiat linimentum, quo illinatur caput, & barba, prius lauata aqua calida, & manibus

nibus exiccata : & ne deſiccetur, foliis betæ vel ſambuci (vt dicit Halyab.) cooperta per ſex horas dimittatur : & poſtea lauetur. eſt enim optimum ad caniciem denigrandam. Auicen. verò componit ad denigrandum, & conſeruandum à canicie, olea è myrobalanis nigris, & emblicis,& gallis,ana partes x. ladani, partes xx. foliorum myrti & granorum eius, ana partes xxx. ponantur per tres dies in tribus libris olei : Deinde coquantur, donec incraſſentur:& fricentur eo capilli. Subſequenter dicit, quod quando ponitur in tinctura pondus,drach.j.cariophyllorum,denigrat valde,& prohibet malitiam eius à cerebro. Conſequenter narrat Galen. vbi ſuprà, quod ſecundum Archigenem flauos faciunt capillos lupinis,cum aqua & nitro illiti. Sed flauos & criſpos faciunt lotio cum ſpuma nitri, & myrrha:& radix aſphodelorum cocta in mero.Rhaſis verò dicit,& Auic.cũ eo,vt fiat lixiuium è cineribus ſarmentorum, & macerentur in eo per noctem vnam,lupinorum tritorum,drach.x,myrrhæ,drach.v. alcannæ aſſatæ, drach.iij.poſtea coletur:& hac aqua caput lauetur(ſupple cum vino)quod toties eſt faciendum,quouſque ſint rufi. Mulieres Montiſpeſſulani ponunt flores ſtœchadis in lixiuia,& geniſtæ:Bonon.raſuram buxi,& corticẽ citri: Pariſien.radices gentianæ, & radices berberis,& florem cartami.

Cap.17.loci præcit.
Cap.19.loci præcit.
Sect.2.
Li.5.alm. cap.10.
Cap.20. lo. præcit.

*De lotione capitis.*

*Mundificantia* caput ſunt lixiuia,proprè è cineribus ſarmentorum,& cineribus clauellatorum: cum albuminibus ouorum,& ſapone.Eſt autem ſapo duplex:Sarracenicus,qui eſt mollis:& Gallicus,qui eſt durus.Sarracenicus fit ex duabus partibus capitelli, & tertia olei oliuarum. Gallicus fit ex duabus partibus capitelli,& vna ſepi arietini.Capitellum autem fit ex duabus partibus cinerum ſtipitum fabarum,& tertia calcis viuæ: quæ diſſoluãtur aqua inſtar lixiuij,& colentur:& quod diſtillabit,eſt capitellum.

*De auferentibus pilos.*

*Auferentia* pilos ſecundum Critonem narrat Gal.vbi ſuprá: nempe arſenici coloris aurei(quod eſt auripigmẽtum citrinum)calcis viuæ,ana vnc. j.amyli,terræ vocatæ à Latinis ſelinuſiæ (quæ eſt ſpuma argẽti)vnc.ß.terãtur,& incorporentur cum aqua,& bulliant.Signum autẽ perfectionis eſt,ſi pennam impoſueris, & depiletur. Rhaſis autem aquæ, in qua calx per ſex dies(tertio quoque die renouando calcẽ)infuſa fuerit, vnit arſenici citrini ſextam partem:& tandiu in ſole dimittatur, donec penna immiſſa depiletur cum extrahetur: & hoc loca depilanda fricare præcipit, & depilantur.Auicen. ſumit calcis viuæ, partes duas : arſenici, tantundem, aloes, modicum. liniantur cum aqua calida : abradit enim ſtatim. Et vt pſilothrum meliorem odorem habeat, modicum imponatur galliæ moſ. Vſus communis aufer pilos vno è quinque modis,vt dicit Henricus. primò,reſecando forficibus : ſecundò, radendo nouaculis : tertiò, eradicando volſellis, aut digitis : quartò, pice nauali cum digitis, aut panno applicata : quintò pſilothris dictis. Et modus vtendi pſilothris eſt, vt ſint in ſtupha: & poſt longam fomentationem cum aqua calida, dum

Li.1. κτ τοπ. ſect. 2.cap.4.
Li.5.alm. cap.13.
Cap.7. loci præcit.

pſilotrum erit calidum & ſpiſſum ſicut linimentum,applicetur ſuper locũ: & ſtet per ſpatium dicendi,Miſerere.Et ſi ſatis eſt (quod cognoſces, quia trahendo pilos,locus depilabitur leuiter) fricando,& lauando aqua calida, remoueantur pili.Poſtea locus oleo roſ.inungatur,aut aqua frigida.Quod ſi locus eſſet excoriatus,vnguento albo curetur.

*De prohibentibus renaſci pilos radicitus euulſos.*

Cap.4. ſection.3. *Componuntur* talia pharmaca ſecundum rationem (vt dicit Gal. vbi ſuprà) ex lepore marino,& ranis quæ in viridibus arundinetis ſeu cannis paſcuntur:& ſanguine teſtudinis marinæ, & veſpertilionum, ouis formicarũ, & gummi vitis albæ ſeu bryoniæ, & vrticæ,&c.Aui.verò & Rhaſis ad hoc ſcribunt hyoſciamum,opium,& pſyllium cocta in aceto:& cimoliam, & ceruſſam plumbi,æqualiter:aluminis,mediam partem:trita cũ aqua hyoſcyami albi. Nonnulli verò laudant limaturam ferri coctã fortiter in aceto. Cap.10. eiuſdem.

## CAPITVLVM SECVNDVM

## DE DISPOSITIONIBVS FACIEI, ET partium eius,in ſe continens quinque partes.

*Pars prima,de vniuerſali faciei decoratione.*

DIſpoſitiones quæ in facie apparent,quædam ſunt naturales, quædam præter naturam.Naturales indigẽt conſeruatione, ſi pulchræ ſunt:& decoratione,ſi turpes:velut eſt albedinem cuſtodire,& albiorem facere,& rubicundiorem,ſi licitum fuerit.Quæ verò præter naturam, indigent correctione: velut eſt puſtularum,& macularum generatio, atque ſuppilatio. Et hoc intendebat Galen.dicere in primo cat.top. quando ponebat differentiam inter commoticam,& decoratiuam partem medicinæ. Nõ tamen omnia in omnibus,ſed certa in certis,vt dicebat magiſter Raymundus de Moleriis in Montepeſſulano.Nam licet decoratiua cura ſit licita,commotica verò nõ eſt licita,niſi gratia honeſtatis.Vnde Galenus vbi ſupra.Quæcunque in deliciis exiſtentes decorant ſeipſas,nulli earũ precanti aliquod ſibi dari pharmacum dedi.Quęcunque verò honeſtiores erant,& ſigna ſenij & deformitatis effugiebant,à ſuorum maritorum moleſtiis eripi deſiderantes,aliquibus conſului vti. Cap.3. ſect.1.

*Ad decorandum,& faciendum colorem bonum.*

Aph.2. *Color* corporis (ſecundum Galenum in primo aphoriſmorum iuxta tranſlationem arabicam) authoritate Hippo.dominium humorum oſtendit,niſi in profundo occubuerint.Propterea eſt intelligendum, quod bonus color & floridus,eſt ab humoribus bonis ſanguineis tractis ad cutem. Color autẽ malus,à malis humoribus:vt niger è melãcholicis,albus à phlegmaticis,citrinus verò à cholericis. Cauſæ autẽ extrinſecæ adiuuant mutationẽ coloris,(vt ſecundũ Auic.)calor aduſtiuus;& dimiſsio balnei, & vſus aceti & malarum aquarum, ad nigredinem: frigidus, coitus, triſtitia,& ægritu- Li. 4.fen. 7.tr.2.c.1.

ægritudines longæ,ad albedinem:& comeſtio rerum citrinarum,vt cymini,ammeos,& rerum ſalſarum,ad citrinitatem. Et ideo notat Ioannes de Sancto Amando,iuxta doctrinam Auic.quod quædam faciunt bonum colorem ſumpta interius, quædam verò appoſita exterius.Et introrſum quidem faciunt hoc, quia generant bonum & tenuem ſanguinem: vt oua ſorbilia,& iura bonarum carnium,vinúmque aromaticum , & cibi bonæ ſubſtantiæ.Quædam autem quia ſanguinem ſpargunt,& deducunt ad exterio ra:ſicut ficuum,piperis,Cariophyllorum,& croci moderatus vſus. Quædã, quia ſanguinem mundificant,velut tryphera minor, & myrobal.& id genus.Quæ autem exterius poſita faciunt bonum colorem, faciunt hoc cum attractione & abſterſione: & ſunt linimenta , & ablutiones factæ ex farina fabarum excorticatarum,& cicerum,orobi,hordei,frumenti,amyli,oryzæ, & conſimilium.Ex quibus Rhaſis,Halyab.Auic.& Açarauius tales conſueuerunt facere gommeras:℞.farinæ ciceris, fabarum , hordei,amygdalarum purgatarum,tragacanthi,ſeminis raphani,ana:diſſoluantur cum lacte:& nocte facies epithemetur,mane autem aqua calida decoctionis violarum ſiccarum,aut furfuris,lauetur.Et ſi adderentur illis radices ſiccę lilij , narciſſi, ireos,& ari , & fierent trochiſci, qui diſſoluerentur cum lacte hora neceſſitatis,eſſet vtile valde.Ad idem Auicen.Recip.ſaponis,lib.j.ammoniaci,lib. ß.reſoluantur in tribus libris aquæ:deinde proiiciatur deſuper thuris , maſtichis,nitri,ana vnc.ß.mellis , vnc.viij.terantur omnia in vaſe vitreato vehementer:& adminiſtretur nocte. Ad idem Theodoricus facit pulchram dealbationem:Præparetur ceruſſa ſic:diluatur cum aqua lympida per menſem ad ſolem calidum,ipſam quolibet die colando , & aquam renouando: & tandem dimittatur exiccari. Et talis vocatur ceruſſa dealbata , & præparata,de qua ℞.partes quinque:margaritarum,cryſtalli,nutri,boracis,ana partẽ vnam:camphoræ,ſarcocollæ,mirrhæ claræ,argẽti viui ſublimati,ana mediã partẽ vniꝰ.terãtur ſubtiliſſimè,& molliãtur ſupra lapidẽ marmoreũ, & fiat puluis:aut vniantur cũ aqua roſ.& fiant trochiſ.& ſeruentur:& quando erit neceſſe,diſſoluantur oleo è tartaro,ad litum. Ad eandem intentionem eſt vnguentum citrinum,& multa vnguenta quæ fiunt ex omento capreolorũ,& pinguedine colũborum:Sed quia malũ inferunt odorẽ,dimittuntur.Modus autẽ decorãdi,eſt vt facies primũ foueatur vapore. Deinde lauetur ſapone diſſoluto aqua tepida. Et ſi illa aqua eſſet è floribus fabarũ, aut lilij,aut nymphææ,ſambuci,aut viticellæ,aut lactis diſtillata, eſſet melior.Deinde exiccetur:poſtea litus fiat cũ aliquo prædictorũ,& dimittatur per noctem:& in craſtinũ lauetur aqua furfuris, aut violarũ,& ſtet modicũ facies pãno cooperta.Poſtea ſi volueris colorare poma maxillarũ , liniãtur aqua aluminis,in qua modicũ raſuræ braſilij ſit temperata.Quomodo autẽ remoueãtur pili,& prohibeantur renaſci , & quomodo remoueantur morpheæ,ſerpigines,& aſperitates,dictum eſt ſuprà.

*Ex cap.2. loci præc.*

*Li.5.alm. ca.17. & lib.2. diuiſ.c.13.*

*Cap.2. Ibid. Lib.3.c. 54.*

*Ad maculas* verò, lentigines,& pannũ remouẽdum, liniatur facies oleo è tartaro, & ex frumento , aut aqua gallicana,quam ponit Henri.℞.tartari

calcinati,lib.j.maſtichis,vnc.j.cāphoræ,vnc.ß. contundantur cū albuminibus ouorū,& ponātur in alembico,& ſicut aqua roſ.diſtilletur. Ad idē diachylon Auicēnæ:decoquatur lithargyri,vnc.j.in olei antiqui,vnc.ij.donec diſſoluantur:deinde ſumatur mucilaginis fœnugræci,mucilaginis ſinapis, ana vnc.vna:bdellij,& myrrhæ,ana drac.quinq; proiiciātur ſuper lithargyrum,& oleum,cocta & agitata vehemēter, & fiat vt diachylon. Lac autem virgineum (quod fit ex lithargyro aceto albo diſſoluto, & per filtrū diſtillato,cum aqua ſalſa miſto) eſt optimū in hoc caſu. Rhaſis verò & Auic.dicunt,ꝙ ſi accipiatur argenti viui,drag.j.amyd.drag.iij.& terantur extrema tritura,donec nihil appareat argenti viui:deinde proiiciatur ſuper illud tātundē ſeminis melonū triti valde:deinde facies liniatur eo omni nocte per ſeptem dies,& mane lauetur aqua tepida, non eſt ei par in mundificando ſupradicta.Si verò iſtis nō curētur,ad capitulū de morphea ſunt remittēdi.

*Li.4. fen. 7.tr.2.c.* *Li.5. alm. cap.21.* *Cap.6.loc. præcit.*

*Ad ſanguinem* mortuum,& liuorem in facie,& in aliis locis laudat Gal. in quinto ſect.loc.cū ſpongia macerata aceto tēperato calido:quod laudat in principio.Deinde laudat decoctionē ameos,& hyſſopi,cū lacte & vino Hēricus verò dicit,ꝙ ſi cū ſucco radicis nappi agreſtis miſceatur modicū aloēs hepaticę,& liniatur locus ter vel quater in die,intra duos dies curatur.Rhaſis autē præcipit,vt loco vulneris,vbi neq; dolor, neq; calor poſt percuſſionē remanſerit,folia caulis vel raphani vel mētaſtri (quod melius eſt)ſuperponātur. Quod ſi loc⁹ nō curetur arſenico,& lapide lazuli,& thure,& ammoniaco,dilutis ſucco coriādri,aut apij,multis vicibus epithemetur.Et abſinthiū cū melle eſt optimū,ſecundū Aui.Aut ſecundū Dynū:℞. ſucci maioranæ,arſenici citrini,olei chamæmeli,ceræ,ana partes æquales fiat vnguentum.Et diachylon etiā laudatur. Cōmuniter tamen locus fomentatur aqua decoctionis roſ.& fœnugræci:& emplaſtri modò adhibetur pānus imbutus vino,aut farina fabarū cocta in oxymelite.Et ad citius expediendum,ponitur ceruſſa cum aqua roſ.aut vnguentum album.

*Cap.1. part.2.c.3.* *Li.5. alm. cap.25.* *Cap.4.*

*Ad variolas,& ad cicatrices ipſarum.*

*Ad variolas* duplex reperitur regimē:vniuerſale de diæta & euacuatione, quod ptinet ad medicos & particulares,qđ eſt quadruplex,primū quomodo trahantur extra,vt materia mala non remaneat intus.Secundum, quomodo præſeruētur mēbra aliqua extrinſeca,quæ ab illis periclitātur. Tertiū,quomodo puſtulæ rūpātur,poſtquā ſunt maturæ.Quartū,quomodo cōſolidētur,vt nō remaneāt veſtigia mala.Primū cōpletur quibuſdā potionibus,quæ fiūt ex lēticulis,& ficubus, & croco:& inuolutione pāni rubri, cū cautela à frigore & vēto.Secūdū cōpletur quantū ad oculos,collyrio aquæ roſ.& croci:quātū ad nares,omphacio,& aqua roſ.quātū ad guttur,diamoron:quātū ad pulmonē,diatragacātho:quātū ad inteſtina,trochiſcis de ſpodio,& id genus.Tertiū cōpletur,ſi puſtulæ rūpātur forficibus, remouendo modicū pellis,ne recludātur.Quartū,vt nō ſcalpēt ſe:& inſpergātur farina lētiū,fabarū,lupinorū,& orobi,lithargyri,ceruſſa,& aloē. Poſt deſiccationē,vngātur vnguēto è lithargyro,ceruſſa,& camia facta cū oleo lilij,& axūgia aſini,aut gallinæ.Et iſto Rhaſis:℞.lithargyri nutriti,radi.arūdinū,oſſiū

*Li.5. alm. cap.27.*

vetuſtor.farinæ ciceris,oryzæ,ſeminis melonũ mũdatorũ,bẽ,coſti,ana:hæc oĩa cũ mucagine fœnugræci,& ſe.lini miſceãtur,& ex his facies epithemetur.De cicatricibus vulnerũ,in loco vulnerum carnoſorum dictũ eſt ſuprà.

*De gutta roſacea,& puſtulis quæ fiunt in facie.* *Intelligendũ* eſt guttã roſ.apud Aui.vocari albedſanẽ.Et eſt rubedo extranea,ſimilis rubedini à qua incipit lepra,& vtplurimũ apparet in facie,& ꝓpriè in naſo,& in pomis maxillarũ. Ea quãdoq; eſt cũ inflatione totius faciei (& tũc dicitur apud Gul.de Salicetọ butizaga) & quãdoq; eſt ſine inflatione:quãdoq; cũ puſtulis, quãdoq; cũ cruſtis:& tunc eſt de genere aſſafati.Horum generatio eſt ex phlegmate ſalſo,& ex aliis hnmoribus aduſtis. Et fortè eorum fumus eſt malus,venenoſus(quare inflat,& vlcerat partes circumuicinas) vt dicit Gulielmus. *Li. 4.f.7. tr. 2. c.8.* *Li.1.c.18. part.2.* *Ibid.*

*Signa materiæ* ex qua fiunt, habentur per colorẽ, & formã,& per virulentiam quam emittit:& per res naturales, non naturales, & contra naturam, vt dictum eſt ſuprà.Iudicatur quòd eſt morbus contagioſus, & ſignum primum ad leprã.Adhæc etiam iudicatur per Rhaſim,ꝙ multiplicatur in hyeme,& in frigore.Et cauſa,vt dicit Auic.eſt quia frigus coarctat vaporẽ plurimũ.Iudicatur etiã quòd eſt difficilis eradicationis, propter prõptitudinẽ quã facies habet ad recipiendum materias,cauſa ſuæ raritatis &debilitatis, vt dictum fuit de vlceribus ſupra:imò,quæ eſt antiqua,non eradicatur.

*Circa curã* duo ſunt regimina:vniuerſale,& particulare ſiue locale. Vniuerſale de diæta & euacuatione,fit ſecũdũ diuerſitatẽ materiæ: Et diuertẽdo materiã fricationibꝰ& cucurbitulis,cãtharidibus,ruptoriis retro ſpatulas,& collũ,& ſub mẽto:& phlebotomia venarũ frontis & naſi, & applicatio ſanguiſugarũ eo loco,cõmẽdãtur. Et purgatio cũ electuario è ſucco roſ. habet prærogatiuã in hoc.Et diæta ſubtilis & tenuis,præcipuè in vino,vt abſtineat ab eo,ſaltẽ forti & puro. Et caueat ab õnibus aromatibus,& rebꝰ acrib.vt alliis,cepis,pipere,ſinapi,ruta,& odore ſambuci.Etiã caueat ab õni re ſalita,frixa,& aſſata cõbuſta,& melãcholica,atq.vaporoſa: à coitu, & ab omni frigiditate,& caliditate exceſſiua.Teneat ventrẽ laxũ,dormiat capite eleuato:& breuiter adminiſtretur illi regimẽ aliarũ infectionũ, puſtularũ cholericarũ & aduſtarũ,& principij lepræ,vt dicit Aui. Particulare regimẽ in recẽtibus eſt,vt refrigeretur locus,& deſiccetur repercuſſiuis.In ãtiq.s,vt corrigatur cacochymia reſolutiuis. Ad primũ cõfert aqua aluminata,quæ fit ex ſucco omphacis vuæ & portulacæ & plãtaginis, & albuminib.ouorũ cũ alumine,modũ aquæ roſ.diſtillatæ.Imbuti ea pãni deſuꝑ applicẽtur, & ſæpe renouẽtur.In antiqua,fiat vaporarium ex chamæmelo, meliloto,roſ. viol.& flor.nenufaris.Et poſt leuẽ abſterſionẽ,inũgatur vnguẽto albo & citrino,in quo modicũ argẽti viui,& ſulphuris atque aluminis cũ oleo de tartaro ſint incorporata. Ad idẽ Guli.Re.acetoſitatis citri, vnc.iij.ceruſſæ.qđ ſufficit ad inſpiſſãdũ ꝓdictũ ſuccũ:arg.viui extĩcti ſaliua.vnc.ß.incorporãdo fiat vng.Theo.℞.boracis,drag.ij.farinæ cicerũ,fabarũ.an.drag.j.& ß.cãphoræ,dra.j.cũ melle,&ſucco cepę fiãt troc.& cũ opꝰ fuerit diſſoluãtur,&liniatur.Ad eãdẽ ĩtẽtionẽ valet lac virgineũ aqua roſ.ſulfurata,oleũ è tartaro & ex frumẽto:& multa alia auxilia dicta ſuperiꝰ in ſerpigine,& decoratiõe. *Ibid.* *Li.1.c.18. part.1.* *Li.3.c.15.*

Et ſi iſtis non cedit, veſicetur locus appoſitione cantharidum miſtarum cum ſepo: Et poſtea admotis foliis ſiclæ locus purificetur, deinde prædictis deſiccetur, & conſolidetur.

*Pars ſecunda, de ægritudinibus oculorum quæ ſuperius non ſunt tractatæ.*

AEgritudines oculorum (quæ ſecundum Gal. in tertio de ægritudine & ſymptomate nocent actioni viſiuæ) ſecundum oculiſtas quædam ſunt vniuerſales toti oculo, vt apoſtemata, & inflationes, & mali motus: quædam ſunt particulares, vt ægritudines palpebrarum, panniculorum, humiditatum, & ſpirituum ipſius. Et hoc eſt quod Gal. in quarto de ægritudine, “
& ſymptomate dicebat: In ſenſitiuis quidem actionibus (vt oculorum) tri- “
plex ſymptomatum eſt differentia: vna quidem in primo organo, velut cry- “
ſtalloyde patiente. Altera in ſenſitiua virtute à cerebro per neruum opticũ “
deſcendente. Tertia verò in coadiuuantibus: vt ſunt omnes aliæ particulæ. “
Et vniuerſaliter ſubdit, quòd iſtarum ægritudinum quædam ſunt complexionales, quæ vt ſimilaribus partibus inſunt: quædã compoſitionales, quæ ſunt vt in organicis: quædam verò communes, quæ in vtriſque fiunt. Et licet iſtæ ægritudines poſſint eſſe in omnibus mẽbris, nihilominus propter naturam oculi, quando accidunt eis, ſuſcipiunt quandam proprietatem, quæ facit magnam diuerſitatem in curando. Et ob hoc dicebat Ieſus quaſdam eſſe ægritudines oculorum, quæ multum ſunt conuenientes aliis mẽbris, vt malæ complexiones, ſolutiones, & apoſtemata: quædam verò propriæ, vt lacrymæ, panni, cataractæ, & id genus. Et ideò multipliciter ægritudines oculorum numerauerunt. Nam ipſe Ieſus numerauit 92. Auic. verò 48. Alcoatim 50. Azarauius 60. Acanamoſalus de Baldac dicit ſe medicaſſe 65. Et atteſtatur quòd Galen. poſuit 105. & Almanſor. 80. Beneuenutus & Hiſpanus de paucis tractauerunt. Quotquot autem ſint, hîc non niſi de manifeſtioribus agetur, de quibus non fuit dictum ſupra in apoſtematibus, vulneribus, & vlceribus: pro quibus ad chirurgum habetur recurſus communiter. De non manifeſtis verò, quæ occultæ ſunt ſenſui, pauca hic tangentur: Nam earum ſpeculatio ad aliam pertinet doctrinam.

*Tr. 2. c. 3.* — *Tract. 2. c. 3. & ſe.* — *Lib. 3. f. 3. tr. 1. 2. 3. & 4.* — *Lib. 1. c. 1.* — *In theſ. paup. c. 13.*

*Cauſæ autem* ægritudinum & ſymptomatum oculorum, vt aliorum membrorum, ſecundum magis & minus, ſunt primitiuæ, antecedẽtes, & coniunctæ. Eas Galen. in toto libro interiorum, ſympathias & Idiopathias (id eſt compaſſionales, & proprias) vocabat: compaſſionales, quando veniunt ab alia particula: proprias, quãdo ſunt propter cauſa propriam in eadem. Quæ quidem cauſæ generantur ex humoribus à malo regimine in corpore generatis, & ex ipſorum oculorum debilitate, vt dictum eſt ſæpe. Ex quibus apparet, quod in ægritudinibus oculorum poteſt eſſe fiens, & factum, vt in ophthalmia, & in apoſtematibus ſuperius fuit declaratum.

*Signa ægritudinum* oculorum apparentium, vt aliarum, ſatis ſunt manifeſta. Quæ verò occulta ſunt, maxima indigent perſcrutatione, primo interiorum

riorum: quæ ſigna particulariter infrà dicentur. Iudicatur autem quòd ipſæ ſunt difficilis curationis: quia oculus eſt intricatæ compoſitionis, vt dictũ fuit in anatomia. Præterea oculus, eſt ſenſibiliſſima particula, tertiodecimo therapeu. & medicamina quæ competunt ei, artificij ſunt magni: vt in quarto ſec. loc. docet Gal. & Acanamoſalus illud idem ſcribit. Adhæc multæ diſpoſitiones oculi in vnum ſæpiſſimè implicantur, vt in ſcabie & ſebel: implicationes autem diſpoſitionum curam faciunt difficilem, vt ſeptimo therapeut. dicit Galenus. *Cap. vlt.* *Cap. 1.* *Lib. 1. c. 4.*

*Cura ægritudinum* oculorum in genere habet quinque intentiones. Prima eſt in documentis octo, quæ ad curam vtiliter obſeruantur. Secunda, in materia antecedente generata, vt euacuetur. Tertia in vita, ne amplius materia peccans generetur. Quarta in materia coniuncta, vt extirpetur. Sed quinta in accidentibus, vt mitigentur. Primum documentum primæ intẽtionis eſt quod quando ægritudinibus oculorum coniungitur cephalalgia & oculorum dolor, aut fluxus, illa prius ſunt ſedanda, quàm ad curam oculorum ægritudinum accedatur. Hoc dicit Auic. & Ieſus, & dictum fuit in vlceribus & ophthalmia. Secundum eſt Gal. in 13. therapeut. quòd nulla operatio particularis fiat in oculis, quouſque corpus & caput fuerint purgata & emendata. Tertium eſt, quòd omnis operatio particularis in oculo delicatiùs, & quamminimo dolore erit poſſibile exerceatur. Et propter hoc præcipit Ieſus, vt dum aperitur oculus, ſuauiter palpebra eleuetur, & paulatinè (non ſubitò) claudi permittatur. Et Albucaſ. vt non attentes operari in oculo in quo fuerit dolor, aut aliqua fatigatio, quouſque ſedata fuerit: Et poſt ad operationem redeas, ſi eſt neceſſe. Quartum, vt operationes fiant in loco claro, & non ventoſo, & vt patiens (præcipuè circa caput) ſtet firmè. Et propterea Albucaſ. in operationibus omnibus iubet patientem in ſinu, vel inter genua medici, vel (ſecundum Halyab.) ſupinum ſupra ſcamnum collocari. Et poſt operationem in loco vmbroſo, oculo cooperto ſindone nigro, debet reponi. Quintum, in applicando eſſe melius multiplicare vices, quàm quantitatem. Quantitas enim nimia bonitatem obtundit auxiliorum, vt Azarauius dicit. Sextum, vt medicamina oculorum ſint bene depurata, præparata, & ad vltimum trita & cribrata: aliter plus grauarent, quàm proficerent, vt Acanamoſalus dicit. Septimum, vt ante appoſitionem medicaminum oculus bene lauetur aqua calida, & bene abſtergatur, & mundetur xylo ſtilo inuoluto. Octauum, vt non accedat quis ad operationes, niſi ſit ſubtilis & ingenioſus, bene videns, & manus habeat firmas, & alium viderit operari: & habeat hamos, acus, ſtilos, forfices, ſpatulas, ſcalpellos, raſoria parua, & bene polita, duplicata, & triplicata: & ſemper xylon & albumen oui, & aqua roſacea prompta ſint illi, & panni ad faſciolas & ligaturas. Operatio enim oculorum eſt particularis, & non communis, vt dicit Gulielmus de Saliceto. *Li. 3. fen. 3 tr. 1. c. 4* *Tr. 2. c. 1.* *Cap. vlt.* *Ibidem.* *Lib. 1. c. 4. & 6.*

De ſecunda, tertia, & quinta intentionibus, ſatis dictum eſt in tractatu

de apoſtematibus,vlceribus,& ophthalmia. De quarta verò dicetur hîc ſecundum ſingulas ægritudines.

*Et primò de ægritudinibus totius oculi, quæ quatuor memorantur, à lachrymis & fluxibus incipiendo.*

*Lachrymæ* licet veniant à lachrymalibus (propriè à quodam foramine paruo & quaſi inſenſibili in fine pilorum, prout teſtatur Beneuenutus) nihilominus ab eis totus patitur & inficitur oculus. Et ideo dicit Auicen. eſſe ægritudinem, in qua ſunt oculi ſemper humidi, & infecti humiditate aquoſa à capite ad oculos deſcendente. Quæ quidem aliquando deſcendit per venas exteriores, quandoque per interiores, vt dicit Ieſus.

*Li.3. fen. 3. tr. 2. c. 26.*

*Tr.2.c.44*

*Earum cauſæ* ſunt, repletio capitis & totius corporis, aut oculorum debilitas naturalis ſeu accidentalis: velut inciſio, & diminutio carnis in lachrymali, aut frigus, aut caliditas fortis, atque animi paſſiones.

*Signa* ſunt ſatis nota. Materia autem ipſarum cognoſcitur tactu. Nam ſi ſentiuntur frigidæ, ſignificatur materia eſſe frigida. Si verò ſentiuntur calidæ & mordicatiuæ, & quod adurant partes vicinas, ſignificatur materia eſſe calida. Regio vnde veniunt, cognoſcitur per modum, qui dictus eſt in ophthalmia. Abſciſſio & diminutio carnis lachrymalis eſt manifeſta, & indicatione habetur patientis. Iudicatur ab Auicen. quòd naturales, & quæ ſunt propter abſciſſionem carnis lachrymalis, non curantur. Et quæ veniunt à parte intrinſeca, difficilis ſunt curationis, vt Alcoatim teſtatur. Et ideo in talibus expedit deſiccatio palliatiua, cum pulueribus infrà ſcriptis.

*Ibidem.*

*In curatione* lachrymarum duplex eſt regimen: vniuerſale, & particulare. Vniuerſale de diæta & purgatione, dictum eſt ſuprà in vlceribus, & ophthalmia, & in fluxibus ſeu rheumatiſmis. Sed præter illa diaolibanum in hoc caſu Beneuenetus & Acanamoſalus commendant ſerò admouendum. Diuerſio tamen in hoc caſu prærogatiuam habet: & ob hoc laudant omnes cauteria in ſummitate capitis facta: quorum modus dicetur infrà. Galen.13. therapeu. in interioribus lachrymis concedit inciſionem arteriarum temporum: in exterioribus, venarum. Et Albuc. & Halyab. dant modum: quia tamen opus eſt difficile, & narratio longa, & etiam dixi aliquid in ophthalmia, omittò eam de præſenti. Cauteria verò punctualia in fontanellis brachiorum, & ſetones retro collum, ſunt mihi in hoc caſu magis dilecta. Confortatio & deſiccatio cerebri ſecundum Galenum hîc maximè habet locum: in cauſa frigida, cum ambra & ſtyrace: In calida cum roſis & camphora. Et Auenzoar glorioſus ſacellationem, aut ſinapizationem ſupra proram capitis, cum cinnamomo, caryophyllo, maci, piperibus, cortice citri, ſingulatim, aut cum aqua mentæ aquaticæ, aut roſ. ſecundũ tempus & diſpoſitionem infirmi, cõmendat inſiſtendo rheuma experimento ſuo, ac etiã patris ſui. Rabbi Moyſes hæc in ſuis aphoriſmis acceptat.

*Li.6. par. 2. cap. 9*

*Cap. vlt.*

ceptat.Interceptio materiæ admotis ſtypticis, vt in ophthalmia fuit dictum,non tradatur obliuioni in hoc caſu.

Particulare regimen perficitur in cauſa calida iſto collyrio,vtili lachrymæ & calori.Et ponitur à Ieſu : Recip.ſedeng loti (quod eſt lapis hæmatites vel ſanguiarius) marcaſitæ lotæ,tutiæ præparatæ,ana drag.j.margaritarum,drag.ß,ſief memithe, aloës, ana ſcrup. j.terantur & cribrentur, & fiat collyrium. Et ſi ei adderentur oſſium myrabolanorum combuſtorum in paſta,ſcrup.j.coralli,ſcru.ß.melius eſſet. Piperis paruam quantitatē in hoc medicamine ponunt multi.Ad eandem intentionem Auic. & Heben Meſ. tale collyriū approbauerunt, expertum ad lachrymas & tenebroſam diſpoſitionem oculorum: Recipe ſucci granatorū acidorum cocti vſque ad conſumptionem medietatis,lib.ß.aloës,ſief memithæ,licij,croci, ana drag.iij. moſchi,grana xvj.miſceantur,& ponātur in vaſe vitreo ad ſolē per 40.dies. Ad eandem intentionē valet puluis magiſtri Arnaldi, qui in antidotario dicetur:Et collyria alba cum cadmia,& id genus.In cauſa autem frigida ponit Azaramus Galaf in 21.parte antidotarij magni,alcofol (id eſt, collyriū) ſubtile conferens ad lachrymas,& humiditates,& relaxationes, & grauitates palpebrarum.Cuius formula hæc eſt:Recip. capitum viperarum ſine ſale aduſtorum,antimonij,tutiæ ablutæ,& viridis æris,ana drag.ij.camphoræ,tertiam partem vnius dragm.terantur. Ad iſtam intentionem valet baſilicon,& collyrium de domo,& id genus.Et burud purgādo oculos per eductionem lachrymarum,præcipuè facta ex aqua agreſtæ:& ſumac,& myrobolani ſunt vtilia,& ſal ammoniacum,aut ſal commune :Et odoratio ceparum,& comeſtio ſinapis educunt lachrymas,& purgant oculos,vt experiētia docet.Cerebrū enim per lachrymas expurgatur,vt dicit Ieſus & Aui.

*Cap.27. loci præcitati. Sect. 1. part.ſum. 5.cap. 12. Tract. 7. do. 2.c. 2.*

### *De eminentia ſeu incraſſatione totius oculi: & de huius oppoſita macilentia & diminutione.*

*Incraſſatio* & eminentia oculorum,ſecundum Aui.fit tripliciter, aut propter magnam inflationem & repletionē alicuius materiæ, aut propter vehemētem coarctationem ad exteriora (quam vocat Ieſus, ſuffocationem) vt fit cùm eſt vehemens cephalalgia,& propter vomitum, tenaſmum, clamorem,& laborem partus:aut propter vehementem mollificationē lacertorum oculi.Et minoratio eius fit à cauſis cōtrariis euacuatiuis & cōſumptiuis(vt in hectica,& in febribus cū iugi vigilia)aut à cauſis triſtatiuis,aut à ſpaſmo.

*Cap.30. loc.præc. Tract.3.c. 16.*

*Curatur autem* magnitudo(poſt regimē vniuerſale in diæta & purgatione dicta in ophthalmia,& crebra cucurbitularū applicatiōe retro collū)ligādo oculū tenia & faſciis madefactis in ſuccis ſtypticis,velut eſt ſuccus prunellorū,& foliorum oliuæ.Aut linimēto facto ex acacia,aloē,thure.& ſarcocolla,vt dicit Albuc.Et lamina plumbi,& ea quæ dicta fuerunt ad eleuationē vueæ in vlceribus oculorum,ſunt valde bona.Et leuare faciem aqua frigida ſalſa,proficit valde,vt dicit ibidem Ieſus. Auicen.autē dicit,quòd ex medicinis conferentibus egreſſioni & eminentiæ,eſt vt fiat emplaſtrū ex

*Cap.32. loc.præcit.*

farina fabarum,roſa,thure,& albuminibus oui.Et etiam dicit,quod nuclei «
dactylorum aduſti cum ſpica,ſunt boni. «

*In macie verò* & profunditate oculorum, ſi debet curari, proficit regimē hecticorum.Et fouere oculum lacte tepido,& aqua dulci tepida;& vngere caput oleo violarum: & fricare,& emplaſtrum admouere frequenter remutandum ex amylo,croco,floribusviol.cum lacte & medulla bouis,proficit valde.

### *De ſtraboſitate oculorum.*

*Straboſitas* oculorū eſt viſio tortuoſa & obliqua. Obliquus autem fit & tranſponitur humor chryſtallinus (& per conſequens totus oculus) vel ad latera,vel ad ſuperiora & inferiora.De quo ſic Galen.in quarto de ægritudine & ſymptomate:ſi ad latera,nil dignum ratione nocet: ſi verò ſurſum aut deorſum,duplicia omnia facit apparere. Et cauſa iſtius eſt titubatio idolorum in vnione,ſeu crucis ſignatione (ſi ita debeat dici) neruorum opticorum. Et ad hoc faciunt ſubtilitas & mobilitas ſpirituum,vt deducit Auicen.in ſexto naturalium,tractatu primo.

*Cap 2.*

*Cauſæ obliquitatis* quandoque ſunt extrinſecæ, vt aſſiduitas aſpectus in partem illam ad quam fit obliquitas (quemadmodum etiam facit impreſſio & impulſio ſub oculis facta cum digitis) & oppoſitio feneſtræ, vel luminis,vel picturæ ad vnam partem,maximè in pueritia:quamobrem debēt nutrices eſſe cautæ. Quandoque eſt intrinſeca propter ſpaſmum aut paralyſim,vt à cephalalgia euenit forti,& epilepſia,& tortura.Iudicatur quod in adultis (maximè quando fuerit à pueritia) & quæ prouenit ex ſiccitate, non curatur. Quæ autem accidit pueris, emendari poteſt per contrarium aſpectum,ſi candela vel aliquid lucidum ſeu coloratum ad oppoſitam partem,ad quam reſpicit,apponatur. Et ad emendādum talem obliquitatem, Ieſus laudat aquam pulmonis in collyrio: & Auicen. ſanguinem turturis. In adultis verò ſi euenerit propter ſpaſmum,aut paralyſim,aut aliquam ægritudinem,curatione illarum cura.

*Tract.3.c.21.*
*Cap.29.loco præcit.*

### ¶ *Conſequenter dicendum eſt de ægritudinibus partium oculi,incipiendo ab ægritudinibus palpebrarum,quæ xxiiij.numerantur, & primum de ſcabie,pruritu,&c.*

*Ægritudines* palpebrarum, licet numerentur multæ, nihilominus aliquando coincidunt in vnum,vt dicemus de pruritu, ardore,rubore, grauitate,inflatione,verdigenet,ſilac,xere,formica,vlceratione,& ſimilibus.Omnia enim iſta vtplurimum ſunt cum ſcabie:& præterea eſt in ſcabie aſperitas.& granula inſunt intrinſecæ parti palpebræ, cū multitudine lachrymarum & quadam ophthalmia,vt Galaf Azarauius dicit. Et ideo ponūtur eius quatuor ſpecies, quæ non ſunt niſi gradus maioris & minoris, vt de ophthalmia dicebatur.

*Cauſa autem* ſcabiei eſt materia ſalſa, nitroſa, faciens accidere pruritum prius, deinde ſcabiem, vt dicit Auic. Et plurimum accidit poſt ophthalmiã, & vlcera oculorum, vt Alcoatim dicit. Magnam autem habent affinitatem: & ideò pro cura ſcabiei, eſt recurrendum ad curas ipſorum. *Li. 3. fen 3. tr. 3. c. 23.*

*Signa eius* habentur per ea quæ dicta ſunt in prædicta deſcriptione, quæ inuerſionem palpebrarum manifeſta euadunt. Inuerſatur autem palpebra, comprimendo eam ſpecillo lato, aut denario rotundo: & palpebra cum pilis ſuauiter attracta inuerſetur. Iudicatur quod cum ſcabie complicantur multę diſpoſitiones: & ideo eſt difficilis curationis, vt teſtatur Rhaſis, & dicetur de ſebel infrà.

*Cura ipſius* duplex habet regimen, vniuerſale & particulare. Vniuerſale de diæta, purgatione, & deriuatione, corroboratione cerebri, & deſiccatione, & interceptione materiæ defluentis fit, vt dictum eſt in apoſtematibus, ophthalmia, & vlceribus oculorum. Particulare præcipit balneum, & fotum cum aqua roſ. extinctionis ferri, aut cum aqua decoctionis roſarum & lentium: & appoſitio albuminis ouorum cum oleo roſ. & ſucco portulacæ, aut roſtri porcini. Iſta enim remouent pruritum, vt Alcoatim dicit. Brunus autẽ ſcribit, aquã roſ. cum vino albo, in qua ſit modicũ aloës hepaticæ, eſſe bonã. Et aqua roſ. in qua ſit modicũ cuperoſæ, aut viridis æris, aut (ſecundum Alcoatim) aluminis & croci, eſt vtilis & pulchra. Et collyrium Beneuenuti, quod tale eſt: Re. tutiæ alexandrinæ, zuc. ana vnc. xij. roſarum rubrarum ſiccarum pul. vnc. i. coquantur lento igne cum duabus lib. boni vini, vſque ad conſumptionem medietatis: coletur, & vſui conſeruetur. Et ſi adderetur aliquid antimonij, & æris vſti melius eſſet. Porrò ad inflationem Aui. præcipit, poſt euaporationem factam admota ſpõgia mandente aqua calida & pauco aceto, linire palpebram aloë lycio, memitha, & croco, aqua ſolani diſſolutis. Et deſuper ponit Guli. de Sal. emplaſtrum factũ ex farinæ fœnugræci, lib. ß. pul. roſ. vnc. j. chamęmeli puluerizatj, vnc. ß. coquantur in vino: & colatura inſpiſſetur cum vitellis ouorum. Auicen. verò emplaſtrum maluarum ad hoc laudat. Et ſanies mundificetur zuccharo: & ſi cum eo poneretur modicum tutiæ præparatæ, placeret Beneuenuto: Et ſi parum lapidis hæmatitis combuſti, confortaret oculum: & hoc laudatur à Ieſu. Et parui ſapphiri, & grana callitrichi ad iſtam intentionem intra oculum ponuntur à vulgo ad ſcabiem deſiccandam. Rhaſis præcipit collyrium rub. leue, vtile ſcabiei leui, ſulac, & ophthalmiæ, propriè circa finem ipſius: Cuius formula eſt ſecundũ Ieſum: Rec. ſedeng abluti, drag. x. viridis æris vſti, drag. viij. coralli, margaritarũ, ſalis indi, ana drag. iiij. gummi arab. tragacanthi, myrrhæ clarę, ana drag. ij. ſanguinis draconis, croci, ana drag. j. terantur, & molliantur, & cõficiendo cũ vino antiquo fiant ſief. In magnis & fortibus ſcabiebus iubet Auic. poſt inuerſionem palpebrarum, fricationem cum his quæ ſunt ſicut ſpuma maris, & folia ficus: aut cum zuc. vt dicit Alcoatim: aut cũ ſief ru. vt Ieſus, aut cum viridi, vt Rhaſis, quod eſt vtile ſcabiei: & ſebel, & vngulæ, albugini, & tenebroſitati. Eius formula ſecundum

*Lib. 9. al. cap. 19.* *Li. 2. c. 1. rub. 1.* *Cap. 27. loci præci. Lib. 1. ca. 11.* *Ibid.* *Tr. 2. c. 4. Lib. 9. al. c. 19.* *Cap. 24. loc. præc. L. 9. alm. c. 21.*

cum talis eſt: ℞. florũ æris, drag. iij. colcotar aduſti, drag. ij. arſenici ru. drag. j. bauracis, ſpumæ maris, ana drag. ß. ammoniaci ſucco rutæ diſſoluti, drag. j. & ß. fiat ſief. Et ſi ſic non ſanantur, radantur granula raſorio, aut ſpatumine rotundo, vt dicit Rhaſis: poſtea inſtilletur in oculum aqua cum pauco aceto, aut aqua cymini maſticati, vt oculus nõ incarnetur: deinde cum pul. citrino dicto in ophthalmia, curetur. Et deſuper hyeme cum amygd. amaris, æſtate cum vitello oui, & oleo viol. emplaſtretur. Et ſi adeſſet calefactio, vult Ieſus vt ſedetur cum ſedeng, & non cum amylo, neque collyriis albis: de quo ſatis miror.

5. *De caſu & relaxatione palpebrarum.*

Tr. 2. c. 30. *Relaxatio* palpebrarum (vt dicit Ieſus) eſt elongatio palpebrarum ſuperiorum vſquequo non poſſint eleuari: & fortè augentur adeò vt duplicentur, & pili ſubintrent oculũ, & lædant ipſum. Eius cauſa eſt (vt dicit) humiditatũ abundantia: & multoties prouenit (vt dicit Alcoatim) à læſione lacertorum mouentium palpebras.

*In cura* ipſius eſt duplex regimen: vniuerſale & particulare. Vniuerſale de diæta, & euacuatione, dictum eſt ſuprà in apoſtematum tractatu. Particulare regimen ſic habet. In recenti confert (vt dicit Ieſus) vngere palpebras eo quòd deſiccat & conſtringit, ſicut memitha, aloë, crocus, acacia, myrrha, & aqua eius. In antiqua verò (aut in recenti, ſi illud non proficit) operandum eſt, ſecundum Alcoatim, vno de quatuor modis. Primus modus eſt inciſio pellis palpebræ ad formã folij myrti, in tanta quãtitate vt ſufficienter ſit eleuata, quod ita fit. Digitis eleuetur, & capiatur pellis: & infigantur cum acubus tria fila vnius palmi, aut hamo triplicato. His eleuetur pellis ad ſufficientiam, & tunc forficibus incidatur, & ſtatim ſuatur: deinde cum pul. ru. & albumine oui, & ligatura, ſutura conſeruetur, & vt cætera vulnera cum diapalma curetur. Secundo modo, vt duabus virgis gracilibus ferreis, aut ligneis capiatur illa pellis, & bono filo in capitibus ſtrictè ligetur, & ſic ligatum dimittatur quouſque pellis emoriatur, & cadat. Tertio modo, vt ſecundum formam & quantitatem dictam, palpebra cauterio actuali curuo vratur, poſtea conſolidetur: quia cicatricẽ induendo decurtatur. Quarto, vt idem fiat cauterio potentiali, poſito in charta bombicina ad formam folij myrti ſupra palpebram: & teneatur digitis tanto tempore, quouſque æger ſentiat caliditatem & mordicationem cauſtici: deinde eleuetur, & butyro arſura ſedetur, & remoueatur: & poſtea, vt alia, curetur.

*De abbreuiatione & inuerſione palpebrarum.*

*Inuerſio* palpebrarum eſt earum ſeparatio, ita vt oculum cooperire nequeant. Et eſt ſimilis leporis, vt Halyabbas dicit: Ea includitur geſſe, quæ Cap. 5. eiuſd. ſecundum Auicennam eſt palpebrarum motionis difficultas. Et fit naturaliter, ex defectu materiæ: aut accidentaliter, ex mala palpebrarum ſutura, & conſolidatione, aut ex ſpaſmo lacertorum, aut ex carne generata intra ipſas.

In

*In curatione* duplex eſt regimen. Vniuerſale,ad diætam,& purgationem variã attinet ſecũdum cauſas à quibus fit. Particulare eſt eiuſmodi: ſi fuerit ex ſiccitate,oportet humectare palpebram(vt dicit Ieſus)oleo,& balneo,& mucagine fœnugræci facta cum lacte: & adeps gallinæ in hoc eſt experta, vt dicit Auic.Si autem non valet,oportet(vt dicit Alcoatim) incidere palpebram,& extendere eam,& ponere intra vulnus ellychnia tenẽtia plagam apertam,ita vt regeneretur caro & pellis,quantum ſufficiat. Si verò prouenerit è carne ſuperflua, præcipit Ieſus eam conſumere pulueribus corroſiuis,vt eſt ſief viride,& id genus. Nonnulli verò carnem illam conſumunt cauterio ignito gracili : quod ſatis laudo,dummodo oculus ex cauterio nõ lædatur.Et ſi non proſperè ſuccedat,oportet(vt dicit)ſuſpendere eam duobus aut tribus hamis, aut filo immiſſo cum acubus:&attollere eam,& ſcindere ſpatumine,aut forficibus,vſque quo ſufficiat:& terge ſanguinem xylo & panno.Ab inciſione,ne locus incarnetur, ponatur aqua cymini maſticati,vt dicit Halyab.& ſupra oculum albumen oui.Et vltimò curetur ſief rubro dicto in ſcabie,aut pul.citri.dicto in ophthalmia. Caueatur tamen in excoriando & incidendo de cartilagine:nam malæ conſolidationis eſt.

*Tr.2. c.8. Cap.6. eiuſdem.* *Ibid.*

## 7. *De agglutinatione palpebrarum.*

*Agglutinatio* palpebrarum eſt duplex: quædam accidit tunicis oculorũ, alia eſt palpebrarũ inter ſe. Quæ quidẽ agglutinatio prouenit ex inciſione vngulæ,vel ſebel ſeu carnis ſuperfluæ:vel ex fricatione,& raſura ſcabiei, & inciſione pilorum,quando oculus ligatur,& non mouetur:aut quando non ponitur poſt operationem aliquod medium,vel aliquod acre, vt ſal,& cyminum,& huiuſmodi.

*Eius cura* eſt ſecundum Ieſum , vt aperta aliqua parte immittatur ſtilus ſub palpebra,& attollatur & excorietur ſtilo aut penna omninò. Cauendo tamen à cornea : quia ex ruptura ipſius fieret exitus,& eleuatio vueæ. Et diſtilla in oculum aquam cymini,& ſalis:aut interpone pannum,vt Alcoatim:& deſuper pone xylon madefactum albumine oui & oleo roſ. Et poſt diem tertium,ſief viridi,poſtea rubro,& puluere citrino curetur. *Tr.2.c.7.*

## 8. *De pilis additis intra oculum inuerſis.*

*Naſcuntur* pili ſuperflui in interiori margine palpebrarum , pungentes & lædentes oculum,ex multitudine humiditatis putrefactæ.Eorũ cura duplex habet regimen ſcilicet de diæta,& purgatione , vniuerſale,vt ſæpe dictum eſt.Et particulare,quod vno è ſex modis completur. Primus eſt, vt euellantur digitis,aut vulſellis , poſtea locus illinatur ſanguine ranarum, vel limatura ferri cocta in aceto. Secundus modus eſt , vt ipſis euulſis fricando locum , materia deſiccetur ſief è vitriolo per Ieſum dictata , vtili, pilis additis , ſulac,ſcabiei , vngulæ , ſebel , albugini, & *Tr 2.c. 10.*

vſtioni:quod Rec.gummi arab.tragacanchi,aloës ſucotrini,viridis æris,arſenici rub.colcotar, æris combuſti,trium piperum,ſedeng.amyli rad.rubeæ tinctorum,ſquammæ æris combuſti,ana drag.ij.ſanguinis drag.acaciæ,ana drag.j.ß.tutiæ,ſpicæ,lycij, gallæ combuſtæ,ana drag.j.cadmiæ argenti, ceruſſæ,myrrhæ, ana drag.j.ſarcocollæ, ammoniaci, ana drag.iij.diſſoluatur ammoniacum aqua rutæ,& ſucco pomi citri:& alia in tenuiſſ.puluerē reda-
3 cta miſceantur,& fiant ſief.Tertius modus eſt, vt ipſis euulſis, & palpebra inuerſa locus pilorum cauterio gracili,cuius caput ſit curuum vratur: poſtea ſupra oculum albumen oui,cum oleo roſ.miſtum, cum plagella è xylo
4 apponatur. Quartus modus eſt vt conuertantur ad exteriora iſto modo: Imponatur acus tenuis per radicem pili ab interiori parte extrorſum & pilus ponatur in foramine acus,& cum acu extrahatur. Aut accipiantur duo capita pili mulieris,vel fili ſerici tenuis,& in foramine acus ponātur,& trahantur extra vſquequo faciant anſam: & in illa anſa ponātur pili,& extrahatur anſa,& pili cum ea:& toties eſt reiterādum,quouſque omnes ſint reducti,ſed non per idem foramen:quia nimis eſſet amplum,& non poſſet retinere pilum. Deinde eſt bonum viſco eos agglutinare vt non poſſint re-
5 dire.Quintus modus eſt,vt pili innaturales & curuati,ducantur ad naturales:& viſco è maſtiche,thure, & aloe,ſarcocolla, & tragacantho,diſſolutis
6 albumine oui.cum eis agglutinentur,& vniantur.Sextus modus eſt,vt palpebra decurtetur ſecundum doctrinam datam in capitulo relaxationis.

9.10.11. *De caſu pilorum,albedine,& pediculis.*

*Caſus pilorū* eſt duplex:quidā eſt ſimplex,& eſt de genere alopeciæ:Alter eſt cum inflatione,& quadam vlceratione:& eſt de genere ſcabiei. De primo ſatis dictū eſt in alopecia. De ſecundo in ſcabie ſalatina. Verùm Ieſus & Alcoatim conuenerunt, quòd medicamen factū ex partibus tribus oſſiū dactylorum combuſtorum,& partibus duabus ſpicæ,tritis& mollitis,cum ſtilo appoſitum eſt conueniens valde. Et ex eis quæ experta ſunt apud Aui. eſt,vt terātur ſpina nigra,& antimoniū,& adminiſtretur cum radio. Denigrantur pili,ſecundum Ieſum,ſicut de canicie capitis fuit dictum: Dicatur tamen ab eo inunctio ex oleo, aut pinguedine anſeris, in plumbo fortiter fricato.

*Aliàs Zulatina.* *Tr.2.cap.12.* *Cap.30. loc.præc.* *Tr.2.c.13.*

*Pediculi* curantur etiam,vt dictum eſt ſuprà. Veruntamen propriè dicāt eis ablutionem ex aqua maris,& aquis ſalſi, & ſulphureis: & litū cum medicamine facto ex alumine,& ſtaphide agria, & aloë, incorporatis cum oleo & aceto ſcillitico.

12.13.14.15.16.17. *De duritie,lupia,hordeolo,grandine,ſulac,& xeruac.*

*Iſta ſunt* de genere glandularum, & tumorum phlegmaticorum induratorum.Et habent cauſas,ſigna,& quodammodo curam, ſicut dictum eſt in capitulo glandularū,& lupiarum.Oportet verò tentare an poterūt mollificari

lificari & reſolui fotu aquę calidæ,& emplaſtro diachylon: aut cum opoponace,ſagapeno,ammoniaco diſſolutis in aceto,vt dicit Ieſus. Et ſi non poſſunt reſolui, paruæ poſt fricationem cum ſpatumine permittantur aliquantulum ſanguinis emittere poſt deſicca,& cura.In magnis autem videatur ad quam partem magis declinant,interiorem, aut exteriorem: & tunc elongentur,quantum erit poſſibile,ab ara pilorum: quia malæ conſolidationis eſt.Et incidantur ſecundum rugas & latitudinem oculi,à lachrymali ad lachrymale,quantum erit neceſſe ad extrahendum:& excorientur ipſa,& extrahantur integrè,ſi eſt poſſibile:& ſuatur plaga,ſi neceſſaria & vtilis ſit futura.Quòd ſi aliquid remaneat,conſumatur & mundificetur vnguẽto apoſtolorum,aut puluere aſphodelorum. Et deſuper albumen oui apponatur,& pul.rub.ſi fuerit neceſſarius:poſtea cum diapalma,aut conſimili conſolidetur. *Tr.2.c.5.*

18.19. *De mora,& verruca palpebrarum.*

*Sunt* iſtæ excreſcentiæ pendentes extra cutem,maximè in lachrymali,vt dicit Beneuenutus. Et quando ſunt duræ,dicuntur de genere verrucarum: quando verò molles & cruentæ, ſunt de genere ficuum & hæmorrhoidûm moralium.

*Cura autem* iſtorum eſt,ſicut illorum,cum ligatura & inciſione & cauterizatione,cuſtodiendo ſemper oculum ab acrimonia medicaminum. De apoſtematibus, fiſtulis, & vlceribus lachrymalium, & de carne excedente, & diminuta à qua fit lachrymarum continuus fluxus,ſatis dictum eſt ſuprà. 20.21.22.23.24.

*De ægritudinibus coniunctiuæ,quæ tredecim numerantur:& primò de vngula.* 1.

*Quia de multis* ægritudinibus coniunctiuæ,(vt de ophthalmia,& vulneribus,& tarſe) dictum eſt ſuprà in apoſtematum tractatu,& de quibuſdam aliis ægritudinibus palpebrarum, non dicetur hîc niſi de vngula, & ſebel, quæ ſunt magis propriæ paſſiones ipſius coniunctiuæ. Vngula ſecundum intentionem Auicen.eſt excreſcentia quædam pannicularis, procedẽs à lacrymali ſuper coniunctiuam vſque ad corneam & pupillam. Veruntamen plurimum oritur à lacrymali domeſtico à parte naſi, aliquando à ſylueſtri, aliquando (ſed rarò,) ab inferiori aut ſuperiori parte. Et ſecundũ hoc ſunt quatuor ſpecies earum, vt ponit Acanamoſalus de baldac.Alcoatim verò ponit duas,carnoſam videlicet, & neruoſam.Albuca.cum neruoſa (quæ eſt ſimilis ſiphac ſubtili) numerat adipoſam,quę propriè eſt de genere macularum:Et hæc quidem eſt alba,ſimilis humiditati albæ vel niui, vt dicetur infrà:quam non capit vncus,ſed abſcinditur,dum tentatur eleuari. Et propter hoc dicebat Auic.quòd vngulæ erant variorum colorum:quædam coloris citrini,aliquando rubri,aliquando fuſci,vergentis ad albedinem ſupple. Adhæc dicebat, quòd quædam erant recentes & leues, quæ velociter denudantur,& attolluntur ex qualibet ſuſpenſione:quędam antiquæ & du- *Tr.2.doct.2.ca.2.& tract.3.do.2.cap.2.* *Lib.3.fen.3.tract.2.cap.22.* *Li.6.part 2.cap.2.* *Loco præcitato.*

ræ,quæ non ſunt facilis ſeparationis.

*Cauſæ* vngularum ſecundum Beneuenutum,ſunt humores phlegmatici, craſſi & viſcoſi,à malo regimine generati.

*Signa verò earum* ſunt ſatis manifeſta,per ea quæ dicta ſunt. Verùm differentia eſt ſecundum Ieſum,inter panniculum & coniunctiuam: quia pāniculus ſuſpenditur hamo,coniunctiua verò non ſeparatur, nec immergitur in eam hamus.Et inter carnem lacrymalem & vngulam eſt differētia:quia
*Tr.2.cap. 38.* vngula vergit ad albedinem,caro verò ad rubedinem, vt etiam dicit Ieſus.

Iudicatur etiam ab ipſo,quòd in eleuando vngulam, niſi cautè agatur,eſt periculum ne rumpatur membrana,maximè cornea:& in incidēdo ne tantùm diminuatur carnis lacrymalis,vt lacrymæ fiant perpetuæ:& ne vena a-
*Li.6.par. 2.* periatur,& fluxus fiat difficilis, vt dicit Acanamoſalus. Ergo ( vt conſulit Ieſus)oportet vt cautè eleuetur,quantum ſalubriter poterit eleuari,& reſi-
*Ibidem.* duum medicinis conſumatur paulatinè : quia niſi tota, vel vno horum, vel alio eleuetur,reiterabitur.

Secundò,vt dicit Ieſus,in curatione vngularum duo requiruntur regimina,vniuerſale,& particulare. Vniuerſale de diæta & purgatione, fiat prout dictum eſt in apoſtematibus frigidis,& dicetur in cataracta.Regimen particulare completur, in recentibus & lenibus mollificando, & reſoluendo, & abſtergendo. Fiat ergo mollificatio vapore aut balneo aquæ calidæ, vt
*Cap.23.lo. præcit.* dicit Auic.Et abſterſio cum collyrio experto,quod fit ex ære vſto,& calcade,& felle hirci,quæ partibus æqualibus miſceantur:& fiat collyrium:& ſi cum eo miſceretur modicum mellis,eſſet melius.Ad eandem intentionem
*Tr.2.c.38.* ponit Ieſus ſief ruſteim,vtile vngulę,ſebel,& ſcabiei,veſtigiis,lacrymis, & obſcuritati:Cuius formula hæc eſt:Reci.ſedeng loti, æris vſti, cadmiæ argenti,ſalis indi,baurac,æris viridis,piperis longi,ana drag.4.piperis albi,& nigri, ſpumæ maris, ana drag.8.aloës ſucotrinę, ſpicæ nardi, caryoph.ana drag.4.& ß.zingi.myrob.bellirici, ana drag.2.numerus medicinarum, eſt 15. Terantur,cribrentur,& molliantur,& fiāt ſief cū vino & aqua fœniculi. Ad eandē laudat Alcoatim ſief viride dictū in ſcabie,& ſief è vitriolo in pi-
*Ibidem.* lis additis.In duris verò & antiquis ſecundum Auic.eſt melior cura,denudatio vel eleuatio ſeu ſeparatio:& propriè quando eſt facilis denudationis & eleuationis.Nam quæ eſt alia,perducit ad nocumentum,vt ipſe dicit.Et modus eſt duplex,imò triplex,ſi quis velit maculā adipoſam numerare in-
1. ter vngulas,vt fecit Albuca. Primus modus eſt cum ferro:& ſecundum Ie-
*Ibidem.* ſum,ſic fit.Aperta palpebra vt non inuerſetur,ſuſpendatur vngula per medium adhibito vnco,& extendatur ſuperius:& ſi fuerit neceſſe addere ſecundum & tertium vncum,fiat:& ipſa ſuſpenſa mittatur ſub ea ſcalpellum aut pluma tenuis & plana,quæ tutior eſt.Et ſi eſt neceſſe, fiat in vngula foramen,à latere,per quod ingrediatur pluma : & huius opera excorietur, & ſeparetur leuiter & ingenioſè:poſtea incidatur forficibus,cauendo mēbranam, ( & propriè corneam,vt dictum eſt, ) & carnem lacrymalis. Deinde diſtilletur in oculum ſal, & cyminum maſticatum ne incarnetur: & ſuper oculum

oculum ponatur albumen oui cum pauco oleo, ne oculus apoſtema incurrat: & patiens incitetur, vt oculum moueat, ne agglutinetur: & ſic per tres dies bis, aut ſępius remutetur. Poſt autem curetur quod remanſit, ſicſ ſupra dictis, & clarificantibus medicinis quæ dicentur in maculis. Secundus modus eſt cum pilo caudæ equi, aut cum ſericeo: & eſt ſecundum Albuca. & Auic. doctrinam, qui etiam modum ponunt prædictum, modum verò cum pilo acceptant Halyab. & Alcoatim, & Brunus. Sic autem fit: Aperta palpebra, & eleuata vngula vnco parum plicato, vel filo in medio eius cum acu poſito & ligato, imponatur, non per idem foramen, ſed per aliud aliquantulum ſub puncto fili ligati inter vngulam & membranam (quia aliter laberetur vngula à ligamento) imponatur inquam pilus, aut ſeta cum acu gracili modicum incuruata. Et poſtea capiendo pilum aut ſetam per duo capita, excorietur vngula ſubtiliter, primò verſus pupillam, deinde verſus lacrymale: poſtea vt dictum eſt, forficibus incidatur, & vt dictum in primo modo procedatur. Tertius modus eſt cum raſoriis, & eſt Albuca. proprius ad vngulam adipoſam, acceptus à multis in raſione macularum, vt in eis infrà dicetur. Quomodo autem caro in lacrymali, & ſuper coniunctiuam generata remouetur, iam ſuprà dictum eſt in palpebra. *Lib. 2. ca. 1. rub. 4.*

## 2. *De ſebel.*

*Sebel* ſecundum Auicennam, eſt panniculus accidens oculo, ex inflatione venarum eius apparentium in ſuperficie coniũctiuę & corneę. Et inter texturam ipſarum apparet veluti nebula fumoſa: & eſt cum pruritu, lachrymis, vlceribus, & palpebrę craſſitudine & ſcabie, ac etiam lucis offenſione. Et eſt (vt dicit ipſe Auicenna) duorum modorum: quidam enim venit per venas interiores, quidam verò per exteriores. Eius cauſa eſt capitis repletio, & debilitas oculi, vt etiam dicit. *Lib. 3. fen. 3. tract. 2. cap. 19.* *Ibidem.*

*Significatur* ſebel per deſcriptionem datam: ſed eius materia deſignatur, & modus per ea quæ dicta ſunt in ophthalmia. Quando enim (dicit Ieſus) apparent in oculo & circunferentiis venæ craſſæ, & rub. dolor in fronte & ſuperciliis, & videtur quodammodo pannus vnitus cum palpebra, tunc ſignificatur venire ab exterioribus. Quando autem venæ & circunferentiæ non ſunt ita rubrę, & adeſt ſternutatio continua, (& propriè quando videt ſolem, aut lumen) & dolorem in profundo cum pulſatione ſentit, tunc ſignificatur venire ab interioribus. *Tr. 2. cap. 42.*

*Indicantur* à Rhaſi (vt dictum eſt in ſcabie) ſebel, & ſcabies, eſſe graues & permanentes paſſiones, & vix curabiles. Et Auic. dicit, ſebel eſſe ex ęgritudinibus hęreditariis & quę ab vno ad alium permutantur. Iudicatur etiam ab eo, quod plerunque accidit in ſebel pupillas reddi minores, & viſum debilitari: & omne quod ſuperponitur ei, inferre ęſtuationem & nocumentum. *Li. 9 alm. cap. 19.* *Ibidem.*

*In curatione* ſebel duplex eſt regimẽ: vniuerſale & particulare. Vniuerſale de dięta, & purgatione, & diuerſione materię, dictũ eſt in ophthalmia, & in vlceribus oculorũ, in ſcabie, & lachrymis: ad quę capitula oportet recur-

Cap.21. lo.præcita. rere pro ſubſidio iſtius curæ. Particulare completur ſicut dictum eſt de vngula, excepto quod quantum ad medicinas Auic. Alcoatim, & Azarauius commendant (tanquam expertum) puluerem tenuiſſ. factum ex corticibus ouorum recentium gallinarum, x. diebus in aceto maceratorum, poſtea in vmbra deſiccatorum, tritorum, & cribratorum, vt fiat alcofol. Ad eandem intentionem laudauerũt omnes ſief ru. viride, ruſteim, & ſief è vitriolo, dicta ſuperius. Et puluerẽ baſiliconis, vtilem ſebel, vngulæ, ſcabiei, & lachrymis. Cuius formula ſecundum Ieſum talis eſt: Reci. piperis, zing. myrobal. citrinarum & indarum remotis oſſibus, ana drag. 5. aloës ſucotrinæ, dra. j. & ß. ſpumæ maris, drag. 6. minij, drag. quinque, caſiæ ligneę, caryoph. ana drag. 4. ſalis ammoniaci, drag. 1. medicinæ terantur, & cribrentur, & eis vtitor.

Tractatu 4 ſect. 2. cap. 1.

Tr. 2. c. 4.

*De ægritudinibus corneæ, quæ decem numerantur: Et primò agetur de maculis.*

*Ægritudines* corneæ etiam multæ ſunt: verùm de aliquibus dictum eſt ſuprà, vt pure retro corneam, de bothoribus, vlceribus, rupturis. De maculis autem & cataractis hîc dicetur. Intelligendum verò eſt maculam (quam Ieſus vocat bothor) eſſe quodammodo genus ad veſtigium, ſeu cicatricem punctum, albulam, & nebulam, pannum, telam ſeu peciam (quam Albucaſis vocat vngulam adipoſam, & Beneuenutus flocculum niuis) ſquamã ſeu lenticulam, aut perlam vulgo dictam: parum differentes, niſi ſecundum magis & minus. Sunt enim omnia albedines quædam, ſine excauatione & notabili eleuatione, in cornea generatæ. Quę quidem maculę aliquãdo ſupra pupillam exeunt, & tunc nocent viſui: Aliquando in circuitu corneę, & tunc non multum nocent. Et quædam earum ſunt tenues, quæ non trãſeũt ſuperficiem corneę: quędam verò ſunt craſſæ, quę primum aut ſecundum corticem tranſeunt: & quędam ſunt planę, & quędam quodammodo eleuatæ & puſtuloſæ, ac ſi in eis eſſet aliqua materia indurata, & intricata.

Tr. 2. c. 51.

*Cauſæ earum* ſunt primitiuæ, vt apoſtema, vulnus, & percuſſio, frigus, calor exceſſiuus. Antecedentes ſunt humores craſſi in oculum deſcendentes. Coniuncta verò cauſa ipſarum eſt, materia loco adhęrẽs & indurata: aut cicatrix quę poſt conſolidationem vlceris in loco remanſit. Ex quibus apparet, quòd duę ſunt ſpecies iſtarum macularum: vna petialis (vt ita dicam) & vrtelis, alia cicatriſalis.

*Signa macularum* ſunt manifeſta ex pręſentia ſingularũ: quia maculæ ſunt extra, ad differentiam cataractarum, & puris, & albedinis cryſtallinæ, quæ ſunt retro corneam: albę ſine excauatione, ad differentiam vlcerũ quę ſunt alba cum excauatione. Nam (ſicut ſuperius dictum eſt de vlceribus oculorum) vlcera cornee ſunt alba, coniunctiuę autem rubra. Et etiam ſunt ſine eleuatione notabili, ad differentiam bothorum alborum, qui ſunt ſublimes & notabiliter puſtuloſi. Signum quod materia deſcendit à cerebro, eſt apparitio quarundam venarum quę deſcendunt per coniunctiuam ad ipſam. Signum autem quod ſit cicatrix, habetur per formã oblõgã, & per vlcus, & per

per ea quæ præceſſerunt. Iudicantur maculæ relictæ à cicatrice, vt de vlceribus dictum eſt non poſſe deleri: imò quo magis roduntur, magis poſtea augmentãtur. Ad hæc, maculæ antiquæ, & in prouectis (vt ponit Alcoatim) & quæ corruperunt ſubſtantiam corneæ, non curantur. Membrũ enim eſt ſpermaticum, & corruptum non generatur homogeniæ, ſed heterogeniæ, & per alienam ſubſtantiam: vt etiam dictum fuit. Decorari verò & tingi poſſunt, vt dicetur.

*In curatione* macularum duo ſunt regimina: ſcilicet vniuerſale, & particulare. Vniuerſale de diæta, & purgatione, fiet prout dictum eſt in apoſtematibus frigidis, & dicetur ſtatim in cataractis: tametſi Ieſus dicat, purgationem in maculis non habere locum, nec neceſſitatem, niſi oculus calefieret: quod leuiter contingit in maculis venoſis: quarũ materia à cerebro deſcendit. Particulare regimen, in ea quæ recens eſt & tenuis, completur lãbendo & aſtergendo lingua, vt faciunt mulieres: aut ſecundum Aui. & Alcoatim, hoc pacto oculus ſuffumigetur aqua calida: & vtatur balneo, & collyrium admoueatur oculo ex aqua papaueris rubri & centaureæ minoris, miſtis cum melle. Et ſuccus linguæ paſſerinæ (quam Dioſcorides vocat polygoniam, & vulgus hirundinariam) facit mirabilia in iſto caſu: vt Gordo. teſtatur. Et puluis nabatinus, quem Beneuenutus facit ex zucha. cand. aut caſſenata, in hoc eſt pretioſus. nam mollificat & abſtergit abſque dolore: & propterea vocatur clarificans: & quando miſcetur cum fumo ligni aloes, valdè confortat: & ſi cum eo miſceatur ſpuma maris, ſarcocolla, & ſtercus muris, vt facit Rhaſis, eſt magis abſterſiuus. Et Ieſus admiſcet ei cortices ouorum præparatorum, vt decet. Et illa roſa Anglicana hoc dictat, Re. ceruſſæ lotæ, partes duas: floris æris, partem j. terãtur contritione extrema, & ponantur in vaſe æneo mundo, cum vino albo, & ſucco rutæ, & chelidoniæ: & dimittantur per diẽ, & noctem, deinde cum panno diſtillando colentur, & fiet aqua, quæ in oculis ponatur. Et tutia Alexandrina, cum camphora, & modico zinzib. & piperis, pulueriſata & miſta, ab Achanamoſi laudatur. In macula verò craſſa & antiqua, ſi fuerit venoſa, conſulitur vt præmiſſis vniuerſalibus, colligantur illæ venæ, & ſuper coniunctiuam incidantur, & reliqua fiant quæ dicta ſunt ad eleuationem vngulæ. Aliæ verò craſſæ, in quibus non ſunt venæ, fortioribus indigent medicaminibus. Quare oportet primùm vt mollificentur euaporatione decocti paleæ hordei, viol. chamæmeli, meliloti, maluarum & fœnugræci. Et cum aqua decocti prædicti oculus foueatur, deinde abſtergatur pul. iſto: Re. oſſis ſepiæ, drach. j. zingi. al. dra. ß. piperis, ſcru. j. fiat puluis tenuiſſimus: & ſupra maculam modicum cum proba lata ponatur, & oculo clauſo cum pulpa digiti ſuper palpebram aliquantulum fricetur. Et omnes medicinæ eradicantes vngulam, ſebel, & ſcabiem, ſunt maculis conuenientes. Propterea dicebat Ieſus: intentio tua ſit, quando volueris eradicare albedinẽ & bothor, vt ab egreſſu balnei vtaris ſief viridi dicto in ſcabie, & poſtea cõfectione muſchati minoris, cuiusformula hæc eſt: Re. ſtercoris lacerti, dra. iij. nitri, dra. v. ſpumæ

*Tr. 2. cap. 52.*

*Lib. 3. fe. 3. tr. 2. ca. 16.*

*Lib. 3. ca. 13.*

elgagner corticis oui ſtrutiocha.ana drag.iij.margaritarũ nõ perforatarum
tutiæ,coralli,ana drag.ij.&ß.viridis æris,drag.j.muſci,drag.ß.moſchi, gra-
na ij.ſumma medicinarũ eſt decẽ.terãtur,& vtatur.Ad eandẽ intẽtionẽ cõ-
*Li.9.alm. cap.18.* ueniũt Rhaſis,& Aui.& Azarã in confectione ex maſſacumia : & eam acce-
*Cap 18.* ptat Lanfr.pretioſam ſuper alias: Cuius formula ſecundũ Heben Meſ.talis
*loci præc.* eſt: Re.maſſacumiæ ( & eſt vitrum malè coctum, ſecundum Dynum : loco
*Tr.3.do.3* cuius accipitur raſura viridis vaſorũ vltramarinorũ ) ſtercoris lacerti, ſpu-
*c.1. de albula.* mæ maris,baurac.ſuchari tabarzet, ana partes æquales.Terãtur tenuiſſimè,
*Sect.1.* & ponãtur in vna lib.aquæ decocti fœniculi, chelidoniæ, acori, ana vnc.j.
*part.1.* tantũ decoque quouſque redeat ad vnc.iij.conterantur inſimul,&cõterẽdo
*ſum.5.c.8.* exiccentur,& fiat puluis tenuiſs.quo vtatur.Quòd ſi in maculæ fuerit tume-
factio,& aliqua materia incluſa,tunc ei conferunt medicinæ quæ reſoluunt
bothores & pus retro corneã (de quibus fuit dictũ ſuprà) & medicinæ quæ
ſunt ad cataractas.Et in hoc habet prærogatiuã balſamus: quòd ſi cum hoc
ponatur puluis auri triti,fiet conſilium Alcoatim in antidotario ſuo. Et fi-
mus hirundinum confectus cum melle, eſt in hoc certæ efficaciæ , vt dicit
Azaramus: & Ieſus idem conceſſit. Si autem macula eſt adipoſa , & niualis,
confert radere ipſam raſorio viciſſim , vt docet Albuc.in cap.vngularum:
quod ſic fit: Aperta palpebra accipe ſpatumen ſubtile, & rade eo vngulam
vel maculam illam ſubtiliter: deinde appone collyria abſtergentia & ſedã-
tia ſupradicta. Et toties reitera operationem ſuper id, donec remoueatur
totum:niſi contrarium ſuadeant tibi oculi dolor, aut apoſtema.tunc enim
primò curentur iſta,& poſt reiteretur operatio donec ſanetur.Quòd ſi præ
dicta nõ cõferant,cõſulunt magiſtri decorationem & tincturam. Ad quod
Ieſus commendat lac aſinarum,& iſtũ pulu.tenuiſs.Re.gallarum,acaſiæ,anæ
partem j.calcanthi partem ß.fiat puluis tenuiſs.Ad idem Rec.florum malo-
rum granatorũ,calcadis,acaciæ, gummi arab.ana drag.j. gallarum, drag.ij,
antimonij, drag.iij.terantur,& fiat ſief cum ſucco florum papaueris.

### 2.3.*De cataracta,& gutta ſerena.*

*Cataracta eſt* quædam macula panniculoſa intra oculum coram pupilla,
quæ viſum prohibet,ex humiditate extranea deſcendente in oculum , diu-
turnitate temporis frigiditate oculi congelata. Quæ quidem humiditas,
quia aliquando deſcendit ab humoribus ipſius oculi ( maximè albugineo,
vt innuebatur in quarto de ægritudin. & ſymptomate) dicitur fieri à cauſa
priuata.Quando autem venit à ſtomacho & cerebro,in forma fumi ſeu va-
*Cap.1.* poris, deinde intra oculum in aquã cõuertitur , dicitur in quarto interiorũ
fieri à cauſa cõmunicata. Vtrum autẽ iſta humiditas cõgregetur inter cor-
*Tr.2.c.67 Cap.1.* neam & vueã(vt probat Ieſus)vel inter albugineum &cryſtallinũ(vt innue-
bat Gal.decimo vtilitatũ) non curo determinare in præſenti. Intelligendũ
tamen eſt cataractam ſecundũ tria ſua tẽpora,tria ſortiri nomina. Quantũ
ad ſui principium,dicitur imaginatio ſeu phantaſia , quia facit apparere in
aëre diuerſas res,quæ nõ ſunt. Quantũ ad ſuum medium,dicitur ſuffuſio, &
aqua deſcendens,& quodammodo gutta,eo quia videtur intra pupillam,vt
nebula

nebula aquoſa. Quantũ ad ſui finem, dicitur cataracta, quia prohibet viſum, vt cataracta molendini, & cataracta cœli prohibet ſolem. Ipſa porrò cataracta (ſecundum Gal. vbi ſupra, vt dicit etiã Auic.) diuerſa eſt quãdoque in quãtitate, quãdoque in ſubſtãtia, quãdoque verò in qualitate. Secũdũ quãtitatẽ quidẽ, quia quãdoque eſt ita magna vt occupet totã pupillã, & prohibeat totũ viſum: quãdoque verò nõ occupat niſi partẽ, & tũc res videntur diuerſarũ formarũ, lunares, feneſtratæ, oblongæ, & id genus. In ſubſtãtia verò ſumit diuerſitatẽ: quia quandoq. eſt tenuis & mobilis, & tũc vidẽtur res obũbratæ, acſi pãnus eſſet ſuper oculũ: & aliquãdo vidẽtur res ſimiles cordis, pilis, muſcis, & radiis deſcẽdentibus & aſcendẽtibus, & latera petentibus prout materia mouetur. Quandoque verò eſt ita craſſa, vt formæ rerũ non apprehendãtur. In qualitate etiã diuerſæ ſunt: quia quãdoque eſt cineritia, quandoque cœrulea, quãdoque alba, quãdoque citrina, quãdoque nigra & ſerena. Aui. verò ponit ſex varietates colorũ cataractarũ: quia diuidit albã in margaritalẽ, & gypſeam. Beneuenutus ſeptem, quia addit viridem. Alcoatim ponit decem, quia addit rubrã, & argentinam, & vitream. Ieſus ponit duodecim: quia addit ſimilem argento viuo, & liuidam. Acanamoſis non ponit niſi quatuor humores.

*Lib. 3. fen. 3. tr. 4. cap. 18.*

*Ibidem.*

*Li. 6. par. 3. cap. 1.*

*Cauſæ iſtarum* cataractarũ quædã ſunt primitiuæ, vt caſus, & percuſſio, febris, dolor capitis, frigiditas nimia, & oculi debilitas. Quædã ſũt antecedentes, ſicut mali fumi vaporoſi, à malis humorib⁹, & craſſis cibis & malè digeſtis eleuati. Quædam verò cõiunctæ, & iſtę ſunt materię exiſtẽtes in oculo.

*Signa cataractarum* confirmatarum ſatis ſunt manifeſta, ex dicta deſcriptione. Diſtinguitur tamen cataracta à gutta ſerena, quia in cataracta videtur macula intra pupillam, & ideo dicitur ſerena. Vel enim ſpiritus viſibilis non venit, propter oppilationem neruí optici, vt in quarto dicitur interiorum: vel ſi venit, cataracta eſt nigra, & non deprehenditur, vt Beneuenutus teſtatur. Signa verò cataractarum non confirmatarum, ſunt conturbatio pupillæ, diminutio viſus, & apprehenſio idolorum, & phantaſiarum dictarum in aëre. Signa verò diſtinctiua propter cauſam priuatam, habentur in quarto interiorum. Et ſunt tria in ſumma: Primum quidem, quia imagines quæ à cacochymia ventris fiunt, vtriſque oculis æqualiter contingunt: quæ verò propter cauſam oculi, in altero ſolum. Secundo verò, ſecundum tempus. Si enim trium vel quatuor menſium aut diutius ſteterit, & nihil appareat nebuloſum in oculo, à ventre procedit. Si verò apparuerit aliquid nebuloſum, ab oculis venit. Tertiò, propter periodum: nempe, ſi non continuatur phantaſia, ſed aliquãdo interpolatur (maximè poſt bonas digeſtiones, & aſſumptionem hierarum) & ſentiunt horâ aduentus, mordicationem in ſtomacho, à ventre procedit. Si verò non interpolatur, neque per bonum regimen, neque per euacuationes, non ex compaſſione, ſed ex diſpoſitione propria ſcire oportet hæc contingere oculis. Et ad hoc adducit teſtimonia quorundam quos curauit per literas in aliis regionibus. Signa quando venit propter cerebrum infectum & turbidum,

ſunt febres phreneticæ, ſcotomiæ, dolores fortes in capite, & læſiones o-
*Lib.4.loc. aff.cap.1.* perationum hegemonicarum, id eſt principalium animæ, vt Gal. ibidem, & in tertio de ægritudine & ſymptomate declarat exemplis. Iudicatur, quod gutta ſerena non curatur, quia eſt oppilatio nerui, aut materia mala & inepta ad operandum. Iudicatur quod cataracta quæ non dilatatur clauſo alio oculo per aliquam fricationem & compreſſionem, neque ſufflationem aliquam, & nihil videt, eſt nimis dura & inueterata: quare non eſt ſubiicibilis acui, neque poteſt deponi bene. Et ſi deponitur, ſtatim reuertitur & rurſus aſcendit. Iudicatur quod cataracta, quæ cum dilatatur fricatione non conſtringitur, ſed remanet ſparſa, & videt adhuc formas rerum, & non exceſ-
*Li.6.part. 3.cap.1.* ſit tres aut quatuor aut quinque annos, ſicut dicit Acanamoſis, eſt nimis tenera, & non confirmata. Et ideo non eſt ſubiicibilis acui, vel operationi: quia non poſſet duci cum inſtrumento, inſtrumentum enim tranſiret per eam, ſicut per aquam non bene gelatam. Iudicatur, quod cataracta quæ eſt boni coloris, aërei vel cœleſtis cum quadã albedine, & reducitur ad formã ſuam, quãdo dilatatur, & videt aliquã claritatem vel eſt tranſlucida, eſt mediocris, & ſatis confirmata: quare eſt obediẽs, & ſubiicibilis operationi. Iudicatur etiã quod cataracta cuius pupilla nec fricatione, nec exſufflatione, nec alterius oculi clauſione dilatatur, non eſt acceptabilis: quia eſt cũ oppilatione nerui optici, & tametſi deponeretur, non videret aliquid. Iudicatur per Beneuenutũ, quod cataracta nigra ſerena & citrina, & cuius pupilla eſt tota dilatata, non eſt laudabilis. Iudicatur per Alcoatim, quod cataracta quę fuerit in homine habẽte oculos malos, aut habente dolorẽ in capite, aut in oculis, vel tuſſim, vel ſternutationem, vel rheuma, vel vomitũ, aut aliquã infirmitatem moleſtã, non eſt operationi ſubmittenda: quia periculum eſt
*Tr.2.c.67* de cõmotione accidẽtis, & reditione cataractæ. Iudicatur etiã à Ieſu & Alcoatim, quod cataracta, quæ fuerit à caſu, & percuſſione, non eſt laudabilis: quia humores oculorũ ſunt trãſfuſi & reſoluti: Et ideo poſt eius depoſitionẽ parũ aut nihil vident. Nõ ſecurũ agas in opere cataractarũ: quia medicinæ eis parum proficiunt, & operatio cum acu eſt ſatis fallax, præcipuè
*Cap.4. ſect.4.* quãdo nõ eſt bene iudicata. Propter primum dicit Gal. in quarto cat.top. quod promiſſiones omnium medicinarũ iſtius affectus ſunt magnæ: operatio verò ipſarũ aliquãdo quidẽ nulla, aliquãdo valde parua. Propter ſecundum, omnes præſtantes viri operationem cum ferro curſoribus dimiſerũt.
*Lib.3 fen. 3.tr.4. cap.10.* Iudicatur tamen per Auicen. quod quando ſuccurritur aquæ, in principio ſui, confert ei regimen. Et hoc probat per id, quod vidit in quodam homine de his qui habent memoriam & intellectum, qui curauit ſeipſum euacuationibus, & abſtinentia, & adminiſtratione collyriorum attenuantium & reſoluentium. Quando autem eſt confirmata, nulla eſt cura conueniens, (vt dicit) niſi cum inſtrumento. Tempus congruum ad deponendum cata-
*Tr 2.c 68 Loco præcit.* ractas eſt clarum, ſerenum, quietum, ſeptentrionale, non meridionale, vt dicit Ieſus, hora tertia, menſe Maij vel Septembris, vt dicit Acanamoſis: eo quia tunc non ſunt nubes, neque tonitrua, neque caliditates, neque

fri-

frigiditates intenſæ quæ lædant patientes. Inſtrumentũ quo deponitur cataracta, Arabicè dicitur elmadac, Latine acus. Et debent eſſe mediocriter ſubtiles, & longæ extra manubrium ad longitudinem vngulæ pollicis: & manubrium debet eſſe leue, aptum ad tenendum. Et licet Beneuenutus eas eligat argenteas, & Acanamoſis aureas, plus mihi placẽt ex bono ferro tractabili, & non fragili. *Loco præc.*

*In curatione* cataractarum duo ſunt regimina: vniuerſale videlicet, & particulare. Vniuerſale regimen habet diætam, & euacuationem. Diæta autem ipſarum eſt duplex: vna ante confirmationem, alia poſt confirmationem & operationem cum ferro. Porrò ante confirmationem ſi quis velit eam curare medicinis, oportet vt teneat bonam diætam, & bonum regimen in ſex rebus non naturalibus, & tribus non neceſſariis, quæ ſui generalitate ſunt illis annexæ, declinantibus ad caliditatem & ſiccitatem cum attenuatione: vt eſt aër, cibus & potus, inanitio & repletio, ſomnus & vigilia, motus & quies, & animę accidentia, occurſus rerum externarum balnei vſus, & ad ſolem & ad lunam mora: hæ enim ſunt res à quibus eſt impoſſibile hominem reddi immunem in toto tempore vitæ ſuæ. Verùm quia de præſcriptione iſtarum rerum quantum ad iſtum caſum (pręcipuè quantum ad cibaria) Gal. fecit libellum ſpecialem dẽ attenuãte dięta vocatum, & magiſter Arnaldus etiam fecit de hoc tractatum, & ego pro illuſtri Ioanne Rege Boemię: adhæc, quia domini phyſici in hoc ſunt vocandi, & ſatis dictum eſt de eo in apoſtematibus frigidis, exquiſitæ inſtitutioni ſuperſedeo quod ad pręſens attinet. In ſumma tamen dico, eſſe cauendum à cibariis quæ in ſe iſtas tres aggregant proprietates: Quarum prima eſt, humiditatem & cruditatem, ne ſanguis generatus ab eis ſit phlegmaticus: Secunda, craſſitiem & flatum ne offendant ſtomachum, neque caput: Tertia eſt, conſtrictionẽ: quin potius laxent ventrem, vt materiam viciſſim non cõtinuent. Propterea frigidus & humidus aër, & panis crudus & azymus, & legumina, caules, caſeus, fructus, carnes craſſæ & viſcoſæ, & pinguedo: inſuper piſces, & potus aqueus, turbulentus, crapula & indigeſtio, eis à communitate medicorum inhibentur. Rhaſis tamen ſpeciatim dicit, acria quoque, vt cępam & allium, ſinapi, & erucam atque porrum, nocumentum capiti adferre, & oculos obſcurare, propter caliditatem quam habent vaporoſam, vt Auenzoar dicit. Iuuant autem tales abſtinentia, maximè ſerotina & ſobrietas in potu, *Lib. 2. tr.* & vſus fœniculi: de quo dicit Democritus, (vt Auic. teſtatur) quod reptilia *2. cap. 281.* venenoſa obcęcata in terra tempore hyemali dum egrediuntur è cauernis *Sect. 1.* vere, comedunt & fricant oculos ea, & recuperant viſum. Et comeſtio her- *part. 1. sũ.* bę adhil (quam credo eufragiam) in hoc mirabile dat iuuamentum, vt di- *5. cap. 14.* *Lib. 1. tr.* cit Hebẽ Meſue: & ius raparum in quo colũbi ablatis capitibus ſint deco- *8. cap. 18.* cti, laudantur ab Auenzoare experta. Et hepar hircinum aſſatũ comeſtum, *Lib. 4. ca.* & liquor eiuſdẽ in collyrio adhibitus valet ad nyctylopẽ (quę fit ex humi- *8 ſect. 15.* ditate vicina iſti caſui,) vt lib. cat. top. & vndecimo medicinarum dicebat *Cap. 9.* Gal. Et ſi trãsfigatur pipere lõgo, & ſale nitro, melior euadit eius effectus

Li. 3. fen. 3. tr. 4. c. 6. ſecundum Auic. Et exercitare oculos legendo literas non tenues, & reſpi- ciendo quid picturarum, proficit, & corroborat viſum, vt dicit Rhaſis. Et ſubmergere oculos apertos in aquam decoctionis croci confert, vt dicit

Cap. 3. loci præcit. Auenzoar: & probatũ eſt miro modo. Porrò ſicut Auic. apertis oculis ingredi & ſubmergi in aquam claram viridem, & immorari per horã ad viſus confortationẽ laudat, propriè in iuuentute: & æſtiuo(ſupple)tempore, ita ego in diſgregatione aquæ idem probo, dummodo aqua non ſit frigida, & ſit in vaſe viridi, aut citrino: & inſpicere attentius oculos aſini ſylueſtris, diſgregat aquam, vt dicit Auenzoar. Et ſpeculum è chalybe laudant ad hoc perſpectiui. Et magiſter Alnardus dicit, quod herbarum viriditas,

De reg. cur. morb. doct. 7. aphor. 9. aquarum paruitas, gemmarum pretioſitas, ſtellarum ſublimitas intuitum refocillant: & per conſequẽs aquã digerunt & reſoluunt. Et fricatio pedũ, & lotio capitis atque pectinatio, materias ab oculis & à capite euacuant, & diuertunt, vt idem dicit. Et frequens inſpiratio pueri, qui ſemen fœniculi, aut aliquod acre maſticauerit, in oculis aquam digerit & conſumit, vt docet experientia manifeſtè. Vſus verò ſeminum attenuantium, aquam conſumit & diſpergit. Et ideò tragema conſulebatur à Thadeo ex ſemine fœniculi, aniſi, ameos, ſileris montani, zingibere cubebis, caryoph. pipere longo, nucemuſ. radice chelidoniæ, eufragia, ruta, betonica, haſtaregia, & id genus. Et ex his poteſt fieri puluis, aut electuarium, & vti mane & ſero modicum ſine potu. Euacuatio autẽ fiat prius digeſta materia, aliquo conuenienti & proprio, vt hierapicra, aut pilulis cochiis ſiue aureis. Deinde purgetur caput pilulis diacaſtoreis, diſſolutis ſucco maioranę. Et hoc eſt quod

Lib. 3. f. t. 4. cap. 11. Auic. dicebat: In portendentibus aquã, oportet vt incipias, & corpus mundifices, & propriè ſtomachũ. Deinde venias ad mundificandũ caput gargariſmis, & caputpurgiis, & maſticationibus. Et oportet vt illud fiat frequen

Aph. 17. lib. 6. ter valde, vt dicit. Nam ſcriptũ eſt, patientẽ in oculis à diarrhœa accipi, bonũ eſt. Regimen autẽ quod cõpetit cataractæ cõfirmatæ, eſt vt ſiquãdo erit ſuſpitio, nõ eſſe bene firmã, vtatur piſcibus & cepis & alliis, & aliis rebus prohibitis ſuperius, vt ea augeatur, & firmior fiat. Et hoc etiã eſt quod di-

Cap 20. loc. præc. cebat Auic. Quãdo voluntas adeſt, vt fiat cura cum inſtrumẽto, permittitur habẽti aquã, vt nutriatur piſcibus recẽtibus, & cibis humectãtibus: deinde fiat cura. Sed regimen quod cõpetit poſt depoſitionẽ cataractæ, eſt quies, ſilentiũ, & obſcuritas. Itaque iaceat in lecto capite alto: & parum comedat, & quæ comedit ſint mollia, quæ nõ indigeãt maſticatione, vt pulmẽta, oua

Li. 7. c. 7. ſorbilia: & aqua ſit potus eius, vt dicit Ieſus, aut vinũ acerbũ, vt Acanomoſis. Particulare regimẽ, in principio antequã aqua ſit congelata, ſit cũ medicinis attenuãtibus, inciſiuis, & cõſumptiuis. Et incipiat primò ſecundum

Cap. 11. loco præcit. Auic. à lenitiuis vt eſt fœniculus cũ melle, & oleo: & ſi oleũ eſſet balſamus, eſſet ſpes in illo. Et Gal. de cõp. med. ſec. loc. & 14 ther. dicat ei collyrium è myrrha, in quo recipitur libanotum, galbanum, crocus, & ſimilia. Et Rhaſis cõmendat collyriũ iſtud ex fellibus: Re. fellis gruis, accipitrix, aquilæ vel hirci, vnius vel duorum vel plurium, in vaſe æneo deſiccati, partes decem colo-

colocynthidos, ſagapeni, euphorbij, ana partem j. terãtur, & cum aqua fœniculi & rutæ fiat collyrium. Ad eãdem intentionem dictat Ieſus ſief, quod *Tr.2.cap. 17.* Reci. fellis vaccæ vnum numero: aſſæ fœtidę, drag. j. balſami, drag. ß. diſſoluantur in vaſe vitreo, & permittãtur deſiccari, & fiat ſief. Et ad eãdem intentionem valet ſief burud ex ſucco rutę & fœniculi: & baſilicon, & aqua magiſtri Petri Hiſpani, & omnia talia, quę viſum acuunt & confortant. *Deſcribetur in fine huius partis ſecũdæ.* Regimen autem particulare poſtquam cataracta eſt confirmata & bona, & ſubiicibilis iudicata, eſt vt clyſtere iniecto patienti & phlebotomia (ſi videtur expedire) celebrata, & conſtrictis temporibus, & fronte aliquo emplaſtro conſtrictiuo (vt aliqua occaſione non moueantur humores, neque deſcendant ad oculos) & ipſo ieiuno exiſtente, & cõſolato, alioqui ſano, (hoc eſt omni alia paſſione priuato) die pulchra, in tertiis, luna creſcente, non arietem peragrante, altero oculo ligato, cõſtituatur in loco bene claro à parte lucis, ſuper ſcamnũ bene firmum equitando, & retro ipſum ſit fortis miniſter, qui teneat illi caput bene firmè. *Deſcrib. tr.7. doct. 2. cap.2. In theſ. paup. c.13.* Et tunc operator poſtquam maſticauerit ſemen fœniculi, vel allia, vel aliquod acre, coram patiente ſedeat aliquantulum altius patiente in eodẽ ſcamno, tenendo patiẽtis manus ſubtus genua eiuſdẽ patientis. Et operator amplexetur genua patientis tibiis ſuis: & tunc aperiatur patienti oculus altera manu: (operatur enim in dextro oculo ſiniſtra manu, & in ſiniſtro dextera) & aperto oculo inſufflet in eũ ter vel quater, vt cataracta motũ cum calore recipiat. Deinde præcipiat patiẽti vt vertat oculũ verſus naſum, & teneat ipſum firmũ. Et tũc in nomine Domini intromittat circũagendo acum per mediũ coniunctiuæ, recedendo à venulis ipſius, impingendo & perforãdo intus quouſque percipiat acũ eſſe intra vacuũ: & poſt vertat acum verſus corneã: & quando videbit acum intus per corneã, impingat eã vſque ad medium pupillæ, & aliquantulum vlterius: & tunc quodãmodo plicando cataractã, reponat & trãſponat eã inferius. Et hîc tandiu eam teneat acu quãtum tẽporis requiritur ad dicendũ pater noſter, ter, aut ſemel miſerere. Quòd ſi cataracta reſurgat, toties eam acu capiat, quoad inferius remaneat: Cauendo tamen de dilaceratione vueę & tactu cryſtallini. Et poſtquã bene firmata fuerit, & non reſurget, extrahe acum, voluendo ſicut eã intromiſiſti: & tunc ad extollendũ artem tuã, obũbrato oculo cum capitio eius, oſtende illi ſignũ ſolũ ſemel, & dic quid eſt? & tunc Deo benedicto, ponatur ſuper oculum albumen oui cum xylo: & ligentur ambo oculi, ne vnus alium moueat, & quieſcat: & ducatur cautè ad propinquum lectum, & vt eſt dictum regatur, prima die nihil comedendo. Nec remutetur vſque ad craſtinum, vel ad tertium diem, vt dicit Ieſus: túncque remutetur vt prius. *Tr.2. cap. vlt.* Et ſic bis in die, ſine apertione oculi remutetur vſque ad nouem dies: & tunc oculo ſuauiter loto aqua frigida, paulatinè ad ſuas redeat operationes. Quod ſi cataracta reſurgeret, poſt primam remutationem & ſedationem doloris, iterum deponatur, ſi eſt poſſibile per idem foramen, & per eundem modum. Ieſus autem & Auicen. eam tranſponere præcipiunt inter corneam & vueam: *Ibidem. Cap 20. c. in lo. prac.*

Ibidem. quod eſt mihi,& Alcoatim,& Beneuenuto difficile: Aliqui verò ex Græcorum antiquis, (vt recitant Albuca.& Auic.) faciendo foramen ſub cornea cum acu cannulata,eam ſugendo extrahebant : quod non laudo, quia fortè cum aqua egrederetur albugineus,& eſſet error nouiſſimus peior priore.

### *De ægritudinibus aliarum particularum intrinſecarum oculi,ex quibus prouenit debilitatio & nocumentum in viſu.*

1\. *Debilitas* & nocumentum in viſu à particulis intrinſecis prouenit, vno Cap.12.lo. præci. modo à mala diſpoſitione pupillæ:quia nimis ampla, & dicitur ab Auic.a- Cap.2. lentiſar (quæ ſemper eſt nociua,vt dicitur in quarto de ægritudine & ſymptomate:) aut quando eſt nimis ſtricta,& dicitur conſtrictio,quæ à natiui- 2. tate laudatur,poſt verò vituperatur,vt dicit ibidem. Secundò prouenit cauſa humoris albuginei,quia nimis craſſus,aut tenuis ſubſtantiæ, aut alteratus colore:& hęc eſt cauſa multarum phantaſiarum ſimilium ſuffuſionibus. 3. Tertiò, cauſa cryſtallini propter eaſdem diſpoſitiones aut propter ipſius 4. tranſpoſitionem. Quartò,cauſa vitrei,propter etiam eaſdem diſpoſitiones. 5. Quintò,cauſa ſpiritus,non quia multus,& tenuis (etenim tunc lõgè tenuia videt & diſcernit:) ſed quia paucus & tenuis,& tunc diſcernit propè,& non videt longè:aut quia craſſus & multus,& tũc longè videt,& malè diſcernit: aut quia paucus & craſſus,& tunc neque longè videt,neque bene diſcernit: Cap.2. prout hæc legũtur in quarto de ęgritudine & ſymptomate.Ex craſſitie humorum & ſpirituum prouenit nyctalops,quę eſt malè videre poſt ſolis occaſum,vt dicit Rhaſis.Propter autem tenuitatem & paucitatem, alihahar, 6. quę eſt videre noctu,& non interdiu,vt dicit Auic. Sexto modo prouenit Cap.7.lo. præcit. nocumentum propter neruum opticum, quia dyſcraſia laborat vel oppilatione.

*Cauſa* iſtarum diſpoſitionum aliquando eſt priuata,in ſubſtantia particularum congeſta:Aliquando communicata à capite,vel ſtomacho,vel à corpore toto. Et ſunt vtplurimum cauſę ex repletione,quę proueniunt à crapula,indigeſtione, & à cibariis craſſis & ventoſis in cataracta ſpecificatis, & à nimio ſomno ( maximè poſt comeſtionem immediatè ) & à ſomno capite inclinato,& cum calceis:& longa mora in tenebris,& à vento frigido, à fumo,puluere,& conſimilibus.Aliquando ſunt ex inanitione, vt à nimia euacuatione & cucurbitularum applicatione retro collum,à coitu, labore, fletu,à longa ęgritudine,ab igne,& nimia inſpectione claritatis, & ſolis & lunę,& ab vſu ſalis,& piperis,& fortium aromatum,& id genus.

*Signa debilitatis*,ſunt nota patiẽti:ſed ex quibus proueniat,altioris eſt ſpeculationis.

*Curatio* ſpecialis & exquiſita ad dominos phyſicos pertinet,quia in talia non cadit operatio manualis. In genere tamen, ſi debilitas prouenit propter res inanientes, confortetur oculus quiete, & ocio, & cibis humectantibus, & balneis, & fotibus factis circa oculum ex aqua tepida & la-

ęte.

lacte. Et ſi fuerit propter res replentes, intendatur ad diætam tenuem, & ad purgationes dictas in cataracta, & ad clarificandum oculos collyrio è fellibus auium viuentium rapina, & balſamo. Nihilominus gratia doctrinæ ponam hîc tria auxilia ad prædictas tres intentiones cōplendas mihi multum conſueta. Quorum primum eſt Heben Meſue, electuarium alharif (id eſt boni ſaporis) educens ſuperfluitates à toto corpore, maximè à capite, confortans viſum, & omnes ſenſus, retardans caniciem, & iuuentutē conſeruans. Recip. corticum myrobalanorum citri, chebularum, emblicarum puluerizatarum, & oleo amygdalarum fricatarū, poſtea deſiccatarum, deinde aqua zucharata tantum lauentur quouſque ſuam depoſuerint amaritudinem, vnc. j. turbit albi & mundati, vnc. ß. maſtiches, glycyrrh. zingib. galangæ, cinnamomi, ligni aloes, caryophillorū, piperis, cubebarū, macis, pilorū ſpicæ, ſe. fœniculi, ana drag. j. & ß. zuchari tabarzet, quart. ß. pineorum purgatorum, vnc. ß. mellis anthofacei deſpumati, quod ſufficit: fiat electuarium, de quo poſt mediam noctem ſemel aut bis in ſeptimana detur vnc. ß. *Antid. ſum. 1. diſtin. 2. cap. 17.*

Secundū eſt cōfectio eiuſdē, augens viſum, & conferēs tenebroſitati eius: Re. eufragiæ, ſem. rutæ, an. drach. vij. & ß. ſiſeleos, calamenthi, pulegij, zingi. cubebarū, nuciſmuſ. an. drach. v. cryſtalli, margaritarū, ana drach. ij. ſcebrā maſtiches, ſerpentis cōbuſti, ana drag. j. & ß. croci, drag. j. balſami, grana v. panis ſuchari, quod ſufficit: fiat electuarium, de quo detur quolibet mane vnc. ß. Tertium eſt collyrium burud Iohannis Heben Meſue, & cōmunitatis, acuens & cōſeruās viſum: Re. ſucci fœniculi, lib. ij. ſucci rutæ, lib. j. vini malorum granatorū, lib. ß. mellis, quart. ß. piperis longi, aloës ſucotrinæ, ſalis ammoniaci, ana drag. ij. tutiæ præparatæ, vnc. j. miſceātur puluerizata in phiala vitrea ad ſolē per tres menſes: abiiciatur fæx, & conſeruetur. Ad eandem intentionem ſunt aqua fœniculi, rutæ, chelidoniæ, euphragiæ, verbenæ, & aqua pretioſa magiſtri Petri Hiſpani, & conſimilia. Et ſi iſta non valent, ad conſpicilia vitri, ſeu becyclos eſt recurrendum. *Sect. 1. part. 1. ſum. 5. c. 6* *In theſ. paup. c. 13.*

*Pars tertia, de ægritudinibus aurium: & primum ſermo generalis de ſurditate.*

AEgritudines aurium, quæ paria nocumenta actioni auditiuæ faciunt, iis quæ ægritudines oculorum viſiuæ (ſurditas videlicet, & grauis auditus, atque præter auditio, vt à Galen. in tertio de ægritudine & ſymptomate dicitur) ſunt, ſecundū eundē Gal. in quarto, quædā in proprio organo ipſius auditus, quod eſt porus neruoſus: quędā in coadiuuantibus particulis quæ ſunt foramen & anfractus, & ſubſtantia auriculę: quędā in virtute à cerebro deſcēdente. Et iſtæ ægritudines ſunt, aut ſecundū dyſcraſias (maximè frigidas, vt dicit Aui.) aut ſecundū vnionis ſolutionē (præcipuè vlcera) aut ſecundū obſtructionē intrinſecus factā, ab apoſtemate, vel aliquo humore vel vento aut pure, ſanguine, vel ſorde, verme, verruca, aut carnoſo vel panniculoſo germine ſupergenitis: & etiā extrinſecus, velut aranea, pulice, aut lapillo, ſeu nucleo, & grano puluere aut aqua ſubingreſſa. *Cap. 3.* *Cap. 3.* *Lib. 3. fen. 4. tr. 1. c. 3.*

*Ex quibus* apparet manifeſtè,quòd cauſæ ægritudinum aurium quædam ſunt primitiuæ,vt caſus, percuſſio, & improba victus ratio : quædã antecedentes, vt mali humores vaporoſi. Cauſæ coniunctæ ſunt res quæ in auribus congregantur. Et iſtæ quando ſunt ex natura particulæ, dicuntur propriæ & priuatæ:quando autem veniunt aliunde,velut à ſtomacho aut à capite,ſunt compaſſionales & communicatæ:& tales ſuum habent fieri, & factum eſſe,vt de oculis dicebatur.

*Signa paſſionum* aurium,quæcunque in ipſis quæ videntur concauitatibus aurium fiunt,logica non indigent cognitione,vt ait Gal.lib.quarto interiorum:quę autẽ non apparent,ex noxa auditus deprehenduntur. Nã qui non
Cap. 1. ſe. 22. audiũt paruas voces, neque vix magnas, ſubſurdi ſunt: aut paulatinè ſurdi efficiũtur:vt in tertio ſec.loc.dicit Gal.Qui autẽ apprehendunt ſonos phãtaſticos,pluuioſos,& clangoſos vel ſibiloſos, tinnitũ & præter auditiones, ſeu permutationes auditus patiũtur,vt dicit Gal.& Auic.Cauſa à qua fit,deſignatur ſuis ſymptomatibus.Vt ſi eſt ab apoſtemate,eſt cum febre, & dolore,& extenſionibus,& grauitatibus,atque pulſationibus, & aliis accidentibus dictis ſuperius in aurium apoſtematibus.Si verò fuerit materia frigida,ſentitur grauitas cũ frigiditate.Et ſi calida,ardor & pũctura: & anteceſſit fluxus ſanguinis,aut febris cholerica: cuius materia aſcendit ad aures, vt
Ap. 60. in quarto dicebatur aphoriſmorũ. Si eſt à flatu, eſt cum ſono & tinnitu. Si ab vlcere,eſt pruritus dolorificus.Si verò fuerit à verruca, aut re aliqua ingreſſa,ſcitur per patientẽ,& per inſpectionẽ ad ſolẽ, trahẽdo aurẽ, & ampliãdo cũ ſpeculo,aut alio inſtrumẽto.Si fuerit vermis,ſentitur eius motus intra aurẽ: vel ſi fuerit aliud animal, per eius motũ ſcitur. Locus ſignificatur,quia ſecundũ Gal.in quarto interiorũ, ſiquidẽ ſola audiẽdi facultas patitur, propriũ neruũ pati cogitamus :cũ aliis autẽ faciei particulis,cerebrũ patitur cũ eo.Et ad hoc iuuãt ſanitas trãſitus foraminis, & propinquũ tempus, & alleuatio poſt bonas digeſtiones & euacuationes, addit Auic.vt de
Li. 3. f. 4. tr. 1. c. 4. oculis dicebatur.Iudicatur ab Auic.ſurditas naturalis à quacũq. cauſa (pręterquàm ab oppilatione ſuperficiali extrinſeca) & illa quæ eſt accidentalis chronica duorum annorum,& quæ eſt ex cicatrice,vel apoſtemate indurato,nõ curari.Etiã iudicatur ſurditas accidẽtalis nõ antiqua,quę quãdoq.in-
Aphor. 28. terpollatur & alleuationẽ habet,poſſe curari. Præterea innuit Hipp.in 4.aphor.ꝙ quibuſcunq.ſurditas fit,felleis egeſtionibus ſuperueniẽtibus quieſcit.Intellexit aũt hoc Gal.de accidẽtali,quę fit in febre ex colerę aſcẽſione.

*In cura* ſurditatis & nocumẽti auditus duplex aſſignatur regimẽ:vniuerſale & particulare.Vniuerſale regimẽ de diæta,& purgatione,& doloris ſedatione,prout fuit dictum ſuperius de apoſtemate aurium,completur. Particulare regimẽ cõcernit duo:primùm,octo documenta, multum neceſſaria ad iſtam operationem cõplendam. Primum documẽtum eſt,vt nihil particulare fiat in aure, (præſertim acre & dolorificum) antequã corpus ſit euacuatũ.Secundũ,vt omnes operationes auriũ, præcipuè quæ perueniunt ad intrinſeca,fiant ſuauiter & abſque dolore, propter neruũ interius com-
plan-

plantatum. Tertium, omnia quæ ponētur in auribus, ſint tepida, non calida neque frigida in exceſſu. Quartũ, vt ſint liquida, quò melius intrent & euacuentur. Quintum, vt iniecta non ſtent intra aurem, vltra tres horas. Sextum, vt poſtquam fuerint iniecta, æger iaceat ſuper partem ſanam, & cooperiatur foramen auris lana aut xylo. Septimum, vt nihil imponatur quouſque impoſitum fuerit extractum, vertendo ſe ſuper partem ægram, & mũdãdo cũ ſpecillo inuoluto panno aut xylo, & adiuuãdo cũ tuſſi, & ſternutatione & munctione atque forti ſpuitione. Octauum, vt medicus aurium habeat inſtrumenta apta ad ſuam operationem, velut ſunt auriſcalpia, & leuatoria, vncum parum curuũ, cannulas fugitiuas: & ſuffumigatorias, & habeat lanam, xylon, ſpongiam, pannum, viſcum, & cætera neceſſaria ad operationem ſuam. Secundum quod concernit regimen particulare, eſt vt cura localis preſcribatur ſecundum diuerſitatem cauſarum ſurditatis & nocumenti auditus.

### *De apoſtemate & vlcere.*

*Si cauſa* ſurditatis & nocumenti auditus fuerit apoſtema & vlcus, curetur vt dictum eſt ſuperius in horum capitulis.

### *De ſurditate & tinnitu propter humores frigidos & flatulentos.*

*Si* in cauſa fuerint humores frigidi, vel flatus, primum ſuffumiganda eſt auris infundibulo, aut cannula ſuffumigatoria, & olla ſtricti orificij, in qua iubet Galen. ponere de cõſilio Apollonij vrinam bouis, cũ tertia parte aceti, & nonnihil myrti contritæ: & canna ſtuphæ circumuoluatur lana, aut panno, vt non offendat aurem, neque circunferentias eius. Communis tamen vſus facit ſuffumigationem ex vino albo decoctionis rutæ, calamenthi, hyſſopi, ſampſuchi, centaureæ, betonicæ, foliorum & granorum lauri, ſtœchados, aniſi, marathri, ſpicæ nardi, & id genus. Poſt ſtupham, eligit iniicere intra ipſe Apollonius adipem anſeris, fel bouis, & oleum laurinum in æqualibus portionibus miſta. Vſus autem communis immittit olea calida, velut chamæmelinum, anethinum, amygdalarum amararum, coſtinum, nardinum, raphaninum, fraxininum, & aquam diſtillationis eius. Inſuper aqua ſemperuiui in omni caſu ab aliquibus laudatur. Fortiora ſunt fel accipitris, balſamum, & ſuccus raphani depuratus. Rhaſis ponit, & Heben Meſue concedit collyrium quod Re. pulpæ colocynthidos, drag.ij. ſucci abſinthij, ariſtol. ana drag.j. coſti, baurac. ana drag.ß. caſtorei, ſcrup.j. fiant collyria cum felle vaccino, & diſſoluantur quando erit neceſſe oleo amygdalarum amararum. Auic. dicit iſtud eſſe expertum: Re. caſtorei, drag.iij. nitri, drag.j. & ß. ellebori, drag.j. fiant trochiſ. cum ſucco raphani. Et ambulare per loca arenoſa confert eis, vt dicit Alexander: & clamare, & excitare eos voce clamoſa, eſt vtile, vt dicit Auic. Vnde in tertio ſec. loc. intellexit Gal. quòd aures quæ patiuntur dolorem egent quiete: motu verò vehementi, & tranſmutationem in contrariam diſpoſitionem, quæ patiuntur ſurditatem.

*Lib.3.cat. top.*

*Li.3.c.to de*

*Li.9.alm. cap.34. Sect.1. part.1. ſum.6.c.5. Cap.5.loc. præcit.*

*Cap.1. ſect.24.*

*De ſurditate ob ſordiciem.*

*Mollificetur* aqua calida mellita: & purgetur auriſcalpio: aut intromittantur ellychnia illita melle, aut oleo chamæmeli, & ſpicæ: aut naſturtio & baurace.

*De aqua aurem ingreſſa.*

Cap.21. loc. præcit. *Ex eis* quæ ad hoc conferunt ſecundũ Aui.eſt, vt calamo vel cannula ſugatoria puerorũ, ſugatur tantum vt extrahatur: poſtea oleum amygdalarũ dulciũ infundatur. Aut in capite exteriori xylon, aut quiduis aliud inflãmetur, & virtute caloris ignis extrahetur. Aut fruſtulum ſpongiæ ligatæ cum forti filo immittatur, & poſtquam imbiberit aliquid aquę, extrahatur.

*De lapillo, vel nucleo, vel beſtiola, & quocunque alio aurem ingreſſo.*

*Conſulit Albuc.* vt ſi res fixa eſt, intromittatur modicũ olei violarũ: deinde prouocetur ſternutatio, aut tuſſis, vel fortis expultio, aut ſuper pedem à parte auris ſaltatio, aut cum palma contuſio. Et iſta valent ad omne quod aurẽ ingreditur: & ad hoc iuuat dilatare & trahere aurem omni arte. Et ſi hoc non valet, illinatur ſtylus aut ſpecillum aliquo viſco, & imponatur & extrahatur: Et ſi hoc non valet, extrahatur vulſellis, aut vnco lato parũ curuo, & ſi non poteſt, ſugatur cannula, in circuitu oleo & cera bene clauſa. Cæterùm ſi nõ egreditur his artibus, tunc feſtinetur ad incidendum antequam accidat apoſtema, aut ſpaſmus: & inciſio eius ſit ſecundum lunarem formam, à radice auris, vſque ad lapidem. Et ipſo extracto, ſuatur, & modo aliorum vulnerum curetur. Si autem fuerit granum, aut res quæ poſtea incraſſatur, vult etiam Albuc. vt ſi non poteſt extrahi machinationib. prædictis, aliquo ſpatumine gracili fruſtatim incidatur, deinde volſellis & machinis extrahatur. Quod ſi fuerit beſtia, & non poteſt extrahi viua volſellis & machinis dictis, vult idem Albucaſ. in diuiſionibus, vt diſtilletur in aurem aqua in qua diſſoluta fuerit aloë, aut ſuccus abſinthij, aut calamenthi, aut acetum forte: & ipſo mortuo extrahatur inſtrumentis iam dictis, aut impletione aquæ, aut impoſitione pilorum, vt dicit Brunus, aut Lib.2.c.4. ſaliuæ, vt Auicen.

*De panniculo, & verruca, ſeu carne aurem oppilante.*

*Panniculus* extrinſecus ſpatumine incidatur. Verruca & caro ſuperflua remoueatur ligamine: aut ſpatumine ſpinoſo, apprehendendo eam vnco: aut cauterio actuali vel potentiali. Deinde imponatur turũda illita vnguento viridi, aut aliquo leui corroſiuo. In oppilatione verò intrinſeca difficile eſt artificium: verùm Albuca. iubet eam aperire cauterio radiali. Et caue ne vulneres neruos.

*Pars quarta, de ægritudinibus narium.*

AEgritudines multæ accidunt naribus, quæ deſtruunt, debilitant, aut permutant actionem odoratus & reſpirationis: quarum quędam in pro-

in proprio organo conſiſtunt, quædam in coadiuuantibus, quædam verò in ipſa virtute: velut ſunt dyſcraſiæ, vlcera, fœtores, attritiones, apoſtemata, oppilationes humorales, carnoſæ, polypodales, coryzæ, ſternutationes, ac etiam ſanguinis fluxus: quæ aliquando cauſam habent in ipſis particulis, aliquando progrediuntur aliunde. Verùm quia maior pars iſtarum paſſionum pertinet ad phyſicalem doctrinam, quin etiam de multis ipſarum eſt dictum ſuperius, hîc non tractabitur niſi de oppilatione catheſiali, & de fœtore.

### *De oppilatione catheſiali.*

*Oppilatio* catheſialis ſecundum Auicen. eſt oppilatio humoralis ſeu carnoſa, aut cruſtoſa, inter viam naſi & gutturis, generata. Eius ſignificatio eſt, quod ſemper vult homo ſcreare: & quando claudit os, non poteſt anhelare per nares, & facit quendam tinnitum, & nauſeandi appetentiam. *Li.3. fen. 5.tr.2.c.6*

*Eius curatio* particularis eſt ſuffumigare, & ſugere ſæpe aquã decoctionis chamæmeli, meliloti, hyſſopi, ſampſuchi, & ſimilia: & iniicere intra nares cum emboto naſali pilulas diacaſtoreas, diſſolutas ſucco ſampſuchi: aut confectionem Rhaſis ad hanc intentionem expertam, & ab Heben Meſue ſublimatam: Recipe nigellam aceto tribus diebus maceratam, exiccatam, & vt alcohol pulueriżatam: & conficiatur cum oleo veteri: & per nares facta ſuffumigatione, & ore aqua repleto, capite retrorſum inuerſo, aliquot guttæ inſtillentur, & ſugantur vehementer donec egrediatur humiditas plurima: quod in tribus diebus per tres vices fieri conuenit. Et poſt quamlibet vicem os aqua calida eſt lauandum. Quòd ſi ex his dolor & ardor ſequeretur, oleum è ſem. cucurbitæ immittatur, & caput aqua calida perfundatur. Et fit fortior ſecundum eum, ſi addantur colocynthis, & elleborus, & cyclamen, & ſal ammoniacum: & conficiatur cum felle gruis, & vrina cameli, aut eius (ſupple) ſimili. Et multoties, vt dicit Auic. indiget diſpoſitio operatione, & raſione cum radio: aut (ſupple) cum filo nodato introducto ſecundum doctrinã datam in vlceribus nariũ. Et tantùm rade, donec mundificetur. Et quandoque egreditur cum raſione res plurima, de cuius copia miratur homo. Et ſi aliud non poteſt fieri, amplietur cum intromiſſione turundarum gracilium ex gentiana, aut radice acori, vt faciebat magiſter Petrus de Bonanto. *Lib. 9. alm. cap. 40. & li. 1. diui. c. 43. Sect. 1. part. 1. ſum. 7. c. 3. Cap. 8. loci præcit.*

### *De fœtore anhelitus.*

*Fœtor anhelitus*, eſt corruptio aëris exeuntis à naribus & ab ore. Quæ aliquando fit propter cauſam priuatam in loco, velut ſunt corruptiones, & putrefactiones vlcerum narium, & gingiuarum, dentium, & membrorum propinquorum: aliquando fit propter cauſam communicatam, delegatam à ſtomacho, cerebro, & pectore, vt in quarto de ægritudinibus dicebatur. Significatur autem quòd venit à pectore, quando ſputum eſt ſanioſum. Quod autem à ſtomacho, quando non eſt continuus fœtor, ſed maior apparet ante cibum quàm poſt. Quod à cerebro, quia ore aqua impleto percipitur fœtor: adhæc eſt continuus, & percipitur à patiente. *Materia* ipſius

deſignatur calida,per ardorem & puncturam:frigida,per priuationem eorundem. Iudicatur quòd fœtor anhelitus eſt vituperabilis, & præcipuè medico damnoſus. Iudicatur quòd fœtor anhelitus propter anguſtiam foraminum colatorij, eſt incurabilis:& ideo ſimi vtplurimum ſunt tales. Iudicatur etiam fœtor anhelitus, & piſculenti odoris perceptio, in febribus acutis,eſſe malum ſignum.

*In curatione* fœtoris anhelitus duo ſunt regimina : vniuerſale & particulare. Vniuerſale de diæta & purgatione, fiat ſecundum naturam humorum à quibus procedit putredo. Communiter tamē cauendi ſunt ab omni re putreſcibili, vt eſt malus panis, & mala caro, mucoſa, & viſcoſa, & paludoſa : & malum vinum, craſſum, dulce: & piſces, lacticinia,fructus molles,& horæi,vt cucurbitæ.maximè verò caules & attriplices,necnon ſubſtātia leguminum,& omnia iura,& offæ, allia, & cepe faciunt malum anhelitum.Bona ſunt eis omnia acria,& acida:velut granata,arancia,& acetum:& omnia ſicca, vt perdices, & auiculæ paruæ : & ea quæ reprimunt vapores poſt cibum,vt cydonia,pyra,& coriandrum præparatū,vt dicit Arnal. *De regim. podagr.* Inſuper vtantur apio:nam ſecundū Rhaſim,eius comeſtio frequens omnibus aliis melior eſt.Et rami myrti cū vuis paſſis mundatis ſunt ad hoc pretioſi, vt dicit Auic. *Lib.3.fen. 6.c.30.* Et ſaluia,& maiorana inter herbas obtinēt principatū.Et bonæ confectiones,velut aromaticum Heben Meſue(quod propemodum eſt roſata nouella)& bona tragemata in quibus ſemina ſint aceto præparata,ex caryoph.cinnamomo aliptico,cypero,iride,folio,nardo, calamo aromatico,citro,foliis lauri,& myrti,xyloaloe,ſandal roſ.zucch.roſ.in teſſellis,ſunt pretioſa.Expulſio ſuperfluitatum,& ſobrietas vitæ,breuis ſomnus, exercitium pedum,crebra lauatio eſt neceſſaria in hoc caſu.Purgatio cum hieris, & cum myrobalanis eſt conueniens, & phlebotomia ſi alioqui eſt neceſſaria.Et diuerſio & euaporatio per cauteria ſupra coronalem ſuturam laudatur.Regimen particulare concernit occaſiones vnde habet ortū:vt ſi fœtor procedit ab aliquo mēbro,curetur illud. Si ab aliqua paſſione,curetur etiā illa:vt ſi fuerint vlcera,aut excreſcētiæ,puſtulæ,aut oppilatio,curetur quēadmodū in propriis capitulis dictū eſt.Commune tamen eſt omnibus fœtoribus,mūdificare & abſtergere,ac etiam imbuere nares,& os,& vias anhelitus aromatibus quibuſdā appropriatis. Et ad hoc laudat Heben Meſue *Sect.1. part.1. ſum.7. cap.1.* frequentem collutionem & ſuctionem ex vino odorifero:deinde vino decoctionis myrti,cyperi,calami aromatici,xyloaloes,roſarum, myrrhæ,ſalis gemmæ.Et Rhaſ.ponit galliā,ſpicam,caryoph.Et vrina aſinorum eſt ſuprema in hoc,vt ſcribit Heb.Meſ. *Idem ſcribit Aui. lib.3.fen. 5.tr.2.c.2* Et intromiſſio turundarū factarū ex pul.hieræ pic.dr.iiij.calami aromatici, myrrhę,caryoph.ſpicę,folij,ſchœnāthi,darſeni,ana dra.ij.cōfectis cū vino bono,eſt optima,vt dicit *Loco præcit.* Et ſi aliud nō poteſt fieri,pallietur cū pilulis è cary. Aui. *Lib.3.fe. 6.cap 30.* quarū formula eſt: ℞.cary.galāge, ana vnc.ß.pyrethri,dra.iij.aloes,dra.ij.ſinapi,dra.j. moſchi,camphoræ,ana drac.ß.fiāt pilulæ cū vino,ex quibus quolibet mane tranſglutiantur duæ, & aliæ duæ in ore teneantur. Gordon.addit eis maioranam, baſiliconem, nucem

cem muſc.cinnamomum, lignum aloes (loco aloes) ſtyracem,calamitam, atque ambram:& eas conficit cum aqua roſ.Odorem vini palliat maſticatio cyperi : ceparum & alliorum,ruta,vt Rhaſis teſtatur.De polypo, & fluxu ſanguinis,in tract.de vlceribus eſt dictum.

*Pars quinta,de ægritudinibus oris & partium eius.*

QVemadmodum ( dicit Galenus in quarto de ægritudine & ſymptomate) in prædictis conſtitutio particularum oſtendit cauſas ſymptomatum,ita & in ore:Cognoſcentibus nobis,quod in ipſo ſunt duæ principales particulæ, complentes duos actus ad quos ordinatum eſt os: lingua videlicet guſtatui,& dentes maſticationi:reliquæ verò ſunt coadiuuãtes:& præterea adeſt virtus ad hoc à cerebro deriuata. Quæ quidem ſymptomata,vt aliarum actionum,triplici differentia ſunt partita: in actionem debilitatam,ablatam,& permutatam ſeu corruptam,ex ægritudinibus ſimilaribus , organicis , & communibus vtrique, quæ ſolutiones ſunt imparitatis, ſecundum magis & minus varietatis,ſaltem debilitationis & ablationis,nõ autem permutationis, vt Galenus & Auic. & doctor ſubtilis declarant in pleriſque locis.Eorum quidẽ cauſæ aliquando ſunt priuatæ,aliquando verò communicatæ,vt de aliis dictum eſt & dicetur. *Cap.4.*

*De ægritudinibus linguæ.*

*Ægritudines* linguæ impediẽtes eius actionẽ,ſunt dyſcraſię,vlcera alcolæ,apoſtemata, inflatio ſeu magnificatio , ranula, & ſubcarnatio, ſpaſmus ſeu curuatio,paralyſis ſeu mollificatio,& balbuties.Et licet quamplurimæ iſtarum ægritudinum pertineant ad doctrinã phyſicam,nihilominus quia pro ipſis ad chirurgos aliquando habetur recurſus, dicetur quid & de ipſis aliquibus: non de apoſtematibus, & vlceribus & alcolis , quia de ipſis ſuperius fuit dictum.

*De inflatione & exceſſu magnitudinis linguæ.*

*Hæc* ſi fuerint ex calidis humoribus,ſuppoſita bona diæta, & purgatione cum pilulis cochiis, cõſulit Galenus 14.therapeut.gargarizare ſuccum lactucæ.Eo enim ſolo curatus fuit (vt dicit) homo quidam, vt nullo præterea alio indigeret medicamine : nihilominus diuerſio materiæ admotis cucurbitulis retro collum,& phlebotomia venarum linguæ, conſueta ſunt mihi in hoc caſu.Si verò euenerit ex humoribus frigidis,& craſſo flatu, volunt Rhaſis & Auicenna, vt materia educatur per os ſaliuã prouocãdo fricatione ſalis ammoniaci,& ceparum:& vt lauetur os aceto.Et ſi ei adderetur zingib.& piper ad reſoluendum, eſſet melius. Et in hoc caſu deſiccare caput deſiccantibus rheuma,eſt valde vtile. *Cap.8.* *Cap.10. loc.præcit.*

*De ranula & carne ſub lingua.*

*Ranula* ſecundum Auic. eſt quædam carnea moles oblonga ſub lingua, impediens eius actionẽ,ad formã ranæ,aut alterius linguæ generata.Oportet verò ad eius curationẽ experiri ſecundum Auicen. nũ poterit conſumi *Cap.18. loc.præcit.*

medicinis ſtypticis & reſolutiuis, vt ſunt cortices granatorum cum origano & ſale. Draganthum vſtum, & hermodactyli, miſta cum albumine oui, detēta ſub lingua, eſt remedium expertum pro infantibus, vt dicit. Et poſt iſta eſt tranſeundum ad fortiora, ſicut eſt fricatio cum ſale ammoniaco, aut flore æris, & dragantho: aut cum trochiſ. aldaron, aut calidicon: & caueatur ne aliquod iſtorum ad inferiora deſcendat. Quòd ſi non poteſt curari cum illis, non erit excuſatio ab operatione manus, vt etiam ipſe dicit. Quam operationē Albuc. ita ponit: Oportet vt aperiatur os infirmi corā ſole, & conſideretur ranula: & ſi eſt nigra, aut fuſca, dura, & ſine ſenſu, non tangatur: quia cancroſa eſt. Si verò non fuerit talis, ſed alba, & bene tractabilis, tunc capiatur vnco, & ſcindatur ſpatumine gracili, & liberetur ab omni parte, & extrahatur. Quòd ſi ſuperuenerit ſanguis, abſtergatur ſpongia. Et ſi eſt neceſſe, ponatur zegi (quod eſt vitriolum) & dimittatur operatio quouſque fuerit reſtrictus ſanguis. Et tunc ſi operatio non eſt completa, redeatur ad ipſam vſque ad ipſius complementum, deinde colluatur aceto per vnum vel duos dies. Et poſt (dicit Guliel. de Saliceto) vino decoctionis myrrhæ colluatur, donec fuerit ſanatus. *Lib. 2. c. 20.*

*De ſpaſmo & filo contrahente linguam.*

*Spaſmus* eſt retractio & curuatio linguæ ad ſuam originem, qua impeditur eius actio.

Cuius cauſa eſt humiditas replens, aut ſiccitas inaniens, aut ligamentum retrahens.

*Cura autem* humiditatis replentis eſt, euacuatio vniuerſalis & particularis. Vniuerſalis fit pilulis cochiis: Particularis verò caputpurgiis, & maſticatoriis, & collutionibus ex calamentho, origano, ſinapi, fœnugræco, pipere, pyrethro, & aliis quæ dicentur ſtatim in paralyſi. Ad id etiam conferunt vaporationes radicis colli, cum eis quæ ſunt ſicut chamæmelum, melilotum, ſtœchas, & anethum. Cura autem ſiccitatis & inanitionis, eſt bona humectatio, & reſumptio cum laudabili cibo, & temperatis collutionibus, & inunctionibus colli & capitis, ex oleo nenufarino, & viol. & perfuſione aquæ calidæ, & lactis, & ſimilium. Sed cura fili ſeu ligamenti cōtrahentis linguam, eſt inciſio per latitudinem, donec ſoluatur lingua à retentione ſua, vt dicit Albuc. & ponatur ellychnium per aliquot dies cum vitreolo, vt non reconſolidetur. Et ſi dubitatur propter venas, conſulit Auicen. vt intromittatur filum cum acu, & ligetur donec per ſe rumpatur. Aut (ſecundum conſilium Lanfranci) raſorio argenteo ignito incidendo vratur. *Cap. 13. loci præcit. Tr. 3. doc. 3. cap. 4.*

*De paralyſi, & balbutie.*

*Balbuties* licet poſſit venire à ſpaſmo, vlceribus, & ab aliis paſſionibus linguæ, vtplurimum tamen venit à paralyſi, & ab humiditatibus in neruis, & muſculis, & ſubſtantia linguæ imbibitis.

*Eius*

*Eius* cauſæ & ſigna ſunt, quæ paralyſis communis & cum hoc adeſt fluxus ſalíualis inuoluntarius, neque directè poteſt loqui, neque pronuntiare: vt Galen. declarat in illo aphoriſmo, Trauli à diarrhœa maximè capiuntur longa. Iudicatur communiter, quod balbuties accidentalis prædicit paralyſin. Iudicatur quod ſicut febris curat ſpaſmum, ita & balbutiem ex humiditate. Iudicatur etiam naturalis balbuties & paralyſis chronica, nunquã perfectè curari: nihilominus in pueris, cùm peruenerint ad adoleſcentiam, ſæpiſſimè emendantur, vt dicit Auicenna. *Aph. 32. lib. 6.* *Cap. 6.*

*Cura* eius, licet in genere ſit eadem quæ paralyſis communis, nihilominus in ea (præter vitam & purgationem) ſunt tres ſpeciales & potiſſimę intẽtiones, vt Heben Meſue ponit. Prima eſt, in diuerſione materiæ. Secũda, in deſiccatione cerebri. Sed tertia in cõſumptione humiditatis cõiunctæ. Prima cõpletur clyſteribus acribus, & fricationibus, & cucurbitulis admotis retro collũ. Secunda cõpletur emplaſtris deſiccantibus ſupra totum caput, ex his quæ ſunt velut ſinapi, & ſtercus colũbinum, milium, & ſal torrefactum, baccæ lauri, aniſum, marathrum, piper, caryophylli, & alia quæ cõfortando caput deſiccant rheuma. Et cauteria ſuper caput, & in lateribus, & retro ſpondylos colli, ſunt laudanda. Et hoc emplaſtrum ſupra collũ ad confortandũ neruos præcipit Haly. ℞. chamæmeli, meliloti, maioranę, zingi. cuiuſlibet drag. v. ſinapi, pyrethri, fol. lauri, ana dra. iij. opopanacis, caſtorei, ana dra. ij. terantur omnia, & cum cera & oleo ſambucino fiat emplaſtrum. Ad eandem intentionẽ valet vnguentũ factum ex oleo coſtino, nardino, rutaceo, caſtorino. Et oleum benedictũ in hoc eſt ſupremum. Et oleũ terebinthinæ, & diſtillatio dorſalis Hebẽ Meſue dicta in paralyſi ſuperius, eſt in hoc pretioſa. Tertiam rem complent gargariſmata, & collutiones oris, ac fricationes linguæ cũ eis quæ dicentur gradib. diſtinguẽdo res, procedendo à debilioribus ad fortiora. Et incipiatur ab oxymelite ſquillitico, quoniã ſublime eſt gargarizando. Et quandoq; confortant cũ his quæ ſunt ſicut alhaſſe (quod eſt ſtœchas, vel hyſſopus hortulanus) & cortices capparis, pyrethrũ, zingi. & tria pipera. Et oportet vt iſtã gargarizationem præcedat eductio humiditatũ phlegmaticarũ, fricãdo linguam eo quod eſt ſicut ſal ammoniacũ, & zingi. & cæpa. Poſtea ſiquidẽ erit operatio collutionis melior. Ad eandẽ intentionem expertus eſt Heben Meſue gargariſma, quod diſſoluit phlegma congregatũ in radice linguæ, cuius formula hæc eſt: ℞. origani ſampſuci, hyſſopi, pyretri, zingi. trium piperum, cinnamomi, coſti, ſinapi, nigellæ ana cõficiãtur cum oxymelite ſquillitico, & rob, quod eſt vinum coctum, & gargarizetur diebus continuis. Lanfranc. narrat ſe reſtituiſſe loquelam cuidam dominæ ficubus mundis, & melle, & ſex grani clari & lucidi euphorbij, ſimul incorporatis & confectis, ex quo ponebat ſub lingua paruæ fabæ quantitatem. Rhaſis confectio medicaminis ad paralyſim & grauitatem linguæ ſic habet: Recip. ſalis ammoniaci, pyrethri, ſtaphidis agriæ, ſinapi, piperis, acori, æquali menſura. terantur, & fricetur eis lingua ſubtus, & ſuprà, in die multoties. Haly. iubet eã fricare hierapi- *eiuſdẽ c. f. Sect. 1. part. 1. ſum. 8. c. 16.* *Loco præcitato.* *Tr. 3. do. 3. cap. 4.*

crâ, ſinapi, & pyrethro contritis. Et acorus (ſecundum teſtimonium Dioſcoridis) omni modo adminiſtrationis, eſt medicina conueniens mollificationi linguæ atque paralyſi. Et ſaluia, ruta, calamenthum, herba paralyſis, roſmarinus, ſe. baſiliconis, & cauliculi agreſtis, ſummam in hoc habent proprietatem. Et detentio ſub lingua pilularum factarum ex caſtorio, & aſſafœtida, & terebinthina, eſt adhoc ſuprema, vt dicit Auic. Et adhoc pilulæ diacaſtoreæ propriè dicantur. Et theriaca, & confectio anacardina ab omnibus commendantur. Et aſſiduitas loquendi, & fricatio linguæ cum ſale gemmæ, feſtinat loquelam puerorum, vt dicit Auic. *Li. 3. f. 6. cap. 7.*

## ¶ *De paſſionibus dentium ſermo vniuerſalis.*

*Paſſiones dentium* numerantur ab Halyabb. in ſermone nono primæ partis libri regalis diſpoſitionis, quinque vel ſex: vt dolor, corroſio, congelatio, ſtupor limoſitas ſeu fœditas, caſus vel commotio. Apoſtema propriè non patiuntur, ſed rem quæ apoſtemati ſimilis eſt, vt dicit Auic. & intelligitur per illam corroſio, aut putredo, vt tenet ſchola noſtra communis. Vtrum autem habeāt ſenſum, & percipiant dolorem, Gal. in quinto cat. top. & Auic. in tertio canonis, vidētur tenere partem affirmatiuam. Halyab. dicit expreſſè, quod nullum ſenſum habent per ſe, ſed ratione nerui qui ad ipſos à tertio pari neruorum cerebri delegatur. Et ita declarat ſe Gal. in ſextodecimo de vtilitate particularum. Ex quibus apparet quod non patiuntur apoſtema propriè, neque dolent, niſi ratione gingiuarum & neruorum adhærentium eis. *Lib. 3. f. 7. cap. 1.* *Ibid. Cap. 8.* *Cap. 3.*

*Cauſæ autem* paſſionum & nocumentorũ dētium ſunt mala complexio, & ſolutio continuitatis, & apoſtemata. Quæ quandoque fiunt propter cauſam priuatam exiſtentem in dente, aut in mēbris adhærentibus eis: quādoque propter cauſam communicatā à cerebro, aut à ſtomacho, aut aliunde deriuatam: & ita in talibus paſſionibus inuenitur fieri & factum eſſe. Et iſtorum eſt cauſa triplex: Primitiua, vt caſus, & percuſſio, & improba victus ratio. Antecedens, humores ſuperflui. Coniuncta: ipſamet diſpoſitio in dente facta.

*Signa paſſionum* dentium ſatis ſunt manifeſta. Omnibus enim euidenter apparet quando perforantur, & corroduntur, & nigri fiunt, & teruntur: aut quando neque calida, neque frigida tolerant, aut quando ex altero illorum accidit dolor, vt in quinto ſec. loc. dicit Galen. Et ad hoc iuuant nocentia, & conferentia, tempus, & regimen præteritum, & relatio patientis, vt ſuprà dictum eſt de arthritide. Iudicatur quòd inter paſſiones corporis totius de qua minus miſeret nos ægri, dolor dentium eſt grauior. Iudicatur etiam quòd inflatio genarum in dolore dentium eſt bonum ſignum: eo quòd ſignificat materiam dimittere neruum & ligamentum, & conuerti ad loca carnoſa, vt de arthritide etiam dicebatur. *Ibid.*

*In curatione* paſſionum dentium datur duplex regimen: vniuerſale videlicet, & particulare. Vniuerſale regimen in genere duas habet intentiones:

vnam

vnam in vita, reliquam in euacuatione. Specificatur vita in ſex, ſecundum Auic. Primò quidem vt non vtantur putreſcibilibus, velut ſunt piſces & lacticinia. Secundò, vt euitentur res exceſſiuè calidæ, & etiam frigidæ, præcipuè immediatè vnum poſt aliud. Tertiò, vt non maſticentur res duræ, veluti oſſa: & viſcoſæ, vt ficus: & confectiones è melle. Quartò, vt non vtantur cibariis, de proprietate quorum eſt nocere dentibus, vt ſunt porri. Quintò, vt dentes non repurgentur exquiſitè, neque acerbè. Sextò, vt fricētur melle & ſale aduſtis: Et ſi eis adderetur acetum, omne eſſet complementū, vt declarauit Halyab. in ſermone quinto ſecūdæ partis diſpoſitionis regalis. Ad purgationem propria eſt hiera: & phlebotomia conuenit è cephalica, & venis labiorum & linguæ: & diuertere fricationibus, & cucurbitulis & caputpurgiis: & deſiccatione rheumatis, & confortatione capitis, vt dictum eſt ſæpe: & educere phlegmaticas humiditates pyrethro, maſtiche, & conſimilibus ſæpe dictis. *Cap. 2. eiuſd.*

Particulare regimen concernit duo: Primò, tria documenta ad operationem dentium neceſſaria. Secundò, operationem ipſam iuxta paſſionum diuerſitatem. Primum documentū eſt, quod iſtæ operationes ſunt particulares, maximè dicatæ barbitonſoribus & dentatoribus. Et ideo medici iſtā operationem eis reliquerunt. Tutum tamen eſt vt tales operationes à medicis dirigantur. Secundum documentum eſt, quod oportet medicum conſulentem in talibus, ſcire conſilia dentium ſecundum Auicen. fieri multipliciter: videlicet per collutiones, & per gargariſmata, maſticatoria, impletiones, vaporationes, linimenta, fricationes, ſuffumigationes, cauterizationes, caputpurgia, diſtillationes in aures, & per manuum operationes, vt in ſuis locis dicetur. Tertium documentum eſt, quod ſecundum Albuc. oportet dentiſtam eſſe munitum apris inſtrumentis, videlicet raſoriis, radulis, & ſpatuminibus rectis & curuis, & leuatoriis ſimplicibus, & cum duobus ramis, forcipibus dentatis, & ſpecillis diuerſis, cannulis, ſcalpris, & terebellis, & etiam limis, & multis aliis in hoc opere neceſſariis, &c. *Cap. 7. loci præcit.*

## *De dolore dentium.*

*Si quidem* dolor fuerit ex communicatione alterius membri, tunc curetur prius illud membrum. Si autem fuerit propter apoſtema gingiuarum, purgata materia & eius diuerſione facta, in primis repercutiatur materia calida frigidis & ſtypticis, velut eſt (ſecundū Heben Meſue) retentio aquæ calidę cum aceto in ore, aut aquæ roſ. aut plantaginis. Et ſi poneretur cū eis modicum camphoræ, melius eſſet. Et huius quidē intentionis eſt oleum ex roſis, aut myrtinum, aut omphacinum ore retentum. Cùm autem tranſit principium, addantur ſupradictis aliqua reſolutiua, ſicut eſt maſtiche, & vuæ paſſæ. Quod ſi dolor vehemētior fieret, addatur eis aliquid opij, aut aliorum narcoticorum, ſi fuerit neceſſe. In cauſa verò frigida in principio ponatur oleum roſ. cum maſtiche, deinde vinum aluminatum, poſtea *Sect. 1. part. 1. ſum. 8. c. 2.*

decoctum hyſſopi & calamenthi. Si verò materia tenderet ad maturationem, iuuetur decoctione vuarum, ficuum, ſe.lini, ac fœnugræci: deinde aperiatur, & melle roſ.& vino mundificetur, prout dictum eſt in vlceribus oris. Si verò cauſa fuerit in radice ipſius dentis, in eius neruo, vel ligamento, & fuerit cum materia: purgetur materia, & reſoluatur eis quæ dicta ſunt, & dicentur: & propriè in calida oleo roſ. & chamæmeli, & anethino: & in frigida oleo balarino, & nardino. Et ſi fuerit flatulēta, diſcutiatur decocto cymini, & baccarum lauri, ſeminis rutæ, & galbano, & ſagapeno. Si autem dolor ille eſſet ſine materia, alteretur calida frigidis, & frigida calidis in principio dictis & etiam dicendis: humida verò ſale, alumine, & gallis aſſatis deſiccetur: & ſicca butyro atque adipe arietino humectetur. Si autem non eſſent remedio ſupradicta, vratur dens oleo calidiſſimo, immergēdo ſpecillū inuolutum xylo, aut panno in illud & denti ſæpiſſimè applicando: aut vratur ferro ignito, aut inſtrumentis extrahatur. Cæterùm quia medicinæ deorſum à multis multæ ponuntur, cum diſtinctione narrabo mihi magis probatas ad ſedandum dolorem per viam alterationis & reſolutionis, & alias per viam ſtupefactionis. Medicinæ autem dentiū (ſecundum Gal. in quinto ſec.loc.) ſiue repercutere quis, ſiue diſcutere voluerit, fortiſſimæ debent eſſe. Et propterea plures ipſarum cum fortiſſimo conſtruuntur aceto. Nec valet quod dicitur, acetum nocere dentibus: quia quando miſcetur aliquibus calidis, perdit illud nocumentum. Et propter hoc dicebat Auic. in tertio de curationibus capitis, acetum eſſe commune omnibus materiis. Eius enim infrigidatio poſſibile eſt, vt leui cauſa frangatur, & remaneat eius penetrans vis & incidens. Hoc quidem eſt, cùm adminiſtratur in materiis frigidis. In materiis autē calidis, nil eligitur præſtantius. Quod etiā in principio ſimpliciū pharmacorū eſt probatum, & in primo ſec.loc. conceſſum. Et ideo Archig. (vt narrat Gal. in quinto eiuſdē) ponit primam medicinā ad dolorē dentiū, acetū calidum cū galla, in materia (intellige) calida. In frigida verò à quacunq; euenerit occaſione, ℞. parietariæ & mercurialis mediocriter vſtorū, drag.xvj. ſalis, drag.xj. aluminis vſti, dra.v. extremitatū origani, ireos, piperis, pyrethri, coſti, ſinapi, ana dra.iij. ſeſeleos, hyſſopi, mētæ ſiccæ, ana drag.ij. cornu ceruini vel caprini, amomi, vel cinnamomi, ana drag.j. fiat puluis, quo fricentur radices dentiū & gingiuarum humidarum, non autē ſiccarum: Aduerſarium enim ſiccis eſt, vt dicit. Rhaſis autē ponit hāc confectionem medicaminis, valentis ad dolorē dentiū cum caliditate: ℞. ſeminis portulacæ, coriādri, ſumac, lentiū excorticatarū, ſantali citrini. roſ. pyrethri, camphoræ, ana partes æquales: fiant trochiſ. cum ſucco ſolani, & line dentem dolentem vno eorum, diſſoluto aqua roſ. vt Heben Meſue dicit. Ad materiam frigidam ponit in radice dentis theriacam è quinque ſpeciebus. Cuius formula hæc eſt: Recipe piperis, aſſæ fœtidæ, opij, myrrhæ, caſtorei, ana partes æquales: conficiantur cum melle. Halyab. in cauſa calida imperat acetum cum aqua roſ. aut ſumac, & modico cam-

*Cap.9. ſect.1.* *Lib.3.f.1. tr.1.c.29.* *Lib. 1. ca. 21.* *Cap.8.* *Cap.9.ſe. 1.* *Part.1. ſect. 1. ſu. 8.c. 2. de dol. dent.*

camphoræ. In frigida verò acetũ decoctionis ſpolij ſerpentis: & ſi ei adderetur zingi. pyrethrum, piper, & ſal, fortius eſſet. Alexander dictat modum confectionis ex alliis qui citò ſedat dolorem dentium, hac formula: Recipe allij ſpicas quinque, olibani, drach. j, & ß. myrrhæ drach. j, bulliant in vino ad formam liquidi mellis, & tepidum teneatur in ore. Imò teſtatur Heben Meſue, Galenum dixiſſe, quòd ſi teratur allium, & ponatur in radice palmæ manus quæ reſpondet dolori, ſanat dolorem eius, & expertum eſt. Auic. autem concedit acetum decoctionis colocynthidos, aut ariſto. aut pyrethri, aſſam fœtidã, ſinapi, cortices capparum, cortices pini, mentaſtrũ, nigellam, condiſi, & ſimilia: & vitellum oui aſſatum calidum, & panem calidum ſupra dentem applicatum. Et aqua ardens in hoc eſt optimum remedium. Et vaporationem ante cibũ duabus horis, aut quatuor horis poſt, cum ſale & milio, aut cum oleo calefacto, laudat Auic. & emplaſtrum ex his quæ ſunt ſicut malua, anethũ, & chamæmelum, ſem. lini, atque fœnugræci. Laudat etiam ſuffumigationes ex granis colocynthidos, & granis ſinapi, & ſem. cepæ, & rutæ, & ſimilibus. Et cõcedit vnà cum Rhaſi, diſtillationem in aurem quæ reſpondet dolori ex aliquo oleorum ſedatiuorum, velut eſt oleum amygdalinum, ſambucinum, caſtorinum, & id genus. Medicinæ autem ſtupefacientes quæ ponũtur in magna neceſſitate, ſunt (ſecũdum intentionem eandem Auic.) quale iſtud, Recipe ſeminis hyoſcyami albi, opij, ſtyracis, galbani, ana drach. ij. piperis, aſſæfœtidæ, ana drach. j. conficiantur cum ſapa çoagulata, & ſuper dentem ponantur dolentem. Aut ſumatur opij, & caſtorei, partes æquales, & diſſoluantur roſ. & iniiciantur in aurem quæ reſpondet dolori. Aut vinum decoctionis radicis mandragoræ, au hyoſcyami teneatur in ore. Et quandoque dantur in potu narcotica, vt philonium: aut teneatur in ore, vt dormiendo & quieſcendo maturetur ægritudo. Frequens etiam retentio aquæ frigidæ in ore, ſtupefacit dolorem, vt dicit Auicenna.

*Loco præcit.* *Li. 3. fen. 7. c. 7.* *Ibidem.* *Cap. 8. loci præcit.* *Ibidem.*

*De dente commoto, & debilitato.*

*Quandoque* commouetur dens propter cauſam priuatiuam, ex caſu ſeu percuſſione: & quandoque propter cauſam antecedentem, vt ex humiditate lubricum reddente neruum & ligamentum: & quandoque propter ſiccitatem & carentiam nutrimenti: quandoque propter corroſionem & diminutionem carnis gingiuarum. Quæ autem ex ſiccitate fit & priuatione nutrimenti, in ſenibus, & phthiſicis, non curatur. In aliis verò, reſumptiuis adiuuatur. Et cùm hoc vitet maſticationem (præcipuè rei duræ) cum illo dente, & minuat locutionem, & non tangat, neque commoueat eum. Et ſi fuerit propter corroſionem, curetur corroſio. Quæ autem venit à caſu & percuſſione, facta phlebotomia) vt in facta ab humiditate mollificãte præmiſſa purgatione, & eductione humiditatis ſaliualis cum maſtiche & pyrethro) narrat Galenus conſilio Archigenis, eſſe ponendum in radice eorũ alumen cum thure, cinnamomo, & cupreſſo. Rhaſis autem hoc præſcribit: Recipe balauſtiorum, roſarum, galliæ, cyperi, ſumac, ana partem vnam: alu-

minis,partem mediam:liniatur ſuper gingiuā. In alio loco addit acaciam, hypocyſtida,myrobalanos: quæ aſpergere iubet aceto, & facere trochiſ.& fricare dentium radices.Hæc ſi non valet,cum ſanis aurea cathenula(vt docet Alb.)ligentur.Quòd ſi ceciderint,aliorum dentes, aut ex oſſe vaccæ fabricentur:& cautè ligentur,& eis tempore longo vti licet.

### *De putredine,vermibus,corroſione,ac perforatione dentium.*

*Hæc habent duplex* regimen, ſcilicet vniuerſale de diæta, & purgatione, & confortatione cerebri,prout dictum eſt in dolore. Particulare autem,vt lauentur aqua ardente, aut vino decoctionis vtriuſque mentæ, vtriuſque ſaluiæ,vtriuſque calamenthi,& piperis,vel pyrethri. Poſtea repleatur gallia,& cypero,maſtiche,myrrha,ſulphure,& camphora,cera, ammoniaca,aſſafœtida,& id genus.Si autem iſta non valent,circunſcalpatur dens ſcalpro & lima, & fiat illi via, vt in foramine non retineatur cibus. Quòd ſi iſtud non valet,vratur: & ſi eſt neceſſe,extrahatur,ſed cautè,ſcilicet vt ad robur, foramen prius panno,aut xylo impleatur: eo quia aliter forcipes eum frangerent,& radix remaneret.Si autem in foramine fuerit vermis, poſt lotionem dictam, ſuffumigetur dens ſemine porri, & cepæ, & ſemine hyoſcyami confecto cum adipe caprino: & fiant pilulæ quælibet vnius drag.& vna qualibet vice denti imponatur.

### *De limoſis & fœdi coloris dentibus.*

*Suppoſito* regimine vniuerſali,abluatur os vino decoctionis mentaſtri,& piperis.Poſtea iſto medicamine vtatur in modum dentifricij:Rec.oſſis cepiæ,conchularum marinarum albarum,porcellanarum,ſpumæ maris, cornuum vſtorum,nitri,aluminis,ſalis gemmæ,ſulphuris vſti,radicis ireos,ariſtol.radicis cannæ aduſtæ,ana fiat puluis ex omnibus,aut è quolibet ſingulatim.Ad eandem intentionem magiſter Petrus aquam probatam ſic facit: Rec.ſalis ammoniaci, ſalis gemmæ, ana lib.ß.aluminis zuccharini, quart.j. puluerizentur,& ponātur in alembico vitreo, & fiat aqua, qua dentes cum fruſto panni coccini fricentur. Quòd ſi iſtud nō valet,quia fuerit ibi limus induratus,radulis & ſpatuminibus radantur.

### *De ſtupore & congelatione dentium.*

*Vinum calidum*,aut aqua ardens in ore teneatur: aut ſale aſſo dentes fricentur:aut nuces,ſeu auellanæ aſſæ calidæ ſuperponantur,& ſimilia calefacientia:aut quæ à proprietate valent,vt portulacæ:& ſem.eius maſticetur.

### *De eradicatione dentium.*

*Cum ergo* (dicit Albuc.) præſtiteris quod potes curando medicinis dentes,& nihil profeceris, certiorem fac te de dente dolente,vt non fallaris,& capias bonum pro malo. Túncque poſito patiente in loco claro inter genua

nua tua, diſcalcea radicem dentis circumcirca, & commoue eum cautè & completè: vt non accidat patienti praua infirmitas ex oculo, aut ex oſſe maxillæ. Poſtea arripe dentem forcipibus, & eradica, & extrahe eum cum radicibus ſuis: aut forcipibus ſimilibus illis quibus dolia ligantur: aut eũ eradica leuatorio ſimplici, aut bifurcato. Et ſi aliqua radix remanſerit, perquiratur inſtrumentis, & extrahatur. deinde, os vino & ſale lauetur. Et ſi vis addere alumen, vel vitriolum propter ſanguinis fluxum, facere potes. Vltimò cum vino, myrrha, & thure ſciſſura incarnetur. Si autem dens vltra naturam fuerit augmentatus, limâ cautè (ne commoueatur) æquetur, & applanetur. Multæ porrò medicinæ ponuntur ab antiquis, quæ extrahunt dentes ſine ferro, aut eos reddunt faciliores extractioni cum ferro: ſicut lac tithymali cum pyrethro, & radix mori, & capparis, & arſenicum citrinum, in radice dentis impoſita: aut aqua fortis, aut pinguedo ranarum nemoralium, & arborearum: multas tamen dant promiſſiones, operationes verò paucas.

### *De paſsionibus labiorum, gingiuarum, & gargareonis.*

*Labiis* & gingiuis accidunt nodi, carnes additæ, apoſtemata, bothores, ſciſſuræ, atque vlcerationes, de quibus dictum eſt ſuprà in locis ſuis. Reſtat dicere de quibuſdam paſſionibus gargareonis, quę actum tranſglutitionis & inſpirationis impediunt.

### *De inflatione & caſu vuulæ.*

Gal. dicit in ſexto de comp. med. ſec. loc. Carnoſa quædam particula in alto oris apparet, cùm aperit aliquis plurimum os, & linguam deprimit, à Græcis poſterioribus cionis (id eſt columella) dicta, à nobis autem dicitur vuula: nuncupationem accipiens, non à ſubſtantia, ſed à paſſione ſimili vuæ quæ ei contingit. Eſt enim vuula paſſio, ſicut vua in extremitate illius columnæ incraſſatio: & in eius radice attenuatio cum quadam relaxatione, ex qua impeditur actus reſpirationis & tranſglutitionis. Rarò autem hæc paſſio fit in ipſa cionide: phlegmonem autem patitur multoties. *Cap. 3. ſect. 1.*

*Et cauſa huius* paſſionis eſt materia calida, aut frigida, deſcendens à cerebro per modum rheumatiſmi.

*Cuius ſigna* ſatis ſunt manifeſta per deſcriptionem dictam: & probatur oris opertione, & linguæ compreſſione: verùm caliditas materiæ ex rubore, & ardore cognoſcitur: frigiditas verò, ex dictorum priuatione. Iudicatur ab Hyppocr. in tertio prognoſticorum, quòd eius inciſio eſt periculoſa, præcipuè quando phlegmonem patitur, & eſt tota æqualis: quia ad eius inciſionem ſequitur pus, vel fluxus ſanguinis, quæ poſſunt eſſe cauſa ſuffocationis & mortis. Quando autem liueſcit & albeſcit, & eſt inæqualis, & radix attenuatur, & extremitas incraſſatur, tunc inciſionis tantus non eſt timor. Caueatur tamen (vt dicit Albuc.) quod ſi fuerit nigra aut fuſca, dura & ſine ſenſu, ne ferro tangatur: quia *Cap. 6. aph. 23.*

periculũ eſſet ne infirmus in cancrum incideret.eſt tamen neceſſariũ quando eſt aucta,& medicinis non curatur,vt incidatur,ad hoc vt ſuffocatio repentina euitetur.De duobus enim malis minus eſt eligendũ, vt dicũt philoſophi,& in tract.de vlceribus virgæ ſuperius ex decimoquarto thera.fuit allegatũ,qui non habet ad ſalutem,niſi vnam viam, licet ſit fallax,velit nolit oportet vt tranſeat per illam. Conſulitur tamen ab Halyab. vt nõ ſcindatur tota:quia nocumentum fieret patienti magnum, circa pectoris officia.Quinque enim habet iuuamẽta vuula, vt in libello de voce,& vndecimo de vtilitate particularum habetur.

*Cap.11.* *In curatione* vuulæ regimen eſt duplex,vniuerſale & particulare.Vniuerſale de diæta & euacuatione & diuerſione,eſt dictum in angina:cui hoc addito,quòd ad materiam rheumatis deſiccandam, & ipſam vuulam releuãdã,cõceditur à Rogerio & ſuis magiſtris (maximè in pueris) vt ſupra molle capitis ponatur quantitas vnius denarij panni coccini, in quo ſit modicum picis,thuris,& maſtichis.In adultis conſulit Heben Meſue, vt trahantur pili vſquequo cutis diſlocetur:aut vt fiat cauterium in ſummitate capitis,ſicut in rheumate eſt conceſſum. Mulieres tamen eã manibus ſub gutture impingendo releuant. Particulare regimen fit dupliciter : vno modo medicinis,alio modo inſtrumentis. Quod ad medicamenta attinet , cùm materia eſt calida,iubet Rhaſis gargarizare aqua roſ. cum aceto. Aut vt applicetur ei cum cochleari cum quadam eleuatione ipſius, puluis factus ex roſ.ſandal.balauſtiis,cum modico camphoræ. Si autem fuerit frigida, iubet gargarizare almuri, & ſyrupum acetoſum, ſinapim, ſal ammoniacum, & alumen.Rogerius ponit cinnamomum, piper,pyrethrum, gallas,balauſtia. Galenus autem in ſexto cat.top. narrat optimum medicamen Aſclepiadæ ad cionidas relaxatas:Recipe roſarum ſiccarum,menſurã vnius manipuli:ſpicæ celticæ vnà cum terra adhærente,menſuram alterius : nidi hirundinis.dragm. iij. myrrhæ, dragmas viij.gallarum viridium,xv. numero. terantur,vt fiat puluis,qui inſufflando cum cannula,aut digitis ſeu cochleari applicetur. Habet enim prædictum medicamen in ſe miſtam virtutem diaphoreticam,& repercuſſiuam moderatè,vt deducitur ibidem. Ad eandem intentionem valent multa auxilia, quæ dicta ſunt in angina. Inſtru-

*Li.2.c.15.* *Sect.1. part.2. ſum.1.c.2.* *Lib.2.c.15. Cap.3. ſect.6.*

1. mentis autem inciditur vuula tripliciter. Vno modo ſecundum Albucaſſim,ſedeat patiens coram medico in ſole:& apertò ore,& compreſſa lingua ſpatula ad hoc apta apprehendatur vnco : & tunc forficibus obtuſis,aut ſpatumine falci ſimili,incidatur. Deinde aqua cum aceto detur illi ad gargarizandum : & ſi poneretur galla,alumen , aut vitriolum propter ſanguinem, melius eſſet . Et ſi ſanguis ſuperfluè manet , ponantur cucurbitulæ retro collum , vt dicit Auicenna. Et adminiſtrentur trochiſm. è charabe , cum aqua plantaginis : & infirmus iaceat ſuper faciem ſuam, & expuat , vt ſanguinem expellere poſſit.Quòd ſi ſanguinis aliquid deſcenderit , curetur curatione ſua. Secundo modo inciditur ferro ca.

*Li.2.fen. 9.cap.17.*

2. lido : & fit ita ſecundum Heben Meſue. Habeatur cannula,in capite cuius

ab

ab altero laterum ſit feneſtra, qua includatur vuula: deinde per cannulã intromittatur ferrum ignitum in modum ſcalpri factum, & vrendo incidatur. Tertio modo inciditur cauterio potentiali: & fit ſecundum Albucaſ. 3
ita: Poſtquam vuula fuerit comprehenſa in feneſtra dictæ cannulæ, imponatur cum ſpecillo (inuoluto circa caput panno aut xylo) aqua fortis, aut medicamen acre factum ex calce, & ſapone, aut arſenicum diſſolutum aliquo liquore. Et teneatur ſuper vuulam ad medietatẽ vnius horæ, vſquequo ipſa ſit alterata: poſtea gargarizet oleum roſ. aut aquam roſ. quia intra dies tres cadet, vt dicit Auic. Caueatur tamen ne aliquid medicinarum acrium *Cap.15.*
deſcendat infrà, neque tangat alias partes, quia læderet eas. Poſt autem *loci præc.*
inciſionem, & mundificationem adhibito vino, thure & myrrha ſanentur.
Quartum modum alium aſſignat Albu. cum ſuffumigatione aceti deco- 4
ctionis calamenthi, hyſſopi, rutæ, abrotani, & chamæmeli in olla cooperta & luto oblita: cuius operculo applicetur cannula dicta feneſtrata. Verùm quia iſte modus non eſt mihi conſuetus, niſi aliquando ad reſoluendum, ipſum omitto.

*De inflatione & aucta magnitudine amygdalarum.*

*Incraſſatio* & aucta magnitudo amygdalarum & faucium, eodem modo curantur medicinis, ſicut & vuulæ, & ſicut apoſtemata anginica ſuperius tractata fuerunt. Si autem ſic non curãtur, neceſſarium eſt vt incidantur: quia impediunt anhelitum & tranſglutitionẽm, vt Halyab. dicit. Conſilium eſt tamen Albu. (ſicut dictum eſt de vuula) ſi ſunt fuſci vel nigri coloris, & duræ ſine ſenſu, vt non tangantur ferro. Sed quando ſunt albæ & molles & bene tractabiles, coram ſole ponatur caput infirmi in ſinu medici, & aperto ore prematur lingua ſpathula ad hoc apta, & capiatur vna ex amygdalis vnco, & trahatur modicum extrorſum, & (cauendo à panniculis & particulis adiacentibus) forficibus obtuſis, aut inſtrumento falci ſimili incidatur, & vna abſciſſa ad aliam pergatur, vt dicebat Halyab. & facta inciſione gargarizetur aqua roſ. & acetum: & reliqua fiant, quæ dicta ſunt in vuula.

*De eius medela qui aliquid impediens deglutiuerit.*

*Si os aut* ariſta infixa ſint in gutture, ſi ad ſenſum videntur, forcipibus curuis ad hoc dicatis, compreſſa lingua capiatur, & extrahatur. Si autem nõ poteſt extrahi, virga plumbea modicum curua inferius impingatur, vt dicit Albuc. Si autem non poteſt videri. vult Albu. dari ſorbitiones viſcoſas, vt cum eis ſorbendo & tranſglutiendo deſcendat: & gargarizare ſapam, aut *Cap.4. lo.*
decoctionem ficuum confert: & inungere collum oleis calidis viol. amy- *præcit.*
gdal. & butyro, laudatur. Quòd ſi non deſcendit cum hoc, detur illi tranſglutienda bucella panis ſicci, aut fruſtum napi, & deſcendet. Et ſi non valet, prouocetur illi vomitus omni die potãdo vnc. j. naſturcij contriti cum

*Cap.4. loco præcitato.* aqua calida. Ipſum enim vomendo expellit quod retinetur,vt dicit Auic. Et ſi hoc non valet,ligetur fruſtum carnis bouillæ malè coctæ,aut ſpõgiæ, cũ filo forti,& ſemitranſglutiatur, & ſubitò extrahatur, & egredietur quod retentum eſt,ſiue ſit panis,ſiue ariſta,ſiue phlegma agglutinatum.Quòd ſi durũ aliquid fuerit magnitudinem habens, tunc premantur ſpatulæ,& collum retro vehementer percutiatur. Quòd ſi ſanguiſuga fuerit, patienti allia & acetum potens dentur,vt Halyab.præcipit. Et ſi aperto ore videtur, forſi cibus educatur,vt dicit Auicen.& Albuc. aut aſſa ſuffumigetur:aut cãnula,feneſtrata comprehendatur,& vratur.

## CAPITVLVM TERTIVM
### *De ægritudinibus colli,& gibboſitate dorſi.*

AEgritudines colli propriẹ ſunt anginæ & brõchocelæ, de quibus in apoſtematibus dictum eſt ſuprà:attributæ tamen ei ſunt ægritudines gargareonis iam dictæ.Reſtat vt quia collo annumerantur dorſum & ſpõdyli,de gibboſitate dicatur,quæ propriè eſt paſſio dorſi, quamuis etiam aliquando fiat in thorace. Eſt autem gibboſitas,eleuatio ſpondylorum,extrorſum,ex qua curuatur homo,& læditur in motu.

*Huius cauſa* eſt aliquando primitiua,vt caſus & percuſſio. Et propriè dicitur diſlocatio ſpondylorum vnius aut plurium, de qua dictum eſt ſuprà. Aliquando fit ab aliqua cauſa intrinſeca, vt ab humiditate cruda, viſcoſa , lubrificante : aut ab aliquo flatu ventoſo percutiente, aut ab aliquo apoſtemate impellente , aut à tuſſi moleſtante,aut ſiccitate contrahente.

*Significatur* gibboſitas eſſe ex caſu & percuſſione indicatione patientis. ſignificatur eſſe ex ſiccitate,per corporis ſiccitatem, & per febrium conſumptiuarum anteceſſionem. Significatur eſſe ex humiditate lubrificante, per regimen,& per tactum humidum &mollem. Significatur apoſtema, per dolorem & calefactionem. Significatur flatus ventuoſus,per præſentiam doloris motiui cum extenſione,abſque febre.Iudicatur etiam ab Hip *Aph.46.* po.in vj.aphoriſmorum,quod quicunque ſunt hybi ( id eſt gibbi) ex tuſſi, & aſthmate, ante pubertatem (dicit Græca tranſlatio,& non iuuentutem, vt arguitur) pereunt:& cauſam reddit Galenus in commentario ( licet intricatum ſit commentarium in Græca tranſlatione) quia propter debilitatem ſuam non poſſunt ſuſtinere moleſtiam anguſtiæ pectoris conſequentem gibboſitatem:& non ſolùm ante pubertatem,ſed in omni tempore, ſi moleſtantur à tuſſi vel aſthmate,gibboſi,& habentes pectus ſtrictum,periclitantur:vt notatur ibidem,& primo epidimiorum libro. Iudicatur etiam quod quando gibboſitas curatur abſque mundificatione, tranſit quando*Li.3.fen.21.tr.1.c.14.* que ad coxam,& ad neruos:& facit accidere nates gibboſas,& paralyſim, vt dicit Auic.Iudicatur amplius ab ipſo Auic.quod cura habẽtium gibboſitatẽ gracileſcãt, propterea quòd gibboſitas facit oppilationem quorun*Cap.12. eiuſdem.* dam meatuum ad quos penetrat cibus.Iudicatur à Rhaſi,quod gibboſi-

tas

tas completa & confirmata non curatur. Cætera iudicia in diſlocatione ſunt dicta.

*In curatione* gibboſitatis ſiccæ intendatur humectationi cum cibis & potibus nutritiuis,& balneis, & inunctionibus, & clyſteribus humectantibus:qualia ſunt oleũ violaceũ,amygdalarum,radix althææ,& maluæ,ſemen lini, lac, atque inteſtinorum ius, & cætera quæ ad hecticam,& ſpaſmum ſiccum adminiſtrantur. Si autem fuerit ex materia, aut apoſtemate indurato, curetur his quæ in ſcliroſi ſeu ſcirrho fuerunt dicta. Si fuerit ex tuſſi, ſedetur tuſſis cũ lenitiuis.Et ſi cauſa fuerit humor crudus mollificans, aut craſſa ventus,duplex cõuenit regimen. Vniuerſale de diæta & euacuatione, ſicut dictum eſt de paralyſi & ſpaſmo humido, vt dicit Auic & ſicut dictũ eſt in apoſtematibus phlegmaticis & arthritide.Particulare intendit reſoluere materiam, & confortare locum. Et ideo oportet vt auxilia ſortiantur cum caliditate ſtypticam qualitatẽ moderatã, velut ſunt nuces cupreſſi,& folia eius,folia lauri,ſabina,calamus aromaticus,enula campana, acorus & ſimilia:ex quibus poſſunt fieri embrocationes,vnguenta,& emplaſtra. Et Auic.facit iſtud medicamen:Re.ſabinam,ſebam (quod eſt abſinthium,ſecundum Serapionem,& ſtœchas,ſecundum Rhaſim)enulam,pyrethrum,caſiã ligneam,nucẽ cupreſſi, ſampſuchũ,cordumenũ(id eſt cardamomũ)chænanthum,decoquantur in aqua & oleo vſque ad conſumptionem aquæ, & colentur: & rurſus ponantur herbæ aliæ cum illo oleo,& tantũdem aquæ, & poſt conſumptionem colentur; & ſuper colaturam ponatur caſtoreum, euphorbium,& ammoniacum,& fiat vnguentum. Et ſi iſtis adderetur ruta,ſiſymbrium,ſpica,& acorus,ſtyrax,& bdellium, fortius eſſet:& ſi loco aquæ poneretur vinum,adhuc fortius. Et ex iſto vnguento poteſt fieri emplaſtrum cum cera,pice,& terebinthina.Verùm conſilium Auic.eſt,vt poſt balneum & embrocationes, tractetur & reducatur ille gibbus manibus inunctis prædicto vnguento:poſtea admoueatur emplaſtrum, & ſuper ponatur plumbum,aut ferula ad hoc præparata,quàm optimè fieri poterit: & ligatura reducente ligetur.Poſtremò, ſi prædicta non ſufficiunt, vratur cauterio circulari,vt docet Albucaſis.

*Cap.14. eiuſdem.*

*Ibidem.*

## CAPITVLVM QVARTVM

### *De ægritudinibus omoplatæ,& brachiorum.*

IN omoplata non ſunt ægritudines propriæ,niſi quantum ad brachia & digitos.Nam aliquando inuenitur digitus ſuperfluus, de quo quomodo debeat remoueri,dictum eſt in membris ſuperfluis extirpandis. Quandoque verò fit agglutinatio digitorum: quorũ curatio eſt,inciſio & ſeparatio quæ fit raſorio: & poſtea ſegmentis interpoſitis,& vnguentis deſiccãtibus, fiat conſolidatio ſeparatorum.

*De variis vnguium diſpoſitionibus.*

*Nonnunquam* accidit vnguibus attritio & concuſſio, quandoque ex attritione ſub ipſis fit ſanguis mortuus aut pus, quãdoque eis accidit gibboſitas & curuitas, quandoque fiſſura, quandoque verò color fœdus & maculoſus.

*Li.4.f.7. tr.4.c.16.* *Curatur* attritio ſecundum Aui. foliis myrti, & granati: deinde illinatur baſilicone, aut ceratis lenibus ex adipibus communibus. Sanguis autem mortuus, aut pus, ſi eſt ſub eis, reſoluatur adipe caprarum, & ſulphure, vt dicit Haly. Et ſi non poteſt reſolui, ſindatur vnguis paulatinè fiſſura obliqua, *Cap.17. eiuſd.* vt dicit Auic. & egredietur quod eſt ſub ea. Gibboſitas & curuitas earum corrigitur (ſuppoſito regimine & purgatione melancholiæ) ſi primò mollificentur adipe ouium, aut diachylone. Deinde erigantur donec æquẽtur, vt dicit Rhaſis. Et ſi eſt neceſſe, quia pungunt, ſcindantur, & lamina plũbi ſuperponatur, vt premat carnẽ & teneat vnguem eleuatũ. Si fuerit ſciſſura & corroſio, diachylone & oleo amygdal. cũ maſtiche & oleo balamino & vuis paſſis à granis ſuis mundatis ex conſilio Haly. cataplaſmetur. Et cepa *Cap.10. eiuſd.* muris aſſata cum oleo ſeſamino, laudatur ab Auic. Vngues verò fœdos & *Cap.14. eiuſdem.* maculoſos rectificat Rhaſis eruca & aceto. Et Auic. laudat gluten piſcium, & ſ. lini cum naſturtio, & propriè cum arſenico rubro. Si autem prædicta nõ poſſunt corrigi medicinis, & nocet notabiliter, auferatur vnguis. Et ex medicis fortibus ad eradicandum, eſt oleum cum opopanace, & ſagapenum, *Cap.12. eiuſd.* vt dicit Auic. Aut ſecundũ Haly. ſume viſci quercini, partẽ j. cantharidum, partes quatuor: hapſiæ, dimidiam partem j. confice & appone, & ſi cum eis poneretur arſenicum & acetũ, eſſet melius. Aut cum ſpatumine à carne ſe- *Cap.13. eiuſd.* paretur. Et poſtquam ceciderit, oportet (vt dicit Auic.) moliri alterius qui oritur conſeruationem donec magnus euaſerit. & non tangatur, ſed cuſtodiatur cum pileo ex ære, aut ex argento perforato, vt habeat reſpiramẽ. Intra enim menſem naſcetur vnguis bonus.

## CAPITVLVM QVINTVM

*De ægritudinibus pectoris, & mamillarum.*

PEctus ab extrinſeca parte nõ habet ægritudines proprias, niſi quæ mamillarum. Mamillæ autem quandoque patiuntur apoſtemata, quandoque congelationem lactis, de quibus dictum eſt in apoſtematibus ſuprà: quandoque verò habent exuberantiam lactis, & quandoque paucitatem, de *Cap. 60.* quibus tractant phyſici. Gratia tamen doctrinæ hîc nonnihil dicam. Galen. lib. de paratu facilib. docet attrahere lac, dando in potu vinum dulce decoctionis raphani & radicis fœniculi cum furfure. Et id docet extinguere, fouendo mamillas aqua marina, & aliis quæ poſſunt deſiccare & aſtringere. Quandoque patiuntur nimiam augmentationem, quandoque nimiã papillę profunditatem, de quibus ad chirurgos ſæpiſſimè habetur recurſus.

Ne

Ne autem nimis creſcant mamillæ in iuuenculis, non tangantur, neque fricentur, ſed teneantur bene ſtrictæ. Et lineātur aqua frigida & aceto. Quod ſi in illo diſſolueretur argilla, aut terra molaris, bonum eſſet: & ſi ponerentur alumen, & gallæ, & ſidia, fortius eſſet. Et ſecūdum Gal. vbi ſuprà (quod acceptat Rhaſis) ſi accipiatur cyminum puluerifatum, & cum aqua & aceto fiat puls, & ſuper ligetur per tres dies, & per alios tres emplaſtrum applicetur ex radice lilij, melle, & aceto, ligando, & hoc faciendo ter in menſe, ſummè valet. Porro ſi iſtud viris accidat, oportet eas iuxta conſilium Albuc. incidere ſuper & ſubtus ſectione lunari, vna vel duabus ſectionibus ſi eſt neceſſe: poſtea excoriando incidatur, & extrahatur illa pinguedo, & ſuatur, & vt cætera vulnera curentur. Quando autem papilla eſt ita profunda, vt puer non poſſit eam comprehendere, ponatur cucurbitula parua, aut calyx glandis calefactus: aut cum cannula ſugendo, exterius trahatur. *Lib. 1. cap. 26.*

## CAPITVLVM SEXTVM

### *De ægritudinibus parietis ventris.*

PAries ventris nullam patitur ægritudinem propriam, niſi augmentum ſeu vmbilici eminentiam: nam de hydropiſi dictum eſt ſuprà. Eminētia vmbilici, ſeu hernia ventralis ferè ſequitur iudicium herniarum teſticulorum: dictum verò fuit de illis in parte (& dicetur in ſequentibus:) quod quædam eſt zirbalis, quædam inteſtinalis, quædam aquoſa, quædam ventoſa: præterea quædā eſt aneuryſmalis ſanguinea, propter rupturam alicuius arteriæ ſeu venæ ibi ſanguinem mandantis. *Vmbilici eminentia.*

*Cauſa talium* eminentiarum, & ſigna, ſunt eadem quæ herniarum & aneuryſmatis. Indicatur tamen, quod aneuryſmalis ferro non tangatur: timor enim magnus induceretur ſuper infirmum, vt dicit Albuc. Et non ſolùm in hac, ſed in omni hernia ventrali & vmbilicali periculoſa eſt operatio cum ferro. Melius enim videtur mihi vt præſeruentur emplaſtris, & ligatura, quàm ſubire periculum inciſionis. Nam loca illa malè coniunguntur, propter naturam muſculorum: imò ſunt aptiſſima ad prohibendum, & ad procidentiam inteſtinorum, quæ difficilis ſunt repoſitionis, vt ſexto therapeu. dicebatur. *Cap. 4.*

*Curatio tamen* eſt duplex: vna cum medicinis, alia cum ferro. Medicinis autem curatur & præſeruatur, vt dicit Rhaſis, hoc modo: ſumatur thus, & conficiatur cum albumine oui, & xylo vel ſtuppa inuoluatur, & ſuper vmbilicum ligetur. Quod ſi adderentur gallæ, ſidia, acacia, alumen, antimoniū, carabe, & ceruſſa, & alia quæ dicentur in ruptura inguinali, eſſet melior cura. Et cyminum, & baccæ lauri reſoluunt ventoſam: & ſulphur, & alia quæ dicta ſunt in hydropiſi & herniis, curant aquoſam & carnoſam. Ferro curatur zirboſa ſeu epiploalis & inteſtinalis, ſecundum Albuc. & Haly. & Auic. hoc pacto: Erigatur patiens coram medico, & retineat anhelitum, vt exeat quantum poterit eminentia. Tunc ſignetur atramento circuitus eminentię & reſupinetur patiens, & reponantur inteſtina & zirbus intus: & incidatur *Lib. 3. fen. 22. tr. 1. c. 11.*

in circuitu ſignati ſecundum primam partem: deinde hamo forti, affixo in medio circuli ſignati & inciſi, eleuetur totum mirac, & ligetur forti filo: aut ſuatur (vt dictum fuit in ſutura ventris) bene & fortiter, cauẽdo ne cõprehendatur aliquid inteſtinorum. Et ſi ad maiorem ſecuritatem infigantur duæ acus cruciatim, & ſub acubus fiat ligatura in quatuor partibus, firmior erit prædicta ligatura. Et ſic dimitte cum ſedantibus dolorem, donec cadat per ſe: & poſt vt alia vulnera ſanetur. Verùm tamen illi propter periculum inteſtini pręcipiunt, vt poſt primam ligaturam aperiatur medium eminentiæ, & digito exploretur inteſtinũ an ſit reductum. Moleſta verò eſt operatio, & ego nunquã feci eã: quã idcirco ſubtilitati operãtis derelinquo.

## CAPITVLVM SEPTIMVM

### *De ægritudinibus ancharum, & partium procedentium ab eis.*

Aegritudines partium ancharum, quæ propriè pertinẽt ad chirurgos, ſunt ruptura in didymo, lapis in veſica: paſſiones virgæ, vt priapiſmus, clauſio præputij, & circũciſio, caſtratio, hermaphrodiſis: paſſiones matricis, velut clauſio, & eius amplificatio, tẽtigo, & extractio fœtus, & ſecundinæ & molæ: ægritudines ani, vt eius clauſio, & exitus, & etiam matricis exitus: nam de hæmorrhoidibus & ficubus attritis, & ſciſſuris, dictum eſt ſuprà in propriis locis. *De ruptura didymali.*

*Cap.10.* *Cap.10.* *Ruptura* (ſecundũ intentionẽ Gal. in primo & ſecundo de ægritudine & ſymptomate) eſt inflatio hernialis in qua inteſtinũ aut epiploon diſlocatur, & egreditur ab interioribus ad carnem abdominis, propriè in didymo & oſcheo ſeu teſticulorum burſa: Et ſæpius in eam deſcẽdit monoculũ *Cap.2. lo. præcit.* inteſtinum, quoniã eſt ſolutum, non ligatum, vt dicit Aui. Eius tres ſunt ſpe *Cap.9.* cies, vt teſtatur ipſemet Gal. lib. de tumoribus præter naturam: epiploalis, vna alia inteſtinalis, & tertia compoſita ex ambabus. Et quælibet iſtarum quandoque eſt parua, quæ non tranſit inguen: & talis vulgariter dicitur relaxatio. Aliquando verò magna, quæ vſque ad oſcheum ſeu burſam teſticulorũ deſcẽdit: & talis dicitur crepatura ab Halya. ſermone 9. partis primæ.

*Cauſæ autem* immediatæ rupturarum, ſunt ſciſſura, aut dilatatio, vt dicit *Ibidem.* Auic. quæ ſæpius contingit, vt Gal. in ſecundo de ægritudine teſtatur. Sciſ*Cap.10.* ſura autem propriè fit à caſu, & percuſſione, aut motu, & conamine laborioſo, aut clamòre valido, aut coitu inordinato. Dilatatio autem fit propter humiditatem lubricantem & mollificantem, vt dicit Halyabbas: aut pro*Ibidem.* pter debilitatem eorum, vt Auic. Et iſta poſſunt moueri in corpore à cauſis primitiuis iam dictis, vt vult Albuca. adiuuante repletione & vſu ciborum craſſorum, humidorum & ventoſorum, vt Theodoricus.

*Lib.3.cap.24.* *Signa autem* communia rupturarum ſecundum Aui. ſunt augmẽtũ ſenſibile & apparens deſcendens (ſeu deſcẽſus rei alicuius) in didymum, maximè *Ga.3.eiuſ.* per motum & compreſſionẽ anhelitus, & tuſſis: & reuerſio cum reſupinauerit, aut digitis cõpreſſerit locum, vt dicit Rhaſis. Signum autẽ proprium eius quæ eſt ꝓpter dilatationẽ meatus eſt, quod apparet paulatim in inguine, deinde in oſcheon deſcẽdit abſque motu laborioſo. Signum autẽ quod

propter

propter ſciſſurā eſt,quādo ſubito & cum dolore venit,& multoties deſcendit per alium locum quàm per didymum inter carnē abdominis aut ad burſam teſticulorum,aut ad coxam,& iuxta vuluam,& ſuperiora ventris,vt de vmbilico dictū eſt in ruptura vētrali.Significatur autē illud quod deſcēdit, eſſe inteſtinū, quia reducitur velociter,cū quadā gurgulatione.Significatur eſſe zirbus,quia non reducitur ita velociter,neque cū aliqua gurgulatione.

*Iudicatur* qui habet rupturam,non viuere ſine periculo:quia ſi cōtingeret inteſtina cadere in oſcheum cum fæcibus induratis,nunquā retro cederent,& ita patiens moreretur:vt ego vidi,& Albuca.teſtatur.& ideo tutius eſt vt faciat ſe curare:aut nunquā demittat regimen, neque ſubligaculum. Iudicatur ab Auic.quod fiſſuralis ruptura nō curatur per deſiccātia, neque aliquo modo,vt dicit Halyab.9.ſermone partis ſecundæ.Dilatalis verò aliquando curatur per deſiccantia,propriè quando eſt tenera,& recens,& in pueris:Non enim curatur quæ eſt dura,& antiquata,& in ſenibus. Qui autem eam dicunt ſanari in qualibet ætate cum medicinis, deceptores ſunt, vt dicit Theodoricus:neque ego vnquam vidi,ſaltem magnam & completam.Propterea miror Lanfrancum dixiſſe ſe curaſſe medicinis vnum ſexagenarium,& alium quadragenarium,à magna & completa ruptura.Iudicatur amplius,quod curatio rupturarum cum inciſione,licet ſit poſſibilis, eſt tamen ambigua & periculoſa: (vt dicit Albuca.) de ſpaſmo propter dolorem,de fluxu ſanguinis propter inciſionē,de læſione inteſtini propter corroſionem, de amiſſione generationis propter teſticulum.Et ideo dicit Lāfrancus,quod multi ſapientes,quamuis curam ſcirent,eam tamen aggredi recuſarunt.Cauēdum autē eſt,ne attētetur cura per inciſionē in homine debili,& ſene,& malè tēperato,& tuſſi infeſtato.Sufficit enim tales pręſeruare medicinis,& dimittere eos viuere cū ſua claudicatione. Cauēdū etiā eſt (vt dicit Brun⁹,& Guli.de Sal.)ne attētetur cura p inciſionē,niſi ab homine qui viderit eā bonū magiſtrū facere:adhęc ſit ingenioſus,& iuxta ſe habeat inſtrumēta ad hoc apta,velut raſoria,& ſpatumina,vncos craſſos & graciles, cauteria diuerſa,acus,ſtuppā,xylō,oua,pānū,pul.ru.& omnia neceſſaria in hoc caſu.Tēp⁹ cōueniēs iſti operationi eſt ver & autūnus.Cōſiliū etiā Gal. eſt,vt antequā attētetur iſta operatio,corpus ſit bene mundatū clyſteribus & medicinis. Curatio rupturarū fit dupliciter:Vno modo medicinis: Alio modo,chirurgia & manuali operatione.Curatio (aut ſaltē pręſeruatio) cū medicinis,intendit deſiccādo aggregare ſciſſurā & dilatationē,idq; tribus modis:Primò ſi patiēs eſt replet⁹,euacuetur.Secūdò,vt repletio & materia replēs ad generādū inhibeatur.Tertiò,vt fiſſura ſeu dilatatio cōſtringatur. Primū cōpletur phlebotomia,ſi eſt neceſſaria:& medicinis,quę purgādo& laxādo cōſtringūt,vt ſūt myrabolani,& pilulę ex iis cōpoſitę.Secūdū cōpletur debita adminiſtratione ſex rerū nō naturaliū,& triū quę ſui generalitate ſūt eis annexę:(vt aër,cibus & potus,inanitio & repletio,ſōnus & vigilia mot⁹ & qes,& accidētia animę,occurſus rerū extrinſec⁹ occurrētiū, balnei vſus,& ſub dio mora) declinātiū ad caliditatē & ſiccitatē tēperatā,cū quadā

*Lib.3.cap. 34.*

*Tr.3.doct. 3.c.7.*

*Loco præc.*

*Lib.1.cap. 44.*

1.

2.

attenuatione & diſcuſſione flatuum,& proprietate conſolidandi & aggregandi dilatata & diſiuncta. Et quia de iſtis ſatis dictum eſt in apoſtematibus phlegmaticis,& aquoſis, atque ventoſis, & ſatis articulatim tractatum fuit in quodam libello quem de ruptura feci,idcirco exquiſitæ ordinationi prædictarū rerum ſuperſedeo in præſens.In ſumma tamen vult Auic.quod *Cap. 4. lo. præcit.* vt rupti dimittant repletionem,& cibaria inflatiua,vt fabas,faſeolos, lentes,& olera,vt exemplis docet Rhaſis.Dimittant etiam fructus recētes,rapas,panem crudum,& azymum,carnes porcinas,& piſces,caſeū,lac:nō potent aquā puram,neque vinū nouū.Aqua ferrata, & vinum craſſum ſtypticum cōpetit eis.Balnea aquarū dulciū nocent eis.Auſter & pluuia grauāt ipſos.Non ſaltent,neque clament:non coëāt,neque ſubligaculū dimittāt. Teneāt ventrē laxum cum ſuppoſitoriis,clyſteribus,caſiaſi,tamarindis, aut catholicō.Sobriè & quietè viuāt,maximè quod attinet ad iura,offas& potū. In omnibus cibariis ponant ſaluiam:poſt eorum comeſtionē vtantur dra-
3. geta ſeminum,in qua ſit naſturcium,coriandrum,& id genus.Tertium cōpletur reductione inteſtini cum manu,& clyſtere,& balneo,& cucurbitulis,& emplaſtro ex lenitiuis,& euaporatione cū pannis calidis,& ſuſpenſione & eleuatione per tibias & anchas ſi eſt neceſſe. Et ipſis reductis foueatur locus aqua,vino,& aceto decoctionis gallarum,nucū cupreſſi,& aluminis:deinde apponatur deſuper emplaſtrū loco in quo apparebat eminentia extenſum in aluta ad formā ſcuti.Et remutetur ſingulis nouē diebus. Et dū aufertur emplaſtrum, teneantur digiti ſuper locum, ne abdomen eleuetur propter adhærentiā emplaſtri.Et fiat remutatio mane antequā ſurgat è lecto.Poſtea emplaſtrū ligetur cū ſubligaculo artificialiter facto è pāno triplicato,cū ſcuto paruo ſecundū inguinis quantitatē:& habeat faſciolā ligatā retro,& quę ſit anguſtior ante,aut ecōuerſo:& ligetur ſtrictè.Et ſi ſubligaculū eū excoriaret,defendatur cū pannis & xylo & vnguēto albo.Et quādo voluerit aluū exonerare,illud geſtet,& teneat manū deſuper,& quā poterit minimū ventrē exprimat.Quolibet autē mane adminiſtretur ei potio cōſolidatiua,cū vino craſſo.Et ita quieſcat per 50.dies.Poſtea incipiat incedere paulatinè:& non dimittat ſubligaculū de aliis 50. diebus. Emplaſtrū cōſtrictiuū rupturæ,in quo omnes cōueniūt,eſt è pelle arietina.Cuius formula ſic habet:Reci.picis naualis,vnc.5.colophonię,vnc.3.lithargyri, ammoniaci,opopanacis, galbani, bdellij, maſtiches, terebinthinæ, ana vnc.1. boli ar.ſang.drac.gypſi,thuris,ſarcocollę,aloës ſucotrinę mūmię,ariſt.centaurcę,vtriuſque cōſolidę,ſumac,berberis,nucis cupreſſi,gallarū, ſidiorū, vermiū terreſtriū,ana vnc.2.ſang.humani,vnc.1.glutinis piſciū,viſci quercini,ana vnc.1.& ß.pellis arietinę coctæ in aqua pluuiali & aceto vſque ad diſſolutionē, lib.ß. diſſoluātur gummi aceto, & cōficiātur omnia cū gluti-
*Cap. 5. lo. præcit.* nis liquefactis, & fiat emplaſtrū. Emplaſtrū aliud Rhaſis & Auic.& id ac-
*Li. 2. c. 10.* ceptat Brunus & Theod.& eſt ex pulueribus:℞.nucis cupreſſi,acaciæ, gal-
*Li. 3. c. 24.* larū,balauſtiarū,ana drag.5.tragacāthi,myrrhę,ſarcocollæ,thuris, gūmi ara.ana drag.3.ſan.dra.boli armeni,aluminis,aloës,mūmiæ,ana drag.2.pul-

uerizentur

uerizentur ſubtiliſſimè, & cum aceto vniantur, & fiat emplaſtrũ: quod applicetur cũ panno aut ſtuppa. Potio ruptorũ fit ex triũ cõſolidarum, ſigilli ſanctæ Mariæ, vtriuſq. iaceæ, vtriuſque plantaginis, valerianæ, pimpinellæ, ana vnc. j. nuc. cupreſſi, nucis muſcatæ, cinnamomi, reubarbari aſſi, fructus tamariſci, ſem. naſturcij, cymini præparati cũ aceto, coriandri, ana drag. ij. ſang. drac. thuris, maſtiches, mũmiæ, terræ ſigillatæ, boli ar. picis, ſarcocollæ cragacãthi, ana drag. j. fiat pul. quo vtatur mane ſumẽdo, drag. j. cũ quar. ß. vini craſſi. Eſt etiam alter modus curãdi rupturas, pro magno ſecreto mihi à quodã viro magni nominis reuelatus. Et eſt, vt ſuppoſito bono regimine ſupradicto, iacens & quieſcẽs æger per xxx. dies, reductis inteſtinis, accipiat quolibet mane & ſero vnũ ſcrupulũ (quæ eſt tertia pars vnius groſſi) è limatura chalybis, cũ vino decoctionis hepaticæ terreſtris: & ſuper locũ rupturę per quindecim dies, tertio quoq. die remutando, ponatur emplaſtrũ factũ ex magnete craſſo modo puluerizato, & cum apoſtolicon malaxando vnito. deinde per alios 15. dies continuet emplaſtrũ dictũ ad rupturã, & ligetur ſubligaculo prædicto: & iuſſu Dei erit curatus. Fundamentum iſtius curæ, eſt tota ſpẽs: quia in primis quindecim dieb⁹ magnes attrahit, in locũ rupturæ limaturã: Et in aliis 15. dieb⁹ emplaſtrũ firmat ipſam. Et ideo reperitur ſuper locũ nodoſa moles carnea, quæ eſt ſignũ ꝑfectæ curationis.

*Modus autem* curandi cum operatione manuali, intendit incidere carnem & didymum ex toto, aut ſecundum maiorem partem: poſtea conſolidare, & in meatu carnem generare duram & calloſam, vt nihil deſcendere poſſit. Et talis intentio completur per diuerſos diuerſimodè. Primus modus fit inciſione raſorij: vt ponitur ab Alb. & Halyabbate, Rogerio, & à ſuis magiſtris, & à ſuo ſectatore Iamerio, & à Bruno, & Theodorico: & ipſum Gul. acceptat. fit autẽ ſic: Inuerſo patiente ſupra diſcum, aut ſupra ſcamnum, & bene ligato, & reductis inteſtinis, findatur didymus ſecundum longitudinẽ: & à carne liberato didymo, & teſticulo eleuato verſus ventrẽ, ſuatur, & ligetur firmiter didymus, tã altè quàm erit poſſibile. Poſt inciſdatur, & proiiciatur teſticulus: & ad maiorẽ ſecuritatem, cauterizetur pars didymi ligata, & reponatur intro: & capita fili remaneãt extra. Et cũ albumine oui in primis diebus, poſtea curatione aliorũ vulnerum curetur. Secundus modus eſt cũ cauterio actuali: & ponitur etiã ab Albuc. & Auic. & à Rogerio, & ſectatoribus ſuis, & à Bruno & Theodorico. Et fit ita: collocato patiente modo dicto, & ducto teſticulo vſque ſuper os pectinis, ſignetur locus atramento ſecundũ quantitatẽ teſticuli, & reducto teſticulo per medium ſigni tranſuerſim vratur cauterio recuruo, toties quouſq. ad os pectinis perueniatur, poſtea albumine oui, & cura aliorũ vulnerũ curetur. Tertius modus eſt cum cauterio potentiali: & ponitur à Theodorico, & vſurpatus eſt à magiſtro Iohanne de Crepatis Bononiæ, & à magiſtro Andrea in Mõtepeſſulano, & magiſtro Petro de Orliaco in Auinione, & à me, prout dicetur in ſequentibus. Quartus modus eſt cũ ligamento: & ponitur à Rogerio. fit autẽ ſic: Per acũ imponunt cordulã ſub didymo ſecundũ tranſuer-

*Cura per chirurgiã.*

*Li.3.c.38.*
*Li.2.c.10.*
*Li.3.c.34.*
*Li.1.c.44*

*Cap.6.loci præcit.*
*Li.2.c.10*

ſum in medio loci ſignati: & paruo ligno ſuppoſito, ligãt totum didymũ cũ ligno, & ſtringẽdo quotidie nõ ceſſant, donec cordula libera exeat, & didymus cum carne fuerit inciſus. Quintus modus eſt per eleuationem didymi, & cauterizationem oſſis pectinis: & ponitur à Lanfranco, & proſequitur eum magiſter Petrus de Dya. Et fit ita: Inciſa carne abdominis apprehenſa forcipibus latis eleuant didymũ: & cũ ligamento eum denudãt, & cauterizãt ſub didymo firmiter os pectinis: poſtea vt cætera vulnera curãt. Sextus modus eſt cum filo aureo: & eum facit magiſter Berãdus Metis, hoc pacto: Inciſa carne abdominis, ligant didymum aliquantulum ſtrictè filo aureo, & ſuunt vulnus, & dimittunt intus filum. Et ita lõgitudine cõſtrictionis corrugatur, & cõſtringitur didymus. De iſtis modis videtur mihi, primi quatuor eſſe cõpleti, & abſque fallacia. Alij verò non ſunt cum ſecuritatis fiducia. Quod probatur ita: Illi modi ſunt perfecti & abſque fallacia, à quibus nõ poteſt reuerti ægritudo: & illi non, à quibus poteſt reuerti, 14. ther. vt in procœmiali capit. ſuperius fuit allegatũ. Sed à quatuor modis primis nullo modo poteſt reuerti ægritudo, & ab aliis duobus poteſt reuerti: quia per primos modos deſtruitur tota via, & loco ipſius fit medium alterius generis in quo nullum eſt foramen (vt patet per operationem ex facti euidentia) in duobus aliis remanet via cum foraminibus: licet ſtrictior facta: non tamen quæ dilatari nequeat, ſed dilatabilis, cùm ſit carnoſa magis quàm oſſea. Sequitur ergo concluſio, quòd primi quatuor modi ſunt perfecti, alij duo imperfecti. Bene tamen credo, in parua ruptura bene valere, & fortè in magna quoq. ad tẽpus, ſed non ſemper. Vt etiã valeret cauteriũ didymi cũ cauteriis pũctualib. triplicatis, docẽte Alb. vt poſt eſcharã dimittatur ita craſſa cicatrix, vt ſit vice ſcutalis ſtrictorij. Et iſta fuit intẽtio Theod. & antiquorũ omniũ, quòd nõ valet operatio, niſi peruenerit vſque ad pectinis oſſa, ita vt tota via ſit ad nihilum redacta. Quod ſi ipſi ad ſaluationem teſticuli operantur fallaciter, non habent excuſationem. Cum vno enim teſticulo vidi multos generare: propter id quod de duobus malis minus malum eſt eligendum. Et credo bene quòd aliquam virtutem ſubſtentatiuam remanere in teſticulo, ſaltẽ ſpirituoſa & influens, ſecundũ partium vicinarum traditionẽ, vt de iis quę deuorantur in 5. ther. dicebatur. Remanet autem vtplurimum quadantenus arefactus, vt experientia docet. De illis verò quatuor modis, credo præfatos magiſtros exiſtimaſſe ſecuriorem illum qui fit cauterio actuali: illum autẽ qui fit adhibito raſorio non faciunt niſi in magna ruptura. Hinc eſt quòd Auic. de ipſo non facit mentionem, imò (quod eſt fortius) dicit nullo modo attingẽdum ferro. Verùm quia ignis eſt terribilis, & multi in opere infirmi euadunt præ timore ipſius ignis, elegi mihi illum qui fit per cauterium potentiale, in quo ſummè eſt cauendum vt domineris corroſiuo. Plus enim valet multiplicare vices, quàm quãtitatẽ. Et arſenicũ in hoc obtinet principatũ. Opatio enim ipſius (vt de ſcrofulis dictũ fuit) eſt fortis: ſed ſi indoctè applicetur, cõmouet feb. & accidẽtia mala. In parua .n. quãtitate facit operationem

*Tr. 3. c. 7.*

*Fib. 3. cap. 34.*

nem magnā,maximè iuxta mēbra principalia.Et ideo oportet vt muniatur bene locus aceto,& ſolano, & aliis refrigerantib. rebus,& bona diæta pręſcribatur ac ſi haberent feb. Eius operatio durat per tres dies : & propterea ſufficit vt tertio quoque die remutetur : & ſi ipſum corrigeretur, aut cum opio, aut cum ſolani ſucco,aut caulium (vt dicetur) tutius eſſet. Porro melior modus operandi cum ipſo talis eſt:ſuppoſita diæta bona & purgatione, reſupinetur patiens,& reducatur inteſtinū, & radatur tota inguinis pars illa:deinde adducatur teſticulus ſurſum quantum erit poſſibile ſupra os pectinis,& ſignetur atramento aut carbone circuitus teſticuli: & reducto teſticulo in oſcheon,ponatur ruptorium ad quantitatem vnius paruæ caſtaneæ(quod fit ex calce viua,& ſapone molli,cum modico ſailuę)ſuper locum ſignatum in medio oſſis pectinis,prope virgam ad digitū vnum: & circunda eum aliquo circulo è pāno cerato,aut aliquo glutinoſo frigido, ita vt non tranſeat vltra ſignatū:& ligetur, & firmetur bona faſcia voluente anchas & dorſum in modum ſubligaculi, vt nō moueatur è loco vbi ponitur,vel vbi poſitū eſt. Et dimittatur ibi per vnum diem naturalem. Poſtridie ſoluatur ligatura, & remoueatur cauſticum, & inuenietur eſchara nigra:& tunc incidatur per medium, vel in medio ſecundum tranſuerſum, ad quantitatem vnius grani hordei vel ſiliginis: & fiat cauerna vel fouea,in qua ponatur quantitas medij grani frumenti, arſenici puluerizati (repreſſi cum ſuccis,aut cum opio, quantum erit arſenici) per ſe, aut inuoluto modico xylo madefacto ſaliua : deinde cooperiatur xylo aut lino carpto : poſtea inungatur circumcirca populeone. Et ſuper totum illud ponantur panni imbuti & expreſſi aqua & aceto,aut ouorum albumine. Et ligetur faſcia ſcutali ad ſubligaculum ſimplici ex duabus telis ſuta, & poſt firmata retro in ſubligaculo: & iaceat ſuper dorſum in lecto ex mataratio. Et licet qualibet die poſſint panni renouati, & ſemper probari an inteſtinum ſit reductum, corroſiuum ramen non remoueatur ante duos aut tres dies, vſquequo dolor fuerit ſedatus. Et tunc corroſiuum remutetur : iterum augmentando foueā,magis lacerādo quàm incidendo,propter ſanguinem: & ponatur puluis,vt prius,& remoueatur aliquid eſcharæ in circuitu quantum erit poſſibile,vt liberè videatur, & liceat operari in profundo : & ita continuè fiat, quouſque caro abdominis tota ſit corrupta vſque ad didymum : quod cognoſcitur ex inflatione burſæ teſticulorum, & dolore partium poſteriorum, & quando in fiſſura videbitur ſubſtantia alba: & didymus ita ſtrictus euaſerit, vt digitus nequeat intrare per burſam ad didymum, vt ſolebat: neque ab ea hora poſſent inteſtina deſcendere, ſi incidere vellent. Et hoc communiter abſoluitur ſpatio duarum ſeptimanarum. Deinceps verò (ſi placet) procuretur caſus eſcharæ & carnis cum axungia porci,aut butyro,vel alio vnctuoſo,per vnā ſeptimanā.Et quādo ceciderit eſchara,videbitur didymus albus in modū vnius canalis. Tunc facto inteſtinorum periculo, & munitis circumferentiis carnis, ne tangantur à corroſiuò, ponatur puluis arſenici (magis repreſſi,

& in minori quãtitate) cũ xylo ſuper didymũ. Et defendatur, ac etiam mitigetur fortioribus, vt eſt oleum papaueris, hyoſcyami, mandragoræ: quia didymus eſt magis ſenſibilis, quàm caro, & maiori indiget mitigatione: & magis cauta operatione, propter venas & neruos quæ ſunt in eo. Et ipſo ita præparato, ſtet vſque ad ſecundam remutationem, túncque findatur ſecundum longum, & in fouea imponatur pul. cum xylo: & hoc ita continuetur, quouſque totus didymus, aut maior pars eius ſit corrupta: quod communiter fit in duabus ſeptimanis. Atque id cognoſcetur ex maiore tumore teſticulorum, & maiore dolore dorſi & partium poſteriorum. Et ſi neceſſe eſt propter magnitudinem didymi, vt melius corrodatur, facere duas aut tres fiſſuras, fiant ſecundum longitudinem, in quibus ponatur corroſiuum cum xylo ſemper. Quod ſi tunc animaduerteris aquã deſcendiſſe in oſcheum, imponatur ſpecillum per medium didymi verſus burſam, & ab ipſa cum manu eleuata extrahatur aqua: poſtea procuretur caſus eſcharæ, vt dictum eſt. Et quando locus erit mundatus, & apparebit caro rubra, carne impleatur locus, & curetur curatione vulnerum aliorum. Et poſtquam erit vulnus carne repletum, æger incipiat incedere paulatinè, & portet perizoma & ligaturam per xxx. dies. Magiſter autem Petrus (qui me præſente curauit xxx.) nullum iubebat quieſcere, ſed per vrbẽ obambulare cõtinuè, vt obliuiſcerẽtur moleſtiã corroſiui: quod nõ laudo, niſi inteſtinum penitus ſit retẽtum. Et operando licet incideret in circuitu eſcharã, quãtum ſibi erat poſſibile, nullo modo procurabat caſum ipſius vſque ad finẽ, quæ cadebat per ſe: nihil ponendo in foramine à principio vſque ad finẽ, pręter linamẽtum cum pannis & ligamine. Erat enim intẽtio illius, vt eſchara defenderet carnẽ à corroſiuo: quod non puto ſecurum: quia ſtante eſchara, ſatis eſt difficile ſcire quãdo erit reapſe operatio in didymo: quãdo autẽ eſt remota eſchara, tactus & oculus teſtãtur veritatẽ. Tẽpus verò totius operationis eius, erat octo ſeptimanarum. Ego verò breuiorẽ illi eã reddidi tribus ſeptimanis, ſaluo pluri, ſi ſemper remanet eſchara carnis. Verùm poſt ipſe audiẽs, me ad maiorem certitudinem, in cura domini Ludouici Briſſiaco Delphinatus Viennenſis, poſt primam didymi, aperturam poſuiſſe cauterium curuum cultellare, ipſe vſus eſt deinceps à principio totius operationis in qualibet remutatione (vel tertia quaque) cauterio. Et dicebat illud ad tria: ad fluxũ ſanguinis, & ad profundius imprimendum ſine abſciſſione æſcharæ (quia cauterium cõſumebat eã) & pręterea dicebat, ꝙ dolorẽ corroſiui mitigabat. Quod nõ multum improbo, niſi quatenus nõ eſt artificiale neque honorabile operationes perfectas cõmiſcere, vt ait Gal. in cõmentario primi aphoriſmorũ. Nihilominus tantum eſt periculi in operatione, vt omnia vſurpari debeant, ea ſaltem quæ iuuare & nocere non poſſunt: quia eſchara defendit ne cauterium ſentiatur, dummodo fiat cautè, vt patiens non videat. Si verò accidentia mala curæ ſuperuenerint, ita ſunt corrigenda. In primis ſi nimis eſt poſitum corroſiui, aut ſi id nimis moleſtat, lauetur, & foueatur locus oleo roſ. Si burſa teſticulorum eſt inflata &

ta &

ta & dolet,mitigetur emplaſtro maluarum & furfuris,aut maturetur radice maluauiſci,ſemine lini,& axungia porci,gallinæ,anatis,& conſimilium. Et ſi ſuppuret,aperiatur in inferiori loco,mundetur,& ſanetur vt alia vlcera. Quod ſi contingat fluxus ſang.reſtringatur pul.rub.& albuminibus ouorum,& vitriolo : aut puluere ipſiuſmet arſenici,& dimiſſione operis vſquequo ſit reſtrictus ſanguis. Et ſi ſuperueniret febris, regatur ſyrupo roſ. & nenufarino,& vocetur phyſicus.Si tuſſis,detur diatragacant. aut penidię: & inungatur pectus butyro,& oleo violaceo.Si eſt aluo conſtipato, detur caſia fiſtula, aut fiant clyſteres & ſuppoſitoria. Si ſuperueniat fluxus ventris,dentur trochiſ.conſtrictiui,& id genus,atque ita de reliquis.

### *De lapide in renibus & veſica.*

*Licet ſecundum* Auic.in tertio,renes & veſica communem habeant generationem lapidis,necnon aliæ particulæ multæ & iuncturę,quoque Gal.teſtante 14.therapeu.& primo alimentorum:quandoque enim inteſtina,primo & ſexto interiorum:aliquando pulmo,interiorum quarto, & Colliget tertio:nec minus hepar,vt de ipſo, & de aliis mentionem facit Halyab.9. ſermone partis primæ) nihilominus chirurgus directè non habet conſiderare lapidem renum,nec aliarum intrinſecarum particularũ,cùm non contingat eum curari beneficio chirurgiæ,vt Brunus,Theodoricus,& experiẽtia docet : Gratia tamen communionis & neceſſitatis propriæ , aliquid de vtroque dicetur.Generantur autem (ſecundum Halyabbatem, vbi ſupra, ) lapides in corpore humano ſuo modo,ſicut lateres efficiuntur extra in furno,& in caldariis balneorum,ex materia craſſa & viſcoſa materialiter,coadiuuante meatuum ſtructura quę eam ſeruat inſtrumentaliter,& à caliditate loci effectiuè.Quod planè declarat Gal.primo alimentorũ:

» Crudo (inquit) chymo aſſumente quid viſcoſum, quando meatus qui ad renes pertinent ſtrictiores quidem extiterint naturâ,morã faciens ibi quod craſſum & viſcoſum eſt,paratũ eſt ad generationẽ pori, qualis adnaſcitur vaſis in quibus aquam calefacimus,& qualis etiam circũnaſcitur plurimis in locis thermarũ.Facit autem ad hoc maximè & renum ipſorum temperies,quando velut igneum & pungens in iis fuerit calidum. Reſoluto enim à tali calido vniuerſo eo quod erat tenũium partium,coagulatur reliquum craſſæ & viſcoſæ materiæ,14.ther.His autem duobus maximis viris ſubſcribunt Auic.in tertio canon.Alexander ſecundo ſuæ practicæ,& Auerrois tertio colliget. Non obſtante Serapione qui lib.4. breuiarij ſui dicit caliditatem cõmoderatam,cum materia craſſa,ſufficientẽ cauſam eſſe generationi pororũ.Quã cõmoderationẽ intelligo,non in natura,ſed in egreſſione à natura:habet enim gradus multos egreſſus à naturali cõditione lib.de differ. febrium primo.Et ꝓinde ſicut caliditas nõ naturalis excellẽs multũ,in iuuenibus renũ eſt cauſa ſubitę generationis lapidis:Ita & caliditas nõ naturalis , excellẽs nõ multũ in ſenibus, & in veſica,in diuturno tẽpore nõ poteſt lapidẽ generare,vt in primo canone dicitur. Et Galenus,ſuper aphoriſmum cuius initium eſt, Senioribus autem dyſpnœæ,tertio aphoriſmorum.Et certè ſexto

*Fen.18.tr. 2.cap.16. Cap.18. Cap.5. Cap.2. Cap.vlt. Lib.2.ca. 17. Lib.3.cap. 44. Cap.de paneloto. Cap.3. Fen.18.tr. 2.cap.16. Cap.27. Aph. 31.*

epidemiorum ita intellexit Gal. Tantum enim facit debile agens in multo tempore, quantum forte in pauco, vt docet Gal. lib. 3. de ſim. phar. & de ægritudine & ſymptomate quarto. Eſt ergo exceſſus caliditatis igneæ ſecundum gradus ſuos, cauſa efficiens generationis lapidum. Craſſities tamē materiæ eſt cauſarum maior, vt dicebat valens Serapio, vbi ſuprà. Et ita nulla eſt contradictio inter doctores, vt apparet.

*Lib. 3. fen. 18. tr. 2. c. 18.* *Oritur* autem materia ipſius ſecundum Aui. à crapula, & indigeſtione, & regimine craſſo, vt infrà dicetur in dięta. Cauſa autem retentionis materię, eſt debilitas expultricis facultatis, & viarum oppilatio. Cauſa autem caliditatis nimiæ, eſt labor renum, & veſicæ, & calefacientium vſus.

*Signa lapidis* renum ſecundū Halyab. ſunt egreſſus paulatinus vrinæ turbidæ, & arenoſæ, arenulis rubris, cum quodam ardore: & dolor permanens renum, & iliûm, qui multoties pertingit ad teſticulos, crura, & pedes, cum quodam ſtupore à parte renis infirmi. Si autem mingitur retentum quippiam lapidoſum, ſponte ſua aut per propria pharmaca quæſtio non relinquitur vltra: Dignotio enim habetur, inde & curæ principium, ſexto interiorum.

*Cpa. 3.* *Signa autem* lapidis veſicæ ſunt, dolor veſicæ, pruritus virgæ, & maximè circa caput ipſius, & ſæpiſſime eius erectio & declinatio: vrinæ cruditas, albedo, & tenuitas, arenarum albedo, & vrinæ faciēdæ difficultas. Quod ſi de eo dubitetur, reſupinetur patiens, & eleuatis coxis concutiatur, & minget. Aut catheter (quod eſt immiſſorium) in virgam intromittatur, & lapis tāgatur, & retrocedet, & minget. Hęc enim omnia notitiam dant lapidis, & *Cap. 1.* vias curationis oſtēdunt, vt in primo interiorum deducitur in exemplum. Adhęc, patiente bene curuato, ſi altera manu pectine bene compreſſo digitus in anum ponatur, ſentietur lapis durus, nō mollis, & retrocedet & minget. Pręterea dicit Auic. lapis in veſica quandoque perducit ad teneſmum *Lib. 3. fen. 19. tr. 1. c. 5.* & exitum longanonis. Et quoties mingit lapidoſus, ſtatim mingere deſiderat. Dolor renum in principio multum ſimilis eſt dolori colico: propter ea doctores inter eos dolores multiplicem fecerūt diſtinctionem. Nihilominus quia ſecundum illud tempus non eſt magna differentia auxiliorū (puta mitigatiuorum, licet in ſubſequenti tempore differentibus indigeant) *Cap. 2.* non eſt multum in hoc inſiſtendum, ait Gal. lib. interiorum ſexto. Differūt *Ibid. c. 1.* autem lapides renum & veſicę, vt etiam ipſemet dicit Auic. nam lapis renū leuior eſt, & minor, declinans ad rubedinem: veſicæ verò durior, & maior *Sect. 7.* valde, declinans ad albedinem. Iudicatur ab Hippo. in 6. epidemiorum, Ne- *Aph. 6.* phriticos non eſſe viſos ſanatos ſupra 50. annos. Et ſexto aphoriſm. Nephritici, & qui circa veſicam dolent, laborioſe in ſenectutè ſanantur: debiles e- « nim ſunt, & ideo cum his paſſionibus commoriuntur, vt dicit Gal. in com- « mentario. Iudicatur à Gordonio, quod qui habent vrinam craſſam & arenoſam, rarò incurrunt lapidem. Sed ſi ſubito tenuis euadat, ſignificat lapi- *Fen. 18. tr. 2. c. 16.* dem generatum, cum aliis ſignis. Amplius dicit Auic. quod lapis renum & veſicæ eſt ex morbis hęreditariis. Prætereà dicit ſenibus plus accidere lapidem

dem renum,quam veſicę:infantibus verò,& qui ſequuntur eos,contrarium:
vtplurimum tamen euenit inter infantiam & pubertatem. Amplius dicit, *Fen.19.*
parum accidere calculum mulieribus in veſica.Et lapis renum (vt dicit) e- *tr.1.cap.1.*
tiam eſt ex ægritudinibus habentibus paroxyſmum : & ſpatium eorum eſt
à menſe ad annum.Amplius dicit lapidem paruũ in veſica magis eſſe prõ-
ptum ad retinendum vrinam:quia figitur citius in meatu , quàm magnus ,
qui velociter remouetur à meatu.Qui habet lapidem in renibus aut veſica,
non viuit ſine periculo.nam ſi retinetur & claudit meatus,ducit ad hydro-
piſim & ad mortẽ.In renibus nõ debet incidi:in veſica autẽ eſt periculoſa
inciſio ob ſpaſmũ,& fluxũ ſanguinis,& fiſtulã quę ex illa poſſunt accidere:
propterea periti iſtã operationẽ curſoribus reliquerũt.Adhęc dicit Albuc.
lapidem magnũ.nõ poſſe incidi ſine periculo veſicæ:paruũ autem, propter
periculũ non cõprehendendi.Si ergo incidendus eſt,mediocris eſt incidẽ-
dus.Caueat quiſque ne attentet inciſionem lapidis,niſi ſit expertus,& hoc
viderit à bono magiſtro:vt dicunt Brunus Theod.& Guli.Et habeat inſtru
menta ad hoc apta,raſoriũ,& vncum craſſum cauatum,& forcipes lõgas,fi- *Li.1.c.47.*
lũ,& acum,xylon,& pannos,oua,puluerem ru.& omnia neceſſaria in prõ-
ptu.Caueat etiã ne incidat hominem antiquum,debilem,& cacochymum,
timidũ,& dolore cruciatum.Ætas melior ad incidendum eſt 14. annorum; *Tr.3.doct.*
vt dicit Lanfrancus.Tempus congruum,ver & autumnus. *3.cap 8.*

*Curatio* lapidis eſt duplex, prout lapis eſt:quidã enim rumpi poteſt me-
dicinis.Quidam non poteſt rumpi:imò oportet incidatur(ſaltem in veſica)
aut trãſponatur,vt dicitur lib.3.techni.Eſt tamen conſilium Rhaſis,vt ex- *Cap 94.*
periamur medicinas longo tempore antequam accedatur ad inciſionem.
Duplex eſt autem curatio facta medicinis:quædã eſt pręſeruatiua,quædam
propriè curatiua,de mente Rhaſis lib.experimentorum.Eſt verò præſerua
tiua intentio in prohibitione cauſarum,nẽpe craſſorum humorum, calidi-
tatis loci,& cõſtrictionis viarum . Licet Gal.videatur lib.6.epidemiorum;
excluſa prohibitione caliditatis, vbi non multum excedit, (vt dicit) alias
duas prohibitiones ſatis prohibere renes & veſicam à calculo . Optimum
(inquit) eſt humores quidem tenues eſſe , & corpora renum mollia apud
exitum . Proinde ſi vtraque hæc cuſtodierit, nunquam generabitur lapis.
Nunc autem iſtæ duæ intentiones perficiunt vnico genere pharmaci , vel *Poſt med,*
diætæ, nimirum attenuantibus,in ſexto ſanatiuorum. Ego enim (inquit de
attenuante diæta) nephriticos vidi non paucos,alios quidem omninò deſi-
nere ex attenuante diæta, alios verò meliores apparere . Et cauſam huius *Circa pr.*
docet in libro de euchymia : Attenuantium pharmacorum opus eſt deob-
ſtruere ſtrictos exitus, & incidere,& attenuare,& expurgare id quod adhę-
ret craſſum & viſcoſum ex humoribus . Verùm in eorũ admotione & vſu
eſt pręuidendum,nam debitè adhibita,curant à calculo:indebitè verò, la-
pidem creant:Iuxta illud problematũ ſectionis primę,& quarti de genera- *Cap 1.*
tione animaliũ ſit hoc tantum facit,plus non facit,aut magis cõtrariũ.Et i- *Cap. 89.*
ſtud definit qualitas & quantitas,non omittẽdo tempus auxiliorũ in primo

ad Glauc. & tertio techni. Altera igitur pars præſeruatiua iſtius accidentis, (quæ per diætam fit) eſt in debita adminiſtratione ſex rerum non naturalium, & trium quæ generaliter ſunt illis annexæ (vt ſunt aer, cibus & potus, inanitio & repletio, motus & quies, ſomnus & vigilia, & accidentia animæ, occurſus rerum extrinſecarum, & balneum, & ſub dio mora) declinãtium ad caliditatem & ſiccitatem cum attenuatione. Verùm quia Gal. quantum ad cibos, eam tranſtulit in librum de attenuante diæta, pertractionem exquiſitam omitto impręſentiarum. Summatim tamen dico, vt dimittantur omnia quæ poſſunt lapidem generare, velut ſunt (vt dicit Rhaſ. & Aui.) cibi craſſi, qualis eſt panis azymus & crudus, carnes vaccarum & auium paludoſarum, & piſces, & fructus craſſi, acidi, & virides, caſeus (præſertim humidus) & omnis res lacte cõdita, & aqua turbida, & vinum craſſum, atque turbidum. Et generaliter omnes res craſſæ & viſcoſæ, & difficilis digeſtionis, & omnis repletio, & vita crapuloſa. Et ita in ſummã redigebat Rhaſ. in lib. diuiſionum: quod Hal. in primo ſecũdæ partis cõcedebat. Cuſtodia, inquit, à lapide fit dimiſſione ciborum viſcoſorum, & aſſiduitate. ſeminum mundificatium renes, & abſtinẽtia à ſomno ſuper collum, & diuturna conſtrictione cinguli, & à frequenti equitationis, & labore dorſi: necnõ vſu vomitus cùm adeſt repletio. Et Hermes dixit, vt Arnaldus & Conciliator teſtantur imaginem leonis ſculptã in auro puriſſimo, ſole exiſtente in leone, luna Saturnum non reſpiciente, nec ab eo recedente, in ſubligaculo, aut in zona vituli marini, aut leonis portatam præſeruare à calculo. Et ſigillatum olibanum, aut ſanguis hircinus præparatus cum eadem figura, & hora dicta, puluerizatum & datum ex vino, ſtatim lapidem frangit, & mingere facit. Quæ verò per pharmaca fit præſeruatio, conſiſtit in recto vſu euacuantium & lauãtium poros. Euacuantur autem qui ſunt plethorici, phlebotomia baſilicæ, & ſaphenarum, ſi eſt neceſſe. Si verò adeſt cacochymia, purgatio bina eſt neceſſaria: per vomitum videlicet, & deiectionẽ. Vomitus autẽ nõ ſolùm diuertit, ſed etiã euacuat materiã antecedentẽ phlegmaticam generatam in ſtomacho, quæ ex diurno acceſſu ad renes parata erat lapidem efficere. Iſtum vomitum Hipp. ſemel in mẽſe decernit, vt quinto vtil. Gal. teſtatur, & Aui. in pleriſque locis. Per deiectionem verò fiat euacuatio vere & autumno, vel quãdo erit neceſſe, prius digeſta materia phlegmatica ſimplici oxymelite, in tertio regimenti, aut ſquillitico ſeu diuretico, vt Heben Meſue ponit. Quod ſi efficacius velis, cum ſyr. radicum v. herbarum capillarium, atque ſaxifragiæ, pimpinellæ, filipendulæ, fragariæ, tribuli marini, & campeſtris, clauellariæ, calamenthi, hyſſopi, granorum iuniperi, baccarum hederæ, ſem. fœniculi, apij, petro ameos, dauci: cum ſeminibus frigidis maioribus, nardo, iſchœnantho, aut floribus chamæmeli & geniſtæ: cum aceto ſquillitico vel peſſulato, & melle vel zuchar: ad libitum, fiat ſyrupus, qui cum aqua cicerum adminiſtretur. Digeſta materia euacuari poteſt pilulis ex agarico, aut benedicta, vel catholicone. Poſt autem euacuationem itur ſecurè ad lauãtia & aperientia meatus. Sunt autẽ duplicia genere pharmaca

*Lib. 3. fe. 18 tr. 2. c. 18.* — *Cap. 4.* — *Lib. 1. fe. 4. cap. 13.*

maca ad hoc apta. Quædã enim ſunt moderatæ virtutis, velut ficus, amygdalæ, piſtacia, fructus capparis, paſſulæ, & ſimilia, quæ in pluri vſu, & in principio tutè poſſunt adminiſtrari, de mente Gal. nono therap. & alimentorum ſecundo: eo quod non habent virtutem properantem intempeſtiuè cibum ad hepar & mẽbra vrinæ dicata. Et eodẽ modo poſſũt adminiſtrari ſium & ſiſymbrium aquaticum vulgo creſſones. nam virtutem habent diaphoreticam, diureticam, atque lapidẽ veſicæ frãgẽdi, in octauo pharmacorũ. Et viticas laudat Aggregator: & hoc Auenzoar confirmat. Alia verò ſunt magis violẽtæ virtutis, vt pulegium, fœniculum, ius cicerum nigrorum, & ſimilia quæ in raro vſu, & correcta, & longè à cibo debent adminiſtrari, ne aduren do ſang. & renes calefaciendo, lędant: Et ne velocitate lotionis cibum indigeſtũ deducãt ad hepar, & loca vrinæ: vt voluit Galen. quarto, & ſexto ſanitatis tu. Huius autem intẽtionis eſt cremor (vulgo dicta pureta) cicerũ magiſtri Arnaldi, quæ remollita per noctẽ in dulci aqua, in eadem mane duobus feruoribus bulliant cum pauco petroſelino: & addito modico pul. nardini, & croci, & vini albi colata adminiſtretur. Multi verò addũt gramẽ mũdatũ, alij cyminũ hyeme: nonnulli ęſtate ſuccum limonum, aut arantiorũ, & ſem. melonum. Mundificat enim talis pureta venas capillares hepatis, & renum meatus: & ita præſeruat à calculo, vt affirmat. Ad iſtam etiam intentionem fiunt vina diuretica, lib. quinto ſanitatis tu. ex betonica & ceſtro, quod ſaxifragiam vocant Latini: quidam verò ſtudioſè immittunt ſpicam nardi, alij verò alia quædam mictionem promouere queuntia. Compoſita autem pharmaca ad hanc intentionem, ſunt diacalamenthum, & dioſpoliticum, lib. quarto ſanitatis tu. quod Auicen. in quinto, & Serapio in ſeptimo breuiarij diacyminum vocant. Interim autem caliditas locorũ poteſt corrigi oleo roſ. violaceo, & ſcorpionũ: & epithemate ſantalino, & aquarum frigidarum, à nimio exceſſu cauendo. Tempus autem iam eſt aggredi curatiuam rationẽ cum medicinis. Per medicinas verò eaſdem hæc curatiua intentio completur, quæ & præſeruatiua, Gal. in introductorio teſtante. Quæcunque (inquit) ſanãt paſſiones iam fientes, hæc & antequam fiãt prohibent cõſiſtere. Et quarto ſanitatis tu. Eadem eſt cuſtodia futurorũ laborum, & correctio iam generatorũ, licet gradu varient: fortioribus tamen indiget lapis veſicæ quàm renum, vt dicit Auic. Ante omnia igitur in actu curatiuo incipiẽdum eſt à clyſtere lenitiuo. Poſtea ſi infeſtat dolor, præparetur balneum eucratum, in quo decocta ſint mollientia temperatè rarefacientia, & dolorem ſedantia: qualia ſunt (ſecundum Arnaldum linguæ canis, m. iiij. berulæ, m. ij. ſenationis, m. j. apij, m. ß. leuiter quaſſata bulliant vnico feruore in aqua ſimplici: deinde totum in concha proiiciatur: & addatur vini albi lib. j. & cùm fuerit vltra tepidum, ſedeat æger ſic vt aqua ferè attingat vmbilicum: hoc enim notabiliter operatur mitigando dolorem, & vias atque meatus dilatando, & lapidem educendo, dum tamen adhibeatur moderatum. Poſt hoc autem, vt tutius pharmacis comminuentibus (maximè fortibus) vti poſſit, laudo lenitiuam euacuationem ma-

*Cap. 100.*

*Circa med. libri. Summ. 1. tr. 3.*

*Cap. 8.*

*Lib. 3. fen. 19. tr. 1. c. 6.*

teriæ antecedentis,qualis eſt per caſiam fiſtulam,aut catholiconem: adhuc parcendo medicinis attractiuis,vt conſulit Auic.Euacuato & linito ventre, danda ſunt comminuentia lapidem. Et melior hora aſſumptionis eorum eſt in exitu balnei: de quorum catalogo eſt decoctio cicerum, & decoctio graminis, in ſexto ſimplicium. Et quæ non ſunt multum calida, cum hoc quod incidere poſſunt,meliora ſunt, quemadmodum exempli gratia lib. quinto ſimpl.proponuntur, radices ſparagorum,& rubus,ac betonica, polium,& rubea , & vitrum combuſtum , quod ſummè in hoc commendauit magiſter Bertutius Bonon.Auicen.verò enumerat radic.coſti, radic.rubi, ſem.altheæ,radices tribuli, apium,cordum,ſcolopen.capillos veneris, virgam paſtoris, pentaphyllon,polium, chamæpityn, radicem raphani, & acori,& cyperi,grana piperis,& lapidem iudaicum, cinerem ſcorpionis,leporis,& ſanguinem hirci,& fimum galli atque columbi : & ſcarabeos exſiccatos,& cantharides : multi verò commendant grillos & cicadas. Cauendum tamen in iſtis vt ſint bene correcta, & quantitas ſit parua , quia vlcerant veſicam.Et ex his poſſunt fieri compoſita,dummodo(vt docet Auicen.) in compoſito aggregentur quinque virtutes : mollificatiua videlicet,& penetrans & minoratiua,cõfortans,& comminuens: velut ipſe præſcribit ſyrupum ad hoc iuuatiuum,qui Re.milij ſolis,drac.xv.capilli veneris,drac.vij.petroſelini,drac.iiij.ficuum alb.vij.numero:decoquãtur in iiij. libris aquæ , donec remaneat lib.j. & bibatur lib.ß. poſt exitum à baln. Et nobilis Serapio dictauit expertum & ſublime medicamen ad frangendũ lapidem: Cuius formula hæc eſt.Reci.ſem.melonum mund.milij ſolis, dauci,vitri cõbuſti,ana partes æquales: terantur, & cribrentur, & dentur ex eo drag.iij.cum aqua decoctionis ciceris nigri.Dominus Napulio Cardinalis pro iſta diſpoſitione vtebatur tali aqua:Reci.filipendulæ,lib. vj. radic.acori,lib.iij.ſaxifragiæ cum radic.quantum ex omnibus: conquaſſentur,& ponantur in alembico,& fiat aqua:detur vnc.j.Auenzoar verò,vir magnæ experientiæ, facit hoc electuarium: Reci.lapidis iudaici, gummi ceraſorum, lapidis ſpongiæ,corticũ melonum ,ſucci liquiritiæ rec.ana vnc.iiij. auellanarũ, vnc.ß.dauci,vitri vltramarini cõbuſti,aniſi,& alhaſce,ana drac.xij.pinearũ mundatarũ,amygd.excorticatarum,ana drac.vj.ſyrupi è glycyr.quod ſufficit:fiat electuarium. & in qualibet lib.ponãtur, aur.ij. optimi balſami, qui in hoc ( vt dicit ) eſt de melioribus medicinis. ſeruetur in vaſe vitreo. Doſis eſt omni mane,drag.vj.cum ſyrupo violaceo,& quadruplo aquæ calidæ. Magiſter Arnaldus pro iſto caſu hanc medicinam domino de Bellioco dictauit: Reci.milij ſolis,ameos,aniſi,marathri, carui, dauci , petr.apij,cymini,anethi,leuiſtici,cardamomi,piperis longi,ſileris montani,ſem. papaueris,ſem.melonũ,ſe.maluæ,granorũ iuniperi,baccharũ hederæ,ſem. aſparagi,nucleorum perſicorũ & ceraſiorum,ſem.rhaphani, amygdalarum amararũ,ana part.j.radic.ſaxifragiæ,zingi.galangæ, cinnamomi,ſpicæ nardi,calami aromatici glycyrr.raſæ,cyperi,acori,ſantal.al.& ru.lapidis iudaici,lapidis ſpongiæ,raſuræ eboris,maxillarum lucij,ana partem mediam:cicada-

*Lib.3.fen. 18.tr.2. cap 19.*

*Tr.6.ſect. 3. cap.3.*

*Lib.3.fen. 13 tr.2.c. 19.*

cadarũ præparatarũ,quartã vnius partẽ: ſan.hirci ſecundũ doctrinam Alexandri præparati,partes ij.fiat pul.ex quo detur mane drac.j.cumvino albo. Rhaſis autẽ talem confectionẽ ad hoc dictauit,& eſt fortis: Reci.ſem.melonũ,carpobalſami,ſem.raphani,dauci, petroſelini, ana partem.j. corticis radicis capparum,corticis radicis panacis,amygdalarum amararum,baccarum lauri,ſchœnanthi,cyperi,ſpicæ,caſiæ,ſcolopen.harmel, gentianæ, ariſtolochiæ rot.aſari,cordumeni, bdellij,ammoniaci,ſagapeni,myrrhæ,piperis,acori,ana partem mediam: diſſolutis gummi in vino tenui,fiant pilulæ: doſis,drag.ß.cum aqua cicerum.Et quandoque valentius redditur illud medicamen cũ balſamo.balſamus enim frangit lapidem, vt teſtatur Gal.ſexto ſimplicium.Et Auic.dat fortius medicamen,quod expertũ eſt,vt dicit.Re. cineris vitri,cineris ſcorpionũ,cineris radicis cau.communis,cineris leporis,lapidis ſpongiæ,ſan.hirci,cineris corticis oui,è quo pullus eſt egreſſus, lapidis iudaici,gummi nucis,acori ana partes æquales: petroſelini, dauci, pulegij,gummi ara.ſeminis altheæ,piperis, ana partem j. & ß.conficiantur cũ melle,& conſeruentur. doſis ſit vſque ad drac.iij. cum aqua decoctionis tribulorum,& cicerũ nigrorũ. Et herbæ & radi.diureti,cũ pauca quãtitate cantharidũ,ſyrupi forma donatæ laudantur à Guli.de Saliceto.Et aqua illarũ diſtillata erat cõſueta magiſtro Odoni Lugdunenſi. Vſus autem communis ex vino calido lithontripton adminiſtrat.Poſt autem adminiſtrationem medicinæ frangentis & educentis lapidem, laudatur inunctio ex oleo ſcorpionum: quoniam (vt dicit auicen. in quinto canon.) ſcorpiones ſuis naturis ſunt contrarij lapidibus generatis in renibus & veſica,ſicut carnes viperæ venenis reptilium venenoſorũ. Et emplaſtra fiant deſuper,vt dicit & præcipit Thadeus,ex ſenationibus,parietaria,foliis cucumeris ſylueſtris, maluarum,caulium, porrorum, morſus gallinæ, & id genus. Aut ex cerato ſedatiuo dolorum, vt ponit Theodoricus. Re.olei chamæmeli, vnc.ij. olei roſ.vnc.j.vitellorum ouorum crudorum,vnc.iij.conficiantur, & cum panno applicentur.Et commotiones per equitationem,&aſcenſus & cucurbitularũ admotiones ab ilio vſque ad veſicam, & fotus cum oleis calidis rutæ & caſtorei,laudantur ab Auicenna.

*Li.3. fen. 18.tract. 2. cap. 19.*

*Tr. 6.cap. de lapide renum.*

*Lib.3.fen. 18.c.vlt.*

*De arte mingendi medicamentorum opera.*

*Prouocatur* vrina denegata,prouocantibus dictis,maximè in quibus cantharides ponũtur (iuxta doctrinã Gal.tertio pharmacorũ & cõplexionũ,& Rhaſis nono Almanſoris)in balneo adminiſtratis,& embrocis, emplaſtris, vnctionibus,& humectationibus applicatis ſupra pecten,virgã,& perinæũ, & in virgã,ac veſicã intromiſſis, propriè quando cauſa denegationis eſt in veſica.Et magiſter Iordanus faciebat iniectiones,&ſyringationes intra veſicã ex balſamo,& Theodo.ex petroleo,Auic.ex oleo ſcorpionũ,& nõnulli ex ſtercore colũbino in lixiuio diſſoluto & colato. Alij verò ꝓuocãt vrinã denegatã inũgẽdo pectẽ & renes axũgia cuniculi, aut galbano poſito ſuper caput virgę,aut alliis,aut cepis: aut fiat ſuppoſitoriũ è ſale gẽmę:aut imponendo pediculum ſeu cimicẽ in foramẽ virgæ.Itẽ radix raphani,& lapathi,

*Li.3 c.44.*

*Lib 3.fen. 19.tr.2. cap.9.*

petroſelini, & vrticæ cocta in vino,& cum oleo frixa, & ſuper pecten applicata,communiter laudantur ad vrinæ prouocationem.Quod ſi cum medicinis non poteſt mingere,recurrendum eſt ad inſtrumenta,vt ſtatim dicetur.Sed iam vereor vlterius ampliare ſermonem in medicinis:hora enim eſt tranſire ad actum curatiuum cum manuali operatione.

*De arte mingendi chirurgiæ opera.*

*Duplex* eſt cura quæ per actum manualem fit: quædam eſt palliatiua: quædam verò propriè curatiua. Palliatiua propriè habet locum, quando lapis eſt nimis magnus, ita vt nequeat duci ad collum veſicæ (in quo ſalubrius poteſt fieri inciſio, cùm ſit carnoſum: veſica verò eſt neruoſa, & locus vrinæ,& non conſolidaretur, imò ipſius inciſio eſt mortalis. Hippocrate in ſexto aphoriſmorum teſtante) aut ſi eſt in antiquo, aut in corpore non potente neque volente ſuſtinere inciſionem. Et ſic completur. Patiens ponatur in balneo mollificante: deinde cathetere(id eſt, intromiſſorio) aut argalia ſeu ſyringa inuncta butyro, aut aliquo ſuaui oleo, intromiſſa per virgam,impingatur è collo veſicæ vſque ad fundum ipſius: aut digitis pręparatis & inunctis, intromiſſis per anum,idem fiat.Remanere enim poteſt in fundo per 40.annos,vt dicit Theodoricus, aut per longum tempus,vt dicunt alij.Eſt autem catheter,intromiſſorium longum & gracile ſicut ſpecillum, in fine cuius poteſt eſſe nodulus, vt intrinſeca non offendat. Argalia ſeu ſyringx, eſt cannulla illiuſmet longitudinis & gracilitatis perforata in extremitate & in lateribus. In ſummitate ſua eſt lata ad modum emboti,in qua poteſt ligari burſa corij, ſeu veſica porci vel arietis: & quædam eſt cum cochlea,quædam ſine cochlea in modum clyſterum.

*Modus autem* mingendi cũ inſtrumentis, eſt (ſecundum Halyab. 9. ſermone partis ſecundæ,& ſecundum Aui.& Albuc.) vt poſito patiente ſuper ſedem,& ipſo balneato aut fomentato aquis & oleis, intromittatur inſtrumentum per virgam extenſam verſus ventrem, ſuauiter, vſquequo ſit prope anum: deinde inclinetur virga cum toto inſtrumento deorſum, vt dirigatur inſtrumentum verſus veſicam (quæ facit hîc reduplicationem) donec ſentiatur illud cadere in vacuum:& tunc intelligitur eſſe in veſica.Atque ſi cum iſto inſtrumento fuerit virgula,aut filum lanę, extrahatur,& egredietur tunc vrina, & humor ille qui impediebat vrinam. Quòd ſi propter fricationem læſa fuerit via, & ſuperuenerit ſanguis, collyrium album cum lacte mulierum immittatur.

*De inciſione ob lapidem.*

*Curatio* lapidis per inciſionem fit, ſecundum præfatos magiſtros (& illud quidem ego vidi)hoc modo.In primis euacuētur inteſtina clyſtere: Et die ſequēti ieiuno ſtomacho patiens faciat vnũ ſaltũ vel duos, vt lapis deſcendat.Et tunc collocato patiente ſupino ſuper diſcum, vel ſuper genua alicuius fortis miniſtri, curuentur coxæ, & ligentur fortiter cum collo, & teneantur ampliatæ,ne poſſint ſe mouere hora operationis. Et tũc impreſſo ventre ſuper veſicã cum pugno,& impoſitis digitis per anum,vt dictum eſt,

eſt, ducatur quantum poteſt lapis ad collum veſicæ inter anum & teſticulos: túncque ſecundum inceſſum rugarum, loco remoto (& aliquantulum ſiniſtrorſum) à commiſſura (quia in ipſa eſt locus mortalis, vt dicit Auic.) *Lib.3.fen.* incidatur cultro raſorio vſque ad lapidem, adeo vt lapis vnco concauo poſ *19.tr.1.c.* ſit extrahi facilé. Eo extracto, & purificato loco, ſuatur vulnus: & ſuper *7.* ipſum pul.rub. ponatur, & albumen oui: & ligetur firmiter: & collocetur in lecto: & non ſoluatur vſque ad tertium diem, vt præcipit Rogerius: & cum diapalma, vt cætera vulnera, curetur. atque ita curatur in viris. In mulieribus autem rarò accidit lapis in veſica: & quando fit, per impoſitionem digiti in matricem, vt dictũ eſt, curatur. Nonnulli verò, vt Rogerius, poſt *Lib.3. ca.* inciſionem ponunt vitellum oui hyeme, & albumen æſtate: & quatuor ma *43.* giſtri farinam cum ſtuppis. Tempore autem curæ parum potent, & vinum non album, ſed rubrum, ſtypticum, aqua ferrata dilutum: & comedant ſobriè, & cibaria electa paucarum ſuperfluitatum. Si autem contingat lapidem propter eius paruitatem venire ad virgam, ligetur verſus veſicam, vt non recedat: & poſtea ſugendo extrahatur. Aut forcipes longæ & graciles imponantur, & capiatur, & extrahatur. Aut gracile terebellum, vt dicit Albuc. imponatur: & illo frangatur, & fruſtatim extrahatur: Aut virga in parte inferiori, vbi magis eminet lapillus, incidatur ſecundum longum: & extrahatur, & ſuatur: poſtea ligamentum remoueatur, & vt ſuprà curetur. In omnibus tamen apoſtema prohibeatur. Quod ſi dolor infeſtaret, conſulit Auic. vt æger ponatur in balneo eucrato, & inungatur oleis lenientibus, quale eſt chamæmelinum & anethinum: & ſuper vulnus butyrum tepefactum. Et ſi videantur mala accidentia euenire, ſit Deus auxiliator.

### *De paßionibus virgæ: & primò de frigidis, & maleficiatis.*

*Iſta* ſunt peccata quæ contingunt membris generatiuis, maximè in viris. Nam ſicut ſterilitas maximè contingit ex parte mulieris, (vt tenet Serap. in quarto breuiarij) ita infrigidatio & maleficium, quæ eſt priuatio coitus, ex parte virorum: quia mulieres non priuantur coitu: niſi propter vuluæ oppilationem. Viri autem priuãtur propter malam complexionem frigidam, quæ aufert erectionem: & propter malã compoſitionem breuiorem reddit, & ad nihilum redigit virgam & teſticulos. Propter autem maleficium cõtingit vtrique. Differt autem infrigidatio à maleficio: quia reipſa infrigidatio concernit complexionem: maleficium verò animum & compoſitionem: licet vulgariter dicatur, infrigidatio fieri propter naturã corporis: maleficium verò propter rem diuinam: vt quãdo aliqua faſcina ſunt facta, aut mala fuerit cogitatio inter virum & mulierem.

*Signa autem* infrigidationis & maleficij propter peccata corporis, ſunt manifeſta, quando eſt caſtratus, quando virga eſt breuis, & nihili, & malè compoſita: quando eſt frigida, & paralytica, ſine pilis, rugoſa, & malè colorata: adeò vt ſi comederet omnia aromata totius mũdi & pigmenta, & fri-

catur, & calefieret omnibus calefacientibus & excitantibus quæ poſſent fieri, non erigeretur, neque exiret in actum coeundi. Signa autem quando eſt propter rem diuinam, aut malum animum, ſunt, quando omnia bene habent, & tamen non poteſt exire in actum debitum coeundi, præcipuè cum vxore, licet poſſit cum aliis: & quando reducitur ad actum per orationes, & remotiones maleficiorum & malarum cogitationum. Iudicatur à Gal. authoritate Platonis in commentario illius aph. [Mulier ſi nõ conceperit] quòd qui non poteſt coire & generare, non iungat ſe cum muliere: deluderetur enim natura, & perderetur genus. Iudicatur etiam quòd ſi tales fortè ſunt, vt coniuncti fiat diuortium à magiſtratu. Verùm quia magiſtratus conſueuit committere examen medicis, idcirco ponitur hic modus examinandi, qui talis eſt, Medicus (habita licentia à magiſtratu) examinet primò complexionem & compoſitionem membrorum generationi dicatorum: deinde habeat matronam talibus aſſuetam: & præcipiat vt iaceant ſimul per aliquot dies, ipſa matrona præſente. Et det eis aromata, & pigmenta, & eos calefaciat: & inungantur oleis calidis, & fricet iuxta ignem ſarmentorum, & iubeat eos confabulari & amplecti. Deinde quod viderit referat medico: & quando medicus fuerit bene inſtructus, coram magiſtratu de veritate teſtari poteſt. Caueat tamen ne ſit deceptus: quia multæ fraudes in talibus conſueuerunt committi, & maximum periculum eſt ſeparare quos Deus coniunxerat, niſi iuſtiſſima cauſa requirente.

*Aph. 59. lib 5.*

### *De priapiſmo.*

*Priapiſmus* eſt inuoluntaria virgæ erectio. Et in hoc differt à ſatyriaſi, in qua eſt voluntas & deſiderium illius. Cauſa autem eius, ſecundum Galenũ 14. therapeut. eſt flatus vaporoſus in neruum cauernoſum introductus à cibariis ventoſis, & à frigiditate cutim denſante exire prohibitus. Fit etiam quamplurimum (ſecundum mentem eius ſexto interiorum) ab arteriarum virgæ dilatatione. Et ſigna diſtinctiua ponuntur ibidem: non tamen eſt multum in hoc inſiſtendum. Eius autem cura eſt, ſuppoſito regimine vniuerſali, vt in denſatione foueatur locus ruta, & agnocaſto. In apertione, refrigeretur ſuccis frigidis, & camphora, & cerato Gal. & appoſitione lamine plumbi.

*Cap. 7. Cap. 6. Lib. 14. meth. c. 7.*

### *De calefactione & fœditate virgæ, ex decubitu cum muliere fœda.*

*In primis* lauetur oxycrato: deinde vnguento albo camphorato, quemadmodum puſtulæ vlceratæ curentur.

### *De præputij clauſura.*

*Curatur* ſecundum Halyab. & Albucaſ. aperiendo vngue, aut ſpatumine: deindè ponendo turundam cannulatam ex ligno, aut plumbo (vt poſſit meiere) linitam butyro, aut oleo amygdalino.

*De circunciſione.*

*Circunciſio* ſecundum legem fit Iudæis, & Sarracenis, & aliis:quæ multis eſſet vtilis, propterea quòd non congregantur ſordes in radice balani, quæ calefaciunt ipſam. Fit autem hoc modo. Vnguibus trahitur præputium quantum eſt poſſibile, & abſtinendo à balano inciditur: & poſtea cum pulueribus ru.aut cum cauterio ſanguis reſtringitur, & more aliorum vulnerum ſanatur.

*De caſtratione.*

*Caſtratio* fit ſecũdum Albuccaſſim duobus modis, nempe per attritionẽ, aut per ſciſſuram. Ad illam que fit per attritionem, oportet vt ſedeat infirmus in aqua calida, donec mollificentur teſticuli eius:poſteamanibus cõprimantur, & cõterantur donec reſoluãtur.Per ſciſſuram fit ſecando cutim, & apprehenduntur teſticuli, & ligantur, & inciduntur, & extrahuntur: deinde ſuitur cutis, & curatur vt cætera vulnera.

*De mollificatione oſchei, & elongatione eius.*

*Incidatur* quod eſt nimium, ſaluando teſticulos, & ſuitur, & vulnerum aliorum curatione curatur & ſanatur.

*De hermaphrodiſi.*

*Hermaphrodiſis* eſt natura ſexus duplicata:& eſt ſecundum Albuc.in viris ſecũdum duos modos: quia quãdoque eſt vulua piloſa inter teſticulos duos, quãdoque in ſpatio quod apparet ſub eis. In mulieribus autem eſt vna ſpecies,in qua ſupra vuluam apparẽt virga & teſticuli : & multoties curantur per inciſionẽ,vt dicit Auicenna: non tamen illa quæ reddit vrinam,vt dicit *Li.3. fen.* Albuccaſſis. *21.tr. 1.c.*

¶ *De paſſionibus matricis, & primò de clauſura.* *43.*

*Multis modis* clauditur matrix,vt oſtendit Albuc. Curatio eſt vna tantũ, *Cap.47.* inciſio ſcilicet (ſi fuerit caro addita) cum raſorio,aut ligamine cum filo. Si *loc.præcit.* autem fuerit pellis,vnguibus aperiatur,aut raſorio:& turunda cannulata ex ligno, aut plumbo illita butyro aut oleo, vt mingere poſſit (aut ſpecillum ex panno in modum paruæ virgæ) ponatur:& ſæpe eam remutet, aut coitu vtatur,vt non denuo claudatur.

*De amplificatione matricis.*

*Conſtringitur* matrix ſecundum Auic. hoc decocto: Recipe pulueris corticis pini,partes iiij.aluminis,partes duas: ciperi, partem j.decoquantur in vino ſtyptico, & eo madefiat pannus lineus,& applicetur.

*De tentigine matricis.*

*Quandoque* illa additio carnoſa quæ vocatur tẽtigo,in vulua creſcit,adeò vt diſpliceat & adferat nocumentum.Eius cura eſt ſecũdum Albuc. vt in-

cidatur ligamento,aut raſorio:non tamẽ vſque ad fundum,timore ſanguinis:deinde aliorum vulnerum curatione curetur.

*De extractione fœtus.*

*Fœtus naturaliter* egreditur ſuper caput ſuum, facie verſus terrã prona. Omnis autem alter exitus eſt innaturalis,& difficilis.Fit etiã difficilis partus,propter multitudinem fœtuum.Nam aliquando ſunt duo,& ſecundum Auic.quinq; vel plures:ſecũdũ verò Albuc.plures ſeptẽ: quia nouẽ aut decẽ,vt dicit,eſſe poſſunt. Verùm quia iſtud negotiũ exercetur per mulieres vtplurimum,non oportet in ipſo multum immorari.Admonendæ tamen ſunt obſtetrices,vt ſi forma exitus ſit naturalis & difficilis,fotibus & inunctionibus mollificẽtibus partes illæ mollificentur: & vt mulier iuuet ſe cũ expreſſione,& retentione anhelitus,& prouocatione ſternutationis cum puluere piperis,aut euphorbij, & id genus. Et buchormarien, & agrimonia ligata in coxa reddunt facilem partum,vt dicunt experti.Si verò forma exitus non eſt debita & naturalis, quod fieri poterit eleuãdo coxas mulieris,reducatur ad naturalem. Quòd ſi fortè fœtus eſſet mortuus) hoc autem cognoſcitur per diminutionem mammillarum, & per immobilitatem fœtus qui ante mouebatur,per frigiditatem ventris, per fœtorẽ anhelitus,per profunditatem oculorum, & mortificationẽ labiorum, & totius faciei,per inflationem ventris,& per præceſſionem alicuius acutæ ægritudinis aut offenſionis: tunc obſtetrix debet tentare manibus iunctis, & locis illis vſu mollificantium mollificatis,adhibitis fotibus,& peſſis, & prouocatione ſternutationis, & medicinis prouocantibus abortum (velut eſt caſtoreum,& myrrha,cum ruta,& ſimilia) an poterit eũ extrahere.Sin minus,intromittatur inſtrumentũ dictũ ſpeculum, factum cum cochlea torculari,& aperiat matricẽ quantũ erit poſſibile:& poſtea manibus, & vncis, & forficibus integer aut fruſtatim extrahatur,& nihil illius remaneat:licet Alb. dicat ſe vidiſſe mulierẽ quæ impręgnata eſt ſuper fœtũ mortuum dimiſſum:cui poſt longum tẽpus per apoſtema vmbilici exiuerunt oſſa:& ſic longo tẽpore vixit.Eſt tamen cautela, ſi in capite fœtus mortui, aut in pectore ſeu ventre,vel in ſecundina fuerit aqua tumore ſuo exitum impediẽs, vt vngulis, aut ſpatumine incidatur, & aqua extrahatur: & ſic melius exibit fœtus.Si autẽ cõtingeret mulierem ipſam eſſe mortuam(quod cognoſcetur per ſigna mortuorum dicta ſuperius) & ſuſpiceris fœtum eſſe viuũ: quia vetat lex regia mulierem prægnãtem humari, quouſque fœtus exiuerit,tenendo mulieris os & matricẽ apertam (vt volunt mulieres)aperiatur mulier ſecundũ longitudinẽ cultro raſorio in latere ſiniſtro (quia pars illa eſt magis libera quàm dextra, propter hepar) & digitis poſitis extrahatur fœtus.Ita enim extractus fuit Iulius Cæſar, vt in geſtis legitur Romanorũ.

*Li.3.fen. 21.tr.1. Cap.21.*

*De extractione ſecundinæ.*

*Quando* retinetur ſecũdina, tunc ſecũdũ Rhaſim & Albuc.oportet præcipias infirmæ, vt iuuet ſe ſternutatione,& retẽtione anhelitus ſuper os & nares.

nares.Quod ſi non egreditur, ſuffumigetur matrix cũ emboto decoctione calamẽthi,rutæ,centaureæ,chamæmeli,anethi,& caſſiæ ligneæ,& id genus: & prouocetur ſternutatio,& dentur prouocantia abortum. Et ſi non egreditur,præcipiatur obſtetrici, vt ſubmergat manum ſuam in oleum ſiſaminum,aut in mucaginem althææ:& intromittat eam in matricem, & capiat ſecundinam ſuauiter. Quod ſi adhæreat,extrahatur quantum erit poſſibile extrahi:& reliquum remollitiuis(vt iniectione vnguenti baſilicon) ſuppuretur.Hoc enim putrefaciet illam per aliquot dies,& egredietur &c.

*De mola matricis.*

*Mola* eſt fruſtum carnis in matrice generatum. Et generatur duobus modis, vt dicit Auic. Vno modo, ex multitudine materierum effuſarum cum vehementia caliditatis. Secundo modo in coitu, in quo matrix comprehendit aquam mulieris,& extendit eam cum nutrimento:& propter defectum virtutis maſculinæ non concipit,ſed illam carnem generat.Eius ſignum eſt,quo non habet motum per ſe vt fœtus, & extrema mulieris ſunt mollia,& tranſiuit tempus partus.Curatur mollificantibus, ſternutationibus,& prouocantibus abortum,& peſſariis,necnon inſtrumentis,& operationibus cum quibus extrahitur ſecundina,&c. *Li.3.f.21. tr.2.c.18.*

*De exitu matricis,& longanonis.*

*Foueatur* locus vino ſtyptico.Poſtea inſpergatur puluere è radice conſolidæ, & maſtichis in maiore quantitate,ſang.draco.bol.armen.mummiæ, myrrhæ,nucis cupreſſi,balauſtiorum,aluminis ac ceruſſæ,(in minore) & ex eodem puluere cum albuminibus ouorum fiat emplaſtrum, & cum plagella ex xylo ligetur. Quieſcat coxis eleuatis,& comedat cibaria delicata,ne exprimere ſe cogantur.

De hæmorrhoidibus ficis & atricibus, fiſſuris & vlceribus ani & matricis, dictum eſt ſuprà ſufficienter : quamobrem in hoc capitulum ſeptimum finit.

## CAPITVLVM OCTAVVM

*De propriis ægritudinibus coxarum,tibiarum,& pedum.*

Tibiis ſeu pedibus magnis, præter ægritudines communes accidunt multæ ægritudines propriæ,de quibus fuit dictum ſuprà: vt elephantia,varices,claui,ægritudines vnguium,& id genus. De malo mortuo poſſent dici phantaſiæ multæ,ſed generaliter curatur ſicut ſcabies, de qua dictum eſt ſuprà:cùm nihil ſit aliud quàm fœda & arida ſcabies: quod ſi habeat quid corroſionis cuius ratione dicatur gãgræna, vel vlcus fœdũ,dictũ eſt etiã ſuprà.Nihilominus cauſa collationis,in malo mortuo,ſeu phlegmate ſalſo,poſt vniuerſale regimen laudatur lotio ex aqua fabrorum, & aceto decoctionis fumiterræ, lapathi,& chelidoniæ. Poſtea liniatur linimento

facto ex ſucco mali terræ, & bryoniæ decoctis cum oleo roſaſ.aceto & ſapone molli. Deinde inungatur vnguento facto ex axungia porci antiqua macerata aceto per nouem dies, acetum tertio quoque renouando: & ex vnguento albo,ſulphure,alumine,bolo ar.& argento viuo tuſis in mortario plumbeo.

*De doloribus & mulis ſeu pernionibus quæ in calcaneo fiunt.*

L.3.f.22. tr.2.c.29. *Quandoque* iſta accidunt ex offenſa calciamenti, quandoque ex frigore. Et ſanat ipſa, vt dicit Auicen. embrocha ex aqua frigida plurima facta,& epithema ex memitha, & bolo ar.diſſolutis: & iuxta doctrinam datam ab eo in quarto,ad excoriationem calciamenti:& dictam ſuperius ſuperficialiter de contuſione carnis. Haliab autem præcipit ponere corium ocreæ puluerizatum,aut(vnà cum Galen.xj.pharmacorum)pulmonem arietis ſeu Cap.8. porci combuſtum & puluerizatum: & ſedato dolore,gallam & acaciam aceto diſſoluta. Vſus autem communis ad ſedandum dolorem baſilicon ponit:ad deſiccandum verò,vnguentum album. Sed tempus eſt dare quietem huic ſexto: Ille qui dedit motum corporibus, quietem veram det animabus.Amen.

# TRACTATVS SEPTIMVS,

## QVI ANTIDOTARIVM DICITVR,

duas continens doctrinas:

*Prima eſt de vniuerſalibus antidotis ſeu auxiliis.*
*Secunda erit de particularibus.*

Prima habebit duodecim capitula.

### CAPITVLVM PRIMVM

*De phlebotomia,cucurbitulis,& ſanguiſugis,&c.*

DECERET prolongare ſermonem, ſi de antidotis quibus ducitur finis intentionis noſtræ in chirurgia ad loca ſubiecti, tractarem exquiſitè: niſi per totum librum, tractando modum ducendi finem illum per curatiuas intentiones, allatis exemplis multa & magis propria eſſent inſerta.Et qui non erit contentus,& plura habere voluerit,quærat & accipiat à toto continente,&

te,& ab antidotario magno Azarauij, in quibus mille millia auxiliorũ antiquorum inueniet aggregata. Empirica & incantationes parum admiſi, quorũ in gilbertina & Theſauro pauperum copia inuenitur multa. Verũtamen vt non videar exire tramitem aliorum, breuius quàm potero aliqua magis tamen communia,& mihi vſitata,commemorabo. Et non diſpliceat reiteratio: quia multoties repetita proſunt vtilia. adhæc, ſeipſa corrigere poſſunt duplicata, Porro quia phlebotomia inter omnia eſt magis cõmune & generoſum auxilium (nam inefficax omne reliquũ in ægritudinibus ſanguineis fit ea, omiſſa in ix. ther.) incipiendum eſt ab ipſa. Phlebotomia eſt inciſio venæ, euacuãs ſanguinẽ & humores cũ ſanguine in venis decurrentes. Ita deſcribit eã Arnaldus in libro de opere particulari, in quo opus phlebotomiæ adducit in exemplum. Et ideo dicebat Aui. in quarta primi, quod eſt euacuatio vniuerſalis multitudinem euacuans. Et in prima tertij, ait eſſe communem humorum euacuationem. Et Gal. in vj. aphoriſ. quibuſcunque phlebotomia, &c. inquit, Phlebotomia cõmune auxiliũ eſt ægritudinũ plethoricarũ. Et eſt, ſecundũ Rhaſim in iiij. Alman. multũ conferẽs ad ſanitatẽ cõſeruandã, & ad ægritudines curandas, ſi fiat vt oportet. Si verò fiat aliter, eſt cauſa debilitatis virtutis, & generationis hydropiſis, & aliarũ malignarũ ægritudinum, & anticipationis ſenectutis. Phlebotomia enim magna facit, vt probat Gal. in libello de phlebotomia exẽplo illius Romani qui in oculis patiebatur: ita vt ex eo Eraſiſtrateus qui inhibebat phlebotomiam, ſanguiſuga fuerit vocatus. Eſt autem ſecurius auxilium quàm pharmacia: quia hoc bonum maximè in phlebotomia exiſtit (vt dicitur ibidem) quod vbi volumus eam ſiſtere, ſiſtamus: quod ſemel autem tranſglutitum eſt, operatur, neque poſſumus ſiſtere vt volumus.

*Li. petri Hiſp.* *Cap. 4.* *Cap. 4.* *Cap. 20.* *Tr. 1. cap. 29.* *Aph. 47.* *Cap. 17.*

Circa hoc generoſum auxiliũ Gal. in libello prædicto de phlebotomia, quærit quinq; problemata. primũ, quinam ſunt qui euacuatione indigent. Secundum, qui cum phlebotomia. Tertiũ, qui ſunt illi qui poſſunt eã ſuſtinere. Quartũ, per quas venas eſt faciẽda. Quintũ, eſt de menſura phlebotomiæ. Deinde determinat tempus. Et alij doctores regimen ipſius addiderunt. Primum autem inquiritur per vtriuſque repletionis præſentiam: ſecundum vaſa videlicet & virtutem, prout in libro de multitudine, & quarto ſanitatis tu. eſt diſtinctum. Quæcunque enim repleta ſunt euacuare oportet (vt in aphoriſmis clamat Hippoc. doctrina) ſiue ſit ex parte ſanatiua, ſiue ex præſeruatiua, vt à nobis ſine cauſa non conteratur ſermo, ſicut dicit Gal. in commentario. Secundum oſtenditur per venarum repletionem (in cõmẽtario illius aphoriſ. [Dolores oculorũ] & quarto ſanitatis, & vbique: ſi eſt ex omnibus humoribus æqualiter, ſiue ex ſanguine abundante) eſſe faciendã euacuationẽ per phlebotomiã: quia venæ loca ſunt ſanguinis & aliorum humorum, maximè naturalium, vt in anatomia fuit dictũ. Sex verò ſunt intentiones propter quas eſt vtilis phlebotomia. Prima, ad euacuandum. Secunda, ad diuertendum. Tertia, ad attrahendum. Quarta, ad alterandum. Quinta, ad præſeruandum. Sexta, ad alleuandum. De prima

*Cap. 12.* *Aph. 22.* *lib. 2.* *Aph. 31.* *lib. 6.* *Poſt prin.*

Cap.6. dixerunt methodici,& alij plurimi(vt deducitur lib.iiij.therap.)quod eua-
cuatio pro obiecto ſolum reſpicit plethoricum concurſum:de quo ibidem
Cap.9. reprehendit eos Gal.Et in libello allegato de phlebotomia, docet phlebo-
tomiam non ſolùm fieri propter multidinem, ſed propter paſſionis vehe-
mentiam ſine plethora, incipiente phlegmone vel ea inſtante propter per-
cuſſionem, vel dolorem,& humorum(præcipuè ſanguineorũ) abundantiã,
vel imbecillitatem particularum. Iſta enim pariunt phlegmonem, abſque
totius corporis plethora. vehementiam autem paſſionis vocat tripliciter:
aut propter principem dignitatem patiẽtis particulæ, aut propter magni-
Cap.15. tudinem diſpoſitionis,& tertium propter ipſius malum morem. De ſecun-
16. &19. da dicebatur in libello ſupradicto, aſſumi phlebotomiam aliquando vt e-
2 uacuatiuũ,aliquando vt antiſpaſticũ,id eſt reuulſiuũ auxilium: vt in fluxi-
Cap.3. bus ipſe declarat ibi,& lib.quinto ther.hæmorrhagiam patiente nare dex-
Aph.68. tra faciendam in dextra manu: altera verò, in ſiniſtra. Et ea eſt Hippo.in
quinto aphoriſm.cantilena: Poſteriora capitis dolentibus,in fronte recta
vena inciſa confert.Non ſolùm(vt in comment. docet Gal.)nititur Hipp.
Cap.19. euacuare vbi oportet euacuare,ſed cum antiſpaſi. De tertia dicitur in eodẽ
3 libello, quod ſi menſtrua prouocare velimus, venas inferiores aperimus,
vel ſuras ſcarificamus tempore aſſueti motus.De quarta dicebat Gal.in no-
Cap.4. 4 no therap.& in commentario 23.primi aphoriſmorum. Exeuntia non ex
multitudine ſunt æſtimanda &c. quod phlebotomia vſque ad lipothy-
Aph.47. miam,refrigerationem totius habitus confeſtim efficit, & extinguit febrẽ
5 ac ſi iugulaſſet eam.De quinta oſtendit in eodem libello, & commentario
illius ſexti aphoriſmi. [Quibuſcunque phlebotomia confert &cæt.quod
phlebotomia multos paratos incidere in ægritudines, præſeruat vt non
cadant in eas: quod declarat de paratis ad ſpuendum ſanguinem, ad peri-
pneumoniã,anginam, epilepſiã & apoplexiam: qui facta phlebotomia ve-
rè,fuerunt præſeruati ab eiſdem.Etiam in caſibus,& percuſſionibus,& vul-
neribus præmittitur phlebotomia,vt aduentus phlegmonis (vt dictum eſt)
prohibeatur. Melius eſt enim præmittere phlebotomiam,quàm multitu-
6 dinis expectare ſymptomata. De ſexta loquitur Galen.in xj.thera.cap.15.
verſus medium: igitur optimum quidem vt dictum eſt, venam incidere,
non ſolùm in ſynochis febribus, ſed in aliis omnibus quæ conſiſtunt in pu
tredine humorum, quando vel quæ ætatis, vel virtutis indicatio non pro-
hibuerit. Alleuata enim quæ diſpenſat noſtra corpora natura, deponens
quod aggrauat eam velut aliquod onus,dominabitur reliquo facile.Itaque
&digeret quod digeri poteſt,& excernet quod excerni poteſt,propriarũ a-
ctionum memor. Tertium nẽpe qui ſunt illi qui eam poſſunt ſuſtinere,cõ-
cluditur in eodem libello:quod ſunt habentes virtutem robuſtam, venas
magnas & amplas,habitudinem non multum macilentam,& colorem non
album,& carnem non mollem. Contrario autem modo diſpoſiti,nequa-
quam ſalubriter eam ſuſtinere poſſunt.ſanguinem enim modicum habent,
& facile euaporabilem carnem. Et ſecundum iſtam rationem,infantibus
non

non eſt mittendus ſanguis ante quatuordecimum annum, neque ſenibus vltra 70. niſi præſente magna neceſſitate: & tunc cũ præuiſione, & cautela. Et ſecundum ipſummet Gal. vt affirmat Rabbi in primum ad Glauc.) inſueti phlebotomiæ non ſuſtinent phlebotomiam, neque habentes ſtomachum debilem, neque corpora diarrhœis occupata, neque crapulam ſeu indigeſtionem patientes in ventre: vt etiam lib. xj. therapeut. dicebatur. Et Hippocr. prægnantes excipit, ſaltem quantum ad poſtremos mẽſes. Quicquid ſit, tamen ſignificatio in prohibendo phlebotomiam quæ ſumitur à virtute, omnes alias ſuperat, in 9. therapeut. Multi enim propter debilitatem virtutis in phlebotomiis perierunt. Commune autem eſt in vtroque opuſculo, cuſtodire virtutem. Et hinc eſt quòd omnia illa quæ debilitant virtutem, prohibent phebotomiam: vt fluxus ventris, ac purgatio alia, nimius ſudor, colicus dolor, ſpaſmus, tremor, longa ægritudo, ſuperfluus coitus, nimium balneum, anguſtiæ, ſolicitudines, vigiliæ, labores, & id genus. Rhaſis autem in quarto Alman. addit, quòd qui multa carne, & nimis rebus dulcibus vti conſueuerunt, phlebotomiam pati optimè poſſunt. Qui verò paſſi ſunt abſtinentiam, & interiora habẽt debilia, & qui phlegmatici ſunt, & ægritudines conſueuerunt habere frigidas, ac qui habitãt in regione & aëre calidiſsimo aut frigidiſſimo, iis præſcribi non debet phlebotomia. Ebrio & moleſtia affecto nõ mittatur ſanguis, donec omnino iſta ab eis fuerint remota: niſi ex tarditate phlebotomiæ magnus immineret timor, in ſeptimo Alman. Particulariter autem & exquiſitè omnes ſignificationes concedentes & denegantes phlebotomiam, pertractauit optimè magiſter Arnaldus in libello ſuo ſuperius allegato de phlebotomia, per conſiderationem rerum naturalium, & non naturalium, & contra naturã: docendo eas menſurare & ponderare, & ex eis facere vnum capitulum, & dare magis inſtantibus quantum poſſibile eſt, alias non negligendo, imò eas mitigando, vel per quantitatem phlebotomiæ, vel per alias eas corrigendo, prout dicetur de pharmaciis infrá. Quia tamen iſtud eſt magis phyſicum, quàm chirurgicũ, dominis phyſicis dimitto in præſentiarum. Quartum, per quas venas eſt phlebotomia facienda, eſt notificatum per vniuerſum tractatum. In ſumma tamen ponit Halyab. in ix. ſermone partis ſecũdæ libri regalis diſpoſitionis, venas quę minuũtur in hominibus eſſe xxxiij: quarum duodecim ſunt in brachiis, duæ (ſcilicet) medianæ vocatæ, duæ cephalicæ, duæ baſilicæ, duæ axillares, duæ cubitales, duæ ſeynales. In capite ſunt xiij: duæ poſt aures, duæ in angulis oculorum, duæ organicæ, duæ verticis, vena frontis, vena puppis, vena naſi, duæ venæ ſub lingua. In pedibus ſunt octo: duæ in genibus, duæ ſaphenæ, duæ ſciaticæ, duæ pectinis pedis. Albucaſ. verò non ponit niſi vigintiſex: quarum decem ſunt in capite, decem in brachiis, & ſex in tibiis & pedibus. Galenus autem in libello ſæpe allegato dicit, venas quæ inciduntur in cubito eſſe tres: internam, externam, & mediam. Illa autem quæ eſt intus, partibus collo inferioribus confert: quæ verò extra, his quæ ſupra: media verò, iuuat vtraque. Venæ autem

*Partic. 12. aph. 5*
*Aph. 31. lib. 5.*
*Cap. 13.*
*De conſ. op. med. diſt. 3. tr. 1. cap. 2. 3. & 4. item diſt. 2. c. 1.*
IIII
*Li. 2. c. 97*
*De phlebot. c. 16.*

inferius ſunt duæ: ſcilicet illa quæ incedit per inguina, ad plicaturam genu, alia per ſuras & malleolos: quæ propter paſſiones renum, matricis, & veſicæ aperiuntur. Ita etiam & ſecundum oculorum canthum phlebotomiam facere, paſſiones oculorum iuuat. Et quæ ſecundum linguam, phlegmonibus pharyngis conferunt: aliarum tamen communium præcedente phlebotomia. Conueniens enim eſt vniuerſales euacuationes præcedere particulares, vt clamat tota iſta doctrina. Arterias autem multi dubitauerunt incidere propter periculum ſanguinis, & aneuriſmatis: veruntamen

*De phleb. cap.22.* Galenus ratione motus, in paſſionibus ſpumoſis præcipiebat incidere eas quæ in temporibus ſunt, & quæ poſt aures. Et per ſomnium habuit, venas quæ in extrema manu ſunt, incidere. Totam verò inciſionem earum minus verebatur, quàm ſecundum partem. Communis autem in his omnibus ſermo eſt: quod incipientes phlegmonas antiſpaſticè, id eſt, conuenit euacuare: perfectas verò & diuturnas, ex ipſis particulis euacuare decet, ſi eſt poſſibile: ſi verò non eſt poſſibile, ex proximis in v. therapeut. Et hæ erant duæ Hippocratis intentiones communes, omnis immoderatæ euacuationis. Deriuatur & euacuatur ad loca propinqua, reuellitur ad oppoſita & longinqua: capitulum libelli de phlebotomia ſeruando, vt omnis antiſpaſis fiat cat' ixin, hoc eſt ſecundum rectitudinem, non tranſcendendo duas diametros: vt in fluxibus narium, hæmorrhoidum, & menſtruorum declaratur, à ſuperiori ad inferius, & à dextro ad ſiniſtrum, ab anteriori ad poſterius. Euacuatio verò & deriuatio, ad proxima: vt ab hepate ad manum dextram, à ſplene ad ſiniſtram. Intelligendo ſanè de ſplene, quantum ad materiam craſſam ipſi paratam nocere, quæ magis eſt & euacuatur per partem ſiniſtram: Non autem quantum ad directionem venarum, cùm nulla quæ dirigatur ad manum, oriatur ab eo: vt in anatomia clarè manifeſtatur. Et intelligitur euacuatione deriuatiua, & aſſumptiua: quia de antiſpaſtica, quæ competit durante & imminente

*Cap.3.* fluxu, ſemper fit per oppoſitam partem. & ita intelligitur dictum Auenzoaris in ſuo theyſir libro primo, tractatu xvj. de pleureſi: vt fiat phlebotomia è baſilica brachij oppoſiti, quamuis (vt dicit) cuidam nouo medico noſtri temporis videatur facienda ex eadem parte ægritudinis, inducendo ſuper hoc verba logicalia & ſophiſtica: quod mihi nullatenus videtur eſſe rationabile, neque verum: imò credo certiſſimè, quod facere illud, omnino eſt mors infirmi. Timore tamen ſecurato de fluxu, fiat ab eadem

*Sect.10.* parte, ſicut præcipit Hippocrates in ſecundo regim. acut. [Quando dolor ad ſpatulas aſcendit] & Gal. lib. quarto therapeut. & xiij. & vbique. Et iſta

*Lib.1.fen. 4.cap.20.* fuit intentio Auicen. quando dixit, in principiis morborum ex repletione penitus dimittendā eſſe phlebotomiā: ſcilicet euacuatiuā, & deriuatiuā, ſeu aſſumptiuā ex eadē parte: quæ nō debet fieri niſi poſt ſtatum, dum maturatio apparuerit. Quin autem fieri poſſit, & debeat antiſpatica, & ſubtractiua ex parte oppoſita & longinqua, non negat: imò concedit in principio apoplexiæ, anginæ, & in magnis apoſtematibus pernicioſis, & fortibus

dolo-

doloribus,& (ſi eſt neceſſe) vſque ad ſyncopē excluſiuè, vt tenet ſchola no ſtra cōmunis:hoc tamen non debemus facere, niſi cōſtet nobis de virtute. Redeundo ad propoſitum, licet Auic.magis ſpeciatim tradidit ad quas ęgritudines, ſingulares inciſiones venarum conferant, ſufficit tamē chirurgo in genere quod dictum eſt à Galeno. Albuc. verò triplicem tradit modum incidendi venas: communes,per lōgitudinem: venas particulares,per tranſuerſum:arterias,per ligaturam & cauterium,vt dictum eſt in tractatu. Et dat tres formas phlebotomorum:cū cultellari,quæ eſt ſcalpellū, ſeu lāceta communis:cū myrtino,quod eſt latū ſcalpellum : cum foſſorio, quod eſt inſtrumentū equorum:& hoc ſufficit de quarto problemate. Quintum eſt de mēſura phlebotomiæ,de quo dicitur nō poſſe dari certā regulā, cùm omnia medicinalia ſint cōiecturalia, vt dicitur in libello de phlebot.c.12. & tertio therap.Nihilominus menſura definitur ſecundū Arnald.ſequēdo doctrinam Hipp.hoc modo:vt quæ egrediuntur, non quantitate ſolū, ſed & tollerantia æſtimentur:addendo ſolùm contemplationem temporis,regionis,ætatis,ægritudinum quibus curā dare oportet. Sunt verò inter hæc potiora ad menſurandum quantitatem phlebotomiæ,quantitas ægritudinis,& virtus.Nam ſi neceſſitas eſt magna, & fortis eſt virtus,fiat magna vna vice,& vſque ad ſyncopem dictam. Si verò virtus fuerit debilis,non fiat tanta ſimul ,ſed per ſecundationes & vices diuidatut. Attendere autem oportet debilitati ex pulſu:quemadmodum Gal.aſſueuerat in phlebotomiis ſemper tangere ipſum:& quādo percipiebat inæqualitatem & diminutionem, ſtatim iubebat ſiſtere phlebotomiam. Sanguis autem dum exit, eſt obſeruādus : quoniam ſi mutatur in meliorem diſpoſitionem,illicò eſt cohibēdus:vt in lib.2.regim.acut.dicebatur.Magna phlebotomia apud Gal. & Auic.confirmantem,eſt ad vj.lib.minor,ad mediā lib.media & communis,ad vnam lib.Et ſecundum Damaſcenum conſulitur,quibus in iuuentute quotannis quater phlebotomia vti conſuetudo affuerit, ij poſtquā quadraginta annorum erunt, tertio quoque anno ſemel. A 50.autem vſque ad 60.ſemel autē bis tantū eſt cōcedendū:vlterius,verò,ex toto dimittēda eſt. Sextò eſt,de tēpore phlebotomię:vbi ſciendum ſecundū doctrinā Auicen. phlebotomiā habere duas horas,ſcilicet neceſſitatis,& electionis.Hora neceſſitatis eſt in qua fieri oportet,& quę tardari nō pōt,& in qua res prohibēs nō cōſideratur abſolutè & omnino,licèt aliquatenus, vt dicit Arnal. & bene,ſi illud prohibēs maius nocumentū daret,quàm iuuamentū. Et tunc illud nocumentū corrigeretur: ad aliam euacuationē permutādo:vt in puero pleuretico fit ſcarificatio,loco phlebotomiæ.tametſi Auenzoar filio ſuo trium annorum venam ſecuerit,& euaſit eo remedio à morte, vt teſtatur Auerrois in ſeptimo Colliget:non tamē hoc laudat. Et ſi fecit,erat fortè magna ſynoche,& cōſtabat illi de virtute:& ſi fuit ſanatus,hoc fuit de rarò cōtingentibus.Omni autē hora diei & etiam noctis,præſente forti ægritudine,& robore virtutis(exceptis infantibus) poteſt fieri phlebotomia,vt dicit Galen.in lib.præallegato.Hora verò electionis attenditur penes radicē

*De phleb. c.6.& ſequentib.* — *Cap.12.* — *Doct.4.c.10.aph.1.* — *Aph.23.lib.1.* — *De phleb. cap.12.* — *De phleb. c.14.ſect.10.* — *Aph.13.* — *Li.1.fen.4.cap.20.* — *Cap.3.* — *De phle. cap.9.*

inferiorem & ſuperiorem, quæ in corpus agunt, vt in tertio de creticis dictum eſt à Gal. Radix autem inferior obſeruatur, ſecundum Galenum & Auic. vt in ventre ſit digeſtus cibus, & extra ſit expulſa ſuperfluitas, à ſecunda hora diei vſque ad tertiam,& dies ſit quieta, luminoſa, non turbata,neque pluuioſa ( vt dicebat ſocius concordantiarum ) tempus vernale, vel autumnale: & ſi declinaret ad hyemem, vt eligatur dies auſtrina, & conſimilia. Radix ſuperior obſeruatur, vt luna habeat bonam lucem in 7. 9.aut vndecimo die aſcendendo,17.19. 21.deſcendendo, euitando coniunctionem & oppoſitionem:& ſit in loco & ſigno bono,libera à malis: vt in tract.de aſtronomia declaraui. Quòd ſi tamen ſecundum te ( qui debes aliquantulum aſtrologiam callere) non conueniant ambæ radices in vnum & idem, tametſi cauſa primaria plus influat quàm ſecundaria, eo tamen quòd radix inferior eſt effectus ſuperioris,& cognitio effectuum eſt nobis medicis certior quàm cauſarum,adhæc idem eſt iudicium ex ſecundis ſtellis,& primis,ſiue ſint cometæ,ſiue quæcunque aëris impreſſiones,per quas *Lib. 4. de morbis.* intellexit Hippocr. cœleſte ſignum: ideo melius eſt tenere certum,& dimittere incertum. Anxia & dubia eſt ſcientia iudiciorum: & ob hoc ſolennes phyſici,vt Auicen.& Auer.in medicina de ipſa non multum curauerunt. De diebus verò Ægyptiacis,licet non ſit multum curandum, nihilominus propter hominum imaginationem,& verba obſeruantur.De illis verſiculis,Luna vetus veteres,iuuenes noua luna requirit, non multum cu- *Doc 4. c. 6.aph.10. & 11.* ro.Magiſter tamen Arnaldus in ſuis aphoriſmis deducit, quòd circa medium tertiæ quadræ melior abſolutè eſt phlebotomia: quia tunc humiditates non nimis ſunt condenſatæ, neque defluentes. Neque de horis mo- *De reg.ſanit.c.37.* tionis humorum ( quam ſecuti ſunt multi Salernitani ) præfatus magiſter curauit: bene tamen voluit, paruas venas, quia melius apparent hora veſpertina quàm matutina: hora illa tundi. Etiam vult, vt hyeme incidantur ſiniſtræ venæ: æſtate, dextræ: eo quòd humores quos quærimus *Reg. Saler.* illis temporibus euacuare, magis in partibus illis ſitum habent.. Vnde verſus,Æſtas,ver dextras,autumnus hyémſque ſiniſtras.De regimine phle- VII. botomiæ(quod erat ſeptimum) conſiderantur tria. Primò, regimen phlebotomiam exercentis. Secundò, regimen phlebotomiam patientis. Tertiò,regimen & iudicium ſanguinis extracti. De primo oſtendit ratio, & Halyab. affirmat in nono, phlebotomiæ operatorem eſſe debere iuuenem ſtrenuum,acuti viſus & venam ſecare conſuetum, & munitum bonis ſcalpellis diuerſarum cuſpidum. Hic fricato loco, & à parte ſuperiori inſtita ligato, quæſita & inuenta bene vena cum pulpa indicis (tenendo ſcalpellum duobus aut tribus digitis) ſuauiter aperiat eam, non totam perforando, ſed aliquatenus eleuando, vt non lædatur arteria, neque neruus. Et facta euacuatione ſufficienti, & ſoluto membro, diligenter claudatur vulnus xylo & ligatura.Sit autem munitus ſemper phlebotomiæ operator,xylo & faſciis,& pulu.rubro,propter hæmorrhagiam ſi accideret,vt dicit Auic. Regimē phlebotomiam patientis tripartitum eſt, in re-

in regimen ante phlebotomiã & in actu & poſt actũ. Antequã fiat phlebotomia, regatur phlebotomiã paſſurus hoc modo. Si ſuſpicemur ſanguinem craſſum, aut tẽpus eſt frigidũ, debet modicũ pręambulare, aut pridiè balneũ intrare, præcipuè ad phlebotomiã paruarum venarum manus & pedis. Et ſi venæ non bene apparent, conſulit liber Elhandi per diẽ, & horã pręcedẽtẽ loco venarũ admouere emplaſtrũ ex fermento. Et ſi dubitaremus de virtute ante phlebotomiam, dãdus eſt panis aſſus cum vino. Et ſedeat, ſi eſt fortis, ſi debilis, iaceat aliquantulum eleuatus. In actu verò phlebotomiæ, debet remouere zonam, & lapides, ſi geſtet in burſa, aut in annulis, qui habent virtutem ſanguinem retinendi. Facta apertura teneat baculum in manu, & moueat digitos, & tuſſiat, & percutiatur modicũ manu ad ſpatulas. Et ſi tẽpus eſt frigidũ, aut ſi ſuſpiceris ſanguinẽ eſſe craſſum, fiat larga plaga: & in oppoſitis ſtricta. Verùm, ſecundatio largam etiam requirit: ſubtractio, & antiſpaſis, & debilitas virtutis, ſtrictam & cum epaphæreſi. Non tamẽ eſt mirandum, ſi epaphæreſis & ſtricta plaga faciunt apparere pulchrum ſanguinem: quia, vt dicit Auicenna, talis plaga interdum clarum ſanguinem & tenuem fluere facit, ſpiſſum verò & turbidum retinet. Debet etiam eſſe parata aqua frigida: & vocetur, & fricetur, & cætera fiant quæ in ſyncope ſunt dicta. Poſt verò phlebotomiã, ſi eſt calefactus, detur granatũ cũ aqua frigida, vt dicit Gal. Si verò nõ eſt calefactus, dẽtur folia ſaluiæ vino madefacta, vt dicit. Arnald. & reponatur in lecto iaceátque ſupinus, ad partẽ non vulneratam modicum inclinando: & claudantur hoſtia, ne exuberans claritas offendat viſum, vt idem conſulit Arnaldus. Poſt autem vnam horam, comedat mederatè, & non ingurgitet ſe: ne more Gallico iterata procuretur phlebotomia: vt idem dicit Arnaldus. Et cibus ſit bonæ ſubſtantiæ & qualitatis, vt bonum ſanguinem generet, & prauum (ſi remanſit) emendet. Potus autem augeatur reſpectu cibi, non reſpectu conſuetudinis, vt dicit Ioannes de ſancto Amando. Si dormire conſueuit, poſt duas aut tres horas modicum dormiat, authoritate Galeni nono therapeut. ſit tamen cautus in cuſtodia venæ. Immediatè tamen poſt phlebotomiam dormire prohibet Auicen. ne ex motu humorum extrorſum propter phlebotomiã, ad extrorſum propter ſomnum in membris fiat confractio. Et tale regimen per tres dies ad minus teneat phlebotomiam paſſus. De iudicio & inſpectione ſanguinis poſt phlebotomiã multi tractauerunt, maximè Gordonius & Henricus, qui in hoc ſequitur eum: & dixerunt multas phantaſias: quę non ſunt in vſu, quas dominis phyſicis dimitto, quod ad præſens attinet. Sufficit enim chirurgo exhilarare phlebotomiã paſſum, dicendo eam fuiſſe bonam. Nam ſi ſanguis extractus eſt bonus, ſignum eſt eum qui remanſit eſſe meliorem: ſi autem eſt malus, bonum eſt illum exiiſſe. Sanguis bonus eſt ille, qui ſubſtantia non eſt nimis craſſus, neque tenuis: ſed eſt fragilis, compe tenter temperatus, colore ruber, purus, odore & ſapore iucundus. Sanguis malus eſt ille qui deflectit ab iſto: vt ille qui declinat ad tenuitatem, & citrinum colorem: & amaritudinẽ, & odorem habet acrẽ, dicitur cholericus.

*De cauſ. op. med. cap. vlt.*

*Cap 4.*

Qui verò ad craſſitiem,& nigredinem, aut citrinum colorem,& ad acredinem,& odorem habet acidum,eſt melancholicus. Qui ad viſcoſitatem,& albedinem, & ſaporem & odorem habet dulcem & aquoſum, eſt phlegmaticus. Qui multum habet aquoſæ ſubſtantiæ & vrinæ,ſignificat multitudinem potus,aut renum debilitatem. Qui eſt granuloſus & cinereus,ſignificat lepram.Et modus lauandi, in capitulo de lepra fuit dictus.Color niger & viridis,cineritius & pauonicus, eſt malus: quia ſignificat corruptionẽ humorũ,& promptitudinem ad febrẽ, & apoſtemata,& ad puſtulas malas. Et ſpiſſitudo & fortitudo illius cutis ſuperioris, quæ cũ difficultate rũpitur virgula (qua ſemper debet fieri probatio)ſignificat proptitudinem ad oppilationes. Color autẽ ſepoſus aliquãdo ſignificat frigiditatẽ,aliquãdo aduſtionem,vt dicunt. Diſtinctio tamen habetur per corporis habitudinẽ.Et humor qui non poteſt coagulari,ſignificat naturalem non eſſe: & qui poteſt coagulari in debito tẽpore (ſaltem mediæ horæ) quandò eſt refrigeratus eſt naturalis,authoritate Gal.in libello de cholera nigra. Porrò in his omnibus conſulendũ eſt vt vocentur domini phyſici, qui præſcribãt eis bonum regimen,& purgationem decentem: Aliàs ſtatus ipſorum eſt periculoſus.

*De cucurbitulis.*

*Ventoſatio* eſt appoſitio cucurbitularum per quam materia intercutanea euacuatur.Eſt autem cucurbitula inſtrumentũ pyxideum,orificij ſtricti & ventris ſpatioſi.Et ſecũdum Albuc.fiunt ex cornu,& ex ære, atque vitro: & aliquando admouentur cum ſcarificatione,& aliquando abſque illa.Et illæ quæ fiunt cum ſcarificatione,extrahunt materias ſenſibiliter:Illæ verò quę abſq.ea,inſenſibiliter. Et dicit Auic.cucurbitulas magis extrahere ſanguinẽ tenuẽ quàm craſſum, & ſuperficialẽ magis quàm profundũ. Vnde Halyabbas nono ſermone partis ſecundæ,faciens comparationẽ inter phlebotomiã cucurbitulas, & ſanguiſugas (quas hirudines vocat)dicit phlebotomiã magis euacuare à profundo:cucurbitulã verò quæ cõfinia ſunt cuti:hirudines,quæ inter corporis profundum & cutim, extrahunt.Et propter ea phlebotomiæ fortior eſt euacuatio quã ſicyarũ:(id eſt cucurbitularũ) ſicq. & hirudinũ ꝗ ſicyarũ. Porrò quia in conſeruatione ſanitatis, & curatione ægritudinũ in multis ſubueniũt(dũmodo admoueãtur vbi & quãdo oportet,& poſt vniuerſales euacuationes)de ipſis duo inquiruntur. Primò,propter quid fiũt:ſecũdò,quomodo fiũt.Primò dicitur,ꝙ principalis intentio cucurbitularũ cũ ſcarificatione,eſt euacuare ſenſibiliter,& tenere locũ phlebotomiæ,quãdo ipſa propter aliquid prohibẽs,fieri nõ poteſt: vt in pueris ante 14.annos,& ſenibus vltra 70.& ſic de aliis.Et illud fuit cõſiliũ Gal.in cõmẽtario regiminis acutorũ,& hinc eſt ꝙ Auic.vocat eas vicarias venæ ſectionis. Ad quã vtilitatẽ cõplendã,licet cõſueuerũt poni ab operatorib.in multis locis,nihilominus loca quinq; vel ſex ſunt magis in vſu. Primò,ad euacuandũ materiã à capite & à partibus eius, iubent eas ponere in fontanella colli.Et illic tenent locum cephalicæ,ideóque valent ad ægritudines

*Lib.1.f. 4.c.21*

ocu-

oculorum, & infectiones faciei, & fœtorẽ oris. Secundò, ponuntur in medio ſpatularum, ad euacuandũ materiam quæ in mẽbris cõtinetur ſpiritualibus: & tenẽt locum medianæ. Et ideo valent ad ægritudines [pectoris] aſthma, pleureſim, ſputũ ſanguinis. Tertiò ponuntur ſuper renes & anchas ad euacuandum materiam, quæ eſt in mẽbris nutritionis: & tenẽt locũ baſilicæ. Et ideo valent ad oppilationes, & apoſtemata, & dolores hepatis, renum, & ſcabiẽ totius corporis. Quartò ponuntur in medio brachiorũ, propter arthritidẽ & partium illarũ dolorem. Quintò ponuntur in medio coxarum & tibiarum, & iuxta malleolos: & tenent locum ſaphenarũ. Et ideo prouocant menſtrua, & ſanant ſtranguriam, & dolores matricis, & veſicæ, & conferunt podagræ & vlceribus malis. Cucurbitularũ autẽ ſiccarũ ſine ſcarificatione, intẽtio principalis eſt attrahere, ad quam vtilitatem, cõplendam ponuntur in vndecim locis. Primò ponuntur ſuper hypochondria, ad reducendũ & diuertendũ ſang. à naribus, lib. quinto therap. Oportet autem quãdo fluit ex dextra nare, ſuper hepar firmare: quãdo verò ex ſiniſtra, ſuper ſplenem. Secundò ponuntur ſub mãmillis, ad diſtrahendum & diuertendum fluxum menſtruorũ, vnde in quinto aphoriſmorum, Mulieri mẽſtrua ſi velis retinere, ſicyam maximã ad mãmillas appone: non in ipſis mãmillis ſed ſub eis ab inferioribus partibus, vt dicit commentarius. Nonnulli verò (& tertiò) ponunt cucurbitulas ſuper proram capitis, ad ſubleuandum vuulam & ſiſtendum rheuma. Attrahitur enim materia è profundo ad exteriora: quod eſt conſilium Galen. tertiodecimo therapeuticæ. Et ad iſtam intentionem ſæpiſſimè ponuntur in apoſtematibus emunctoriorum: in quibus præcipit Auicenna, extrahere materiam quantum fieri poteſt. Et ſi nõ alio, ſaltem cucurbitulis. Ponuntur etiam (ſecundum Gal. vbi ſuprà) in coxis, ad menſtrua prouocanda: necnon & propè apoſtemata iuncturarum, vt apoſtema remoueatur & elongetur à iunctura. Quartò, ponuntur cucurbitulæ in paralyſi ſuper originem neruorum, ad calefaciendum ipſos, in tertio canonis, capitulo de paralyſi, & tertio interiorum: ex quo contra Archigenem probat Galen. cerebrum eſſe principium virtutis animalis. Quintò ponuntur ſuper ventrem in colica, vt diſſoluendo vaporem ſedetur dolor, duodecimo therapeut. Dolor demũ qui ex ſpiritu ventoſo fit, præcipuã ſanationẽ habet per ſicyã cum copioſa flãma: ſiue ſit ſecundũ inteſtina, ſiue ſecundũ aliã particulã. Sextò, ponuntur ſuper matricẽ & inteſtina ad reducendum ea in loca ſua, iuxta conſilium Auicen. in tertio canon. in capitulis ſcitis. Septimò, ponuntur cucurbitulæ in plicatione coſtarum & ſimilium oſſium, ad reducendum & rectificandum ea. Octauò, ponuntur ſuper vias & poros per quos tranſit vrina è renibus ad veſicam, vt faciant deſcendere lapidem in veſicam: vt in tertio canone conſulit Auicenna. Nonò, ponuntur ſuper aures, & foramina vlcerum profundorum, ad extrahendum ſi quid alienum fuerit intra ipſa. Decimò, ponũtur ſuper collũ, ad ampliandum viam anhelitus & cibi, in angina. Vndecimò, ponuntur

*Cap. 3.*

*Aph. 5.*

*Cap. 19.*

*Lib. 4. f. 3. tr. 1. c. 19.*

*Li. 13. th. cap. 19.*

*Fen. 2. cap. 4.*

*Cap. 4.*

*Cap. vlt.*

*Li. 3. fen. 21. tr. 4. cap. 7.*

*Fen. 18. tr. 2. c. vlt.*

ſuper morſuras & puſtulas venenoſas,vt extrahatur ab eis venenum.

*Circa* ſecundum,quomodo fiunt,& circa regimen ipſarum,ſunt tria cō-ſideranda: videlicet quid ſit faciendum ante appoſitionem, quid in actu, quid verò poſt actum. De primo eſt Auicennæ intentio, vt cucurbitu-larum applicatio (vt dicunt antiqui) fiat electiuè in plenilunio, & non in defectu lunæ. Nam,vt ipſe dicit,& Gal.concedit in tertio de criticis,& Albumaſar probat in magno introductorio,luna adaucta in lumine, adauget & trahit humores ad ſuperficiem corporis. Et ipſa diminuta,humores di-minuit,& ad interiora claudit. Adhæc bonum eſt vt dies ſit auſtralis,ab ho-ra ſecunda vſque ad tertiam. Præterea eſt intentio omnium operātium,vt ante cucurbitulæ admotionem per horam vnam balneetur & foueatur a-qua calida locus:quod verificat Auicenna, ſi ſanguis fuerit craſſus.In ſan-guine autem tenui,non eſt neceſſe: nam timendum eſſet de nimia reſolu-tione & debilitate. Eſt etiam præuidendum, vt nunquam fiat ſcarificatio, niſi præceſſerit appoſitio ſiccæ cucurbitulæ:quia oportet ſanguinem prius attrahere,quàm euacuare. Circa actum applicationis eſt ſciendum, cucur-bitulas quæ apponuntur eſſe duorum modorum, vt dictum eſt: quædam ſunt corneæ, quæ applicantur ſugendo:quædam vitreæ, quæ applicātur cū igne. In primo modo applicatur cornu cum ſuo foramine, & ſugitur,& at-trahitur ore aër, & attractionem aëris ſequitur eleuatio carnis, vt natura repleat vacuum:quod ſemper euitat, vt philoſophi probauerunt. In ſecun-do modo,ponitur intra cucurbitulam parum ſtuppæ ſiccæ carptæ, & can-dela incenſa inflammatur,& ſubitò applicatur, & conſumpto aëre natura (vt ſuccurratur vacuo)trahit carnem,& materiam in carne coniūctam. Albuc.autem aſſignat alium modum applicandi, ponendo modicum candelæ ignitæ in virgula exiſtente in medio cucurbitulæ. Poſt verò applicata ſemel aut bis cucurbitula ſicca,vbi eſt neceſſe, in ſpatio comprehenſo fiāt multæ ſcarificationes ordinatæ,& ſecundum cutem profundæ, cum phlebotomo aut raſorio. Et ſtatim poſt exſiccato loco cum ſpongia,denuò applicetur vt prius cucurbitula. Et ibi hæreat per mediam horam,quouſque ſanguine fue rit ſemiplena: & ipſa remota,& euacuata,& mundata,eodē modo iterū ap-plicetur,& diutius hæreat. Et poſt alia, quouſq; fuerit ſufficiēs euacuatio fa cta,à media libra vſq; ad lib.j.pro tenore virtutis, & quātitate repletionis. Et poſt primam appoſitionē, ſi non ſatis emittant ſanguinis, fricetur locus ſcarificatus orificio cucurbitulæ percuſſione vnguium:aut iterum ſcarifice-tur,quouſque bene fluat. Cauendum eſt tamen ne applicentur ſuper mamil las,neq; ſuper mēbra mollia:quia tanta carnis ſubſtantia ſubintraret,vt cu-curbitula non poſſet remoueri ſine difficutate. Modus autem remouen-di eſt,vt foueatur locus circumcirca aqua calida, & taliter commoueatur vt aër poſſit aliquatenus ſubintrare, & ipſam eradicare. Eſt etiam ca-uendum,ne nimis continuentur iuxta mineras virtutum:quia retro collū, nocēt memoriæ:terro ſpatulas,cordi: & in dextro hypochōdrio,hepati. Et tūc aqua roſata eſt in eorū faciē ſpargēda: aut panis vino ſaturatus vel mala grana-

*Lib.1.f.4. cap.21.*

*Lib.3.c. vlt.*

granata ſunt eis danda. Ducendus eſt ſanguis in actu applicationis,à circunferentiis cucurbitulæ appreſſu manuum ſuauiter verſus cucurbitulam. Facta autem operatione exſiccetur locus, & inungatur oleo roſato, aut aliqua axungia doloris ſedatiua:& regatur vt phlebotomiam paſſus.

### *De ſanguiſugis.*

*Sanguiſugatio*, eſt extractio ſanguinis cum ſanguiſugis. Quid autem ſint ſanguiſugæ,eſt notum: nempe ſunt quidam vermes nigri, ad formam caudæ muris,cum lineis citrinis in dorſo,& quadam rubedine circa ventrem. Et illæ ſunt meliores, quæ in aquis bonis reperiuntur. Caueantur tamen illæ quæ ſunt horribilis coloris,& habent caput craſſum,& quæ in malis aquis fuerint nutritæ:quia venenoſæ ſunt.Porro circa iſtud auxiliũ inquiruntur duo:primò,quibus ſubueniũt ægritudinib. ſecundò,quomodo applicantur, & reguntur. De primo dicit Alb. ſanguiſugæ non adminiſtrari plurimum,niſi in membris in quibus non eſt poſſibilis poſitio cucurbitularum,vt eſt labium,naſus,& gingiuæ:& loca ſicca denudata carne,vt digiti & iuncturæ.Et Auic.vult eſſe vtiles ſerpigini, & vlceribus malis,non ſuper,ſed circumcirca. & multoties ponuntur ſuper apoſtemata emunctoriorum,& difficilis maturationis, vt dicebat Theod. Nõnulli verò ponunt ipſas ad hæmorrhoidas aperiendas.Magis enim trahunt à profundo, quàm cucurbitulæ,vt ſuprà ex Halyab.fuit allegatum.De ſecundo eſt dicendum, tales euacuationes particulares fieri non debere in corporibus plenis, niſi ſufficiẽs præceſſerit euacuatio.Poſt hoc autẽ eſt intentio Auicen.vt nõ adminiſtrẽtur dũ recenter ſunt captæ, ſed ſeruẽtur in aqua munda per diem, vt euomant quod in earum exiſtit ventribus.Poſtea fricetur locus,& lauetur donec rubeat:aut liniatur aliquo ſanguine, vt ſcarificetur locus modicum,vt ab eo aliquid ſanguinis fluat. Et applicentur cum manibus, aut cũ canna.Et ponantur duæ vel tres, vel quot erunt neceſſariæ ad extrahendũ tantam ſanguinis quantitatem,quanta erit neceſſe.Et poſtea quando erunt incraſſatæ,cadent per ſe:aut perfundantur capita earum aceto,aut ſale trito, aut aloë, aut ſeparentur filo, au pilo equino, vel conſimili. poſtea eſt vtile ſugere locum,& lauare aqua & aceto. Quòd ſi ſanguis multiplicaretur,emplaſtrum admoueatur loco ex bolo armena & gallis, vel balauſtiis, & aliis quæ ſanguinem ſiſtunt. Et regatur pòſt, vt phlebotomiam paſſus. Et ſi deinde modicum theriacæ adminiſtraretur propter earum venenoſitatem,eſſet bonum,vt dicit Arnaldus.

*Lib.1.fen. 4.c.22. & lib.4.fen. 7.tr.3.c.4*

*Lib. 3. c. 18. & 19.*

*Li. 1. fen. 4. cap.22.*

## *CAPITVLVM SECVNDVM*

### *De medicamentis digerentibus & purgantibus humores.*

QVanquam Gal.in multis locis,& non minus lib.iij.techni, & in commentario illius quarti aphoriſmorum, Qualia oportet purgare,&c. numerauerit multos modos euacuãdi, vt ſunt per phlebotomiã, per phar-

*Cap.89. Aph.3.*

maciam ſeceſſiuam atque vomitoriã,per nares,per palatum,per tuſſim,per vrinas,per matricẽ,per hæmorrhoidas,necnon & per exercitia,fricationes, ſudores, & balnea, & ſecundũ accidens per inedias: Nihilominus quod ad præſens attinet,non fiet mentio niſi de illa quæ per ſeceſſum,vomitum, & iniectis clyſteribus: quoniam de illa quæ per phlebotomiam, dictum eſt ſuprá.Iſti verò duo ſunt modi euacuationum, qui magis occurrunt in arte chirurgicali. Sed de altero pauca dicentur: quia magis pertinet ad dominos phyſicos,quàm ad chirurgos,niſi eſſent miſti.Multa enim pericula imminent à medicinis laxatiuis, vt Heben Meſue oſtẽdit,qui dè eis euãgelicè tractauit.Medicina autẽ purgatiua,ſecundũ intentionem Gal.lib. de pharmacis & paſſim,eſt quæ cacochymiam euacuat. Vnde in commentario illius primi aphoriſmorum.In perturbationibus &cæt. inquit, Purgatio eſt, euacuatio eorum quæ nocent qualitate. Medicina autem ventris ſolutiua ad ſanitatis conſeruationem,ſi vſurpetur vt oportet,maximũ præbet adiũmentum,in quarto Almanſ.Et bene dicit[vt oportet] quia vbi non oportet,vel ratione quantitatis,vel ratione qualitatis,vel temporis,ſolutionem tantam facit(vt dicit Halyab. in ſecundo ſermone ſecundæ partis libri regalis)vt pereat homo,aut mala in eo fiat infirmitas.Omnis enim medicina purgans,ſenectutem accerſit,vt dicit Auic.in fen.tertia ſui primi.Ad ægritudinũ autem curationem eſt vnum ex trib.inſtrumentis medicinæ,vt totus teſtatur cœtus medicorum. Eſt ergo pharmacia vtilis & neceſſaria. Circa quod generoſum auxilium ſex inquiruntur problemata. Primum, qui ſunt medicamentis purgandi. Secundum, qui ſunt qui illa ſuſtinere poſſunt. Tertium, quibus pharmacis eſt facienda purgatio. Quartum, de menſura.Quintum,de tempore.Sextum,de regimine. Primum examinatur à Galeno in libello de pharmacis contra Aſclepiadicos & Eraſiſtraticos,vbi oſtendit omnes humores ſuperfluos (præter ſanguinem) pharmacia eſſe purgandos ſingulariter & electiuè, & non omnes indiſtinctè. Soli enim humores moleſtiã inferentes ſunt purgandi, & nõ alij,in cõmentario præallegato primi aphoriſmorũ.Et hoc ipſe declarat ibidem,dicens: Igitur phlegmate ſuperabundante hoc euacuandũ eſt. Cholera verò xãtha, « vel nigra infeſtãte, dimittẽdũ quidẽ eſt,phlegma, nocentẽ verò cholerã e- « uacuandũ. Quòd ſi ſeroſum quid fuerit, illud euacuandũ eſt,& nõ aliud. Si « verò ſanguis ſuperabundat, illius facienda eſt euacuatio per phlebotomiã, « vt ſuperius eſt oſtenſum. Et idem dicebat lib. de vſu pharmacorum, per « hæc verba,Oportet primò tradere cholericis quod choleram purgat,phle- « gmaticis quod phlegma, hydropicis quod aquam, melancholicis quod « choleram nigram. Si verò extra hoc purgas, conuenientia purgas, & di- « mittitis non conuenientia: quare ad vtrumque peccare licet. Vniuerſali- « ter igitur dicendum, humores naturales (ſic dictos à nutritione) ſuperabundantes, per phlebotomiam eſſe euacuandos: non naturales verò per pharmaciam.Medicinam autem quæ mox ſanguinem educat in rerum natura,poſſibile eſt inuenire: vt in libello de pharmacis narratur de quodam iuuene, qui porcellum è ſuburbio portabat. Fortè enim eum ſuper

*In canonib.*
*Lib. de purg. medic.*
*Aph. 2.*
1
*De purg. med. facult.*
*Aph. 2.*
*De purg. med. facult.*

herbas quaſdam reponens, cùm vidiſſet ſanguinem ab eius hepate emanantem, coniecturam fecit ſanguinem euacuare illas herbas: dedítque aliquibus gratia experimenti, qui perierunt. dixit verò in tormentis, ſe nullum alterum docuiſſe: Et ſic per præſidem fuit condemnatus. Ita quidem (vt dicit) licet talis medicina in rerum natura ſit, tacere tamen illam rationabile eſt: Sicut alia venenoſa tacentur ab hominibus habẽtibus intellectum. Cæterùm, quatuor ſunt intentiones, propter quas dantur pharmaca laxatiua. Prima eſt, ad cacochymiam expurgandam. Secunda, propter ægritudinis fortitudinem. Tertia, ad retrahendum. Quarta, ad alleuandum. De primo cantat Hippocrates illam communem can- 1.
tilenam ſecundi aphoriſmorum, A plenitudine quæcunque ægritudines *Aph.22.*
fiunt, euacuatio ſanat. Duplex eſt autem plenitudo ſcilicet in quanto & in quali, Galeno autore libro de multitudine, & vbique. Quæ eſt ſecundum quantitatem, eam phlebotomia ſanat: quæ ſecundum corruptionem, purgatio per pharmaciam, in commentario illius ſententiæ. Vbi-
cunque cibus præter naturam ingeſtus eſt, &cæt. in ſecundo aphoriſmo- *Aph.17.*
» rum, & ſexto. Quibuſcunque phlebotomia & pharmacia confert. De ſe- *Aph. 47*
» cunda allegatur illud quarti therapeut. Quod eodem modo, quo phle- 2.
» botomia fit, non ſolùm propter multitudinem ſanguinis, ſed propter for- *Cap.6.*
» tem ægritudinem, ita & purgatio propter multitudinem alicuius alius
» humoris, & fortitudinem ægritudinis. Et ad hanc intentionem adducit dicta Hippocratis ex libro de vlceribus, qui non ſolùm conſiderauit multitudinem, ſed ægritudinis magitudinem, in purgando, vt in triplici ægritudinum magnitudine exemplis docuit: nempe propter dignitatem particulæ, vt capite vel ventre percuſſo: propter magnitudinem diſpoſitionis, vt in vulneribus ita magnis vt futura indigeat: & propter cacoëthiam, vt in articulis quaſſatis, & in quibuſcunque ſphacelizein, (id
» eſt, corrumpere) periculum eſt. De tertia dicitur ibidem, quòd non ſo- 3.
» lùm indigent laborantes purgatione, vt infeſtantem ſuperfluitatem eua-
» cuent, ſed vt reuellant, & euacuent. Si enim (inquit) rheuma feratur ſur-
» ſum, inferius purgabimus: ſi deorſum, ſuperius reuellendo. Iam autem
» ceſſante & firmato rheumate, per particulam eandem aut proximam eua-
» cuare melius. Et eſt verbum notabile. De quarta, ad alleuandum datur ſæ- 4.
piſſimè medicina purgans incipientibus ægritudinibus, iuxta doctrinam Hippocratis in ſecundo aphoriſmorum minorando ſupple, & non eradicando, vt vult Auicen. in iiij. de curatione febrium putridarum. Natura e- *Aph.29.*
nim alleuata facilius digeret reſiduum, vt dicitur in commentario, & cap. de phlebotomia fuit allegatum, ex xj. therap. ſuprà.

*Ad ſecundum*, qui ſunt qui purgationes per medicinas conuenienter to- 11
lerare poſſunt? Reſpõdet Hipp. in ij. aphoriſ. eſſe illos qui circa vmbilicũ & *Aph.35.*
pectinẽ habẽt ſpiſſitudinẽ: fortes enim oportet eſſe (vt dicit Gal. in cõmẽtario) particulas inferiores, ab bene purgandũ materiã per ventrem inferiorem: quemadmodum qui habent partes ſuperiores fortes, nõ læduntur

Aph.8. vomitu. Et propter hoc dicebatur in iiij.aphoriſm.phthiſicos nõ duces ad
& aph.6. ſuperiores purgationes,ſed macros: ſupp.ſecundum membra carniformia, non tamen ſecundũ radicalia & ſpermatica, vt ibidem notat Albertus Bonon. In talibus enim eſt aptitudo vomendi,vtplurimum, propter cholerã quæ in eis generatur,vt dicitur in commentario. Sunt enim apta ad purgationes (ſecundum Rhaſim in quarto) corpora quæ in regimine ſunt peccãtia,per multam & inordinatam comeſtionem, & quæ pauco vtuntur exercitio, pharmacis indigent, in primo de cuſtodia ſanitatis. & in tertia fen. primi. Et qui ei aſſueti ſunt, melius eam tolerant. Et propter hoc dicebat Galenus de vſu pharmacorum: Cùm debes alicui tradere medicinam, interrogare ipſum oportet,an conſueuit bibere eam,& qualiter ſe habet vẽter aſſumpto cathartico. Nam ſi conſueuit, melius tolerat:ſi non cõſueuit, ſcire oportet qualiter deiiciebat,dũ erat ſanus. Quòd ſi per ſanitatem,aut quando conſueuit accipere medicinas, venter eius fuerit obediens, & bene ſolubilis, leuioribus & minoribus indiget pharmacis: ſi verò durus & inobediens,fortioribus.Tales igitur conditiones tolerant medicinas. Cõtrariè verò diſpoſiti,nequaquam. Itaque non ſunt medicãdi,niſi cum prudentia primùm habentes ea quæ circa vmbilicum tabefacta & macra: parum enim tuti ſunt ad inferiorem purgationem,ſecũdum Hipp. vbi ſuprá. Secundò,corpora ſana nõ debent purgari: quia cũ medicina operetur per
2.Aph. ſimile (ſaltem in forma proportionali, vt noſtra tenet ſchola) non inue-
35.lib.2. niens malum humorem nocuum, conuertit ſe ad carnem, & humiditates
Aph.36. lib.2. radicales,& eas colliquat,& moleſtat,vt dicit commẽtator. Tertiò, etiam non ſunt purgãdi,qui malo vtuntur cibo:Intellige, conuerſo in habitum,
Aph.36. ſicut de lepra confirmata declarat magiſter Alber.in qua pharmacia angit,
lib.2. & exoluit accipientem.Sed ſi mali humores in habitum corporis nondum ſunt conuerſi,non eſt inconueniens purgare,imò neceſſarium. Quartò,nõ
Aph.22. debent purgari humores crudi & indigeſti,iuxta Hippoc.primo aphoriſm. digeſta pharmacare,& mouere, non cruda,neque in principiis (eradicando ſupp. quanquã id fiat alleuando, vt dictum eſt) niſi laſciuiant, & materia ſit furioſa. Et licet Galen.in commentario nõ vocitet materiam furioſam, niſi à motu, nihilominus ſchola communis accipit furioſam à parte quantitatis,loci, & accidentis. Et propter hoc dicit Synocha cum colica, phreneſis,ſquinanthes & anthrax.Materias crudas euacuare iubent.Materiæ enim motæ & transfluentes ab vna particula ad aliam, vt non faciant impetum ad membra principalia,ſunt euacuandæ quàm citiſſimè fieri poteſt.Illæ autem quæ ſunt firmatæ aliqua particula, nõ oportet mouere antequam digerantur (vt dicit Commẽtator) ſed poſtquam ſunt digeſtæ, niſi natura ſit ſufficiens ad expellendum. Tunc enim debemus ei auxiliari: a-
Cap.2. liàs dimittatur ipſa operari. Quia (ſecundum Galenum in primo interiorum) ſolæ illæ paſſiones indigent exteriori auxilio,quibus propter magni-
Li.4.fen. 1.tr.2.c. 7. tudinem nequit dominari natura. Et Auicenna in quarto,de cura febrium putridarum, ait ex authoritate Hippoc. Medicus eſt adiutor naturæ, non impediens

impediens eam.Et ideo dicebatur in tertio techni : Omniū natura opera-
trix,medicus verò miniſter. Quintò, non ſunt purgandi inaniti, neque
debiles:quia vbi indigentia,non oportet laborare, vt dicit Hippo.Et Aui- *Aph.16.*
cen.dicit, omni euacuationi annexum eſſe caſum virtutis. Sextò,præpa- *li.2.* 6
rati ad fluxum,vt trauli qui citò à diarrhœa capiuntur,in ſexto aphoriſmo- *Aph.32.*
rum. Septimò, pueri & ſenes non ſunt purgandi pharmacia : pueri, 7
quia propter fortitudinem ſufficientes ſunt ad expellendum ſuperflua per
inſenſibilem reſolutionem (vt dicit Ioannes de ſancto Amando) & ſunt
reſolubiles natura : ſenes,quia debiles, iuxta illud Galeni in quinto de cu- *Fo.282. col.3.*
ſtodia ſanitatis: neque aloe, neque hiera(vt quidam concedunt) debet dari
ſenibus,ſup.in via conſeruatiua, vt dicebat magiſter Paulus: in via autem
curatiua non negat,imò concedit iam imminente neceſſitate, ibidem. Et
ſecundum illā rationē, omnia illa quæ debilitant virtutē,prohibent phar-
maciam:vt ſudores,balneum,coitus,& alia euacuatio, & id genus. Octa- 8
uò,non debes dare purgationem ſeceſſiuam apoſtemate aut excoriatione
in ano exiſtente, 13.therapeut. Ventre aut inteſtinis incipientibus phle- *Cap.6.*
gmonem pati,ſubductiuo non conuenit vti. Nonò, agricolis non con- 9
uenit,nec competit,quia ſatis in eis conſumitur humor:& cum hoc habent
complexiones effrænes, & brutales, & barbaricas (in ſeptimo Colliget)
ita vt à fortibus ægritudinibus euadant, ſine medico & medicina. Deci- 10 *Aph.1.*
mò,prægnantes non ſunt purgandæ, quia propter commotionem,& dila- *lib.4.*
cerationem ligamentorum abortirent: niſi expediat propter materiam
venenoſam, de qua eſſet timendum ne raperetur ad membra principalia,
& interficeret matrem & fœtum inſimul,aut quando eſt materia faciens a-
borſum:& tunc ſecuriùs fit à quarto vſque ad ſeptimum menſem. Et cer-
tè non cum quacunque medicina,ſed ſuaui & lenitiua.Et propterea repre-
henſio Auer.contra Hippo.habet ſuum intellectum, vt notatur in apho- *Coll. 7.c. 4.*
riſmo illo. Non tamen vult Galenus tales indicationes vrgente neceſ- *Lib.9.th.*
ſitate penitus excludere pharmaciam : Sed (vt dictum eſt cap.de phlebo- *cap 10.*
tomia) ſecundum eundem Galenū in octauo therapeut.oportet exercita- *Cap.9.*
tum mente,ex ipſis facere vnum capitulum, adinuicem omnes (videlicet) *Cap.12.*
indicationes comparando:& ſi aduerſantur,dicit in ſeptimo, quod non o-
portet alterius extremitatem affectantem, alterius obliuiſci penitus, ſed
amborum ſemper memorem quantum poſſibile eſt miſcere eas, aut mi-
nuendo quantitatem,aut mutando ſpeciem medicinæ, aut ad aliud genus
euacuationis conuertendo.

*Ad tertium*,quibus medicinis facienda eſt purgatio? non cum furioſis III.
ſed familiaribus & correctis,vt dicit Galen.in lib.de vſu pharmacorum.Iu-
xta quod eſt intelligēdum,ſecundum intentionem Heben Meſue,& Auic. *Li. 1 ſimpl. intent.*
quatuor eſſe modos medicinarum laxatiuarū.Vnus,& magis proprè dictus
eſt, habens proprietatem attractiuam, vt ſcāmonea,& turbit.Alius modus *1.cap.2.*
proprietatē habet cōpreſſiuā, vt myrabolani.Alius proprietatē leuitiuā, vt *Fen.4.l. 1.c.9.*
tamarindi & caſia fiſtula. Quartus modus,habet proprietatē lubrificātē,vt

mucago pſyllij.Veruntamen quia hæc ſingula exemplis docere nimis eſſet
longum,dimitto dominis phyſicis exquiſitam ipſorum pertractationem,
quod ad præſens attinet. Gratia tamẽ familiaris doctrinæ eſt ſciendũ,iux-
*Loco præcitato.* ta doctrinam Heben Meſue, quòd medicinæ magis vſuales ſimplices eua-
cuantes choleram ſunt,Scammonea: cuius doſ.eſt à v.gra. vſque ad duode-
cim:Reubarbarum, à drach.ij.& ß.vſque ad quatuor:Aloë,à drac.j.& ß.vſq;
ad ij.Myrabolani citrini, à drac.iij. vſque ad vnciã j.Lupulus, fumus terræ,
aqua caſei,ſuccus roſarum, pruna,tamarindi, & caſia fiſtula,vſque ad vnciã
j.& ß. Compoſitæ ſunt electuarium è ſucco roſa.cuius doſ.eſt vncia ß.Dia-
pr..nis, & diacytoniten laxatiuum, quorum doſ.eſt vncia vna. Diadactyla-
tum,cuius formula talis erat ſemper apud me:Recipe dactylorum enuclea
torum,quart.j.elixentur in aqua decoctionis aniſi,marathri,& ameos: de-
inde tundantur vehementer,& colentur:& cum quart.j.zucchari coquan-
tur,donec incipiat inſpiſſari (quod cognoſces viſcoſo lentore digitis hæ-
rente)deinde deponatur ab igne,& ſcãmoneæ craſſo modo tritæ vnc.j.mi-
ſceatur,& ſpatula agitando recondatur.doſ.eſt vſque ad drachm.j. Medi-
cinæ ſimplices euacuantes phlegma ſunt,Turbit:cuius doſ.eſt drach.ij. A-
garicus drachm.j. & ß.Cartanus,vnc.ß. Colocynthis,à ſcrupul.j. vſque ad
*Tract.6.* drachmam.Myrabo.kebuli,vnc.j. Compoſitæ ſunt, Hierapicra Galen.cu-
*doct.1.c 1.* ius doſ.eſt,drac.iij.Blanca, vnc.ß.Benedicta,vnc.ß.Pilulæ cochiæ,drachm.j.
*Antid.* & ß.Diacartamus )cuius ſuperius in artitride fuit poſita)dra. iiij. vel v.Pi-
*ſum.1.* lulæ etiam ex agarico,quarum formula ſecundũ Heben Meſue eſt talis, Re
*diſt.10.ca.* cipe agarici,drach.iij.radicis lilij cœleſtis,praſſij, ana drac.j.turbit,drach.
*28.* v.hieræpicræ,drac.iiij.colocynthidos,ſarcocollæ,ana drac.ij.myrrhæ, drac.
j.confice cum rob.doſ.eſt drach.ij. Hierapicra qua ego vtor, ſuper omnes
nobilis medicina,ſumitur à Gal.in 7.therapeut. & octauo cat.top.& con-
*Cap.11.* tinet centũ partes aloës,& cinnamomi, xylobalſami,caſia lign.aſari,ſpicæ,
*ſect.2.c.2.* croci,& maſtiches ſingulorũ partes vj.vt qui vellet ſumere aloës vnc duas,
*Li.5 ſum.* poneret de qualibet ſpecie ſcrup.ß.& in vnc.j.gra.v.Auic.verò & Hebẽ Me-
*1.tr.2.c.2.* ſue ad pondus omniũ ſpecierũ ponũt pondus duplicatũ aloës. Antidotariũ
*Antidot.* verò cõmune,ſolum vnicum pondus:& eſt debilior,tametſi hierã reddunt
*ſum.1.* acriorem,admitto turbit,agarico,& colocynthide :quia cùm ponuntur in
*diſt.3.c.* parua quantitate,non multũ vigere eã faciunt.Et ideo ego conſueui vigẽ-
*2.* tem eãredder e,addẽdo tantundẽ ſcãmonij quantum eſt de altera medici-
narũ,& quãdoque facio ex ipſa pilulas cũ ſucco abſinthij:quãdoque do eã
in puluere,cũ aqua hordei mellita.Doſis eius eſt à drac.j.& ß.vſq; ad drac.
ij.Medicinę ſimplices euacuãtes melãcholiã ſunt,Sene:cuius doſ.eſt in pul
uere,drac.j.in infuſione,vnc.j.Epithymus ad vnc.j.Eſula vſque ad drac.j.
Cuſcuta,Myrabolani indi,Polypodiũ,vſq; ad vnc.j,Lapis lazuli.ad drac.j.
Volubilis,Lupulus,ſine mẽſura.Cõpoſitæ ſunt diaſene.drac.v. Catharticũ
imperiale,drach.v.Hiera Rufi,drac.iij.Hiera Logodion,vnc.ß. Theodori-
con,drach.vj. Et puluis meus communis, qui recipe glycyrrh, drachm.ij.
pulueris ſtomachi confortatiui,vnc.ß. epithymi,vnciam j.ſene. ad pondus
omnium,

omnium,fiat pul.Doſ.eſt drac.ij.Humores aquoſos euacuat tartarum,ſuccus ireos(cuius doſ.eſt vnc.ß.)ſuccus cucumeris agreſtis, panis lacticiniorum,quem conficit. Circa inſtans cum farina hordei: & ſocius ille ſuper vinum,dabat drach.ſem.radendo,& faciebat mirabilia. Euacuans autem humores omnes, eſt tabula mea quam recepi à magiſtro Stephano Arlandi in Montepeſſulano,cuius formula eſt:Recip.conſeruæ violarum, boraginis,ana drac.ij.conſeruæ bugloſſi,cortic.citri conditi,ana drach.j.zingib. albi,drach ß.pulueris diatragacanthi frigidi,drac.ij.diagridij, drac.iij.turbit,drac.iiij.ſenæ,drac.v.pannis zuchari, vnc.x.fiat electuarium in tabulas: cuius doſ.eſt vnc.ß.Ad eandē intētionem eſt diacaſi.f.magiſtri Tadei: Et eſt quaſi diacatholicon.℞.caſiaf.lib.j.tamarindorū recentium,quar.j.mānæ granatæ,quar.ß.ſenæ,polypodij,ana vnc.ij.eſulæ,vnc.j.diagridij,vnc.ß.aniſi, marathri,ſeminis melonum:ana vnc.ß.cinnamomi, drac.ij.ſyrupi viola.ſyrupi roſ.ana quod ſufficit,fiat electuarium.Doſ.ſit vſque ad drac.vj.Caſiafi. ſimplex datur communiter in colatura, ad vnc.j.largè diſſoluta cum aqua prunorum,viol.&c. *Cap.de Tithym.*

IIII. *De menſura* euacuationis(quod erat quartum)dirigit medicum Hipp.in primo aphoriſmorum,& in quarto,inquiens:quando euacuantur quæ peccant,& debent euacuari,patientes bene ferunt,& eis confert:contraria verò,importunè.Quantitas enim humoris peccantis,& virtus ægrotātis,ſunt regula totius mēſuræ.Et ad hoc contēplare tempus,regionē, & ætatē,vt ipſe dicit.Somnus autē & ſitis ſunt ſigna perfectæ euacuationis,in quarto aphoriſmorū:& mutatio egeſtionū,niſi ad malū terminentur,in ſecundo eorundē & ſexto epidemiorū allegatur à Rabbi.Tutius tamen eſt infrà ſubſiſtere,q̃ totū exquiſitè euacuare:& melius eſt multiplicare vices,quàm quātitatē.Et cauſam reddit Auic.quia illud parū quod dimittitur,natura multoties reſoluit.Æſtimatur parua quantitas expulſorū,ad tres lib.magna,ad xij.communis,à vj.ad viij.De tempore euacuandi(ſicut dictū fuit de phlebotomia)eſt ſciendū,horā eſſe duplicē,ſcilicet neceſſariā,& electam. Hora neceſſaria non habet tēpus:vt quādo materia eſt bene digeſta, aut ſi eſt furioſa,aut magna,aut in loco periculoſo,aut faciens in corpore talia accidentia,vt non det inducias, quod etiam ſuperius fuit dictum. Hora electa, eſt poſt digeſtionē. Et ideo euacuatio non competit incipientibus ægritudinibus.Vnde Commētator ait,Nulla euacuatio quam natura facit in principio,eſt laudanda:quantò minus facta ab arte,quę imitari debet naturam? regulariter tamen operantem,ſaltem in affirmatiuis,vt dicit Albertus.Natura enim primò digerit,poſtea diuidit & expellit,vt ibidē dicit Cōmentator,niſi per modū alleuationis,per quē modū præcipit Hipp.incipientibus morbis ſi aliquid videtur mouendū,vt moueatur:in ſtatu verò ſilēdū.Tēp⁹ autē declinationis eſt eligēdū ad bonā purgationē.Et ex tēporibus anni eligitur ab eodē Hipp.in ſexto,tēpus veris. Et Gal.in cōmentario extendit eā ſententiā vſq; ad autumnū.Tēpora autē excellenter calida & excellenter frigida,ſunt euitāda: quia ante Canē & poſt Canē(qui ſunt 40.aut 50.dies, *Aph. 2. & 25.l.1. & aph.3. lib.4. Aph.2. lib.1. Aph.19. Aph.14. Lib.1.fen. 4 cap. 3. Aph.29. lib.2. Aph.47.*

Cap.2. ortus Caniculæ,ſecundum Gal.in lib.de vſu pharmacorum , & ſecundo alimentorum:quorum Romani accipiunt 20.à fine Iulij,& 20.a princ. Augusti)moleſtæ ſunt pharmaciæ,in 4.aphoriſmorum.Et non quilibet anno, ſed prout conſuetum fuit ægrotare,dicente doctore ſubtili in 6. Collectorij:Et ego dico , quòd illi qui vtuntur potionibus in ſeptimanis annorum, aut in medietatibus ipſorum,rectius faciunt,quàm illi qui omni anno purgationem exercent:quia nos videmus, ægritudines vtplurimum non accidere hominibus,niſi circuitibus determinatis,aut circa ipſos.Eſt ergo hoc in quolibet indiuiduo multum conſiderandum.Quantum autem ad horam diei,habet cõmunis practica, dare colaturas mane , pilulas ſero,electuaria in media nocte:quorum cauſæ dominis phyſicis ſunt notæ.Aërem oportet eligere(præcipuè hyeme)auſtrinum,vt dicit Auic.Et ſi eſſet pluuioſus,placeret ſocio concordantiarum.Eligendum eſt etiam,vt luna habeat ſatis luminis,vſque ad plenilunium,vt dicit Ioan.de S.Amãdo:quia tunc humores in maiori ſunt motu & præparatione:quod eſt neceſſe ad medicandum. Et ſit in ſignis humidis,vt ſunt Cancer,Scorpio,& Piſces:libera à malis,& nõ conſpecta à Ioue,vt in Centiloquio dicit Ptolemæus : & cauſæ notæ ſunt aſtrologis,& in meo libello de aſtronomia ſatis fuit tractatum de hoc.

*Aph.5. cap.14.*

*Lib.1.fe. 4.cap.5.*

VI. *Vltimum eſt* de regimine. Regimẽ autem purgationis eſt tripartitum:videlicet in regimen ante adminiſtrationem, & in actu adminiſtrationis, & poſt actum.Antequàm autem adminiſtretur medicina, præcipit Hipp.fluxa facere corpora.i.digerere materiam , & aperire , & mollificare vias , vt Gal.in Commentario dicit. Digeritur autem materia cholerica rebus frigidis,& aperientibus:vt ſunt herbæ quinq.capillares, endiuia tenella , ſcariola,cichoriũ,roſtrũ porcinũ,oxalis ſemina frigida maiora & minora,vinũ malorũ granatorum,acetum,& aqua.Compoſita ſunt ſyr.acetoſus, & oxyzacchara:Cuius formula ſecundum magiſtrum Arnaldum eſt hæc: Recipe capilli ven.adiãthos,polytrichi,ceterac,ſcolopendriæ, endiuiæ tenellæ,cichorij,ſcariolæ,lactu.roſtri porcini,ana m.j.quatuor ſeminum frigidorum maiorũ & minorũ,ana vnc.ß.ſandal.drac.ij.roſ.viola.florum nenufaris,ana vnc.j.ſucci granatorum, quar.j.panis zachari,lib.j.fiat ſyrupus : & dentur mane & ſero longè à cœna,v cochlearia,cum ſeptem aquæ calidæ decoctionis prunorũ. Digeritur phlegma quinque radic.calamentho,pulegio, hyſſopo,maiorana,ſatureia,mẽta, ſeminibus aniſi,marathri,carui, pipere,zinzib.ſpica,melle,& aceto ſquillitico. Cõpoſita ſunt oxymel diuret.& ſquilliticum,& compoſitio ſyru.mei,Cuius hæc eſt formula:℞.radic.fen.petro. apij,ruſci,aſparagi,graminis exfoliati , in aceto per diem vnam maceratorum,ana quar.j.hyſſopi,calamenthi,origani , chamædryos , abrotani, ana quar.ß.ſe.aniſi,mara.carui, ameos, ana vnc.ß.zingib.zedo.ſpicæ nardi, ana drach.ij.florum anthos,florum ſaluiæ,ana vnc.j.aceti radicum prædictarum, quar.j.& ß.mellis,libram j.fiat ſyrupus : detur cum aqua cicerum, vt ſuprà. Digerunt melancholiam boragines,bugloſſum,fumus terræ , ſcolopen.ceterac.adianthum , thamariſcus , thymus , epithymus , cappares , vinum aroma-

*Aph. 9. lib. 2. & aph.67.l. 7.*

*In Antidot.*

aromaticum,balneum aquæ dulcis. Compoſita ſunt ſyrupus è glycyrrh.ſyrupus è fumo terræ, & ſyrupus è bugloſſo: Cuius formula eſt hæc. Recipe bugloſſi integri,lib.ß.fumi terræ floribus rubris, ſummitatum lupuli,teneritatum ſalic.ana quar.1.medullæ corticis fraxini,thamariſci,ſcolopẽdriæ, capilli veneris,& meliſſæ, ana quar.ß.ſeminis melonum, cuſcutæ, ſeminis vrticæ,ani.marathri,ana vnc.ß.glycyrrh.raſæ, calami aromatici, been albi & ru.ana drach.2. corticis citri, ſpicæ nardi, ana drac.1. florum abſinthij, florum geniſtæ,ana vnc.vnam.vuarum paſſarum mundatarum, vnc.2.aceti ſquillitici,quar.1.vini aromatici,quar.ß.mellis, lib.1.fiat ſyrupus: detur vt ſuprà,cum aqua boraginis.Et ad ſummum (inquit Auic.) naturam mollificare antequam venter ſoluatur,eſt competens regula in ſoluendo.Regantur ergo interim dum potant ſyrupum,caulibus & iuribus mollificãtibus, niſi ex natura haberent bonum ventrem,aut eſſent parati ad fluxum.Et cũ hoc conſulit Auic.ſi fuerit conſtipatus cum fæcibus induratis, vt pręmittatur clyſter mollificatiuus. In actu autem adminiſtrationis pharmaci cauendum eſt, vt illud retineat, & non euomat,ſaltem quouſque fecerit aliquam operationem.Et hoc cum fricationibus extremitatum,& maſticatione pomorum,& odoratione panis aſſi aceto macerati.Eſt etiam cauendum ne ſuper dormiat,niſi medicina fuerit ſolidæ ſubſtantiæ:tunc enim dormiẽdum eſt,vſquequo incipiat operari.Poſtquam autem incipiet operari, non dormiat,niſi vellet eam ſiſtere. Eſt etiam conſilium Auic.poſt ſumptionẽ medicinę quieſcere, vt ipſa à natura comprehendatur, vſquequo incipiat operari.Et tunc moueatur & incedat paulatinè,maximè, ſi medicina ad operãdum fuerit pigra,iuxta doctinam Hippo.4.aphoriſmorum: Cùm quis biberit elleborum,moueatur.Conſulit autem Auic.ſi medicina accepta nõ operatur,niſi afferat nocumentum, vt dimittatur. Si autem adeſſet aliquid timoris, melius eſt iniicere clyſterem, quàm ſi daretur iterum medicina. Nam, (vt dicit) duas medicinas ventrem ſoluentes eadem die adminiſtrare,verendum eſt,& non rectè factum.Poſt autem operationem medicinæ, ad lauandum ſtomachum & inteſtina conſulit Gal.lib.7. therapeu.potare vnum hauſtum ptiſanæ. Pariſien.verò dant aquam trumelli bouis:Montiſpeden.aquã pullę.Lauato ſtomacho & inteſtinis,conſulit Ioannes de Sancto Amando, antequam comedant, transglutire aliquem ſuccum ſtypticum,vt os ſtomachi tabefactum per medicinam,corroboretur. Cibus autẽ eius qui ſumpſit pharmacum debet eſſe moderatus,& euchymus, ex bonis gallinis & caponibus,& minor ſolito:vt proportione reſpondeat patienti per euacuationem debilitato,iuxta doctrinam primi aphoriſmorum,& ſecundi regiminis acutorum.Et pro oratione materiæ quę peccabat,pręſcribatur qualitas.nam poſt euacuationem & abſciſſionem cauſę,alteranda eſt dyſcraſia quę remanſit in tertio techni.

*Li.1.fen. 4.cap.5.* — *Li.1.fen. 4.cap.5.* — *Aph. 15.* — *Ibidem.* — *Cap.11.* — *Fol. 287. col.2.* — *Com.3. Sect.13. Cap.89.*

### *De vomitu.*

*Vomitus* eſt purgatio facta per os,cum medicina vomitoria. Et valet ad conſeruationem ſanitatis: iuxta illud quod dicit Gal.in quinto de vtilitate *Cap.4.*

particularum. Bene igitur antiqui medicorum vomitus poſt cibaria ſingulo menſe facere conſulebant. Hi quidem ſemel ſufficere exiſtimantes: hi autem bis facere ſignificantes. Valet etiam ad ægritudinum curationem, dicente Auic. quod valet chronicis paſſionibus, epilepſiæ, maniȩ, leprȩ, podagræ, ſciaticæ, & paſſionibus renum, ac veſicȩ. Et eſt auxilium euacuatiuũ & diuerſiuum, prȩcipuè purgans ſtomachum, & per conſequens alias partes. Poſſunt autem tolerare eum, habentes partes ſuperiores fortes, non debiles, aut prȩparati ad phthiſim. Prȩparant autem ad vomitum cibaria multa, & diuerſa, dulcia, pinguia, & nauſeoſa, vel quæ aliis ſupernatãt: vt ſunt ficus, porri, cepȩ, fabæ, carnes porcinæ, ptiſana, & vini multa potatio. Prouocatur vomitus tripliciter: debiliter, vehementer & vehementiſs. Debiliter prouocatur vno hauſtu aquæ calidȩ & olei, & tactu digitorum, aut pẽnȩ inunctȩ immiſſæ intra palatum. Vehementer decocto ſeminis atriplicis, ſeminis raphani, erucæ, porri, & cepæ: aut decocto raphani, intra quem ſteterit per duos dies ſub terra elleborus: aut comeſtione orbiculorum eiuſdem raphani. Vehementiſſimus fit vomitiuo Nicolai. Cuius forma eſt hȩc: Recip. tapſiæ, vnc. 3. croci, vnc. j. nucis vomicȩ, vnc. ß. catapuciæ, drac. 2. cũ ſucco aſari, & melle, fiant trochiſci drac. vnius dẽtur diſſoluti aqua tepida. Vomitoriũ autẽ datur poſt cibum iuxta meridiem, & ligentur oculi. Et poſtquam compleuerit operationem ſuam, lauetur os & facies aqua & aceto, & poſt horam comedat cibaria leuia & confortatiua.

*Lib. 1. fen. 4. cap. 11.*

*In Antidot. ſub litera V.*

*De clyſteribus.*

*Enema aut* clyſterium fuit ſumptum à ciconia aue, ad dolorem ventris, aſſumente aquam maris ſuo roſtro, & iniiciente ſibi retro, vt recitat Gale. in introductorio medicorum. Et eſt notabile auxilium, (vt dicit Auic.) ad expellendum ſuperfluitates quȩ ſunt in inteſtinis primò, & totius corporis conſequenter. Proindéque ſupplet vices medicinarum. Habet verò ſecuritatem: quia non tranſit per os, neque per notabilia membra, & expellitur ſatis ad votum. Valet autem in paſſionibus inteſtinorum, & renum, & mẽbrorum ſuperiorum. Et eſt triplex: emolliens, mundificans, & conſtringẽs. Emolliens ſeu lenitiuum ſic fit: Reci. aquȩ decoctionis maluarum, aut furfuris, macri, aut ficuum, lib. 2. olei communis, lib. j. ſalis, drac. 2. fiat clyſter. Mundificans fit ex 2. lib. aquȩ decoctionis maluarum, mercurialis, brancæ vrſinȩ, foliorum ſiclȩ, ana m. j. ficuum pinguiũ, 15. numero: aniſi, marathri, aſari, ana vnc. ß. Diſſoluantur in ea caſiȩ fiſt. mũdatȩ, vnc. j. hieræpicrȩ Gal. benedictȩ probatȩ, ana vnc. ß. mellis, quar. j. olei, lib. ß. ſalis, drac. 2. fiat clyſter. Conſtringens hoc modo fit: Reci. plantaginis, m. 2. roſarum, m. j. balauſtiorũ, vnc. j. fiat decoctio vnius lib. in qua diſſoluãtur pulueris m. vnc. ß. ſepi hircini, quar. j. albumina ouorum, tria numero: fiat clyſter, & in parua quantitate iniiciatur. Fieri autem poteſt omni hora: aptius tamẽ fit ante cibum. Sit patiens dum recipiet eum, dimiſſa zona curuus ſuper genua ſua, & teneat os apertum. Et poſt iniectionem fricetur illi venter, & vertat ſe ſuper locum dolentem, & ſuſtineat ipſum per vnam aut per duas horas, imò quan-

*Cap. 1. Lib. 1. fen. 4. cap. 17.*

tum erit poſſibile.

*De ſuppoſitoriis.*

*Suppoſitoria* fiant in modum candelarum vnius digiti, ex melle cocto, cũ ſale trito, & inungantur oleo: & ſi cum eis vniretur modicũ ſtercoris muris, fortiora eſſent. Fiunt aliquando ex ſapone duro, aliquando ex lardo indurato: nonnunquam ex mercuriali trita, aut fructu cucumeris aſinini decorticato. Caueantur tamen in ano vlcerato. Purgant autem & attrahunt fæces inteſtinorum, vt cap. de colica Auicen. ponit.

## *CAPITVLVM TERTIVM*

### *De cauteriis, & formis eorum.*

VStio, ſeu cauteriſatio, eſt operatio manualis cũ igne, facta artificialiter in corpore humano, ad vtilitatem determinatam. Ignis autem ſecundum omnes doctores eſt duplex: actualis, qui ſubitò operatur, & eſt in actu: vt ille qui ponitur cum inſtrumentis metallicis ignitis, aut cum radic. ariſtolo. ſeu aſphodelorum ſummè calefactis, aut cum ſulfure incenſo, aut cum aqua ſeu oleo feruentibus: & non fortuitò, ſed ſcienter applicatũ. Alius eſt potentialis, qui tunc non apparet ſenſui, ſed poſt deductionẽ potentiæ eius ad actum: quod fit cum medicinis cauſticis, & rumpentibus. Et quædam imprimunt vehementer, & faciunt eſcharam, vt eſt calx viua cum ſapone, mel anacardinũ: quædã leuiter, & non faciunt eſcharam, ſed veſicas, vt cantharides, & flammula, atque patta lupina. Cauteria tamẽ actualia ſunt ſecuriora, quàm potentialia: quia, ſecundùm Albuc. actio ignis actualis eſt ſimplicior, & minus lædit partes vicinas & mẽbra principalia, quàm actio ruptorij, quæ membris principalibus multum eſt ſuſpecta: niſi quando patiens propter ſuam puſillanimitatem, non audet expectare ignẽ. Aut quando volumus facere cauteria ad euacuandum & deriuandum. Tunc enim ruptorium, propter dolorem, & eſcharam craſſam quam dimittit, debilitãdo locum, maiorem prouocat fluxum. Et licet Auic. dicat, cauterium actuale melius fieri ex auro, hoc verum eſt in membris teneris, quales ſunt oculi, vt dicit Arnaldus. In aliis autem ſecurius fit ex ferro, vt dicit Albuc. quia igneus feruor in ferro melius poteſt menſurari, quàm in auro, aut in argento, propter eorum colorem, niſi fieret ab aurifabro ei rei aſſueto. Cauteria ſecundum Albu. competunt in omnibus diſpoſitionibus, præcipuè tamen humoralibus, & maximè frigidis & humidis: calidis autem licet non ſint contraria per ſe, contraria tamen ſunt ex accidenti per remotionem cauſæ. Calidis autem & ſiccis abſque materia non ſunt vtilia, imò in eis faciunt multa mala, vt tenent Albucaſis,[b] Brunus,[c] Gulielmus,[d] Lanfrancus, & Henricus, & eorum ſectatores. Et quamuis ſit valde vtile medicamen ſecundum Auicen. (& de ipſis multa tractauerunt Albucaſis[c] Hippocrates, vt teſtatur Halyabbas in nono ſermone partis ſecundæ) nihilominus his temporibus non habet tantum vſum, quantum habebat olim, vt dicit Henricus: quia communiter exercentur per idiotas & operan-

*Lib. 1. fen. 4. cap. 29.*
*De reg. viu. doct. 5. cap. 17. aph. 9.*
*Alb. lib. 2. cap. 1.*
b *Lib. 2. c. 18.*
c *Li. 5. c. 1.*
d *Tr. 3. do. 3. cap. 18.*
e *De intern. aff.*

tes imperitè, & abſque purgatione: propter quod lædũtur quàm plurimũ.
Et ita arguendo per fallaciam accidentis huius, magiſterium negligitur, ſi-
*Li.4.c.4.* cut & multa alia, vt Albumaſar de aſtronomia probauit. Cauterium verò
eſt neceſſarium auxilium ad cõſeruandam ſanitatẽ, & extirpãdam ægritu-
dinem. Tenet enim locum vniuerſalium euacuationum, vt phlebotomia-
rum, & purgationum in hominibus qui ea ſuſtinere non poſſunt. Ad hæc,
reliquias prædictarum euacuationum corrigit & emendat, maximè in æ-
gritudinibus vehementibus, & malignis in quibus ſolùm fieri conſueuit,
vt Rabbi in 6. epidemiorũ allegauit. Et propterea dicebatur antiquitus,
*Part. 22. aph. 55.* vltimum inſtrumentum medicinæ, nõ extremitate finis, ſed ordinis: quia
poſt diætam, & pharmaciam, & phlebotomiam debet fieri cauterium vbi
conuenit: aliter faceret multa mala. Vniuerſalis enim euacuatio debet prę-
cedere particularem, in ordine operationis rectæ. Et quia iſtud auxiliũ eſt
ita generoſum, circa ipſum inquirantur tria. Primò, quare fit: ſecundò, quo
modo fit, & tertiò regimen ipſius. Propter primum eſt ſciendum, cauteria
fieri ad vtilitates generales & ſpeciales. Vtilitates generales cauteriorum,
*[illegible] 1. fe. [illegible] 19.* præcipuè actualium, ſunt ſeptem. Primam ponit Auic. ad confortationem
mẽbrorum. Calefacit enim cauterium actuale, & deſiccat membra, quæ vt-
plurimum à frigido & humido hebetantur. Et propterea dicebat ex Hipp.
*Cap.5.* authoritate Gal. 4. ther. ſiccum ſano eſt propinquius: humidum verò, non
ſano. Secundam ponit ipſemet Auic. ad prohibendum ne corruptio multi-
*Cap.10.* plicetur in mẽbro. Et iſto modo præcipitur à Gal. in ſecundo ad Glauc. &
*Fen.3. tr. 1. c.15.* ab Auic. in 4. fiant in circuitu eſthiomenorum, & in vlceribus ſponte dila-
tantibus, & in oſſibus corruptis. Tertiam ponit idem Auic. ad reſoluendum
materias coarctatas in particula. & iſto modo præcipiũt Albuc. & Halyab.
vt fiat in arthritide, & in cephalea, & in fortibus doloribus. Quartam ada-
ptat idem Auic. ad reſtringendum ſanguinẽ, quam approbat Gal. in 5. ther.
dum dicit: Adinuenerunt ea quæ vocatã eſcharã faciunt, vel ſeptum quod-
dam, ad reſtringendum fluxum ſanguinis. Faciunt verò ipſam, ignis, aut ſi-
*De reg. ſanit. c.41.* mile igni pharmacum. Quintã dicat magiſter Arnaldus, euacuationi & di-
uerſioni fluxus inueterati oculorum, & totius corporis: & iſto modo fiunt
cetones, & cauteria retro collum, & in fontanellis lacertorum (vbi lacertus
à lacerto diſtinguitur) aut ſub eis ad duos vel tres digitos iuncturarum, ma-
ximè iuxta venas, quæ diriguntur ad membra illa. Sextam ponit Gal. ad in-
tercipiendum. & iſto modo præcipit vrere venas tẽporum, vt non fluat ad
oculos materia: & in ruptura, ne inteſtina deſcendant: & in vicinitate vl-
cerum malorũ. Et de hoc fecit aphoriſmum Arnaldus: Manatio quæ diuer-
*De reg. vat. & cur. morb. do. 5. cap. 4. aph. 5.* ti nequit ad exitum naturalem (aut ſupp. habituatum,) vicinis cauteriis ab-
ducitur cõpetenter. Septimam oſtendit vſus, ad extirpãdum ſuperflua. & i-
ſto modo aperiuntur apoſtemata, reſecantur glãdulæ, extirpãtur carnes vi-
uæ & mortuæ, & id genus. Vtilitates autẽ particulares, licet ponantur quin
quagintaſex ab Albuc. & 20. ab Halyab. & multa à Bruno, Rogerio, & ſuis
gloſſatoribus, ac etiã à Gul. Lanfr. & Henrico, prout ea in diuerſis præci-
piunt

piunt facere locis,nihilominus moderni operatores non faciũt ea , niſi ſecundum octimembrem diuiſionẽ particularum in iſto proſequutam tractatu.Primò in capitis ſummitate in loco vbi pertingit digitús medius,extenſa manu ſurſum , radice palmæ ſummo naſo applicatæ , conſulunt Albuca. Halyab.Brunus,Guliel.Lãfrancus & Rogerius cum ſuis gloſſatoribus ,cauteria rotũda cum oliuari ad euaporandũ cerebrũ,& diuertendum materias quæ ad partes ſubiectas defluunt. Et aliqui altius adigunt ea vſque ad os: Nõnulli radũt aut exfoliant primã tabulã cranij,quod non multũ approbat Albuc.Et ideo valẽt talia cauteria aduerſus mãmã, epilepſiã, & capitis dolorẽ,fluxũ oculorũ,phthiſim,& omnes rheumatiſmos. Fiunt etiã in cornibus capitis & occipite cauteria,eodẽ inſtrumẽto,ad calefaciendum &confortandũ caput in paralyſi,tremore,& ſpaſmo,& ad leprã palliandã.In facie autẽ(quæ eſt ſecunda particula)fiunt multa & diuerſa cauteria,ob ſpeciales vtilitates.Fiunt enim in palpebris,ad corrigendum & eleuãdum palpebras cũ myrtillino. In loco pilorum,ad claudẽdum poros pilorũ euulſorum , vt non renaſcantur: & hoc cũ acuali. In lacrymalibus, ad conſumendum carnem ſuperfluam, cum cultellari paruo.In cantho iuxta naſum , pro fiſtula, cum acuali & canna. In temporibus ad claudendum venas pro rheumate oculorum,cum cultellari.In naſo ad polypum cõſumendum, cum acuali & canna.In labiis pro fiſſuris , cum cultellari paruo. In dentibus, pro dolore, & putrefactione ipſorum,cum acuali & canna. In vuula , ad eam incidendam , cum incidente & canna cochleata. In collo fiant cauteria ad ſetonem , cum forcipibus & acu ſetoneata,retro in foſſa,ad diuertendum materias oculorum,vt ſolus dicit Lanfrancus.Licet autẽ alij non dixerint, innuerunt tamen,præcipuè gloſſatores, qui viderunt quendam medicũ maximè probatum, per cauteria rotunda ibi facta & longo tempore dimiſſa aperta,curare maniacos,ſcoticos, & vertiginoſos. Galenus etiã in 13.therapeutices dixit, cucurbitulam occipiti admotam eſſe nobile auxilium rheumatis oculorum:quãto magis cauterium? Et ob hoc ad rheuma oculorum, in prædicto loco cauterium cum ſetone facere conſueui. In parte autẽ anteriori, in collo ſub mento conſulunt quatuor magiſtri cauterium ad ſetonem, ad euacuandam materiam guttæ roſaceæ,& aliarum infectionum faciei & oris. In omoplata, in fontanellis brachiorum ad tres digitos à iunctura, vbi lacertus à lacerto manifeſtè diſtinguitur, ídque clauali rotundo, cum reſta & plata perforata,infernè fit cauterium, ad ægritudines faciei,& partis anterioris colli : externè verò ad ægritudines totius capitis,& partis poſteriori colli. In membris thoracis ſub furcula fit cauterium rotundum, aut ad ſetonẽ,pro aſthmate & ægritudinibus gulæ:& in axillis eodem modo,pro ægritudinibus humerorum, & mundificatione cordis, & palliatione leproſorum.In empyemate etiam quandoque fit apertura cum enſiformi cultellari inter coſtas,ad attrahendum ſaniem.Eſt tamen verenda fiſtula, aut mors,propter debilitatem cordis,ab aëre ſine alteratione ſubintrante, vt dicit Albucaſ.In ventre , à parte anteriori ſuper ſtomachum fiunt

*Cap.19.*

cauteria rotunda, aut ad ſetonem (quæ conuenientius manent aperta) ad ægritudines ſtomachi: & ſuper hepar,& ſuper ſplenem, ad dolores illarum partium: & ſub vmbilico, ad aquam hydropicorum. Et Albuc.& Hali faciunt ea cum claualibus duplicatis, aut triplicatis. In anchis fiunt cauteria, in inguine, ob rupturam. In pectine, pro veſica: Retro, propter renes & gibboſitates, idque rotundo aut clauali cum retinaculo. Et in burſa teſticulorum cum ſetone, ad herniam aquoſam & carnoſam. Octauò fiunt cauteria in fontanellis, ſub genu ad tres digitos, vbi lacertus à lacerto diſtinguitur, idque clauali rotundo cum retinaculo & lamina ad purgationem totius corporis & morbos tibiarum. Plures autem alias vtilitates ſpeciales adferunt cauteria prædictis locis, quæ ſuperius in ſingulis capitulis ſunt explicata. Vtilitates autem cauteriorum potentialium ſunt ferè eædem quæ actualium: præter id quod non confortant, ſed debilitant. Et ideo magis conueniunt ad euacuandum & deriuandum humores, & aperiendum apoſtemata, & fluxum ſanguinis reſtringendum, quàm actualia. Particulares verò eorum vtilitates aſſumuntur à locis in quibus fiunt. Communius tamen ponuntur cauſtica in locis carnoſis, quia trahũt à profundo magis quàm actualia: ſed membris principalibus magis ſunt moleſta. Veſicatoria verò in locis ponuntur cutaneis, vt ſub mento retro collum, & tota facie, & in malleolis pedum & manuum. non enim extrahunt niſi humorem intercutaneum, vt ſenſui apparet.

Propter ſecundum, quomodo fiunt cauteria, eſt ſciendum cauteria actualia fieri inſtrumentis, præcipuè metallicis: Potentialia verò, medicinis cauſticis. Inſtrumenta autem quibus fiunt cauteria actualia, apud antiquos erant diuerſa. Moderni verò ea contraxerunt: ad certum numerum, vt Gul. de Sali. ad ſex, vel ad octo: Lanfran. ad decem: Henricus ad ſeptem. Ego autem communia cauteria faciebam ſex formarum: ſpecialia verò cauteria faciebam propriis inſtrumentis, formatis iuxta intentionem quam complere habebam. fiant autem de qualibet forma tria inſtrumenta, paruum, magnum, & medium. Prima forma eſt Cultellaris, ad formam cultelli facta, & eſt duplex: Dorſalis, ſcindens ab vna parte: & Enſiformis, ſcindens vt enſis à duabus. Et iſto inciduntur carnes ſuperfluæ, & aperiuntur apoſtemata, & emendantur vlcera. Secundum inſtrumentum eſt Oliuare, non ad formam folij oliuæ, vt putauerunt Gul. Lanfr.& Henr. ſed oliuarũ oſſibus ſimile: vt dicit Haly. in nono ſermone, partis ſecundæ, cap. de coquendis capitibus: Quod eius operatio etiam oſtendit. fiunt autem cum oliuari in ſummitate capitis, vt docent præfati magiſtri: & iuxta iuncturas, ob earum dolorem: & ſuper neruos, vt non altè ſubeat eorum ſubſtantiam, dum vruntur ob putrefactionem: & ſuper oſſa, vt magis deſiccentur, dum vruntur propter corroſionem. Tertium inſtrumentum eſt Dactylare, ad ſimilitudinem oſſium dactylorum factum: & valet ad omnia ad quæ oliuare, ſed ipſum meliorem formam relinquit poſt ſe, (quia oblongam) & eſt craſſius quàm oliuare. Et ideo eſt præcipuum

in vl-

in vlceribus & oſſium corruptionibus. Quartum inſtrumentum eſt Punctale, habens cuſpidem gracilem & rotundam, eóque vritur ſola cutis. Et eſt duplex: vnum cum retinaculo & lamina vt non tranſeat vltra cutim: & eo fiunt cauteria, quæ communiter vocantur ad nodulum, in fontanellis brachiorum & tibiarum. Aliud eſt planum, longum ad modum radij, cum cannula, vt non offendat latera: quo vruntur membra profunda, vt fiſtula lacrymalis, polypus intra naſum, & dentes. Quintum inſtrumentum eſt cauterium gracile, quo imponuntur ſetones, cum forcipibus latis & perforatis. Valet autem iſtud cauterium, vt punctalia ad nodulum, ſed hæc ſunt leuiora, illud autem eſt durabilius: quia nodulus egreditur, & cadit ſæpe, & indiget ligatura moleſta: ſeto autem, minimè. Sextum inſtrumentum eſt Circulare, cum quinque additamentis ad faciendum quinque cauteria ad nodulum, cũ lamina quinque foraminibus perforata, ſuper iſchion in dolore ipſius, & ſuper humerum ad gibboſitatem humoralem & dolorificam. Modus autem faciendi cauteria actualia eſt vt inquiratur bene locus vbi debẽt poni, & exiccetur, & ſignetur: & applicata lamina aut cannula frigida, ſi debẽt poni, aut ſine ipſis vbi nõ eſt neceſſe, firmiter patientem tenẽdo, & bene ignita cauteria duo vel quot erũt neceſſaria, vſquequo rubeant (quia tunc erunt meliora) tradãtur magiſtro cautè, ne patiens videat & imprimantur, & teneãtur cũ quadã verſatione, vt nõ adhæreãt carni (fortius tamẽ in oſſe, leuius in neruo) vſquequo perdãt ſuam rubedinẽ. Et toties reiterentur, quouſque habueris intentum: & poſtea regantur.

Medicinæ verò ex quibus fiunt cauteria potentialia, ſunt ruptoria, quorum aliqua poſt ſe dimittũt eſcharã, vt calx viua, & ſapo mollis, æqualiter (vt ana drac.j. vel quantũ ſufficiet ad operationem) miſta, recenter admota antequam ſint refrigerata, vt dicit Albuc. addendo quid fuliginis, vt dicit Henr. aut ſalis alkali, vt præcipit Haly. & ſaliuã ponit vulgus. Et ſtatim applicetur in loco ſignato, intra circulum factũ ex tela cerata, aut è panno albumine oui madefacto, aut aliquo glutinoſo frigido: & ligetur firmiter à duodecim horis vſque ad xviij. dimittatur: poſtea remoueatur & regatur. Medicinæ autem rumpentes, quæ non faciunt eſcharam ſed veſicas, ſunt cantharides miſtæ cũ fermento, aut aliquo ſepo: vel folia flãmulæ, vel patta lupi, vel marciliũ, piſta, & ſuper locum applicata in quantitate drachm.ß. vſque ad drach.j. & ligentur non ſtrictè: & dimittantur ab octo horis vſque ad xij. poſtea remoueantur, & vt oportet regantur.

De tertio (quod eſt, de modo regendi cauteria) eſt ſciendum, eorum duplex eſſe regimen, ante actum videlicet, & poſt actum. Ante actũ obſeruamus, qđ omni tẽpore poteſt applicari, vt dixit Albuc. dummodo corpus ſit mundũ & nõ repletũ. Cõmunis autem eſt admonitio in iiij. & xiij. thera. & vbique, vt nullo euaporantium nominatorum auxiliorum vti audeas, antequam euacuatione totius corporis vſus fueris. Quod ſi non dicitur, ſemper tamen intelligatur. Admoneatur etiam patiens ante vſtionem de bonitate & ſecuritate cauterij, quò ipſum melius ſuſtineat. Et ſi neceſſe eſt

teneatur firmè,aut ligetur.Poſt verò vſtionem,in ptimis tribus diebus ponantur ſuper locum,& circumcirca,albumina ouorum cum oleo roſ.agitata.Deinde caſus eſcharæ cum butyro lauato, addita modica frumentifarina,aut cum aliquo vnctuoſo non ſalito, aut aliquo dulci maturante,procuretur. Et poſtquam ceciderit eſchara,mundificetur, & curatione vlcerum, curetur:niſi ipſum velis tenere apertum, ad euacuandos humores & fumos vaporoſos: aut propter conſuetudinem longam, ob quam non eſſet ſecurum claudere ipſum,abſque alia euacuatione æquipollente.Periculũ enim eſſet, ne humores qui conſueuerunt exire,retẽti currerẽt ad aliquod membrum,& inducerent maiora mala, vt in tract.de vlceribus eſt dictum, & in prologo iſtius libri præmiſſum, vt etiam notatur in illo ſexti aphoriſmorum,Hæmorrhoidas antiquas habenti. Si tamen eſſet neceſſe poſt clauſionem ipſum reiterare, in eodem loco poteſt reiterari, aut in ſuo conſocio membro, aut in alio ei proximo: iuxta illud Arnaldi, Manatio innaturalis quæ diu manauit, obſcurari nequit abſque timore grauioris incommodi, niſi manatio conſueta ad proxima deriuetur.Cauterium paſſus,à die vſtionis vſque ad ſeptem vel nouem dies,quoad ignea qualitas ſit refrænata, regatur regimine refrigerante.Poſt verò, vſque ad complementum ſuæ operationis, confortetur virtus, & præſcribatur regimen ad oppoſitum ſuæ cauſæ. Tempus autem commune tenendi ipſum apertum, ſecundum Rogerium & ſuos magiſtros, eſt 40.dierum, aut trium menſium: nam ille eſt terminus vltimus apoſtematum,lib.vj. aphoriſm.& in ſecundo prognoſticorum.Vltra autem illud tempus debilitatur locus, & habitum contrahit cacochymiæ:& ad hæc virtus in eo confortans eſt euaporata,vt dicit Henr. Teneatur autẽ apertum impoſitis turundis,& nodis è cera ſimplici: aut in aqua malaxetur euphorbium,vel ſcammonea,vel colocynthis, aut elleborus, pro natura humoris quem volumus purgare: aut cum piſo, aut cum nodulo è ligno hederæ, aut è gentiana. Et ſuperponuntur folia caulium, aut hederæ,ſub pannis, aut ſuper pannos triplicatos aut bis triplicatos: & aliqua lamina corij, aut ænea, aut argentea ligata. Et poteſt bis in die, aut quoties placebit remutari.Ad cauterium autem potentiale ante actum, eſt neceſſaria melior euacuatio,quàm ad actuale: cùm ſit maioris læſionis, vt dixi:non eſt tamen neceſſarium vincire patientem, ſed perquiratur locus, & ſignetur,& vt dictum eſt,applicetur: Et poſt actum,regatur vt de cauteriis aliis eſt dictum.Veſi catoria verò requirunt cuſtodiam, maximè veſicę, quæ conſueuit lædi ex cantharidarum applicatione.Ea autem læſio balneo conſueuit corrigi,vt inferius dicetur. Eleuatæ autem veſicæ incidantur, & aperiantur forficibus, aut acu. Poſtea deſuper folium caulis, & panni applicentur,& ſicut placebit remutentur. Et quia non faciunt eſcharam, ſed veſicam intra ſeptimam diem vel octauam deſiccantur,& conſolidantur.

*Cap.5.do. 1.tr.4. In cap. ſingulari.*

*De reg. vni.cur. do.5.cap. 4.aph.1.*

CAPI-

## CAPITVLVM QVARTVM

*De operationibus & artificio præparandi antidota localia quæ in arte competunt chirurgiæ.*

NEceſſarium & valde vtile eſt ſæpiſſimè medicis, (maximè chirurgis) vt ſciant adinuenire & componere,ac etiam adminiſtrare auxilia infirmis:quia multoties contingit eos operari in locis in quibus nõ reperiũtur pharmacopœi : aut ſi reperiuntur, non ſunt ita boni, neque omnifariè muniti.Vel ſunt multi pauperes,qui nõ poſſunt emere res proprias & pretioſas,quos communibus oportet eſſe contentos . Et propter hoc data eſt doctrina, & modus cognoſcendi ſimplices medicinas,à Galeno in primis libris ſimplicium pharmacorum, per ſubſtantiam , ſaporem & odorem, & id genus:& conficiendi compoſita,in decem & ſeptem libris de compoſitione medicinarum,quorum decem dicuntur cat.top.& ſeptem catageni, vt Halyab.in fine techni teſtatur.Ita quoque refert Galen.ipſummet quan doque feciſſe,vt ſexto cat.top.ruri exiſtens,carens diamoron,pro quodã in gargarione patiente adinuenit dianucum . Et xj.therap.accepit abſinthiũ pro paupere medico,apoſtema in hepate patiente,quia oleum non poterat emere nardinum.Ego etiam nunquam conſueui exire ciuitates, niſi mecũ portarem burſam clyſteriorum,& aliqua communia:Et quęrebam herbas per campos cum modis dictis,ad citò ſubueniendum infirmis. Et ita repor tabam laudem, lucrum, & amicorum copiam. Et interim conuenientiora præſcribebantur & procurabantur.Porrò eſt etiam vtile ſcire multas medicinas,quia non omnia in omnibus locis reperiuntur,vt ex lib.cat.top.ſuperius cap.de apoſtemate aurium fuit allegatum:Et quod confert vna hora,non confert alia:& quod vni proficit,nocet alteri. Et hoc totum eſt pro pter diuerſitatem particularium complexionum,hominum,& auxiliorum, quæ certis literis non poſſunt denotari,vt 3.therapeu.dicebatur.Propterea eſt ſciendum,operationes chirurgicalium (medicinarum) diſtingui ſecundum virtutes quæ ſunt in eis,& eas habent efficere in corpore humano:quę triplices numerãtur à Gal.& Auer.in quinto.Quædam ſunt primæ,quę dicuntur complexionales, & qualitatiuæ, quæ à qualitatibus dependent elementorum:vt ſunt illæ quæ dant & faciunt caliditatem,frigiditatem,ſiccitatem,ac humiditatem.Quædam ſunt ſecundæ, quia ſequuntur primas dictas : quæ ſuo modo dicuntur ſubſtantiales. vt illæ quæ habent repercutere,attrahere,reſoluere,remollire,maturare,mundificare,agglutinare,regenerare,ac etiam dolorem ſedare. Quædam ſunt tertiæ quæ hæc facere habent in determinatis particulis, quæ ſuo modo dicuntur ſpecificæ ſeu formales:vt medicinæ laxatiuæ,&diureticę,ac etiã illuminantes viſum,acuentes auditum,& id genus.Quæ quidem operationes (ſecundum mentem Auicennæ in ſecundo canonis) quandoque fiunt per medicinas ſuo modo ſimplices,vt ſunt roſa,chamæmelum,atque plantago:quandoque per compoſitas,vt ſunt vnguẽta,olea,emplaſtra,aquæ,epithemata,pulueres,& con-

*Cap.1.ſec. 3.*
*Cap.16.*
*Cap.7.*
*Li.5.ſimpl cap.2.*
*Cap 3.*
*Cap.1.*

ſimilia. Laudabilius tamen eſt operari ſimplicibus, ſi quis poteſt, quàm cō-poſitis: quia in compoſitis concurrere multa poſſunt, quæ multoties in vnum non poſſunt concordare, vt in tertio therapeut. oſtendebatur. Et propterea dicebat magiſter Arnaldus, quod qui poteſt medicari cum ſimplicibus, doloſè aut fruſtrà quærit compoſita. Cogit tamen (vt dicit) aliquando neceſſitas componere medicinas, quando non inuenitur ſimplex quod poſſit vtiliter complere intentiones propoſitas & conceptas. Concipiuntur autem intentiones, ſecundum eundem Arnaldum, ex membris, & ex morbis, aut ex medicinis. Ex membris, ſecundum nobilitatem, aut etiã diuerſitatem conditionis eorum, ſitus etiam & compoſitionis. Ex morbis ſecundum compoſitionem quam habent in ſe, & reſpectu cauſarum & accidentium. Ex medicinis, quando ſunt debiles, horribiles, aut nimis fortes. Et quia optimè iſta pertractantur ab Auicenna in quinto, & à Serapione in ſeptimo, & à tranſlatore Antidotarij Azaram parte prima, & à Ioanne de ſancto Amando in ſuis areolis, non curo in his elongare ſermonem. Nihilominus præparantur medicinæ, & mundantur, decoquuntur, & aduruntur, conteruntur, & id genus, ex cauſis certis, de quibus Serap. in Seruitore euangelicè tractauit.

*De reg. vniu. cur. morb. doc. 2. aph. 15.*

*Cap. 2. & 3.*

*Fol. 296. col. 1.*

*De præparatione medicinarum ſimplicium.*

*Cauſa* quare mundantur ſimplices medicinæ eſt, vt remoueantur ab eis extranea. Et lauantur omnes, vt magis ſint mundæ & puræ: Aliquæ verò, vt abiiciatur fæx & ſordities ab eis. Nonnullæ verò, vt remoueatur acrimonia & acquiratur frigiditas. Exemplum mundationis & depurationis habetur in herbis & radicibus: quę quomodo mundantur, & depurantur, notum eſt omnibus. Exemplum lauationis vt abiiciatur fæx & ſordities, eſt oleum & cera. Lauatur oleum dupliciter: vno modo, in clepſydra habente duo foramina, vnum in ſummitate, aliud in fundo: & impleta eius medietate aqua calida & oleo, claudantur foramina, & agitetur vehementiſſimè, vſque quo oleum & aqua ſint bene miſta: demum vbi quieuerint, aperiatur foramen fundi, quouſque aqua fuerit extracta: & demum ponatur tantundem alterius aquæ, & fiat vt prius: & toties reiteretur, quouſque oleum fuerit dealbatum. Aliter autem lauatur facilius in pelui, ſcutella, vel olla. Ponitur in ſcutella cum tantundem aquæ calidæ, & agitatur ſpatula donec albeſcat: deinde ponatur in ſole quouſque ſeparetur oleum ab aqua: poſtea colligatur oleum à ſuperficie aquæ cum aliquo cochleari, & reponatur. Et ſi ſufficienter fuerit mundatum, bene eſt: ſin minus, iterũ ponatur aqua vt prius, & ſecundò & tertiò, donec albeſcat. Lauatur & dealbatur cera, fundendo ipſam in aqua, & ipſam attollendo cum lapide, aut cum vitro rotundo in ea immerſo. Et poſt immergatur in aquam frigidam, & ſeparetur à lapide, toties ſic faciendo donec tota cera ſit extracta. Poſtea apponatur ad ſolem, eam ſæpe vertendo, donec ſit alba perfectè. Aliter, & leuius ſeu facilius accipitur cera, & coquitur in aqua: poſtea expellitur illa aqua, & ponitur alia: &

*De lauatione olei.*

*De lauatione ceræ.*

alia: & fit ita ſæpe, donec alba euadat.

*Lauatur terebinthina* (vt magis ſuauis pro neruis efficiatur) in ſcutella cum aqua frigida, & tantum baculo agitetur, aquam ſæpiſſimè mutando, donec ſit alba. Lauatur butyrum antiquum (vt ſalſedo remoueatur, & ad mollificandum efficacius efficiatur) in ſcutella cum aqua frigida, & tantùm baculo agitetur, donec fiat album. Lauatur calx (vt eius acrimonia remoueatur, & efficiatur deſiccatiua) in pelui cum aqua frigida, baculo eam miſcendo: & poſtquàm conquieuerit, illa aqua expellatur, & alia imponatur: hoc ſepties vel nouies aut toties faciendo, donec aqua ad guſtum ſuauis & dulcis reperiatur. Præparatur thutia primò adurendo, vt conteratur facilius, nouies eam accendendo carbonibus incenſis, & nouies eam extinguendo aceto, vel aqua pluuiali, vel aqua roſata, aut fœniculi, vel maioranæ, ſecundum id ad quod volueris eam applicare. Poſt verò lauetur, vt depuretur, & ſuauis & frigida efficiatur conterendo eam craſſo modo, & in panno & in pelui cum aqua frigida tantum fricando agitetur, vt tenue ipſius ad aquam trãſeat: & illud craſſum à pãno abiiciatur: deinde conturbetur aqua, & ſubitò colando cum alio pãno trãſponatur in aliud vas: & illud craſſum quod remanſerit in fundo, abiiciatur. & hoc bis vel ter faciat, quouſque nihil remanſerit craſſi. poſt dimittatur reſidere, quouſque deſcenderit in fundum. & tunc aqua illa, cum illa viriditate quæ cum ea ſupernatat, abiiciatur, & alia aqua ponatur: toties hoc reiterando, quouſque aqua dulcis & ſuauis efficiatur: tunc deſiccetur, & ſeruetur. Exemplum cõbuſtionis, vt facilius fiat contritio, eſt thutia. Sed vt remoueatur corroſio, & remaneat deſiccatio & cõſolidatio, eſt in ſubtilibus corroſiuis: velut ponit Gal. in tertio the. & 5. & nono ſimplicium pharmacor. de vitriolo & viridi æris accendantur ſuper catinum (vulgò dictum creuſetum) aut teſtam, carbonibus inſufflatis, donec inflammentur, & fundantur & ampullas excitent: & hoc fiat toties, donec color fuerit mutatus in rubrum vel citrinum, & quieuerint ampullæ, infrigidetur, & reſeruetur. Exemplum decoctionis (vt virtus colaturæ tradatur) eſt in ſyrupis, oleis, & infuſionibus: in quibus virtus traditur decoctioni, poſtea fiũt ſyrupi, & olea, & clyſteres, & gargariſmi, & embrochæ. Etiã decoctio fit quãdoq. vt virtus nõ neceſſaria ſeparetur, & neceſſaria remaneat: vt in caulibus & lentibus euidenter oſtendit lib. tertio pharmacorum Gal. Exemplum contritionis (vt res diutius permaneant ſuper locum, & magis efficiantur deſiccantes) eſt in lithargyro, & ceruſa. In conterendo autem eſt iudicium & terminus, vt dicit Auicenna.

*De cõbuſtione.*

*Cap. 6.*

*De decoctione.*

*De contritione.*

### *De præparatione medicinarum compoſitarum.*

*Compoſitæ* medicinæ præparantur & conficiuntur (ſecundum Ioannẽ de ſancto Amando, & magiſtrum Stephanum Arlandi de Montepeſſulano) diuerſimodè propter diuerſas vtilitates: vt in forma oleorum, vnguentorum, emplaſtrorum, epithematum, & id genus.

*De oleis.* Oleum eſt humiditas liquida & vnctuoſa. Et fit (ex doctrina Heben Meſ. & Azaram) tripliciter, videlicet per expreſſionem, vt oleum oliuarum, (quod dicit Gal. in ſecundo pharmacorum, eſſe ſicut materiam recipientem omnes virtutes) & oleum nucum, & amygdalarum, myrtinum, lininum, laurinum, muſcellinum, & oleum de ouis, & de frumento, & conſimilia. Fiunt etiam alio modo, ſcilicet decoctione ad ignem, vel ad ſolem, vel intra terram calidam: vt oleum roſarum chamæmeli, ex lilio, & ſimilia. Fiunt tertio modo ſublimatione, vt oleum benedictum, & oleum è terebin. è tartaro, è fraxino, & iunipero, & id genus. Cauſa quare fiunt olea, & virtutes ponuntur in eis, eſt duplex: vna eſt, vt oleum profundius perferat virtutem. ſecunda eſt, vt oleum leniat acrimoniam rerum cum quibus fiunt. Eſt tamen intelligendum, quod quando fiunt olea ex oleo oliuarum frigida, debent fieri ex oleo omphacino, quod eſt oleum oliuarum viridium & immaturarum: quando calida, debent fieri ex oleo dulci & maturo.

*De vnguētis.* Vnguentum eſt res vnctuoſa, non fluida, ſed permanens. Et fit ſecundum doctrinam communem, vno modo ſine igne, pinſendo in mortario: & iſto modo fit vnguentum album, & omnia vnguenta ex mineralibus mineralium. Et ad quamlibet vnciam tenuium puluerum, ponitur libra ß. olei: aquarum verò ſuccorum, aut aceti, quantum de mineralibus. Alio modo fiunt cum igne, fundendo in oleo ceram, & pinguedinem: & vltimò quando ſunt tepefacta, pulueres bene triti miſcentur. Et ad quamlibet lib. olei, ponitur ceræ quar. 1. puluerum, quartarium ß. æſtate: hyeme verò minus ceræ eſt neceſſarium. Tertio modo fiunt ex axungiis & herbis, pinſendo eas, & poſtea ſimul coquendo: & colatura eſt vnguentum & ponitur tantundem herbarum, quantum de axungiis. Cauſa quare fiunt vnguenta, eſt vt eorum materia maneat in ſuperficie: & non fluant, neque nimis altè penetrent. Sunt enim media inter olea & emplaſtra.

*De emplaſtris.* Emplaſtrum eſt confectio ceronea, per decoctionem ſolidata & indurata Et fit tripliciter: Vno modo, quando ſunt mineralia, decoquuntur primò
1. in oleo vſque ad ſpiſſitudinem, poſtea adduntur mucagines: vt in diachylon: & ſine mucilagine, vt emplaſtrum nigrum. Alio modo fiunt empla-
2. ſtra ſine mineralibus, vt oxycroceum, ex gummi, cera, pice, & terebentina, & aliquibus pulueribus, iſto modo: Contritis gummi, & per noctem in aceto vel vino maceratis, manè liquefiunt ad ignem, & diſſoluuntur vſque ad conſumptionem vini vel aceti: & colatis additur pix, deinde cera, vltimò tereben. & in deſcenſu ab igne ponuntur pul. ſemper agitando ſpatulâ: & proiiciuntur in aquam frigidam, poſtea extrahuntur: & manibus inunctis aceto, aut oleo, malaxando extrahitur aqua, & fiunt magdaliones. Signum autem coctionis emplaſtrorum eſt, vt gutta ipſorum proiecta in aquam frigidam, vel in marmor, coaguletur, & digitis non adhęreat malaxando. Fiunt etiam (& tertiò) miſto modo, ex mineralibus,
3. gummi, & pulueribus, vt in apoſtolicon eſt videre. Cauſa verò quare fiunt emplaſtra, eſt vt virtus diutiùs maneat in membro.

*De pultibus, & cataplaſmatibus.*

*Pultes* & cataplaſmata ſunt ferè idem: niſi quia in pultes non intrant niſi farinæ, cum aqua vel ſuccis, & oleo vel melle. In cataplaſmatibus ponuntur ſucci, & herbæ. Et fiunt ad maturandum: & tunc debent eſſe viſcoſæ, aut ad reſoluendum: & tunc debent eſſe abſque notabili viſcoſitate: & quia viſcoſitas notabilis claudendo poros retinet calorem, & ſpiritum, & materiam: quæ ambo faciunt ad maturationem, cum prohibitione reſolutionis, vt dicitur in quinto pharmacorum, & dicetur infrà. Nihilominus multoties emplaſtra vocantur. Cauſæ ipſorum ſunt leuitas præparandi, & vtilitas ſimplicium, quæ aliter non haberent tantam virtutem.

*Embrocha & epithemata.*

*Sunt* liquores ſimplices, atque compoſiti, quibus particulariter fouentur, & balneantur membra. His macerantur, ſpongiæ, aut panni, & expreſſi ſuper particulam ponuntur, & ſæpe remutantur. Et cauſæ talium ſunt, facilitas calefaciendi, & refrigerandi, & humectandi, & reſoluendi, cum virtute penetrationis.

*De aliis modis.*

*Plures ſunt* alij modi componendi auxilia, vt diſtillationes aquarum cauſa decoris, & ſinapiſmi ſeu inſperſiones, & linimenta, & talia: quæ magis fiunt ad apparatum & votum infirmorum, quàm ad exiſtentiam, vt dicit Henric. ſtabilis medici eſt, ſtare in certis & probatis: vagantis animi, peregrinari per multa, vt dicit Arnaldus. Et ſi aliquando congruum inuenitur, fortunæ magis attribuendum, quàm rationi, in tertio therapeu. Cognitorem enim oportet eſſe medicum propriarum naturarum in quibus operatur, & cum quibus, vt dicitur per totum.

## CAPITVLVM QVINTVM

*De antidotis localibus apoſtematum: Et primò de medicinis repercuſſiuis, & modo repercutiendi.*

QVia inter operationes ſecundas chirurgicalium (medicinarum) repercuſſio eſt magis neceſſaria, cùm ipſa prohibeat augmentum apoſtematis, & ipſius ſuppurationem (quę valde ſunt ſuſpecta de dolore & febre: & per cõſequẽs de vlceratione & fiſtulæ generatione, vt in iudiciis apoſtematũ ſuperius dicebatur: non obſtante vulgari opinione, quod in ſuppuratione à periculo corpus magis eſt ſecurũ) idcirco prius dicendũ eſt de medicinis repercuſſiuis. Medicina repercuſſiua (vt dicebatur in tract. de apoſtematibus ſuprà) dupliciter accipitur: cõmuniter ſeu largè, & propriè ſeu ſtrictè. Cõmuniter dicitur de omni medicina quæ refrænat, & cõpeſcit, infrigidat vel incraſſat, oppilat, & cõfortat. Et licet doctores, vt Haliab. Serapio, & Auic. ſæpe vnũ capiãt pro reliquo, nihilominus differunt inter ſe: quia medicina refrænatiua, & compeſcitiua eſt illa, quæ facit ſiſtere materiam cum infrigidatione: Et talis dicitur incraſſatiua apud Halyab. & Auic.

*Tr. 2. do. 1. cap. 1.*

*Li. 2. tr. 1. cap. 4.*

vt eſt ſemperuiuum, lactuca, craſſula, vmbilicus veneris, lenticula aquæ, oculi arboris tremulæ, aqua frigida, caphora, & acetum. Oppilatiua medicina dicitur illa, quæ ſua viſcoſitate & craſſitie claudit poros membrorum, & impedit tranſitum materierũ: vt eſt farina volatilis molendini, amylum, glutinum & genera gummi: & omne illud quod eſt frigidum, viſcoſum, ſine mordificatione. Medicina corroborans eſt illa, quæ temperat eſſentiam & complexionem membri, ita vt prohibeat ipſum à ſuperfluitatum receptione: vt oleum roſatum, & myrtinum, maſtiche, myrrha, coriandrum, ſantali, berberis, abſinthium, marrubium, centaurea, poma cupreſſi, fructus tamariſci, atque crocus. Propriè autem dicitur & eſt medicina repercuſſiua, repulſiua, ſeu impulſiua, interceptiua, reſtrictiua, ſeu conſtrictiua (ſecundũ Gal. in quinto & nono ſimplicium pharmacorum, capitulo ſecundo) quæ impellit verſus profundum humores quibus occurrit. Et eſt duplex, frigida & calida, cum ſtypticitate & craſſitie ſubſtantiali: frigidæ quidem, vt ſolanum, plantago, folia vitis, virga & burſa paſtoris, roſæ, balauſtiæ, hypociſtis, memitha, acacia, omphaciũ, ſumac, berberis, myrtillus, pira cydonia, meſpilla, glandes, gallæ, bolus armenia, argila, cimolea, terra ſigillata, & ſanguinalis lapis. Calidæ verò ſunt alumen, ſal, nuces cupreſſi, ſquinanthum, blacta byzantia, & lupinorum farina, & ſtyptica vina, artificialis compreſſura, & ligatura. Compoſitæ verò fiunt ex ſupradictis ſimplicibus multiformiter, prout dictum eſt in ſingulis capitulis, de phlegmone & eryſipelate, ac de aliis apoſtematibus: vltra quæ (gratia plenariæ doctrinæ) ponuntur quatuor formulæ, quæ competunt in principio omnium phlegmonum, & calefactionum: quia repercutiendo infrigidant, & materiam intercipiunt, & corruptionem prohibent ambulare, & locum apoſtemate obſeſſum corroborant. Earum prima eſt oxycratum Galen. in ſecundo ad Glauconem, quod fit ex aqua & aceto, in forma potabili miſtis. Secunda eſt linimentum è bolo totius communitatis: & id ponit Gal. in ix. pharmacorum, quod Re. boli ar. partem j. terræ ſigillatæ, partem mediam: olei roſ. partes tres: aceti vel ſucci herbarum frigidarum, partem mediam vnius: pulueratis rebus ſubtiliter, oleum & acetum miſcendo ſucceſſiuè & paulatim, diu in mortario agitando, fiat linimentum. Tertia formula eſt ceratum Gal. in primo ſimplicium pharmacorum: quod Re. olei roſ. ceræ, quãtum ſufficit: fiat vnguentum, & nouies aqua frigida lauando infrigidetur. Quarta formula eſt vnguentum è myrtill. & eſt Gulielmi de Saliceto. ℞. olei myrti, lib. j ceræ albæ, quar. ß. myrtillorum pulueratorũ vnc. j. fiat vnguentum. Modus autem repercutiendi eſt, vt euacuato corpore (ſi eſt poſſibile) & ſeruatis conditionibus iam ſuperius dictis, applicentur repercuſſiua ſimplicia, vel compoſita, prout exigit materia (ſi eſt calida, frigida: ſi frigida, econuerſo: ſi miſta, miſta) ſupra & circumcirca locum: magis tamen in parte à qua venit materia: renouando ſępiſſimè, & continuando vſquequo materia ſit fluxa, & locus alteratus, non ad liuorem & duritiem, ſed ad colorem & ſubſtantiam naturalem: & tunc erit ceſſandum,

*Li.5.c.16*

*Cap.2. part.3.*

*Cap.6.*

& pro-

& procedendum ad reſolutionem, vel ad maturationem, prout diſpoſitio apoſtematis requirit.

*De medicinis attractiuis, & de modo attrahendi.*

*Ad hoc* inuentæ ſunt medicinæ attractiuæ, vt attrahant materias à membris nobilibus & profundis, ad ignobilia & manifeſta: vt fit in apoſtematibus emunctoriorum, & criticis atque venenoſis, & in iſchiadico dolore, necnon in ſpinis, & ſagittis, & aliis infixis extrahendis, maximè quando ſunt in locis in quibus veremur inciſionem, aut patientes ſunt timidi ad ſuſtinendum eam. Tunc enim trahere debemus, & ſi non aliò, ſaltem cucurbitulis, & ſuctionibus, vt iubet Auic. Itaque, poſt repercuſſiua (quibus ſunt contraria, in quinto pharmacorum) dicetur de ipſis. Medicina attractiua ſecundum Halyab. vbi ſuprà eſt, quæ à profundo corporis trahit ad ſuperficiem. Ea debet eſſe complexionis calidæ, & ſubſtantiæ tenuis, vt velocius & vehemētius valeat altum ſubire. Et ſecundum Gal. vbi ſuprà, eſt duorum modorum: quædam eſt quaſi per ſe nata: quædam ex putredine accidente habet generationem. Per ſe nata eſt in dictamno, & ſordicie alueorum, thapſia, & ſerapino, ammoniaco: & ſi quæ alia ſimilia his, vt ſunt euphorbium, allia, cepæ, porri, napi, in nono ſimplicium, capitulo ſecundo. Ex putredine verò, quæ ex fermento acri fiunt, & quæ ex ſtercoribus exiſtunt: non parua tamen in his eſt differentia. Nam ſtercus quidem columbarum ſufficienter eſt attractiuum: Alia verò ab hoc æqualiter diſtant: verſus calidius quidem anſeris: verſus frigidius verò ſtercus gallinæ. deficit autem ab hoc ſtercus hominum, vel porcorum. Eſt autem & aliud quoddam genus attractiuorum, quæ à qualitate ſubſtantiali euellunt materias: vt ſunt laxatiua, & theriacalia omnia: quorum ſpeculatio magis phyſicis quàm chirurgis eſt nota. Auicenna verò videtur ponere inter attrahentia, ranas combuſtas, ariſtolo. radic. cannæ. Et Ioannes de ſancto Amando ex ſecundo canon. multa alia exempla congregauit, vt calamenthum, pulegium (maximè ceruinum, ſecundum Ariſtotelem octauo de animalibus) narciſſus, centinodium, pyrethrum, coſtus, piper, lapis ſpumæ maris. Ex quibus poſſunt componi diuerſa medicamina, vt in tract. de vulneribus, cap. de modo attrahendi fixa, compoſitæ ſunt duæ formæ. Et gratia manifeſtæ doctrinæ ponatur alia, quæ eſt mirabilis compoſitionis & mirabilium virtutum: & ponitur ab Auicenna in quinto canonis, ad Andromachum relata. Sugit enim & extrahit oſſa corrupta, & ſpinas, & ſurculos, & iſchiadi confert. Reci. granorum inuentorum in palma, bauracis rubri, ſalis ammoniaci, ariſtolochiæ creticæ, radic. cucumeris aſinini, gummi albotim, (quæ eſt terebinthina) ſingulorum drachmas xx. piperis nigri, & albi, ammoniaci, amomi, xylobalſami, ſingulorum drachmas decem: thuris maſculi, myrrhæ, reſinæ ſiccæ (quæ eſt colophonia) aldabac. (dicitur ſtellio & lacerta: de cuius capite ad hanc intentionem ſcribitur libro vndecimo pharmacorum) ana drachmas x. lactis

*Li. 4. fen. 3 tr. 1. cap. 19.*

*Cap. 16.*

*Li. 4. fen. 4. tr. 2. ca. 11.*

*Tr. 3. do. 1 cap. 1.*

*Sum. 1. tr. 11. cap. 17.*

arboris mori,dra.x.ceræ,drac.xxx.adipis capræ,drac.xv. fæcis olei liliacei, quantum ſufficit:fiat emplaſtrum. Ad eandem intentionẽ fiat emplaſtrum *Cap. 6. in literā E.* apoſtolicon antidotarij Nicolai. Modus autem vtendi iſtis attractiuis eſt, vt iuxta ignem inungatur ſuauiter particula oleo liliorum : deinde ſugatur locus ab aliqua vili perſona : poſtea medicamen apponatur , & lana ſuccida carpta leuiter cooperiatur : & faſcia ſciſſa in medio decuſſatim (ne comprimat locum) ſuauiter ligetur : & ſemel in die ſufficit vt remutetur.

*De reſolutiuis, & modo roſoluendi.*

*Quando* materia non eſt tota repercuſſa, aut non debet repercuti, aut eſt *Tr.5.c.2.* in loco tracta propter cauſas ſuperius dictas , tunc auxilia debẽt adhiberi reſolutiua,vt dicit Henr.& Lanfrancus : aut caraxationes,aut vtrunque ſimul:vt in tertio techni teſtatur Galenus. Medicina autem reſolutiua, aut diaphoretica , ſiuẽ rarefactiua , aut euaporans , quæ impræſentiarum ferè *Lib. 2. tr. 1. c. 4.* eadem eſſe exiſtimo,eſt illa cuius proprietas ſecundum Auicennam,eſt ſeparandi & attenuandi materiam , & facere ipſam exhalare , & aperiendo poros extrahere particulatim, donec aſſiduitate ſui operis totum extrahatur & euacuetur. Et propter ea oportet vt ſit calida , & tenuis ſubſtantiæ, non nimis. (acria enim ſunt hæc , inferúntque horrorem) & deſiccantia multum in quinto pharmacorum. Porrò medicinæ reſolutiuæ quædam ſunt ſimplices,quædam verò compoſitæ. Simplices ſunt,vt chamæmelum, quod inter cæteras obtinet principatum. Et ideò Ægyptij ſapientes ſacrificiis illud dedicauerunt, Galen.teſte, libro tertio pharmacorum. Vnde in quinto eorundem,inter reſolutiua conceditur idem chamæmelum. Et cum hoc althæa,& oleum ex ipſa factum: non minus autem quod ex cucumere aſinino fit. Sed & antiquum oleum , & è kerua , & raphaninum ex eadem ſunt ſpecie.Illa autem quæ frigida defluxa reſoluunt , oportet vt ſint ab-*Lib. 1. fe. 4. cap. 25.* ſtergentia,& exſiccantia, vt dicit Auic.qualia melilotum,anethum, malua, beta,parietaria,fumus terræ,caules,vrtica,ebuli,ſambucus , furfures : hordei,fabarum & orobi farina,& panis ſordidi medulla. Addit Lanfrancus & Henricus,cuminum,hyſſopum,calamenthum, ac origanum, ſpicam, & coſtum,myrrham, & maſtichen in contuſionibus vſus concedit communis. Ex iſtis autem componi poſſunt auxilia infinita,oleorum,vnguentorum,& emplaſtrorum:vt in forma oleorum eſt oleum chamæmeli, oleum anethi, è lilio,ex amygdalis:necnon oleum coſtinum,& nardinum, facta ſimpliciter , aut cum additione aliorum , ſecundũ formulã in antidotario Heben *Sũ. 1. diſt. 12. c. 44. & 48.* Meſ.& Azarã nobis dictã. Vnguẽta quoq. fiũt ex iſtis ſecundũ formã dictã. Specialiter verò Henr.in materiis calidis,hoc præſcribit,R.olei cham.vnc. iij.ceræ,dra.iij.axũgiæ anatis,& gallinæ,an.vn.j.cham.anethi, an.dra.ij.bulliant , & colẽtur,& fiat vng.In materiis autẽ frigidis Gul.hoc vti cõſueuit: Re.ſem.fœn.aniſi,anethi, ana drac.ii.farinæ lupinorum, vnc.ß.farinæ fœnugræci,& ſem.lini, ana vnc.j.coquantur in aqua , & cocta contundantur, &

& cum modico aceti & olei,fiat emplaſtrum ſeu cataplaſma. Plura alia inueniuntur in tract.de apoſtematibus communibus,& propriis oculorum, & in angina,atque cõtuſionibus , & arthritide. Et breuiter omnia mollificãtia, & maturantia in materiis tenuibus & paucis efficiuntur reſolutiua, vt habet experientia, & Lanfrancus & Henricus hoc etiam teſtantur. Modus autem reſoluendi eſt talis : vt aqua decocti materierum reſoluentium locus foueatur , vſquequo inflari incipiat,& rubere : & tunc tuam applica medicinam,quæ bis in die remutetur.Cauendum tamen eſt ab indocta reſolutione,ne extrahatur tenue , & craſſum lapideſcat , & cogatur medicus ad mollitiua tranſire.

### *De mollificantibus,& modo mollificandi.*

*Cùm* materia per indoctam reſolutionem induratur,tunc ad medicamina remollientia eſt tranſeundum. Medicina autem mollificans duplex dicitur,communiter videlicet,& propriè.Communiter & largè dicitur mollificans,omne medicamentum , cuius proprietas eſt quamcunque mollire duritiem.Durum autem tripliciter dicitur,in quinto pharmacorum : congelatum,extenſum,& ſiccum, ſimpliciter aut compoſité. Propriè verò dicitur medicina mollificans, quæ habet mollificare durum per congelationem.Cùm igitur durum per congelationem, in quo fuerit aliqua materia replens(vt eſt humor indoctè tractatus,in frigidum & craſſum conuerſus) indigeat ad ſanationem calefactione , & exiccatione, neceſſarium eſt vt eius medicina ſit calida & ſicca:non tamen fortiter & violenter, ſed ſufficit ſecundi quidem vel tertij quandoque gradus calefacientium, primi autem ſiccantium.Et ideo quandoque aliqui concedunt eam eſſe humidam:modicum enim ſecundum Galenum receſſerunt à neque ſiccantibus neque humectantibus. Et ſi quid viſcoſitatis & emplaſticæ conſiſtentiæ haberent, meliora eſſent: non tamen quantum ſuppurantia , quia tantò minus eſſent euacuantia.Si autem à frigiditate & ſiccitate ſimul indurata ſunt,calefacere quidem & humectare congruit , ſecundum menſuram exceſſus. Sin à repletione ſola, euacuare expedit quod replet & extendit. Si autem ſola ſiccitate,humectare, vt ſuperius dictum eſt in duritie iuncturarum,& dicetur in medicinis algebrarum. Exempla verò mollientium propriorũ,in quinto pharmacorum,& 14. therapeut.ſunt adeps caprinus(propriè hircinus)& gallinæ:ſed hi quidem ſunt debiliores.Fortiores eis ſunt, adeps anſerinus, & taurinus , & medulla ceruina, poſtea vitulina , & porcina recens & ſine ſale.Ex eodem genere cum prædictis(ſed fortiora)ſunt,ammoniacum,ſtyrax,galbanum,atque bdellium.Meliora autem ſunt recentia.Ex hoc genere etiam eſt oleum nouum,vel non nimis antiquum,& confectum cum lilio: necnon cum radic.althææ, & cucu.aſinini : & multæ aliæ plantæ decoctæ in oleo,aut in aqua. Remollitiuorum ſunt & ſylueſtris maluæ frondes crudæ,& etiam coctæ.Hæc & alia multa ſimplicia inueniuntur.Compoſita verò ſunt multarum formularum.Prima eſt emplaſtrum Galen.in libro

*Cap.5.* *Lib.5 ſimpl.c.8.* *Tr.6.doc. 1.cap.1.* *Cap.4.* *Cap.7.huius doctr.* *Cap.9.*

catageni, quod Rec.terebinthinæ, ceræ, ana quart.iij.galbani,baurac,ana vnc.j.thuris,quar.ß.medullæ oſſium cerui,vnc.ij. ſorditiei alueorum,vnc.j. & ß.olei laurini,ſepi vitulini,ana vnc.ij.miſceantur,& fiat emplaſtrum.Se-
Li.4.fen. 3.tract.2. cap.10. cunda eſt Auicen.quæ Rec.ſtercorum caprarum,vnc.ij.radic.cucu.aſinini, ficuum immaturarum,ana vnc.j. ſtaphidis agriæ, bdellij, farinæ fabarum, amygdalarũ amararum,ana vnc.ß.fæcis olei antiqui,quod ſufficit: fiat emplaſtrum. Tertia eſt diachylon commune(&,ſecundum Rhaſim,cum radicibus ireos multum ſcrofulis conueniens) quod Rec.lithargyri, lib.ß. olei communis,quar.iij.mucag.althææ, & fœnugræci, ana quar.ij.& ß.fiat emplaſtrum,cum cuſtodia lithargyri:& in vnaquęque lib.malaxetur cum oleo de lilio, vnc.j. radicis ireos pulueratæ. Quarta eſt diachylon magnum ab
Summ.1. diſt.11.c. 13. Heben Meſue expertum, ad mollificandum & reſoluendum omnem duritiem. Rec.lithargyri triti & cribrati, vnc.vj.olei irini, olei chamæmelini, olei anethi,ana vnc.iiij.mucaginis altheæ,fœnugræci,ſeminis lini,& ficuũ, ſucci ireos,ſucci ſquillæ, œſypi, glutinis alcamli (& viſcus eſt quo capiuntur aues ) ana vnc.vj. & ß.terebin.vnc.j. & ß.reſinæ pini, ceræ citrinæ, ana vnc.j. conficiantur ſicut decet. Et qui vult addere bdellium, ſagapenum, ammoniacum,ana vnc.j.erit diachylon gummatum. Quinta,& multæ aliæ formulæ auxiliorũ talium,ſunt dictæ in apoſtematibus frigidis,& in glandulis,& dolore iuncturarum:quare ſi eſt neceſſe,ibi capiantur. Modus autem remolliendi eſt,vt ſtuphata particula,& bene balneata decocto prędictorum remollitiuorum in aqua, aut in oleo, cum flocculo lanæ ſuccidæ (quia œſypus ſummè valet ad hoc,vt dicit Gal.)foueatur particula: deinde applicetur medicamen,& conſimili lana carpta cooperiatur, & ligetur: & quotidie, aut quando eſt neceſſe, mutetur. Cauendum tamen ( vt dictum eſt) à ſuperflua reſolutione,ne extrahatur tenue,& craſſum lapideſcat: & à ſuperflua humectatione, ne corrumpatur, & putrefiat particula. Proinde quando videbitur expedire, addes vel minues reſoluentia & humectantia,
Li.4.fen. 3.tr.2.c. 12. vt iubet Auicenna.

*De maturatiuis,& modo maturandi.*

*Porrò ſi* apoſtema videtur procedere ad vomicã & ſuppurationem(quod poteſt dignoſci per ſigna in tract.de apoſtematibus dicta)tunc tranſeundũ eſt ad ſuppurantem medicinam. Medicina autem ſuppurans aut maturans (non tamen aperiens,vt dicit arabica tranſlatio) eſt illa quæ facit caliditatem ſimilem caliditati membri in quo eſt apoſtema, abſque eo quod abſumat aliquid humiditatis ipſius. Et licet conſeruet & non alteret membrũ, alterat tamen materiã ſuppurãdam: cùm nihil aliud ſit ſuppuratio in quin-
Cap.2.& 6. to pharmacorum,quàm tranſmutatio: non illa quæ fit à calore naturali in cibo laudabili, nec quæ fit à calore extraneo in materia putreſcibili, ſed illa quæ fit à calore miſto in materia media, quæ eſt pus. Quid autem ſit pus, & quomodo generetur, & iudicetur, in tract.de apoſtematibus & vlceribus

vlceribus in capitulis primis eſt dictum. Cùm igitur natura humana ſit calida & humida,& continuè quid ab ipſa reſoluatur,conſtat ex his,oportere medicinam ſuppurantem eſſe calid.& hu.cũ quadã emplaſtica & viſcida qualitate (eſt enim calor naturalis qui maturat & digerit) nõ tamẽ tãtum quantũ remolliens medicam.ſed minus,à primo videlicet vſque ad ſecundum gradũ:& in hoc conſiſtit differentia ipſorũ. Nã ſuppurãtia ſaluãt humiditatem,mollientia verò eam minuunt, vt dicit Gal. vbi ſuprà. Horum exempla lib.quinto ſimpliciũ pharmacorũ, & ſecũdo ad Glauco. dat Gal. ex embrochis & fomentis,aquam tepidam,& oleum temperatum: ex cataplaſmatibus, farinam frumenti in aqua & oleo coquentes mediocriter, & *Lib.5. ſimpl.c. 7. Cap.8. Cap.7.*
» panem ipſum. coqui autem & hunc oportet mediocriter. Nam multum
» coctus eſt,& exiccatus,& maturatus difficilibus conuenit phlegmonibus,
» qui verò minus,valde calidis & ebulliẽtibus. Et ſi cum eo ponitur oleum,
» maturantior efficitur: & ſi purus,magis ſuppurat, furfureus & ordeaceus
» deſiccatiui ſunt,& magis reſoluunt,panis etiam purus medius eſt inter fa-
» rinam frumenti & hordei. Ad hoc igitur aſpiciens,& ichadôn (id eſt ficuum ſiccarum) decoctioni miſcebis panem, vel farinam. Ita igitur & adeps porcinus & vitulinus, & pix, & reſina, cum aliquo oleo & cera, quæ in baſilicone ſumuntur,vnita. Si autem materia eſſet craſſa & frigida, cepæ coctæ, atque allia, cortex maluauiſci, & radix lilij cum fermento paſta, atque farina fœnugræci cum axungiis eliguntur. Et diachylôn etiam ad id confert.Vſus tamen communis vltra dicta vtitur radice bryoniæ, & lapathij, malua, ſenatione, branca vrſina, violaria, caulium fol. vuis paſſis mundatis, ſemine lini, melle, butyro,& axungiis recentibus.Ex quibus,ſecundum diuerſitatem materierum, cõponuntur ſub formulis diuerſis maturantia multa: vt ad calidas materias fieri poſſunt multæ formulæ.Prima eſt ex maluauiſco præparato cũ axungia porci,vel butyro. Præparantur autem radices maluauiſci ſecundum Guliel.& Lanfranc.ita: Accipiantur cortices radicum lauatæ, & abiecto ligneo corde intrinſeco, optimè coquantur in aqua dulci,& piſtentur: fiant magdaliones, & ſeruentur.Secunda formula eſt mea: ℞.farinæ frumenti,lib.j. aquæ croceæ,decoctionis ficuum, lib.ij. coquantur vſque ad ſpiſſitudinem, & impingantur axungia,butyro,aut oleo,& fiat emplaſtrum. Tertia, & plures aliæ formulæ in capitulo de phlegmone & eryſipelatæ inueniantur: & infrà de ſedatione doloris,emplaſtrum Iamerij & Rogerij ad maturãdum laudatur.Ad materias autem frigidas poſſunt etiam fieri multæ formulæ. Prima eſt de meis: ℞.ceparum & alliorum coctorum ſub prunis,ana lib.j vitellos ouorum coctorum,numero quinque: radic.lapathij coctæ,lib.ß. farinæ fœnugræci,quar.j. fermenti,quart.ß.axungiæ porci,libr. j.incorporentur,& fiat emplaſtrum. Aliæ multæ formulæ inueniuntur in apoſtematibus frigidis, & glanduloſis: & ideo ibi quærantur. Modus operandi: eſt vt foueatur particula cum aqua decoctionis prædictorum, & lana ſuccida: deinde applicetur emplaſtrum tepidum, & cooperiatur ſtuppis, aut lana, aut fo-

*Tr.5. c.3.* *Li.2.c. 8.*

liis caulium: & ſuauiter ligetur ſuper locum apoſtematis, incidendo faſciam per tranſuerſum, decuſſatim, vt acumen apoſtematis non comprimatur: & non niſi ſemel in die remutetur.

*De mundificatiuis, abſterſiuis & lauatiuis, & modo mundificandi.*

*Maturato* apoſtemate, & apertione facta phlebotomo, aut cauterio actuali vel potentiali in quocũque loco vulnerato ſeu vlcerato, aut cõtuſo, aut alterato, in quo pus aut ſordes exiſtat, vtẽdũ eſt mũdificatiuis, abſterſiuis, & lauatiuis. Eſt autem medicina mũdificatiua tanquam genus ad ab-
*Tr.5.c.4.* ſterſiuam & expurgatiuam, & non ad corroſiuam, vt dicebat Lanfranc. & Henric. quia ipſa non mundificat pus, ſed cruſtas & carnem corrodit, & euellit. Medicina autem mundificatiua abſterſiua eſt, quæ ſeparat ſordes & pus à loco in quo ſunt, & ea ad ſuperficiem extrinſecam educit. Et licet vtrãque conueniat eſſe calidam, nihilominus abſterſiuam, lauatiuam vtplurimum oportet eſſe dulcem: vt eſt mel, & farina fabarum, hordei, atque terebin. & gummi genera multa: Expurgatiuam verò amarã, vt eſt orobus, atque lupinus. Plurima tamen inueniuntur facientia vtrũque, vt ſunt amygdalę, & orobi, atque ſemen vrticæ. Eſt autem ex hoc genere ſquilla, & iris, & ſpuma nitri, ſtœchas, abrotanum, & alia multa: ex quibus poſſunt componi multæ formulæ, diuiſæ ſecundum naturas indebiles, mediocres, & fortes. Quarum prima eſt communitatis, quæ competit apoſtematibus nouiter apertis, quia ſuauiter mundificat, & mordicationem ſedat. Et eſt ex farina frumenti, aut hordei, ſiue ſpeltæ, cum vitellis ouorum incorporata, & ſi adderetur modicum mellis, melius eſſet. Secunda formula etiam eſt communitatis: Recipe farinæ frumenti, hordei, atque peltæ, quar.j. coquatur in duabus partibus aquæ, & vna mellis roſ. & fiat emplaſtrum. & ſi adderetur modicum terebinthinæ lauatæ, dum deponitur ab igne, pro locis ner-
*Cap. 9.* uoſis vtilior eſſet. Tertia eſt Galen. in ſecundo ad Glauconem, & eſt carnis generatiua. Recipe mellis cocti, lib.j. thur. vnc.ß. myrrhæ, drach.ij. fiat em-
*Tr.5.c.4.* plaſtrum. Quarta eſt ex apio, & eſt Guliel. Lanfranci, Henrici, & Pariſien. omnium, & eſt de meis: quæ mundificat, & maturat vlcera maligna, Recipe ſucci apij, lib.j. mellis, quart.iij. farinæ frumenti, vel aliarum, quart.j. coquantur igne vſque ad ſpiſſitudinem, & fiat emplaſtrum. Et ſi adderetur aliquantum ſucci abſinthij, non permitteret vlcus in fiſtulam degenerare, aut in cancrum. Quòd ſi vlcus ſupercalefieret, addito ſucci plantaginis, aut craſſulæ, eſſet vtilis. Et ſi adderetur farina lupinorum, aut orobi, vel fœnugræci (vt conceditur à Bruno, & Theodor.) fortior eſſet. Et ſi terebinthina dicata eſſet neruis, myrrha etiam ad fœtorem & corruptionem mundificandam. Quinta eſt è reſina: & eſt fortis, & valde propria membris neruoſis: & eſt Bononien. Recipe reſinæ, mellis, terebin. ana lib.ß. myrrhæ, ſarcocollæ, farinæ fœnugræci, ſem. lini, ana vnc.j. diſſoluatur reſina cũ melle & terebin. & additis pulueribus, fiat emplaſtrum. Sexta eſt ex iride, & eſt Montiſpedanorum, quæ extrahit ſaniem, & expellit eam. Recipe mellis,

lib.

lib.ß.terebin.quart.vnum: fermenti, vnc.j.radicis ireos,vnc.ß.miſceantur. Septima eſt magiſtri Dyni:& eſt mundificatiuum ex gummi ad pus craſſum:Recipe galbani,ammoniaci, reſinæ, terebinthinæ,picis,ſepi vaccini, ceræ,olei antiqui,ana vnc.j.diſſoluendo gummi cum aceto,liquefiant ad ignem,& fiat emplaſtrum.Octaua eſt vnguentum apoſtolorum, quod aptũ eſt ad mundificandum vlcera.Rec.ceræ albæ, reſinæ, ammoniaci,ana drac. xiiij,opopanacis, viridis æris,ana drac.iij,ariſtolo.rotundæ,thuris,ana dra. vj.myrrhæ,galbani,ana drac.iiij.bdellij,drac.vj.lithargyri, drac.ix.olei com munis,libr.ij.diſſoluantur gummi in aceto, & miſceantur cum lithargyro in oleo decocto,& addatur cera,& reſina liquefacta, & coquantur quouſque incipiat gutta coagulari.& cùm deponuntur ab igne,miſceantur pulueres,& in fine viride æris ponatur,& fiat vnguentum. Et ſi decoquatur vſquequo nigreſcat,vocatur ab Heben Meſ.vnguentum Ceraſeos: & à magiſtro Anſerino de Ianua, & à magiſtro Petro de Argenteria in Montepeſſulano,Gratia dei:quia mirè rectificat vlcera maligna.Decima formula eſt vnguentum Ægyptiaticum:& ponitur à Galen.Rhaſi, & Albuc.& eo vtebatur magiſter meus Bononien.& eſt de meis: quia in eo ſemper inueni bonam efficaciam ad leniter corrodendum, & optimè mundificandum. *Lib.2.diuiſ.c. vlt.* Recipe mellis,lib.j.aceti,libr.ß.floris æris, vnc.j.aluminis, vnc.ß.coquãtur ad ignem donec ſpiſſetur,& ru.efficiatur. Et inde bicolor vocatur: eáque ratione,coctum eſt minus ſuſpectum crudo, quod remanet totum viride. Vnguenta enim viridia ſunt apud vulgum infamia. Adhæc, iſtud eſt mirabile:quod poſt operationem amittat ſuam rubedinem, & reducatur ad viriditatem:quam rem credunt vulgares ex malitia ægritudinis fuiſſe factum vndecima formula eſt emplaſtrum rubrum græcum: & eſt etiam binorum colorum,in ſecundo ad Glauconem. Et laudatur à magiſtro Dyno,ad emendandum vlcera maligna,& difficilis conſolidationis. Recipe olei libr. ij.aceti,libr.j.& ß.lithargyri lib.j.ziniar (quod eſt viride æris) vnc.j.coquatur lithargyrus in aceto & oleo donec incraſſetur: & tunc ponatur viride æris,& coquatur donec inſpiſſetur,& rubrum efficiatur:& fiat emplaſtrum. *Cap.9. Cap.de vnguentis.* Duodecima formula eſt vnguentum viride herbarum: & id commendat magiſter Dynus,quia plagas veteres mundificat, & carnem ſuperfluam ſuauiter conſumit,& conſolidat,& ſanat.Recipe chelidoniæ, plantag.ſcabioſæ,vrticæ,leuiſtici,centrum galli,gallinæ graſſæ,ana m.j. conquaſſentur, & cum lib.ij.olei per ſeptem dies,macerentur,deinde bulliant,& exprimendo colentur:cui colaturæ addantur ceræ,vnc.iij.terebinthi.vnc.vj.reſinæ,vnc. ij.bulliant donec parum ſpiſſentur:deinde tollantur ab igne, & miſceantur thur.ſarcocollæ, & aloes, ana vnc.j.ariſtolochiæ longæ, floris æris, ana vnc.vj.miſceantur, & fiat vnguentum: eſt enim bonum & probatum. Plura alia ponuntur in cap.de auxiliis carnem generantibus, quæ carnem gignendo mundificant.

*De medicinis dolorum ſedatiuis, & ipſarum operationibus.*

Cùm dolor ſit accidens, quod magis impedit omnem rectam operationem, tam in apoſtematibus quàm in vulneribus, quàm aliud, vt dictum fuit paſſim, ideo in medio vulnerum & apoſtematum tractabitur de eius ſedatione. Dolor ſecundum Auicen. eſt ſenſus rei contrariæ. Et licet res contrariæ ferentes dolorem, ſecundum Galen. tranſmutationes naturæ ſint à caliditate, & frigiditate, violenta illatione, & ab aliis quæ frangere & incidere vel extendere, vel corrodere apta nata ſunt: nihilominus à qualitatibus contrariis fit per ſe, à ſolutione continuitatis per accidens, prout tenet ſchola communis Montiſpeſſulani. Et ita Galen. non iuſtè reprehenditur ab Auerr. in tertio Colliget, ſi quis bene legat libr. quartum de ægritudine & ſymptomate, & libr. de intemperie inæquali. profundum tamen eſt hoc mare, in quo mihi non licet nauigare. Si igitur dolor eſt ſenſus rei contrariæ, ita (ſecundum Galenum, vbi ſuprà) ſedatio doloris & voluptas per oppoſitum, eſt rei conuenientis, aut non ſentire rem diſconuenientem & contrariam naturæ. Ex hoc apparet euidenter, dolorem dupliciter ſedari. Vno modo, remouendo rem contrariam, euacuando vel alterando: Alio modo, ſenſum particulæ tollendo. Sedans tamen certum eſt primum, vt dicit Galenus in quinto pharmacorum, & Auicenna. Ergo neceſſe eſt, ſeccundum ipſummet Galenum, & Auerroem in quinto, vt medicinæ quæ ſedant certa ſedatione, ſint temperatæ, ſimiles calori naturali, aut paulò plus excedentes. Et cùm hoc ſint tenuis ſubſtantiæ, ita vt poſſint multiplicare calorem naturalem, & præparare humorem ad digeſtionem, vt ſit facile permutabilis à natura. Et res conuenientiores ad hoc ſunt pinguedines, & olea: & pinguedo quidem, vt gallinæ, anatis, & anſeris, quæ melior eſt ſecundum Galenum: ex oleis verò, oleum è vitellis ouorum (vt dicit Azaram in antidot. magno) & oleum oliuarum dulce, calidum parum, in ſecundo pharmacorum. & generaliter omnes res dulcorantes. Et anethum, & ſemen lini, euacuando ſedant dolorem, cùm apponuntur ſuper locum, vt ſcribit Auicen. Gal. tamen vult lib. quinto pharmacorum, ſuppurantia dicta in maturantibus, quia habent calorem ſimilem corpori humano, eſſe doloris ſedatiua: & per conſequens reſolutiua domeſtica, vt experientia probat. Porrò ex illis ſimplicibus poſſunt cõponi multæ formulæ: Quarum prima eſt communitatis. Recipe medullæ panis albi duri, aqua feruẽti maceratæ, & ab aqua expreſſæ, lib. j, vitellos ouorum, iij. numero, olei roſ. quar. ß. miſceantur, & fiat emplaſtrum. Secunda eſt Theodorici, Lanfranci, & Henrici. Recipe foliorum maluarum, m. iij. coquantur in aqua fortiter: deinde incidantur, & piſtentur, & cum aliquantulo aquæ decoctionis miſceatur pars j. cribraturæ furfuris, & fiat emplaſtrum. Tertia formula eſt Iamerij, multum vulgaris: ſedat enim dolorem cum maturatione, & reſolutione, Recipe folia maluarum, maluauiſci,

*Lib.1.f.2. do.2.ſum. 2.c.19.* *Lib. 4. de ægr. & ſymp.c.6.* *Cap.31.* *Cap.19.* *Lib.1.f.2. do.2.ſum. 2.c.21.* *Cap.13.*

uiſci,brancæ vrſinæ,voli.volubilis,parietariæ, hyoſcyami, vmbilici veneris,ana m.j.mundentur herbæ à neruis, & coquantur in aqua,& terantur,& cum ſufficienti axungiæ porci,aut anatis ſine ſale.piſtentur: deinde accipiatur colatura,& inſpiſſetur cum farina frumenti,aut hordei & cum modico farinæ ſeminis lini,&aliquantulo farinę fœnugræci (niſi fuerit locus inflammatus) & cum aliis terendo miſceantur, & fiant pulte ı emplaſtrum,& ſi poneretur abſinthium, eſſet magis confortatiuum. Rogerius quaſi idem concedit: tamen in decoctione addit parum vini & mellis: & aliquando extrahit ſuccum herbarum,cum quo incorporat farinas. Multæ aliæ ſunt formulæ lenientes& ſedantes dolorē ſpatularum,ventris,renum, & matricis, & locorum neruoſorum: vt eſt vnguentum reſumptiuum, quod Recip.butyri ſine ſale, lib.j.olei viol.lib.ß.axungiæ gallinæ, anatinæ, anſerinæ, aſininæ, medullæ bouinæ, recentium, ana vnc.j.ceræ,quod ſufficit:fiat vnguentum.Alia formula eſt communis, vnguentum martiaton,vnguentum Agrippæ,oleum laurinum, oleum muſcellinum, balaninum nardinum, & ſimilia, quæ confortant neruos, & à dolore liberant eos.Et qui voluerit plura,in dolore apoſtematum & vulnerum ac puncturarum,vel in dolore iuncturarum,eorum inueniet copiam.Modus ſedandi dolorem eſt, vt facta euacuatione, maximè per phlebotomiam, ſi dolor ſit fortis, & à materia ſanguinea, (Phlebotomia enim dolorem ſedat vera ſedatione,cùm cauſam ſubitò remoueat.Et ita inter doctores nō eſt contrarietas,vt imponebat Henricus) foueatur,& balneetur particula admota aqua tepida & oleo, per horam, deinde exiccetur ſuauiter & medicamen applicetur:& leniter cum ſtuppa, aut lana carpta ligetur, & ſæpe remutetur.Iſte eſt modus verè & eſſentialiter ſedandi dolorem. Quando autem certo & vero modo non poterit dolor ſedari, & neceſſitas vrget: (propter ſymptoma, quod virtutem poteſt morti prodere) melius eſt inducere quid nocumenti ad corrigendum, quàm permittere præ dolore hominem mori, vt libro duodecimo therapeutices deducitur euidenter.Tūc enim oportet tranſire ad ſedantia ſtupefactiua,quæ non verè, ſed apparenter ſedant dolorem: Ac ſi dicat aliquis, hominem mortuum non ſentire dolorem: vt dicitur in quinto pharmacorum. Et talia ſunt in extremo contraria his,quæ verè &(vt ita dicam)exiſtenter ſedant: frigida enim ſunt, & naturæ contraria,velut eſt opium, mandragoræ radix, ſolanum, hyoſcyamus,& papauer.Verùm ſiccata ſunt ſalubriora,quàm viridia:& corroborata croco,myrrha,ſtyrace,atque caſtoreo, vt in philonio,& opiatis.Et in ſuppoſitoriis,necnon & in collyriis,ſunt tutiora.Quantitas autē & tēpus debēt eſſe opportuna,vt in eodem 12.therap.dicebatur. Et ex hoc fuerunt medicis ſuſpecti trochiſci,quos dominus EpiſcopusRigēſ.cōſulit domino Marſiliēſi Epiſcopo patiēti ſtranguriā dolorificā. quia mortuus eſt ſoporatus & obdormiens.Habebant enim talem proprietatem, vt vnus ſumptus ſtatim ſedaret dolorem:Aliorū verò formula in toto continente erat talis. Recipe hyoſcyami albi, drac.j.opij, drach.ß.ſeminis citruli, lactucæ,ana

*Lib.1.c.6.* *Cap.1.* *Cap.19.* *Cap.1.*

drac.iiij.ſeminis portulacæ,drac.ij.fiant trochiſci, cum aqua glycyrrhizæ. Iſtud idem medicamen reperitur in tertio canon.de vlceribus renum, ſub hac formula.Recipe ſeminis hyoſcyami albi, ſextam partem vnius drac.opij, karacem,j. (qui ſunt 24.grana hordei,in ſynonymis Mundini) ſeminis citruli,ſeminis lactucæ,ſeminis portulacæ,ana drac.vnam.

## *CAPITVLVM SEXTVM*

### *De antidotis localibus vulnerum & vlcerum. Et primo de medicinis reſtringentibus ſanguinem.*

SAnguis neceſſe eſt, quando fluit in exceſſu, vt reſtringatur: aliàs periret homo:quum ſanguis & ſpiritus ſint theſauri & fundamenta naturæ,vt tenent omnes phyſici.Sanguis autem multipliciter retinetur,vt ſuprà de vulneribus venarum fuit dictum.Inter quos modos, qui per medicinas fit tractabitur nunc,& dicetur medicina reſtrictiua ſanguinis eſſe illa, quæ habet conſtringere membrum,& ſanguinem fluentem retinere.Et hoc facit aut quia [1] frigida,acrimoniam ſang.reprimẽdo : aut quia [2] vnit & aggregat orificia venarum:aut quia [3] glutinat & oppilat poros membrorum: aut quia [4] deſiccat & vrit, & eſcharam inducit in membro. Exempla primorum in quinto pharmacorum ſunt,aqua frigida, ſemperuiuum,portulaca, tribulus viridis,pſyllium,auricula muris,lenticula aquæ,acedulam, & vm-
*Cap.13.* bilicum ve.addit Auic. Exempla ſecundarum ſunt plãtagines,cauda equi, galla,ſidia,grana paſſularũ,rhabarbarum,bolus ar.terra ſigillata,gypſum,& omnia ſtyptica & auſtera,terreſtria & craſſarũ partiũ mordicatione carẽtia. Exempla tertiarum ſunt,ſanguis draconis,thus,aloë,maſtiche,reſina,glutina,amylum, puluis molendini. Exempla quartarum ſunt calx,arſenicum, cuperoſa,vitriolum,& id genus. Ex quibus poſſunt componi multæ formu-
*Lib.5.th. cap.7.* læ.Prima eſt puluis Gal.ex albuminibus ouorum, & pilis leporis,ad mellis ſpiſſitudinem vnitis.pro quo Rec.aloës,thuris,ana partem j.fiat puluis. Secunda eſt de domo: & dicitur puluis rubeus,qui Re.boli armeniæ,partem j.gallarum frixarum,partem aliam:ſang.draconis, thuris,aloes, maſtiches, ana partem tertiam vnius.fiat puluis.
*Li.1.c. 10.* Tertia eſt Albuc.& eam Brunus,& Lanfran.tenent.℞.thur.partem j.ſanguinis draconis, partem ß.calcis viuæ,
*Tr.1.do. 3.cap.2.* partem iij.vnius : fiat puluis, & eſt conſeruatiuus futurarum. Quarta eſt Gal.lib.catag.Re.balauſtiorum, vnc.iij.aluminis,vnc.j.cuperoſæ,vſtæ,vnc.
*Lib.1.ca. 10.* ß.fiat puluis.& eſt probatus. Quinta formula eſt Rogerij, & Iamerij,eius ſectatoris.Re.colophoniæ,quar.j.boli armeniæ, quar.ß.maſtiches, olibani, ſanguinis draconis, ana vnc.ß.radic.conſolidæ maioris, roſ.ana drac.j.fiat puluis.

### *De medicinis carnem gignentibus,& modo eam generandi.*

*Tres ſunt* actus communes, in cura vulnerum & vlcerum neceſſarij.Primus eſt agglutinare, aggregare, & conſolidare (quod idem reputo præ-

prẹſenti,) labia diſiuncta. Et iſte conuenit vulneribus, quatenus ſunt vulnera. Secundus eſt, regenerare carnem vbi deficit: qui conuenit vulneribus & vlceribus concauis. Tertius eſt cicatricem inducere, & ipſum ſigillare: qui vulneribus, & vlceribus in quibus ſola cutis eſt neceſſaria, congruit. Et omnes iſti actus natura operante cum deſiccantibus medicinis perficiuntur: ſecundum tamen magis & minus, vt ſuprà in tertio tractatu de vulneribus fuit deductum. Nam agglutinantes, ſiccitate indigent in ſecundo gradu *Doct.1.c.2.*
carnis generatiuę, in primo: cicatricem inducentes, vſque ad tertium. In qualitatibus autem actiuis non debet eſſe exceſſus, niſi dyſcraſia requireret ipſum: adhęc nulla indigent mordicatione. Et vltra diſpoſitionem vulnerum, recipiunt diuerſitatem in gradibus à complexione totius, & partis, & ab ętate, tempore, & contrariorum indicatione. Et cauſę iſtorum omnium ibidem fuerunt aſſignatę. Eſt ergo medicina agglutinans, aggregatiua, ſeu *Lib. 2. tr. 1 cap.4.*
conſolidatiua, ſecundum Auic. quę exſiccat & inſpiſſat humiditatem quæ eſt inter duas ſuperficies vulneris propinquas: ita vt conuertatur ad conglutinationem, & inuiſcationem, & adhæreat vna alteri. Et ideo indiget quadam ſtypticitate: vt ſunt ſang. drac. & aloë, ſarcocolla, bolus ar. terra ſigillata, necnon cortex palmę, malorum granatorum, arnogloſſa, & folia pini, & cupreſſi, pentaphyllon, acetoſa, & folia pirorum ſylueſtrium, flores ſorborum, & caudæ equinæ rami, pul. molendini, hordeum vſtum, terebin. ac etiã lac acetoſum, atque vinum rubrum ſtypticũ. Ex quibus poſſunt fieri multę formulæ compoſitorum, quarum prima eſt totius communitatis, & fit ex terebin. lauata, & rubro puluere dicto ad ſanguinis conſtrictionem. Secunda formula eſt Galen. lib. catageni, & vocatur emplaſtrum nigrum: & eſt *Lib.1.c.9.*
de meis. Recipe lithargyri, partem j. olei, aceti, ana partes tres. coquantur per diem integram, ipſum continuè agitando vſque ad ſpiſſitudinem & nigredinem, & fiat emplaſtrum. Tertia formula eſt diapalma, à libro catageni ſumpta, quæ Reci. axungiæ porci vetuſtiſſimæ, lib. 2. olei antiqui, libr. 3. *Lib.1.c.4.*
lithargyri, lib. 3. cuperoſæ, quar. ß. coquantur in modum emplaſtri nigri, & agitetur continuè ſpatula è palma viridi, aut è canna, & fiat emplaſtrum. Quarta formula eſt emplaſtrum viride magiſtri Petri de Bonanto, quod ℞. plantaginis, conſolidæ maioris & minoris, betonicæ, verbenæ, pimpinellę, piloſellæ, millefolij, linguę canis, caudæ equinę, ana m. j. conquaſſentur, & cum lib. 3. ſepi veruecis coquantur, & colentur: poſtea addantur reſinę, cerę, galbani, ana quar. 3 ſarcocollę, quar. j. terebin. quar. j. & ß. fundãtur, & fiat emplaſtrum. Quinta formula eſt emplaſtrum ex centaurea: & eo vtebatur magiſter Petrus de Arlate. Reci. centaureę mi. m. 6. macerentur per noctem vino albo: deinde coquantur ad conſumptionem medietatis vini, & colentur: & illa colatura iterũ bulliat, vſquequo ſit reddita ad ſpiſſitudinẽ mellis & ſeruetur. Et quando volueris facere emplaſtrum, Reci. terebin. lib. j. cerę nouæ, quar. j. reſinæ, thuris, gummi arabici, maſti ana vnc. j. vini prędicti è centaurea, vnc. 3. lactis mulieris, vnc. 2. fiat emplaſtrum. Sexta formula eſt magiſtri Dyn. Recipe betonicæ, centaureę, ana m. 3. conquaſſentur, & in

vino albo bulliant, & colentur: & colaturæ addatur terebin.lib.ß. reſinæ, quar.j.ſarcocollæ,vnc.j.ceræ,vnc.2.& iterum bulliant,& ſuper acetum proiiciantur, & congregentur, & cum lacte malaxentur,& fiat emplaſtrum. Septima eſt vnguentum Regis Angliæ. Recip.ceræ albæ, reſinæ,ana quar. j.olei, vnc.2 terebint.lotæ, vnc.j.thuris, maſtiches, ana vnc.ß.fiat vnguentum. Octaua eſt emplaſtrum quod comes Gulielmus habuit à Papa Bonifacio:& Papa habuit id à magiſtro Anſerino de Ianua:qui etiam id dederat Regi Franciæ. Recip.pimpinellæ, betonicæ,melangianæ, verbenæ, vermicularis,ana m.j.bulliant in bono vino albo,vſque ad conſumptionem duarum partium: deinde colentur, & vinum iterum bulliat,& addatur ei reſinæ,lib.j.ceræ albæ,lib.ß.maſtiches, vnc. 2. coquantur & proiiciantur ſuper lac mulieris,& malaxetur,& fiat empl. Nona formula eſt vnguentum gloriæ:& id faciebat magiſter Iohãnes,nepos magiſtri Anſerini de Ianua.Recipe olei bedegaris, lib.j.ceræ, quar.j.ſe.illarum roſ.vnc.ß.fiat vnguentum. Decima formula eſt, vnguentum viride herbarum totius communitatis, Rogerij,Iamerij,atque Nicolai, & totius ſectæ Theſſalinæ. Reci.chelidoniæ,panis cuculi, (qui dicitur alleluia,) centrum galli,leuiſtici,ſcabioſæ, ana m.j.ſepi arietini,lib.j.olei,lib.ß.ceræ,maſtiches,thuris, aloes, viridis æris,ana vnc.j.fiat vnguentum.Vndecima eſt emplaſtrum ex vermibus, agglutinans & conſolidans membra neruoſa:& eſt Lanfranci.Recipe vtriuſque conſolidæ, cynogloſſæ, piloſellæ, vtriuſque plantaginis, ana m.j.vermium terreſtrium,lib.ß.terantur omnia, & ponantur in lib.j.& ß.olei cõmunis per ſeptem dies:deinde bulliant modicum,& colentur, & exprimãtur:& tunc addatur ſepi arietini mundati,lib.j.picis naualis,lib.ß.picis Græcæ, quar.j.ammoniaci, galbani, opopanacis, terebin.ana vnc.j.thur.maſtiches,ana vnc.ß. diſſolutis gummi in aceto,fiat emplaſtrum. Modus autem operandi eſt,vt poſt reſtrictionem ſanguinis,& prohibitionem apoſtematis, foueatur vulnus vino rubro calido:deinde ſiccetur: poſtea medicamen apponatur,& deſuper ſtupa macerata vino rubro & expreſſa:& ligatura incarnatiua artificialiter ligetur.

*Dynus ca. de vnguẽtis.*

*Tr.5 c.5.*

*De medicinis regenerantibus carnem,& modo operandi.*

*Lib. 2. tr. 1. cap. 4.*

*Medicina* ſarcotica ſeu generatiua carnis,ſecundum Auic. eſt illa,cuius « proprietas eſt,vt permutet ſanguinem ſuperuenientem vulneri in carnem « propter quod adæquatur complexioni eius,& coagulat ipſum cum exicca- « tione,& quadam abſterſione non mordicãte, vt dicitur in quinto pharma- « corum.Et ſunt trium modorum,debiles,fortes,& fortiores. Debiles ſunt olibanum,maſtiche, & aloë,colophonia, farina hordei & fœnugræci: quæ debent corporibus,& membris humidis applicari. Fortes ſunt ariſtolo.ireos,farina lupinorum & orobi,cadmia quoque,& cuperoſa aduſta, in parua tamen quantitate poſita: quæ debent corporibus & membris ſiccis applicari,vt ſuprà in vulneribus concauis fuit dictum.Fortiores ſunt,quæ vlceribus

ceribus profundis ſunt apta,velut centaurea, & polium,glutinum, limaces
vſtæ,plumbum & antimonium aduſta, & id genus: pix etiam,& reſina car-
nem regenerant: & myrrha generat carnem ſuper oſſa nudata. Ex quibus
ſimplicibus poſſunt fieri multæ formulæ compoſitorum. Quarum prima
eſt vnguentum Baſilicon, dictum à Galeno tetrapharmacum. Recipe picis *Libr. 13.*
nigræ,reſinæ,ceræ,ſepi vaccini,olei,ana quantum vis.fundantur, & fiat vn- *ther. c. 5.*
guentum. Et ſi addatur olibanum,dicitur maius ab Heben Meſue,& à Gal. *Sum.1.*
Macedonicum.Secunda formula eſt, vnguentum fuſcum ſecundum Nico- *diſt.11.c.*
laum,quod in pharmacopoliis inuenitur factum. Tertia formula eſt, vn- *19.*
guentum aureum Heben Meſue , in quo vt ſit aliquantulum mundifica-
tiuum,modicum addo mellis. Recipe ceræ,vnc.v.reſinæ, quart.j. terebin-
thinę,lib.j.mellis,quart.ß.maſtiches,thuris,ſarcocollæ,myrrhæ,aloes, cro-
ci,ana drac.ij.fiat vnguentum. Quarta formula eſt, vnguentum viride Gal. *Li. 4.fen.*
cōceſſum ab Auic.Re.olei,ceræ,an.vnc.vj.liquefiāt , & in deſcenſu ab igne *4.t.1.c.11.*
addatur viridis æris,vnc.j.agitādo,& permiſcēdo fiat vng. Quintą formula *Ca.10.lo.*
eſt vnguentū è lino,quod Auic.dicat cōſolidationi:Ego tamē id plus inue- *præcit.*
ni regeneratiuū. Et ſecundū Heben Meſue.Re.raſuræ pāni linei bene mū- *Sum 1.di.*
dati, part.ß.opoponacis,partes ij.vini,mellis,olei roſ.an.partes v.lithargy- *11.ca. 14.*
ri,aloes,ſarcocollæ,an.tertiā partē vnius:fiat vnguentū. Sexta formula eſt,
emplaſtrū croceū magiſtri P.de Bonanto: Re.ſem.fœnugræci, quar.i.ma-
ceretur per nouem dies vino albo,donec marceſcat:poſtea tere fortiter,&
cola:& adde ſepi hircini,quar.iij.& inſimul conterantur & coquantur: po-
ſtea mucago,& pinguedo congregetur:quibus addatur ceræ, quar.j.reſinæ,
vnc.ij.fundantur omnia & coquantur,& fiat emplaſtrum. Septima formu-
la eſt vnguentum pretioſum,acceptum à cartulario meo, commune omni-
bus vulneribus ſanandis.Re.artemiſiæ,ſcabioſæ aurum valet,abſinthij,cal-
litrychi,tanaceti,apij,verbenæ,lanceolæ,ancerdæ ſylu.ſenationis,pimpinel
læ,linguæ canis,chelidoniæ,piloſellæ, millefolij,an.m.j.cōterantur omnia
mūdata à radicibus,& extrahatur ſuccus:& cum lib.ij.axūgiæ porci veteris,
& lib.j.ſepi hircini,& lib.iij.olei,& quar.j.mellis, coquendo & vniendo in
mortario,fiat vnguentum.Et magiſter Petrus de Bonanto vtebatur eo:ve-
rùm addebat in fine decoctionis thuris,maſtichis,aloes, viridis æris, quan-
tum ſibi videbatur,& laudabat id. Octaua formula eſt emplaſtrum gratia
Dei,acceptum à cartulario magiſtri Petri:& eſt commune ad omnia vulne
ra,tā capitis,quàm in quacunque alia parte corporis: attrahit enim ſangui-
nē & humores venenoſos à profundo,& carnē generat , & conſolidat.Rec.
ceræ albæ,reſinæ,ammoniaci,an.lib.ß.tereb.quar j.galbani,olibani,maſti-
ches,myrrhæ claræ,ana.vnc.ß.ariſtol.rot.dra.ii.terēda terātur , & fundātur
in vino albo , in quo decocta fuerint betonicæ , verbenæ, conſolidæ maio.
& mi. centaureæ,pimpinellæ,hypericonis,herbæ ſarracenicæ,herbæ gratia
Dei,bauciæ, ſanabaro , ana m.i. poſtea extrahatur , & malaxetur cum lacte
mulieris, & oleo roſ.& fiat emplaſtrū. Nona formula eſt emplaſtrū Comi-
tis:& id tenebat magiſter Americus de Aleſto.Rec.ceræ albę, vn.quatuor:

ammoniaci,vnc.2.terebinthinæ, vnc.3. bulliant in vino albo,& extrahantur,& cum lacte mulieris malaxando fiat emplaſtrum. Decimam formulam faciebat Comes Antiſſiodorenſis: Recip.axungiæ porci recentis, ceræ albę,ana quar.j.olei chamęmel.lib.ß.maſtiches,vnc.2.ambrę griſæ,drac.2. fiat vnguentum. Vndecima formula eſt vnguentum diaireos: & eſt magiſtri Dyni de Florentia. Recip.ſepi vaccini, lib.ß.olei ro.vnc.4.ceræ, vnc.2. radic.ireos,vnc.j.thuris,ſarcocollę, maſtiches,aloes,ariſtolo.ana drac.2.terebinthi.quar.j.fiat vnguentum.Iſto autem vtebantur barbitonſores Mõtiſpeſſulani. Duodecima formula, ſunt pulueres varij & diuerſi. Inſuper puluis Rhaſis,qui Recip.olibani,aloes, ſarcocollæ, ſanguinis drac.radic.ireos ana:terantur,& fiat puluis.Porrò Lanfrancus dictat iſtum:Recip.thuris,maſtiches,fœnugræci,ana:fiat pul.Modus autem operandi eſt, vt lauato vulnere vino calido,ponatur puluis aut linamentum in vulnere:& deſuper ſtupa macerata vino,& expreſſa: & ligatura tenente medicamina ligetur,& bis in die remutetur. *Tr.5.c.5.*

*De medicinis cicatricem inducentibus,& modo operationis ipſarum.*

*Lib.2. tr. 1.cap.4.* *Medicina* cicatricem inducens & ſigillans ſecundum Auicen.eſt quæ exiccat ſuperficiem vulneris,ita vt fiat cortex ſuper ipſam,cuſtodiens à nocumentis,vſquequo generetur cutis naturalis à natura, non qualis à natiuitate.Et ideo notabili indiget ſtypticitate & auſteritate.Et ſunt duorũ modorum,vt dicitur lib.quinto pharmacorum:Quædam hoc faciunt per ſe,& propriè,vt gallæ & ſidia,ſpina ægyptiaca,ceruſſa, plũbum vſtum,& lithargyrus,cimolia,bolus armena,& omnis terra, ( maximè abluta ) ſecundum Gal.nono ſimplicium:quædam hoc faciunt per accidens,vt corroſiua, ſtyptica aduſta,in parua tamen quantitate:ſicut æs,& ſquama eius aduſta & lauata:alumen & cuperoſa idem præſtant, & omnia ſtyptica carentia mordicatione,per ſe,vel per præparationem,vt centaurea, plantago, & ariſtolo.aduſta,& corium bouinum vetuſtarum ſolearum aduſtarum, & cortices vlmi,& quercus & ſcoriam ferri lotam laudat Arnaldus.Ex quibus componi poſſunt multæ formulæ, quarum prima eſt formula pulueris, & eſt Guliel m.de Saliceto, Lanfranci,& Henrici.Reci.balauſtiorũ,aloes, ſang.draconis,cadmiæ argenti,æris vſti & loti,ana partes æquales:fiat puluis. Item Reci.corticis pini,vnc.j.lithargyri,ceruſſæ,ana vnc.ß.nucis cupreſſi, cẽtaureæ mi.ariſtolo.vſtæ,ana drac.2.fiat puluis.Et ſi vulnus eſſet calidum,addit Auic.ſantalos,& nenufar.Et roſ.ſiccę,& lanceolata ſicca in hoc eſſent optimæ.Secunda formula eſt vnguentum album totius communitatis. Recipe ceruſſę, vnc.j.lithargiri , vnc.ß.olei roſ.lib.j. aquæ roſ.quar.j.in mortario fortiter agitando,modò ponendo oleum, modò aquam roſ.fiat vnguentũ: & eſt de domo.Tertia formula eſt vnguẽtũ albũ, nuncupatũ Rhaſi: quod Reci.olei roſ.lib.j.ceræ,vnc.2.ceruſſę,vnc.j.camphoræ,drac.j.album. ouorum 3.numero:fiat vnguentum.Sed ſi adderetur aliquantulum lithargyri, eſſet

*Cap.15.* *Cap.2.* *Lib.5.c.7.* *Tr.5.c.5.* *Li.4.fen.4.tr.1.c.10.*

eſſet melius. Et ſi adderetur ei minium, eſſet coloratum colore rubro, & iſto vtuntur barbitonſores curiæ Romanæ. Quarta formula eſt vnguentum è calce: & eſt Auic. mirabiliter conſolidans & deſiccans combuſtiones & vulnera neruorum. Recip. calcis viuæ, lauatæ ſepties aqua frigida, vel donec amiſerit acrimoniam: & cum ſufficienti oleo roſ. agitando in mortario, fiat vnguentum. Quinta formula eſt, emplaſtrum album è ceruſſa, in libro catageni, & per Azaram aliqualiter correctũ: & eo vtebatur magiſter Petrus de Arlate in Auinione. Rec. ceræ, vnc. iiij. olei roſ. ß. terebint. quart. j. ceruſſæ, vnc. ij. lithargyri, vnc. j. thur. aluminis, teſtarum vſtarum limacum, ana vn. ß. poſt fuſionem olei, terebinthinæ, & ceræ, reliqua miſceantur in mortario, & fiat emplaſtrum. Sexta formula eſt vnguentũ epiſcopi Laudunen. qui erat de domo Comitis Armeniaci: & adaptabat id omnibus vlceribus conuerſis in fiſtulam & cancroſis. Re. axungiæ porci mundatæ à pelliculis, maceratæ aceto per nouem dies, acetum tertio quoque die renouãdo, lib. j. argenti viui extincti ſaliua, lib. ß. aluminis rochæ, quar. ß. piſtãdo in mortario per diem integram, fiat vnguentum. Septima formula eſt vnguentum azurinum, ſiue cœruleum, multum vtile ad puſtulas faciei, & ſcabiem, & ſerpiginem. R. axungiæ porci præparatæ, vt dictum eſt, lib. j. argenti viui extincti, quart. j. aluminis, quart. ß. ſulphuris viui, vnc. ß. bugiæ, vnc. ß. indi de Baldac, dra. ij. piſtando in mortario fiat vnguentũ. Octaua formula eſt diapompholygos: & laudatur à Theod. & à tota ſecta illius, quia curat cancrũ, & canchrænas, eryſipelas, & combuſtionem. Re. olei roſat. ceræ albæ, an. vnc. v. ſucci granorum rub. ſolani, vnc. iiii. ceruſſæ lotæ, vn. ij. plumbi vſti & loti, pompholygos vel thutiæ, an. vn. j. thuris, vn. ß. facto vnguento cũ oleo & cera, reliqua in deſcenſu ab igne in mortario miſceantur, & fiat vnguentum. Nona formula eſt lithargyrus nutritus: & eſt Rhaſ. & Aui. & ferè omnium operantium. R. lithargyri bene puluerati, quantum vis: & cum ſufficienti oleo roſ. & aceto, tantum agitetur in mortario donec ſpiſſetur, & tumeſcat: & reponatur & ſeruetur. Et ſi adderetur vni parti, ſexta pars pulueris facti ex ære vſto, antimonio, plumbo vſto, alumine, balauſtiis, radic. rubiæ, curcuma, gallis, ſanguine draconis, cadmia argenti, ſerico, vermibus terreſtribus ſiccatis, an. partẽ j. fiat puluis, & miſceantur in mortario, eſſet vnguentũ perutile omnibus vlceribus virulentis & difficilis conſolidationis. Et ſi fieret in mortario plumbeo, & adderetur ceruſſa, eſſet melius ad omnes diſpoſitiones cancroſas, vt dicit Gal. in prima parte libri cat. top. Decima formula eſt, lamina tenuis plumbea, quæ ſecundum magnitudinẽ vlceris (lauato vlcere & circumferentia eius aqua aluminis) ſuperponatur, & ſtrictè ligetur: facit enim mirabilia in omni vlcere & diſpoſitione cancroſa. Quot enim honores habui ab iſto auxilio, nouit ille qui nihil ignorat. Sed fingendum eſt aliud eſſe artificium magnũ in eis, propter plebeios: quibus nihil videtur pretioſum, niſi ſit ſumptuoſum. Modus operandi eſt, vt antequam vlcus totum carne ſit repletum, lauetur vlcus ſiue vulnus vino calido decoctionis balauſtiorum: aut aqua aluminoſa, ſi eſt calefactum:

*Lib. 4. fe. 4. tr. 2. c. 14.*

*Li. 3. c. 6.*

*Cap. 8.*

& poſtquam fuerit bene exiccatum, ponatur medicamen, & cooperiatur ſtuppis maceratis & expreſſis in eiſdem, & ligatura incarnante ligetur.

### *De medicinis corroſiuis, putrefactiuis, & causticis carnem rumpentibus atque cutem.*

*Quando* eſt aliquod extraneum in vlcere, vel apoſtemate, quod non poteſt maturatiuis & mundificatiuis curari, tunc eſt neceſſariũ vt extirpetur ferro, aut medicinis. Et licet extirpatio que fit ferro eſt ſecurior (cùm citò facta ſit, & citò tranſeat illata impreſſio) quàm cum medicinis, quæ ſunt acres, & longo tempore dolores & febres inferunt: nihilominus quia multi ſunt timidi, & mallent mori quàm ſuſtinere ferrum, & adhæc in aliquibus locis eſt periculoſa inciſio, oportet vti medicinis extirpatiuis, quæ à Galen. in quinto pharmacorum vocantur colliquatiuæ, à vulgaribus corroſiuæ. de nominibus tamen non eſt multum curandum, vt idem dicit conſequenter. Earum ſunt tres ſpecies, ſcilicet debiles, fortes & fortiſſimæ. Debiles dicuntur propriè corroſiuæ: fortes, putrefactiuæ: fortiſſimæ, cauſticæ & ruptoria dicuntur. Et licet omnes ſint calidæ & quodammodo terreſtres, hoc tamen minus ſunt corroſiuæ: putrefactiuæ, plus: cauſticæ verò, in extremo caliditatis & craſſitiei ponuntur. Et propterea corroſiuæ non agunt niſi in carnem mollem & ſuperficialem: putrefactiuæ, in cutem & carnem duram & profundam: cauſticæ in carnem & cutem duram & mollem, ſuperficialem & profundam. Accidit tamen quãdoque vnam facere operationem alterius: & hoc eſt ratione quantitatis, aut moræ, aut complexionis patientis: vt experientia monſtrat, & Henricus idem affirmat dicitque.

*Li 2. tr. 1. cap. 4.* *Porrò* medicinæ corroſiuæ, ſecundum Auicen. proprietas eſt, vt conſequatur ex eius reſolutione & deuaſtatione, ſubſtantiæ carnis diminutio. Et hoc faciunt, quando caro ſuperflua eſt in parua quantitate, ſtupæ canabinæ minutim inciſæ, & ſpongia in paruis laminis inciſa, necnon & hermodactyli puluerati, alumen, vnguentum apoſtolorum, & ſimilia. Quando autem caro eſt multa, neceſſaria ſunt cuperoſa, viride æris, vnguentum viride, & ægyptiacum, & trochiſci è calce magiſtri Dyni, quorum formula eſt, Rec. calcis viuæ, quantum vis, pulueretur, & piſtetur cum melle, & fiant trochiſci, & in concha comburantur, & deſiccentur. Et hoc idem faciunt trochiſ. aſphodelorum, quorum formula ſecundum Rogerium hæc eſt: *Li. 1. c. 20.* Rec. ſucci radicis aſphodelorum, vnc. vj. calc. viuæ, vnc. ij. auripigmenti, vnc. j. conficiantur, & deſiccẽtur ad ſolẽ menſe Auguſti, & fiant trochiſci. Ad idẽ etiã ſunt trochiſci aldaron, qui dicuntur Andromachi, & fiunt hoc modo, ſecundũ Auic. Rec. corticũ granatorũ, drac. x. gallarũ, drac. viij. myrrhæ, ariſto. rot. ana vnc. iiij. dragãthi, aluminis iameni, ana drach. ij. zegi (quod eſt vitriolum) drac. iiij. puluerentur, & cũ vino dulci conficiãtur, & fiant trochiſci. Ad idem fiunt trochiſci calidicon: & ſunt Gal. Rec. calcis viuæ, partem vnam. auripigmenti ru. & citrini, alkali, & acaciæ, ana partem

mediam.

mediam. puluerentur & conficiantur cum capitello, & fiant trochiſ.Capitellum eſt duplex: commune, dictum ſuperius in mundificatione capitis: & proprium ſecundum Dynum, aliqualiter à me emendatum: quod ſic fit, Reci.calcis viuæ, ſalis ammoniaci, ana lib.j.terantur, & piſtentur cum lixiuio cinerum truncorum fabarum: & ponantur in olla quæ ſit in fundo minutim perforata: & ponatur alia olla integra ſubtus, in quam recipiatur capitellum: & ſepeliantur in fouea, & dimittantur per ſeptem dies: & colatura erit valde pulchrum capitellum. Valet autem ad conſumendum omnem ſuperfluitatem: comburit, & corrodit, & eius eſchara citò cadit.

*Medicina* putrefactiua ſecundum Auicen.eſt, illa quæ corrumpendo complexionem carnis, inducit ei humiditatem fœtidam & corruptam, non eſcharoſam, propriè ad inſtar carnis cadaueroſæ & eſthiomenatæ, à ſuperabundanti frigido, vel calido, ſicco, vel humido, vt innuit Galen. in quinto pharmacorum. Aſſimilatio verò eſt, quia vtrobique eſt corruptio doloris expers: ſupple, quantum ad partem corruptam. quod autem non inferant magnum dolorem in parte non corrupta, non credatis. Talia ſunt realgar & arſenicum, quæ ſuper omnes in hoc obtinēt principatum.oportet tamen vt reprimantur: quia feroces ſunt medicinæ. Reprimitur autem arſenicum, ſecundũ quatuor magiſtros, hoc modo: Pulueratur, & cum ſucco caulium, aut ſolani, aut alterius herbæ frigidæ piſtatur, & deſiccatur: & hoc fiat ter vel quater: & fiant trochiſci.Eodem modo reprimitur realgar, ſecundum Henr.Eodem modo argentum viuum ſublimatum operatur. Ad eandem intentionem fiunt aquę fortes diſtillatione, inter quas iſta eſt melior: R. ſalis ammoniaci, auripigmenti ru.& citrini, cuperoſæ, viridis æris, ana partē j.puluerentur, & ponantur in alembico vitreo bene lutato, & diſtillentur lento igne. Prima aqua abiiciatur, poſtea duplicetur ignis. Et quando alembicum fiet rubrum, retineatur ſecunda aqua: & in vaſe vitreo bene cooperto cuſtodiatur. Eſt enim tantę efficacię, vt ferrum liquefaciat & perforet: & ideo vnica gutta enecat fiſtulas, & liquefacit omnes verrucas, & excreſcentias. Modus autem ſublimandi & diſtillandi alkimiſtis dimittatur. Iſta verò non debent apponi debilibus & tenerrimis corporibus, neque iuxta principalia membra: neque in mollibus & paruis membris, qualia ſunt virga, labia, palpebrę, naſus, digiti, & ſimilia: neq.applicētur in magna quantitate, quia melius eſt multiplicare vices quàm quãtitatem, vt dictum fuit in glandulis & ruptura. Et debēt applicari in puluere, aliquando incorporata cum dialthæa, aut vnguento albo: & poſt appoſitionem muniatur locus deſuper, & circumcirca, aceto & ſuccis frigidis: & teneant bonã diętam. Quod ſi nimis irritaret infirmum, & voluerit remouere, & ſedare dolorem, locũ oleo calido dulci foue. Et poſt operationem (quę durat arſenici quidē per tres dies, & aquarum cò minus) procuretur caſus talis eſcharę cum butyro, aut aliquo maturatiuo vnctuoſo.

*Li.2.tr.1. cap.4.*

*Cap.15.*

*Medicina* cauſtica eſcharotica, & ruptoria, eſt illa quę rumpit, & adurit cutim & carnem, & complexionem ipſorum. Et ipſa deuaſtat, & mortificat,

indurat, & in carbonē reducit, abſque dolore magno : quamobrem earum operatio dicitur lenta, lib. quinto pharmacorum. Et ſunt quædam debiles, quæ ſolam cutim rumpunt & veſicas excitant, & pręparant ad operationem putrefactiuorum, quæ non agunt niſi in carnē à cute nudatā: vt cantharides, mel anacardorum, allia panta lupina, flammula, vel marſilium, & anabulla. Et ponuntur cantharides piſtæ cum fermento, aut aliquo ſepo, in quantitate drachmæ vnius. Alia autem per ſe, in quantitate medij manipuli. Stare debent per mediam diem: & poſt incidantur veſiculæ, & ponatur folium caulis. Quod ſi patienti prouocent ardorem vrinæ (quod aliquando faciunt) detur lac potandum, & æger ponatur in balneo aquæ decoctionis maluarum, violarum, naſturcij aquatici, parietariæ, vſque ad vmbilicum: & ſtatim ſedabitur ardor. Fortia autem ſunt multa: ſed id quod fit ex calce viua puluerata, incorporata cum ſapone molli, & modico ſaliuæ, in hoc obtinet principatum. Debet autem poni ad quantitatem auellanæ: ſcilicet aliquantulum plus vel minus, prout locus requirit. Et debet muniri locus taliter vt non diffundatur, niſi quo volueris: Et hoc admoto cortice nucis paruæ, vel calyce glandis magnæ, vel corio ſeu panno cerato, vel albumine oui ſeu aliquo glutinoſo perforato ſecundum quantitatem quam operatio requirit. Et deſuper & circumquaque aliquod frigidum applicetur, & ſtrictè ligetur, & dimittatur vt minimum per duodecim horas. Et ſi vltra protenderetur, melior eſchara efficeretur. Facta operatione remoueatur cauſticum, & caſus eſcharæ butyro lauato, & cum pauca farina vnito, vel aliquo alio vnctuoſo procuretur.

## CAPITVLVM SEPTIMVM

### *De medicinis fracturarum, & diſlocationum: Et primo de prohibentibus phlegmonem.*

MEdicinæ fracturarum & diſlocationum aliquādo fiunt in forma epithematis, aliquando in forma emplaſtri, aliquando in forma vnguenti: & (vt dicit Auic. in quarto) aliquando fiunt ad prohibendum apoſtema & dolorem, quædam fiunt ad glutinandum & indurandum porum ſarcoidem, & quædam ſunt ad roborandum particulam, quædam ſunt ad comprimendum porum nimis craſſum, quædam verò ad leniendum & mollificandum duriciem quæ aliquando remanet poſt reſtaurationem. Medicinæ prohibentes apoſtema ſunt refrigerantes, & quodam modo repercutientes: veluti albumina ouorum, oleum roſatum atque myrtinum, quæ competunt in prima preparatione.

*Fen.5. tr. 2. cap.11.*

### *De glutinatiuis.*

*Medicinæ* glutinantes, & indurantes porum, quæ competunt ſecundæ remutationi, & ſequentibus vſquequo porus ſit completus, ſunt huiuſmodi: Re. farinæ volatilis molendini, vel frumenti, partes vj. ſang. draconis, thuris, maſtiches, ſarcocollæ, ana partem vnam: incorporentur cum albuminibus ouorum, & fiat epithema ſeu puls. Ad idem dictat Brunus: Recipe

*Li.1 c.18.*

Recip.aloes,myrrhæ,boli armeniæ,thuris,acaciȩ,nucis cupreſſi,dragacanthi,ladani,farinȩ volatilis,ana partem vnam:puluerentur,& vt primum incorporentur. *Li.1.c.18.*

*De confortantibus.*

*Medicinæ* confortantes,quæ competunt in fine, ſunt ( poſt fotum cum vino ſalito decoctionis ro.abſinthij,& muſti albi arboris quercus ) emplaſtrum quod dictat Lanfran.Reci.olei roſ.vnc.4.reſinæ,vnc.3.ceræ, vnc.2. *Tr.5.c.5.* colophoniæ, maſtiches,thuris,ana vnc.ß.nucis cupreſſi,curcumȩ,ana drac. j.fiat emplaſtrum.Verùm oportet vt minuatur oleum,& augeatur gummi: & ſi adderetur crocus,eſſet melius.Ad idem dictat Rogerius hoc ſpadadrapum:Reci.thuris,maſtiches,picis,farinæ volatilis,boli armeniæ,ana drac. *Li.3.c.15.* 2.ſepi arietini,ceræ,ana lib.ß.liquefiant ſepum & cera,& vltimò puluis ponatur,& pannus eo imbuatur,ſicut fit tela cerata:& applicetur. Ad idem eſt Apoſtolicon commune antidotarij & apoſtolicon chirurgicum dictatum à Rogerio, commune omnibus concutionibus. Reci.colophoniæ, lib.j.picis naualis,lib.ß.galbani,ſagapeni,ammoniaci,opopanacis, thuris, maſtiches,terebinthi,ana vnc.ß.aceti lib.ß.ceræ,vnc.3. diſſolutis gummi in aceto,& bullitis & liquefactis,addantur reliqua,& fiat emplaſtrum malaxando cum oleo laurino.Ad eandem intentionem eſt oxycroceum antidotarij Nicolai. Ad idem eſt emplaſtrum magiſtri Petri de Bonanto,commune ad omnes contuſiones.Reci.ceræ,quar.j.ammoniaci,quar.ß.picis naualis, vnc. 2.maſtiches,vnc.j farinȩ fœnugræci,abſinthij,chamȩmeli,cymini,ana drac. 2.ſucci parietariæ,aceti optimi,ana quar.j.maceretur ammoniacum ſuccis per noctem:manè ponatur ſupra ignem, & liquefiat cum reliquis vſque ad conſumptionem ſuccorum : & pulueres malaxentur oleo laurino, & fiat emplaſtrum. *Lib.1.c.3.*

*De medicinis remollientibus duritiem,quæ aliquando remanet poſt reſtaurationem.*

*Licet ſuperius* cap.de ſcliroſi, & de paſſionibus iuncturarum ſatis ſit dictum de talibus medicinis,& modo operationis ipſarũ, nihilominus quia talium operatio eſt multum difficilis & moleſta, videtur vtile medicamina talia repetere ſæpe.Medicinæ remollientis duritiem quæ remanet poſt algebras,magis debēt eſſe humectātes quàm reſolutiuæ,vt in quinto pharmacorum videtur dicere Galen.maximè ſi durities fuerit inducta propter ſiccitatem,quæ acciderit à priuatione nutritionis,vel ex vulneratione neruoſarum particularum,vel ex longa puris euacuatione. Et propterea dicebat Auic.in quarto, quod in talibus oportet incipere ab embrocis aquarũ calidarum , poſteà procedere ad vnguenta & emplaſtra lenientia, facta ex mucagine & gummi adipibus & oleis. Et ſi ponatur acetum, erunt magis penetrantia:quia in parua quantitate,& miſtum cum aliis calidis, non nocet:vt in tertio cat.top.Gal.& tertio canon.de curatione ſodæ affirmat illuſtriſſimus Auicen. In primis igitur embrocetur pars aqua & oleo anti- *Cap.5. & 6.* *Fen.5.tr. 2.cap.15.* *Circa principia.*

quo, temperatè calefactis: aut lacte vaccino, aut aqua muccoſa decocti corticis radicis althææ, vlmi, bryoniæ, cucumeris aſinini, enulæ campanæ, acori, dactylorum, ficuum, fœnugræci, & ſeminis lini: aut aqua decoctionis capitum pedum & inteſtinorum veruecis: & ſi loco ſpongiæ fieret cum lana ſuccida, melius eſſet. Facto fotu per horam, exſiccetur particula: deinde iuxta ignem ſarmentorum, non nimis prope, flectendo & erigendo familiariter particulam, inungatur iſto vnguento ex dictis Auic. & aliorum aſſumpto. Recipe axungiæ porci, aſini, muli, vrſi, marmotanæ, atque taxonis, ana quar.j. axungiæ gallinæ, anſeris & anatis, medullæ cruris vituli, atque cerui, ana quar.ß. butyri recentis, olei nucis indicæ, olei ſeſamini, olei balanini, olei muſcellini, olei amygda. dulcium, mucaginis althææ, fœnugræci, & ſe. lini, ana vnc.2. ſtyracis calamitæ, bdellij, œſypi, ana vnc.ß. fundantur omnia, & liquefiant: & ſi eſt neceſſe, modicum addendo ceræ, fiat vnguentum. Eligantur axungiæ recentes, & ſine ſale, vt idem dicit Auicen. Et ſi locus videtur refrigeratus, modicum ponatur olei è caſtoreo, & communium gummi. Item ad idem pro communibus: Recipe dialtheæ, partes 2. agrippæ, partem vnam: butyri ſine ſale partem ß. miſceantur. Facta ſufficienti inunctione, emplaſtretur locus corticibus radic. maluauiſci piſtatis & contuſis, & miſtis cum bona axungia porci: aut cum vnguento remollitiuo iam dictato, aut cum diachylon magno ſuperius in cap. de remollitiuis dictato: aut cum iſto, quod ſummè laudat Lanfrancus. Recipe axungiæ porci recentis, vnc.3. pinguedinis anſeris, anatis, & gallinæ, ceræ, terebinthinæ, ana vnc.j. olei communis, vnc.4. farinæ fœnugræci, & ſeminis lini, ana vnc.j. bdellij, opopanacis, maſtiches, thuris, ana vnc.ß. gummi. macerentur vino, poſtea cum axungia & pinguedinibus, cera, & oleo diſſoluantur, & colentur: & colaturæ addatur pul. terendorum: & optimè incorporentur, & vſui reſeruentur. Et ſi cum eis poneretur ſtyrax & œſypus & ladanum, melius eſſet. Et ammoniacum (in ſexto ſimplicium) mollificat illud, & in diſſoluendo poros articulorum eſt intenſæ virtutis. Et hoc fiat longo tempore: nam in ſeptimo therapeut. tempus curæ paſſiuarum qualitatum eſt prolixius, quàm actiuarum. Modus euaporationis cum aceto & lapide pyrite, qui competit in tendonibus induratis, in ſcliroſi, & in duritie iuncturarum, eſt dictus. Et ad hoc ligaturæ & inſtrumenta mechanica multum auxiliantur.

*Li.4. fen. 3. tr.2. ca. 12. & fen. 5. tr.1. cap. 15.*

*Ibidem.*

*Cap.5.*

## CAPITVLVM OCTAVVM

*De gradibus medicinarum chirurgicalium.*

*Cap.1.*

QVia Galen. medicorum eximius, in primo ſimplicium pharmacorum dicit, non eſſe poſſibile componere pharmacum, nec aliquem eo vti bene, antequam ſimplicium virtutes ſciantur, ideo bonum eſt hîc ponere gradus & virtutes medicinarum chirurgicalium: ſimplicium ſupp. quia gradus compoſitarum ab ipſis inueniuntur. Gradus autem, ſecundum Arnaldum, in complexionatis eſt eleuatio qualitatis alicuius complexionis ſuprà

*De grad. medic. aph 43.*

ſuprà temperatum, ſecundum diſtantiam integram: quod dicitur, propter metas tres non integras, quæ aſſignantur in quolibet gradu. Temperatum autem pharmacum in quinto ſimplicium pharmacorum, eſt ſimile complexioni corporis cui adducitur ab ſe, eo quòd calefaciat, aut infrigidet, ſiccet, aut humectet ipſum, intemperatum eſt, quod illud adducit ad aliquam qualitatem dominantem, à qua denominatur talis: Calidum quidem ſecundum hoc nominantes in primo gradu, quodcunque vtique nos calefacit, non tamen manifeſtè. ita etiam & frigidum, ſiccum, & humidum. Quæcunque autem manifeſtè iam calefacere, vel refrigerare, ſiccare, vel humectare nata ſunt, ſecundi gradus hæc talia dicentur. Quæ verò iam vehementer, non tamen ad extremum, tertij. Quæcunque autem infrigidare nata ſunt, ita vt enecent, vel ita calefacere vt vrant, quarti. Et ita in illis aſſignantur quatuor gradus. Idem in primo canon. dicit Auicen. Siccum autem nullum eſt inuenire quarti gradus, quod non etiam vrat. quodcunque enim ſummè exſiccat, omnino etiam vrit. & ideo licet non reperiantur in quarto gradu, ſunt tamen in fine tertij, & ita prope quartum. De humido verò dicit Auicen. quod videri poſſe tranſire vltra tertium gradum: quia ſi tranſiret, eſſet res venenoſa, quæ corrumpit corpus. Quare autem calidum in quarto, vt allia & piper, non interficiunt, ita vt opium & alia frigida, dicit ille ſocius concordantiarum, quia frigidum plus inimicum eſt naturæ quàm calidum. An verò quantitas augmentat gradum, & minuit: & num ſecundæ virtutes ſequuntur gradus primarum: & quare vna medicina poteſt habere contrarias operationes, & vna planta in diuerſis partibus diuerſas, talia (inquam) problemata maiori indigent perſcrutatione. Cæterùm quò facilius inueniantur gradus medicinarum, ſub catalogo Latini alphabeti ordinentur. Quod ſi inter doctores, graduum inuenitur varietas, aliquando hoc à diuerſitatibus originis ipſorum fortè occaſionem habet. Ego autem in gradibus ſequar Gallenum in vltimis ſex libris pharmacorum, Serapionem, & Auicen. eius interpretem, & aliquas experientias meas, quantum potero à littera A, primò incipiendo. *Cap. vlt.*

ABrotanum, herba calida in primo, ſicca in ſecundo, cum ſtypticitate.

Abſinthium, herba cal. in primo, ſicca in ſecundo, cum ſtypticitate.

Acacia, ſuccus eſt prunellorum viridium: & eſt frig. & ſicca in tertio, vel propè: & ideo vehementer repellens.

Acedula, herba frig. & ſicca in ſecundo: repercutit & confortat.

Acetum frig. in primo, ſiccum in tertio, compoſitas tamen habet virtutes, cum maxima tenuitate, libro primo ſimpl. pharmacorum.

Acus muſcata, pes columbinus, herba Roberti, herbæ ſunt eiuſdem generis ferè: ſunt frig. & ſiccæ, cum abſterſione.

Æs & flos æris, notum eſt, res calida & ſicca in tertio: corroſiua, cum ſtypticitate.

Agreſta,nota eſt:frig.in ſecundo,ſicca in tertio:& eſt repercuſſiua.
Agrimonia,herba eſt cal.& ſicca in ſecundo gradu,cum abſterſione.
Allium,radix calida & ſicca in quarto,cum aduſtione & attractione.
Aloë,ſuccus cuiuſdam herbæ ſpiſſatus:& eſt calida in ſecundo,ſicca in primo:& conſolidat propriè vlcera pudendorum.
Alumen rupinum,calidum & ſiccum in tertio,cum magna adſtrictione.
Ammoniacum gummi eſt,calidum in fine tertij,ſiccum in primo, cũ mollificatione & attractione.
Amylũ farina frumenti lauata:frigidũ & humidũ in primo, cum ſedatione.
Anacardus,pediculus elephãtis:calidus & ſiccus in quarto:& eſt exulcerãs.
Anethum eſt ſemen calidum & ſiccum in ſecundo,cum reſolutione.
Aniiſum & fœniculum,ſemina ſunt calida in tertio, ſicca in ſecũdo:& ſunt reſoluentia.
Anthera,eſt illud citrinum quod eſt in medio roſæ:& eſt frigida & ſicca in primo,cum repercuſſione.
Antimonium minerale eſt:frigidum in primo,& ſiccum in ſecundo.
Apium herba eſt multas habẽs ſpecies;calida in primo,ſicca in ſecundo,cũ maturatione & mundificatione.
*Cap. 3.* Aqua eſt primum frigidorum & humidorum, per totam philoſophiam:Et ideo eſt ſpiſſatiua & congelatiua,in primo ſimpl.phar.
*Cap 4. & 7.* Aqua aluminoſa abluit,repercutit,& exſiccat ſecundum Gal.ibidem,& Auicennam in quarto.
*Fen.4. tr. 3. cap. 3.* Argentum viuum,frigidum eſt & humidum in ſecundo,ſecundum Auicen. Galenus autẽ in nono dicit,de eo ſe nullam habuiſſe experientiam. Vtimur tamẽ eo extincto in vnguẽtis decoratiuis& ſublimato in corroſiuis.
Argilla & cimolea terræ ſunt frigidæ in primo,ſiccæ in ſecundo , cum repercuſſione.
Ariſtolochia,radix:calida& ſicca in ſecũdo,cũ abſterſione & incarnatione.
Arſenicũ & auripigmentũ mineralia ſunt,& ſublimantur,& ſunt cal.in tertio & ſicca in ſecũdo,& vltra:quia putrefactiua & mortificãtia ſunt valde.
Arum eſt herba,cuius radix calida & ſicca in ſecundo,cum abſterſione.
*Cap. penult.* Aſphaltũ ſpuma eſt indurata,reperta in mari mortuo.Eſt calidũ & ſiccũ circa ſecundũ,cõſolidatiuũ vlcerũ ſanguinolentorũ,vndecimo ſimplicium.
Aſphodeli,radices ſunt calidæ & ſiccę in ſecundo,cum abſterſione & corroſione.
Aſſa fœtida, gummi calidum & ſiccum in tertio, & vltra : eſt abſterſiua & attractiua.
Atramenta mineralia calida & ſicca in tertio,cũ aſtrictione & corroſione.
Atriplex & ſpinargia,olera ſunt frig.& humida temperatè, cum maturatione & lenitione.
Auena,granum calidum & humidum temperatè:maturat & abſtergit.
Axungia nota eſt,calida & humida in primo,plus & minus,ſecundum animalia à quibus capitur.& ideo mollificat & maturat.

De

*De littera B.*

Balauſtium, flos mali granati: frigidum & ſiccum in ſecundo, vel propè: & repellens.

Balſamum, gũmi eſt vel oleum: calidum & ſiccum in ſecundo, cum magna tenuitate & aromatica qualitate, & ideo abſtergit, attrahit & confortat.

Baucia, radix paſtinacæ: calida & humida in primo, & ideo maturatiua.

Bdellium, gummi eſt calid. in fine primi, & vltra, cum lenitate & humid. in primo: & eſt efficacis mollitionis ſcirrhorum, in ſexto pharmacorum.

Bedegar quid eſt, opiniones variæ ſunt. frigidum in primo grado, & ſiccum temperatè: & eſt ſtypticum.

Berberis, fructus arbuſti: frigid. & ſiccus in tertio, cum repercuſſione.

Betonica, herba calida & ſicca in tertio. mundificat & ſanat.

Bolus, terra eſt rubra: frigida & ſicca in ſecundo, cum repercuſſione & adſtrictione.

Borax, gluten auris: calidum & ſiccum temperatè. Verùm aliqui dicunt, ipſum eſſe calidum valde: conſolidat tamen.

Berrago, olus calidum & humidum temperatè. Bugloſſum, herba eiuſdem generis: magis tamen ſiccat, maturant & leniunt.

Brãcha vrſina, herba eſt calida & humida in primo gradu. maturat & lenit.

Bryonia, radix eſt cal. & ſicca in ſecundo, cum abſterſione & maturatione.

Bugia, cortex berberis: frigida & ſicca, & ſic conſolidatiua.

Burſa paſtoris, herba eſt frig. & ſicca, cum ſtrictione.

Butyrum calid. in primo & humid. humiditate altiori: maturat, & propriè bubones.

*De littera C.*

Cadmia & climia mineralia ſunt: frigida & ſicca æqualiter, cũ abſterſione.

Cæpa, radix eſt calida in tertio, adurẽs, cum quadam humiditate ſuperflua: & ideo maturat & abſtergit.

Calamentum, herba eſt cal. & ſicca in tertio, reſolutiua & attractiua.

Calx, lapis coctus: calida & ſicca in quarto: adurens.

Camphora, gummi eſt: frigida & ſicca in tertio, cum abſterſione.

Canabis ſemen calidum & ſiccum, maturatiuum.

Cantharides animalia muſciformia, viridis coloris, parua, calida & ſicca in tertio, cum aduſtione & veſicatione.

Capillus veneris, herba eſt temperata: verùm declinat ad quandam ſiccitatem, vt dicit Gal. Subtiliat & diaphorat. *Lib. 6. ſimpl. c. 7.*

Capitellum, lixiuium forte. calidum eſt, & adurens.

Caryophylli, ſpecies aromatica: calidi & ſicci in tertio confortatiui.

Caſeus recens conſolidat, antiquus verò diſrumpit, decimo ſimplicium.

Caſtoreũ, teſticuli ſunt cuiuſdã animalis: calid. & ſiccũ in ſecundo, confortat membra neruoſa.

Cauda equina, herba frig. in primo, ſicca in ſecundo, agglutinans.

Caulis, olus calidum in primo, ſiccum in ſecundo. maturat & abſtergit.

Centaurea,herba eſt calida & ſicca in tertio:& eſt cōſolidatiua. (ratione.
Cera,eſt nota,tēperata eſt(& ideò materia fit omniū medicinarū)cū matu-
Ceruſſa eſt ærugo plumbi,frigida & ſicca in ſecundo: conſolidat.
Chamæmelū,flos calidus & ſiccus in primo: reſolutiuū & confortatiuum.
Chelidonia,herba calida & ſicca in tertio.abſterſiua.
Cimolea, terra molæ fabrorum:frigida & ſicca.conſolidat.
Cinamomū,ſpecies aromatica : calidū & ſiccum in tertio, cū cōfortatione.
Cinis,notus eſt:calidus & ſiccus in quarto,cum abſterſione.
Coctanum,ſeu Cydonium malum,fructus eſt: frigidum & ſiccum in ſecundo,vel propè.confortat.
Conſolida,calida & ſicca:c onglutinatiua.
Corallium, notū eſt:frigidum in primo,ſiccum in ſecundo,cū adſtrictione.
Coſtus,radix eſt cal.in tertio,ſicca in ſecūdo,cū abſterſione & reſolutione.
Craſſula,herba eſt frigida in tertio,humida in ſecundo.
Creſſon,herba calida & ſicca in ſecundo:aperitiua & diaphoretica.
Crocus, flos calid. in primo,ſicc. in ſecūdo,vel propè:cōfortat & reſoluit.
Cucumer aſininus,herba eſt calida & ſicca in ſecūdo:radix tamen nō tanta eſt in gradu,& ideò mollificat.
Cuperoſa,minerale calidum & ſic.prope quartū., cum corroſione ſtyptica.
Curcuma,radix eſt citrina:fortè chelidoniæ. calida & ſicca : conſolidatiua.
Cyminum,ſemen:calidum in tertio,ſiccum in ſecundo:carminati uum.
Cyperus,radix calida & ſicca in ſecundo,cum conſolidatione.
Cypreſſus,arbor calida in primo,ſicca in ſecundo:conſolidat.

*De littera E.*

Ebulus,herba calida & ſicca in ſecundo,vel propè:reſolutiua.
Enula,herba & radix:calida & ſicca in ſecundo,vel propè:confortatiua.
Euphorbium,gummi calidum & ſiccum in quarto:abſterſiuum.

*De littera F.*

Fabæ,notæ ſunt:ſiccæ ſunt frigidæ cum temperamento ſiccitatis & reſolutionis & abſterſionis.
Fabaria,herba frigida & humida:conſolidatiua. (ficat.
Fæx ceræ,aut aluearii nota eſt. Calidior eſt quàm ipſa cera : & ideò molli-
Fæx olei,nota eſt:calidior & ſiccior quàm oleum.mollitiua.
Farina volatilis molendini,nota eſt:frigida & ſicca cum glutinatione.
Eermentum, cū caliditate & humiditate,acre & nitroſum eſt: & ideò virtutem habet miſtam,cum attractione.
Ferrugo,nota eſt:calida & ſicca in ſecundo : conſolidatiua & conſtrictiua.
Ferrum,notum:frigidum & ſic.in ſecundo, conſtrictiuū & conſolidatiuū.
Ficus recentes,calidæ & hum.ſiccatæ,calidæ & ſiccæ. (quod ferè idem eſt de dactylis)& ideò maturant & mollificant.
Filix , herba & radix calida & ſic.in ſecūdo,cū reſolutione & abſterſione.
Flammula,arbuſtum:calida & ſicca circa quartum gradum:adurens.
Fœniculū herba eſt,cuius ſemen eſt calidū & ſic.in ſecūdo, cū reſolutione.

Foenugræcum,ſemẽ calidum & ſiccum in primo : & propterea reſoluit,& feruentes phlegmones exacerbat.
Fraxinus,arbor:frig.& ſicca in ſecundo,cum repercuſſione.
Frumẽtũ, notũ eſt: calidũ & humidũ temperatè,maturat cum abſterſione.
Fuligo,à fumo multum eſt deſiccatiua.
Fum'terræ,herba frigida in primo(vel propè ſicca in ſecũdo,cũ abſterſiõe.
Furfur,notũ eſt:cal.& ſicc.circa primũ gradũ, cum reſolutione domeſtica.

*De littera G.*

Galbanũ,gũmi:calidũ in tertio,ſiccũ in ſecundo,cũ attractione vehementi.
Gallæ,fructus:virides,frigidæ in ſecundo,ſiccæ in tertio : maturæ & nouæ. non tantam ſtypticitatem,tamen habent magnam.
Gallitrichum herba calida & ſicca:incarnatiua.
Garyophylli.vide Caryophylli.
Gentiana radix:calida & ſicca in tertio:abſterſiua.
Glandes,fructus frigidi temperatè, & ſicci in ſecũdo gradu.conſolidatiuæ.
Gluten, multipliciter notum eſt, calidũ & ſiccũ in primo cũ glutinatione.
Glycyrrhiza radix eſt, temperata, cũ quadam familiari humiditate,& ideo maturatiua.
Granatum,acidum quidem eſt,frigidum & ſiccum in ſecundo: dulce verò, calidum & humidum,cum temperamento & refrænatione.
Granum quo tingitur pannus, eſt deſiccatiuum ſine mordicatione : & ideò conſolidat & incarnat propriè neruos,in ſeptimo ſimplicium. *Cap.33.*
GratiaDei,herba eſt,cal.& ſicca in ſecũdo,cũ mũdificatiõe &cõſolidatiõe
Gummi arabicum & tragacãthum frigida ſunt, cum quadã ſiccitate & glutinoſa qualitate.
Gypſum,cal.& ſiccum,cum glutinatione.

*De littera H.*

Hæmatites,lapis ruber,non ablutus eſt calidus in primo : ablutus verò eſt frigidus in ſecundo:& ideo caret mordicatione:conſolidat & ſanat.
Hedera arborea,frigida & ſicca cum abſterſione & conſolidatione.
Hepatica eſt herba frigida & humida,cum repercuſſione.
Hermodactylus,radix : quæ deſiccata, eſt cal.& ſicca in ſecundo,cum quadam abſterſione & corroſione.
Hordeum,granũ frigidũ & ſiccũ in primo, cũ maturatione & abſterſione.
Hyoſcyamus,herba frigida in tertio,vel propè: valde ſtupefacit.
Hypericon,herba ꝑforata:eſt cal.& ſicca:incarnat,cõſolidat & mundificat.
Hypociſtis,ſuccus eſt decoctus & ſpiſſatus:frigidus & ſiccus in ſecundo.
Hyſſopus,herba calida & ſicca in tertio: reſolutiua.

*De littera I.*

Iacea, herba calida & ſicca: & eſt conſolidatiua.
Iarrus.vide Arum.
Iris,radix eſt calida & ſic.in tertio.reſoluit,mundificat,& incarnat.
Iſſopus humida. vide Oeſypus.
Iuniperus, frutex:calidus & ſiccus,cum conſolidatione.

*De littera L.*

Lac,ſatis temperatum eſt, & ideo mitigat: ſed eius ſerum eſt frigidum & ſic cum ,cumlauatione & conſolidatione.
Lacticinia, ſunt herbæ calidæ & ſiccæ circa tertiũ gradum, cũ abſterſione.
Lana ſuccida,ferè temperata eſt,& mollificat.
Lapathum, herba eſt multas habens ſpecies : frigidum & ſiccum in ſecundo,& abſterſiuum.
Ladanum , ſuccus eſt barbæ hircorum vltramarinorum ſpiſſatus : calid.& humidum in primo,mollificatiuum.
Lentes cum ſtypticitate ſatis ſunt temperatæ:& ideo refrænatiuæ.
Lilium,herba eſt multas habens ſpecies,cuius radix cal.& humida eſt in ſecundo: & ideo maturatiua.
Lingua canis herba eſt cal.& humida in primo,cum vi ſarcotica.
Lini ſemen,calidum & ſiccum temperatè,maturat & ſedat.
Liquiritia.vide Glycyrrhiza.
Lithargirus, merda plumbi: cum temperamento declinat ad ſiccitatem: & ideo regeneratiua & conſolidatiua.
Lixiuium notum eſt: calidum & ſiccum circa tertium: abſterſiuum.
Lupinus fructus calidus in primo,ſiccus in ſecundo,cum abſterſione.
Licium,ſuccus eſt herbæ cuiuſdam ſpiſſatus: temperatum in actiuis , cum humiditate in ſecundo gradu:& ideo mitigatiuum.

*De littera M.*

Malua, herba frig.& hum.temperatè: ſedatiua.
Maluauiſci radix eſt cal.& hum.in ſecundo,cum maturatione.
Mandragora,herba fr.& ſicca in tertio,cum ſtupefactione.
Marchaſita,minerale eſt:calida in ſecundo,ſicca in tertio:conſolidatiua.
Margaritæ notæ ſunt:frigidæ & ſiccæ: clarificant & confortant.
Marrubium,herba calida in ſecundo,ſicca in tertio,& eſt aperitiuum.
Maſtiche,gũmi calidũ & ſiccũ in ſecũdo,cũ mollificatione,&cõfortatione.
Medulla , nota eſt : calida & humida, plus & minus,ſecundum animalia à quib.ſumitur:& ideo mollificat.
Mel notum eſt: cal.& ſiccum in ſecundo,cum mundificatione.
Melilotus,flos herbæ cal.& ſiccæ in primo,cum reſolutione.
Memitha,herba fr. & ſicca in primo : è cuius ſucco fiunt ſief & trochiſci, pro oculorum adſtrictione.
Mercurialis,herba frig.& humida in primo,cum maturatione.
Merda ferri,nota:frigida & ſicca,conſolidatiua.
Meſpilum,fructus eſt frigidus & ſiccus in tertio:& eſt conſtrictiuus.
Minium, frigidum & ſiccum. Et eſt rubrum illud pictorum factum ex ceruſa per aduſtionem,lib.nono pharmacorum.
Mumia,caro mortuorum aromatis conditorum: calida in ſecundo,& ſicca in tertio,cum conſolidatione.
Muſcus quercinus(vulgo moſſa alba)calid.& ſicc⁹ tẽperatè,& cõfortatiuus.
Muſcus aquæ,herba frig.cum ſtypticitate quadam & repercuſſione.

Myrrha,gummi cal. & ſiccum in ſecundo: carnis regeneratiuum.
Myrtilli,fructus:frig.& ſicci in ſecundo:conſolidant & conſtringunt.

*De littera N.*

Nenuphar,flos eſt frig. & humid. in ſecundo, cum quadam ſoporandi facultate.

Nux,fructus eſt cal.& ſiccus in ſecundo,cum abſterſione.

Nux indica eſt etiam fructus cal.in primo, cum temperata ſiccitate: cuius oleum neruos roborat.

*De littera O.*

Oeſypus eſt ſuccus lanæ ſuccidæ,& ſatis temperatus & emolliens.

Oleum muſcatelinum calidũ eſt, remollitiuum. & videtur ſecundum Halyabbatem, & ſynonyma Mũdini, fieri per expreſſionem alicuius grani, vt oleum balaninum.

Oleum oliuarum eſt temperatum: & ideo omnium recipit virtutes, in ſecundo pharmacorum.

Oliuarum folia frig.& ſicca,cum ſtypticitate magna.

Opium,ſuccus eſt vnius herbę ſpiſſatus: frigidus & ſiccus in quarto,ſtupefactiuus & enecans.

Opopanax,gummi cal.& ſiccum in tertio,cum remollitione.

Orobus, granum eſt calidum in primo, ſiccum in ſecundo,& vltra, cum abſterſione.

Os ſepiæ notum eſt:frigidum & ſiccum,cum abſterſione.

Oua ſunt temperata:albumen tamen vergit ad frigiditatem: vitellus verò ad caliditatem,cum ſedatione.

*De littera P.*

Palma,arbor frigida & ſicca in ſecundo.

Panta lupina,herba eſt calida & adurens.

Papauer,herba frigida & ſicca in ſecundo,cum familiari ſtupefactione.

Papyrus nota eſt:frigida,ſicca,& reſtrictiua.

Parietaria,herba eſt in dubio. Credo eius ſuccum eſſe frigidum:ſubſtantia tamen calida reperitur:& ideo reſolutiua eſt.

Pentaphyllon,herba eſt:ſine mordicatione deſiccat.

Petroleum eſt oleum è petra: & eſt calidum & ſiccum in quarto,cum ſubtiliatione.

Pimpinella herba eſt ſicca,quæ vulnera conſolidat.

Pinguedo eſt calida & humida,plus & minus,ſecundum animalia quorum eſt:& ideo maturat & mollificat.

Pinus arbor, cuius grana calida ſunt & humida: & eius cortex frigidus & ſiccus,cum ſtypticitate plurima.

Piper,aroma:granum eſt cal.& ſiccum prope quartum gradum:& ideo attrahit & abſtergit.

Pix omnis calida & ſicca circa tertiũ gradũ,cũ maturatione & abſterſione.

Plantago, herba multiplex: frigida & ſicca in ſecundo, cum repercuſſione & conſolidatione.
Plumbum frig. & humidum in ſecundo, occultam & mirabilem habet reſolutionem.
Polium, herba eſt calida in ſecundo, ſicca in tertio.
Populus eſt arbor frig. & ſicca cum temperamento, repercuſſiua.
Porrum, radix calida & ſicca circa tertium gradum, cum attractione.
Portulaca, herba frig. in tertio, humida in ſecundo, cum ſedatione.
Pſidia, vide Sidium.
Pſyllium, ſemen herbæ frig. in ſecundo, humidũ in primo, cũ refrænatione.
Pyrethrum, radix eſt calida & ſicca in tertio gradu, cum attractione & abſterſione.

*De littera R.*

Rapa, nota eſt: cal. in ſecundo, humida in primo: maturatiua.
Rhaphanus, radix: triplex inuenitur. & eſt calidus & ſiccus, cum inciſione & abſterſione.
Realgar, minerale eſt: calidum & deleterium.
Roſa, flos eſt, temperatè frigida, declinans ad ſiccitatem, cũ confortatione.
Ruta, nota eſt: cal. & ſicca in ſecundo gradu, cum abſterſione.
Rubia, herba cal. & ſicca circa tertium, cum abſterſione.
Rubus arbuſtus frigidus & ſiccus, ſtypticus manifeſtæ conſolidationis.

*De littera S.*

Sal, omnibus notum eſt calidum & ſiccum in ſecundo, & vltra. Habet verò abſtergere & ſtypticare.
Salix, arbor frig. & ſicca in ſecundo, cum ſtypticitate moderata.
Saluia, herba eſt calida & ſicca in ſecundo, cum leui ſtypticitate.
Sambucus arbor eſt cal. in ſecundo, ſicca in primo: & reſolutiua.
Sandalus, arbor frigida & ſicca in ſecundo, cum repercuſſione.
Sanguis animalium eſt ſecundum naturam animalium.
Sanguis draconis ſuccus eſt herbæ cuiuſdam: temperatus in actiuis, ſiccus in ſecundo: & eſt conſolidatiuus & conſtrictiuus.
Sapo notus eſt: calidus & aduſtiuus.
Sarcocolla, gummi calidũ in ſecundo, ſiccum in primo: & eſt incarnatiua.
Scabioſa, herba eſt calida & ſicca in ſecũdo gradu: regeneratiua carnis.
Schœnanthos eſt palea chameloꝛum: calida, ſicca & ſtyptica mediocriter.
Scoria, nota eſt: deſiccat valde & conſolidat.
Scrophularia, radix & herba: calida & ſicca, cum reſolutione.
Semperuiuum, herba eſt frigida in tertio: ſicca in primo, vel prope, & ideo mediocriter repercutit.
Sepum eſt calidum & temperatum, ſecundum animal cuius eſt plus & minus, cum maturatione.
Serapinum, gummi calidum & ſiccum in ſecundo: mollificat.
Seſamum, granum eſt calidum humidúmque in primo, & emolliens.

Siligo,granum eſt frigidum & ſiccum temperatè, cum abſterſione.

Simiſſomis (qui eſt cardo benedictus) herba eſt infrigidans & mediocriter diaphoretica,ſexto ſimplicium:& cum hoc maturatiua.

Sinapi,ſemen calidum & ſiccum vſque ad quartum:& eſt attractiuum.

Sidium,cortex fructus granati: frigidum in ſecundo,ſiccum in tertio,cum adſtrictione.

Solatrum,herba eſt multas habens ſpecies,frigidum & ſiccum vltra ſecundum gradum, & eſt repercuſſiuum.nihilominus reſoluit apoſtemata calida & occulta,vt dicit Auicenna. *Li.2.tr.2. cap.653.*

Semen tamen eius eſt diureticum,in octauo pharmacorum. *Cap. 144.*

Spica nardi,aroma:calida in primo,ſicca in ſecundo.

Spodium quid ſit,opiniones variæ ſunt:frigidum in ſecundo,ſiccum in tertio:& eſt conſolidatiuum.

Spongia maris,nota eſt:cal.in primo,ſicca in ſecundo,ſugit & abſumit.

Spuma maris nota eſt:cal.in primo,ſicca in tertio,& abſterſiua.

Squilla,radix eſt cal.& ſicca in ſecundo,cum attractione.

Squinanthum vide Schœnanthos.

Staphys-agria,ſemen calidum & ſiccum in tertio:attractiuum.

Stercus omne calidum & ſiccum, ſecundum animal cuius eſt, plus & minus:& eſt attractiuum.

Stœchas, flos eſt cum quadã frigiditate in primo,calida & ſicca in ſecundo: & eſt reſolutiua.

Styrax gummi cal.in primo,ſiccum & humidum temperatè:& ideo mollificat & confortat.

Sulphur eſt minerale:cal.& ſiccum in tertio : ſubtiliatiuũ & attractiuum.

Sumac,fructus frigid.in ſecundo,ſiccus in tertio,cum ſtypticitate.

*De littera T.*

Tanacetum,herba eſt calida & ſicca cum conſolidatione.

Tapſus barbatus herba eſt temperata,& deſiccans, & ſedatiua.

Tartarum,fæx vini deſiccata:cal.& ſiccum in tertio,cum abſterſione.

Terebinthina,gummi:calida & ſicca mundificatiua.

Terra ſigillata,nota eſt:frigida & ſicca:conſolidatiua.

Thapſia,herba:calida eſt in tertio gradu:& adurens.

Thus,gummi eſt calidum in ſecũdo,ſiccum in primo carnis generatiuum & conſolidatiuum.

Tormentilla,radix eſt calida & ſicca,contra fiſtulas eſt bona.

Tuthia,& fumus mineralium,frigida in primo, ſicca in ſecundo : oculorũ confortatiua.

*De littera V.*

Verbena,herba frigida & ſicca,cum reſolutione & ſedatione.

Vermes terreſtres,noti ſunt:calidi, attenuantes, & neruorum conſolidatiui,decimo medicinarum.

Veruix,gummi cal.& ſiccum in ſecundo:incarnatiuus & abſterſiuus.

Vinum, notum eſt: cal. ſiccum & humidum, iuxta eius ætatem: maturat & conſolidat.

Viola, flos: frig. & hum. in primo, & ſoporem inducens.

Virga paſtoris, herba eſt frig. in tertio, & ſicca temperatè: & ideo conſtringit & conſolidat.

Viride æris, calidum & ſiccum, cum corroſione.

Vitriolum, minerale: cal. & ſicc. in tertio, cum ſtypticitate & corroſione.

Vitrum, calidum in primo, ſiccum in ſecundo: (Secundum aliquos ponitur frigidum in primo) cum abſterſione.

Vmbilicus veneris, herba frig. & hum. in tertio.

Vrina, nota eſt: calida & ſicca, cum abſterſione & aduſtione.

Hurtica herba eſt cal. & ſicca:: non multum tamen. mordicatio enim illius prouenit à tenuitate.

Vſnea, vide Muſcus.

Vua paſſa, racemi ſunt: cal. & humida, cum mollificatione.

Vzifur, qui eſt ru. calidus & ſiccus in ſecundo, cum ſtypticitate.

# DOCTRINA SECVNDA

## DE ANTIDOTIS PARTICVLARIBVS & propriis quibuſdam membris, & habet octo capitula.

### CAPITVLVM PRIMVM

*De auxiliis propriis capitis, & partium eius.*

Cap 23. TEMPVS eſt iam tranſire ad medicinas proprias membris (non, vt dicit Gal. in v. pharmac. quod ita ſint propriæ particulæ vni, vt non iuuent aliam: ſed in multis, vel maximè operando in ea à qua nuncupationem habent) à capite, vt moris eſt, incipiendo. Vulnera capitis habēt auxilia ſex formularum. Prima eſt potio vulneratorum: & eſt Theodorici & ſociorū eius, quę Rec.
Li. 2. ca. 5. cinnamomi vnc. j. zingib. vnc. ß. galangæ, granorū paradiſi, cardamomi, piperis longi & nigri, caryophyll. ana dracm. j. fiat puluis: & cum mellis lib. ij. & vini puri, iij. fiat claretum: & adminiſtretur quolibet die vnus cyathus per nouem dies, cum drac. j. iſtius pulueris. Rec. pimpinellæ, betonicæ, ſanamundæ, valerianæ, radicis gentianæ, ana: piloſellæ, quantum ex omnibus: fiat puluis. Et dicunt, ſi eum retinet, eſt bonum ſignum: Si verò ipſum euomat,

euomat,malum.Secunda formula eſt,mundificatiuum cerebri & pãniculorum eius.recipe mellis roſ.colati,vnc.ij.olei roſ.vnc.j. miſceantur, & cũ turundis & pannis imponatur. Tertia formula eſt, puluis capitalis agglutinans,& confortatiuus.& eſt Gal.& magiſter Dynus eũ laudat,& Henricus. Recip.radic.ireos,ariſtolo.thuris,myrrhæ,aloës,ſang. draco.farinæ orobi,ana:fiat puluis. Quarta formula eſt,emplaſtrum è betonica:& eſt Pariſienſium. Agglutinat,cõfortat,& oſſa eleuat,mundificat,& ſanat.Recipe ceræ,reſinæ,ana lib.ß.terebinthinæ,lib. j.ſucci betonicæ,ſucci,plantaginis, ſucci apij,ana lib.j. concoquatur cera, & reſina cum ſuccis, vſque ad conſumptionem ſuccorum:deinde ponatur terebinthina, & vniatur, coletur, & fiat emplaſtrum. Quinta formula eſt emplaſtrum capitale magiſtri Anſerici de Ianua:& attrahit ſaniẽ,& eleuat oſſa,& agglutinat,& ſanat.Et magiſter Petrus dicebat ſe probaſſe caput canis vulneratum vſque ad cerebrum eo curatum fuiſſe. Recipe terebinthinæ,partes ij.ceræ,partẽ j.reſinæ,partem ß.liquefiant ad ignẽ,& colentur ſuper acetum,& dimittatur per diem,& malaxetur bene cũ aceto. Deinde ſecundò liquefiant,& proiiciãtur ſuper ſuccum iſtarũ herbarum:betonicæ,partes ij.verbenæ,partem j.& cum illis ſuccis,& lacte mulieris diu malaxentur, & fiat emplaſtrũ. fortius eſt quàm primum. Sexta formula eſt propria ad eleuandum oſſa,ſi nõ poſſunt eleuari prædictis: & fuit magiſtri Petri. Recipe olei antiqui, partem j.ceræ,ſorditiei alueorum,ana partem ß.euphorbij, quartam partem vnius. ariſtolo.partem tertiam vnius,lactis tithymali modicum:fiat vnguentum, & eſt probatum. Conſequenter pro achoribus gratia collationis, ponatur vna formula:& eſt Gordonii.Recipe lithargyri,ſulphuris viui,calcis viuæ, atramenti,vitrioli,auripigmenti, fuliginis,viridis æris, ellebori albi & nigri,aluminis,gallarum,ana vnc.ſem.argenti viui,vnc.j.picis, ceræ, & olei nucum, ana lib.ß. ſucci lapathi ,ſucci fumiterræ, ſcabioſæ, boraginis, ana quart.j.bullita cera,pice,& oleo cum ſuccis vſque ad conſumptionem, reliqua vniantur,& fiat vnguentum diligenter. Item pro alopecia ad faciendum renaſci pilos,ex cartolario magiſtri petri:Recipe ſucci calcidarũ, vnc. j.pulueris ſanguiſugarum aduſtarum, lacertæ viridis aduſtæ, pulueris talparum,apum combuſtarum, ſolearum combuſtarum, ſetarum porci combuſtarum,viridis æris,ana vnc.j.mellis, quod ſufficit ad vniendum,fiat vnguentum.eſt enim probatum.

## CAPITVLVM SECVNDVM

*De auxiliis morborum faciei,& partium eius.*

ET primò,pro gutta roſacea eſt laudatum vnguentum citrinum totius communitatis in antidotario. Secundò ponitur gũmera ſiue fucus ad dealbandũ & lauandum faciem:& eſt Rhaſis: Recipe farinæ cicerũ, fabarũ, hordei,amygdalarum ex corti.tragacãthi,ana part.j.ſeminis raphani,part. ß.fiat puluis. & diſſoluatur lacte, & liniatur facies nocte, manè verò aqua

furfuris lauetur. Tertiò ponitur aqua pretioſa: & eſt gallica. Recip. tartari calcinati, lib.j. maſtic. vnc.j. piſtentur cum albumine ouorum: ponantur in alembico, & fiat aqua: eſt enim pretioſa. Lac. virgineum ad decorandum & deſiccandum puſtulas virulentas, pannos, & lentigines delendos, ſic fit, Re. lithargyri ſubtiliter puluerati, vnc.iij. aceti albi optimi, lib.ß. miſceantur ſimul bene, & dimittantur reſidere, & diſtillando cum fruſto triangulata filtri, vel ſacculo, ſuſcipiatur aqua, deinde illa aqua miſceatur cum aqua ſalis, facta ex vnc.j. ſalis bene puluerati, & lib.ß. aquæ pluuialis vel fontanæ, & miſceantur ambæ aquæ, & colando dealbabuntur in modum lactis. Et fricetur locus infectus tali lacte, & miraberis. Multi per ſe bulliunt lithargyrum in aceto: Alij verò addunt modicum ceruſſæ. Nonnulli loco ſalis communis ponunt ſal gemmæ: Alij ſpumam nitri: Aliqui alumen. Conſequenter pro oculis ponuntur auxilia. Primò ponitur aqua magiſtri Petri Hiſpani, quæ clarificat, & confortat viſum. Recipe fœniculi, rutæ, chelidoniæ, verbenæ, eufragiæ, claretæ, roſ. aut aquæ earum, ana: conquaſſentur, & macerentur per diem naturalem vino albo: deinde ponantur in alembico, & fiat aqua. Secundò ponitur collyrium album pro dolore oculorum, & eſt Gal. Recipe ceruſſæ lotæ, drac.iiij. ſarcocollæ, drac.iij. amyli, drac.ij. tragacanthi, drac.j. opij, drac.ß. puluerentur valde ſubtiliter omnia, & cum aqua pluuiali molliantur ſuper tegulam, & fiant ſief parui. diſſoluantur lacte mulieris, aut aqua roſ. & adminiſtrentur. Tertiò ponitur collyrium ex thutia: & eſt Montiſpeſſula. in fine ophthalmiæ reſoluens & deſiccans humiditates extraneas oculorum. Recipe thutiæ præparatæ, lapidis calaminaris, ana vnc.ß. caryophy. xv. numero: faui cum melle, vnc.j. pulueranda puluerentur ſubtiliſſimè: & ponantur omnia in duabus vnc. vini albi, & aquæ roſ. quar.ß. camphoræ, drac.j. colentur ſubtiliter, & fiat collyrium. Quartò ponitur puluis magiſtri Arnaldi deſiccans lachrymas, & rectificans ruborem, & fuit pro Papa Ioan. Rec. thutiæ præparatæ, vnc.j. antimonij, vnc.ß. margaritarum, drac.ij. florũ coralli ru. drac.j. & ß. ſerici crudi (propriè è folliculo vermis) minutim inciſi, drac.ß. fiat puluis ſubtiliſſimus, & ſeruetur in pyxide ærea. Quintò ponitur puluis Beneuenuti: & eſt meus, pro omnibus maculis. Rec. zuchari candi, vnc.j. thutiæ præparatæ, vnc.ß. puluerentur, & cum aqua roſ. piſtentur: & in pelui ſpergantur, & inuerſetur peluis ſuper fumum ligni aloes, & thuris, & exſiccetur, & pulueretur ſubtiliter, & fiat puluis: qui ſeruetur in pyxide ærea, & ponatur in oculis cum ſtylo argenteo. Sextò ponitur collyrium pro rubore & lachrymis: & eſt de domo. Rec. thutiæ præparatæ, vnc.j. aloes ſucotrinæ, vnc.ß. camphoræ, drac.j. aquæ roſ. lib.j. & ß. vini granatorum, lib.ß. puluerentur pulueranda, & miſceantur cum aliis, & calefiant ſuper carbones modicos, modica bullitione coletur, & ſeruetur. Pro naribus quando aduenit eis fluxus ſanguinis, dicta ſunt auxilia in vlceribus. Specialiter ad polypũ cõmendatur à magiſtro P. de Bonanto: tenta è radice acori macerata oleo iuniperi, in quo ſoluta ſit ſcammonea.

*Li. theſ. paup. c. 13.*

*Li. 4. c. top.*

In auribus dolor ſedatur imponendo lac mulieris, vt dicit Gal. aut oleũ roſ.

roſ.cum modico opij,aut collyrium album. Vlcera autem mundificantur, lauando melle roſ.& imponendo collyrium factum ex croco ferri,aut ſquā ma eiuſdem cum melle,vt dicit Gal.Aut ſecundum magiſtrum Petrum,℞. nitri,carda.ana vnc.ß.caricarum mundatarum,vnc.ß.decoquantur in ſucco rutæ,& colentur,& vna gutta in aurem diſtilletur: ſaniem enim educit, & carnem ſuperfluam deſtruit,& ſanat.

In dentibus dolor ſedatur,ſecundum Heben Meſue, tenendo in ore acetum decoctionis pyrethri,aut herbā cornu cerui,in Azaram antidotario probatam.Nigredo autē lauatur, vt fuit probatū in Comite Altiſiodorē. tali aqua,Recipe ſalis ammoniaci,ſalis gemmæ,ana quart.j.aluminis quar. ß.puluerentur,& ponantur in alembico, & fiat aqua. Calefactiones & canchrenæ gingiuarum corriguntur aqua caprifolij, aut plantaginis aluminata.Vel iſto lauamento:quod eſt Dyni.Recipe roſ.vnc.j.lentium,ſumac,ana quar.j.balauſtiorum,quar.ß.conquaſſentur,& bulliant in aqua,& aceto: colentur,& fiat lauamentum.

## CAPITVLVM TERTIVM

### *De auxiliis morborum colli.*

LIcet vulnera colli habeant auxilia communia aliis,nihilominus habet aliquas diſpoſitiones, quæ gratia manifeſtæ doctrinæ tangentur hîc. Bronchocele habet duas formulas auxiliorum. Prima eſt, puluis magiſtri Dyni,qui Recip.ſcroffulariæ,vnc.ij.zingib.vnc.j.bryoniæ,pyrethri,ſerpylli,matriſſyluæ,oliuarum,ſalis gemmæ, oſſis ſepiæ, ſpongiæ combuſtæ,ana drach.ij,caryophyllorum,piperis,cinnamomi,ana drac.j.fiat puluis,in quo ſit modicum aluminis. Secunda formula eſt, emplaſtrum loco admotum ex diachylone ireato, aut emplaſtrum è ſtercore caprino, aut vnguentum apoſtematum phlegmaticorum dictum in apoſtematibus,&c.

## CAPITVLVM QVARTVM

### *De auxiliis humerorum,dorſi,& manuum.*

PRo dolore humerorum & ſpatularum, habeatur vnguentum miſtum ex marciaton,& agrippa.Pro gibboſitate, laudat Auicen.emplaſtrum ex acoro.Recipe acori,enulæ campanæ,ſabinæ,ana quar.j.bdellij,quar.ß.caſtorei,vnc.j.coquantur in vino & oleo, vſque ad conſumptionem vini,& ex oleo cum cera fiat vnguentum.Chiragra manuum curatur vt apoſtemata phlegmatica.Speciale in ea eſt emplaſtrum Montiſpeſſulani,ex caulibus rubris coctis in lixiuio cinerum clauellatorum, & parum aceti, & modicum ſalis triti.

## CAPITVLVM QVINTVM

### *De auxiliis pectoris.*

EOrum primum eſt, potio reſoluens & conſumens omnem materiam quæ eſt intus, & eam per ſudorem expellens: & fuit magiſtri Americi,& vocatur ſudatorium.Recipe caudæ equinę terreſtris,m.j. radicis oſmundæ, quart.j. radic.dragonteæ, quart.ß.coquantur in vino & melle,colentur,& cyathus adminiſtretur eunti dormitum, & ſudabit. Se-

cũdũ eſt, alia potio communis ad omnia vulnera intrinſeca : & fuit Gal. Recipe centaureæ,coſti, nepitæ,caryophillatæ,pimpinellæ,piloſellæ,ſummitatum canabis,teneritatum caulium,tanaceti,rubeæ, pentaphyllon,aurum valet,ana coquantur in vino & melle, & adminiſtretur cyathus vt ſupra.Facit exire ſaniem per vulnus,& prouocat vrinam,ſi retineatur.Si verò euomitur,non eſt ſpes curationis,vt dicit vulgus.

## CAPITVLVM SEXTVM
*De auxiliis ventris.*

PRimò,pro torminibus laudatur lana ſuccida, imbuta vino decoctionis cymini.Secundò,pro offenſionibus & caſibus,laudatur potio communis:& eſt Auic.& Rhaſis, Re.mummiæ, boli armeniæ,terræ ſigillatæ, ana vnc.j.fiat puluis,adminiſtretur drac.j.cum vnc.j.aquæ plantaginis. Tertiò, laudantur potiones pectoris ad reſoluendum materiam interius congregatã. Quartò, exterius poſſunt fieri emplaſtra in contuſionibus formata.In hydropiſi eſt optimũ prouocare vrinã:& ideo iuxta doctrinã Gal.magiſter Americ.accipiebat gryllos,aut cantharides nigras:& ablatis capitibus & alis, comburebat in furno, & faciebat puluerem, de quo ſero adminiſtrabat vnum granum cum vino: & faciebat adeo mingere tantũ,vt liberarentur multi ab hydrope.In dolore renum & veſicæ, vidi adminiſtrare vnum quar.lixiuij cinerum truncorum fabarum, & faciebat mirabilia, prouocando vrinam,& mundificando vias vrinales, pus & arenulas expellendo, & menſtrua prouocando.Rabbi etiam Moyſes,pro vlceribus renum & veſicæ approbauit aquam diſtillatam ſeri lactis caprini, ſub hac formula:Re. ſeri lactis caprini,pintas iij.iuiubæ,ſebeſten,ana vnc.j.boli armeniæ,vnc.ß. quatuor ſeminum frigidorum mundatorũ, ana drac.iij.ſeminis portulacæ, ſeminis papaueris albi,ſeminis cydoniorum,ana drac.ij.conquaſſentur, & diſtillando fiat aqua. Auicen.autem concedit in diabete aquam ſeris lactis ouini:Ego autem pro domino Cardinali Tutellen.addebam herbam caudæ equinæ,plantaginis,roſ.ſeminibus maluauiſci, & alkekengi, glycyrrhizam glandium calyces & trochi.alkekengi.Et iniectio lactis cum collyriis notis & emplaſtrum ad rupturam inter duas naturas,laudatur. Pro lapide remedia ſunt dicta multa famoſa.

*Lib. 3.fe. 16.tr.2. cap.18.*

## CAPITVLVM SEPTIMVM
*De auxiliis ancharum & partium procedentium ab eis.*

IN primis dolor virgæ ſedatur mica panis, piſtata cum vitellis ouorum, & oleo papaueris.Vlcera virgæ lauentur aqua aluminis, & inungantur vnguento populeon, aut vnguento albo, aut oleo cum albuminibus ouorum. Et puluis plumbi vſti, ceruſſæ, & aloës, eſt pretioſus. Inflatio teſticulorum corrigitur emplaſtro ex maluis, & farina fabarum, & cymino, bullitis cum aqua. Ruptura habet tria auxilia. Primum eſt electuarium, quod recipe conſeruæ conſolidæ maioris, lib.ß. conſeruæ roſ.quar.ß. pul-

ueris

ueris diatragacanthi frigidi, vnc.j. pulueris diacymini, vnc.ß. radicis valerianæ, ſeminis naſturtij, boli arm. lapidis ſanguinalis, ana drach. ij, panis zuchari, lib.j. fiat electuarium cum aqua ferrata. Secunda formula, eſt emplaſtrum è pelle arietina: & eſt communitatis. Recipit picis naualis, colophoniæ, ana vnc. iii. lithargyri, ammoniaci, opopanacis, galbani, bdellij, maſtiches, ſagapeni, terebinthinæ, ſumac, radic. conſolidæ ma. & mi. ana vnc.j. viſci quercini, hæmatitis, thuris, gypſi, myrrhæ, aloes, mummiæ, boli armeniæ, ſanguinis dra. ariſtolochiæ, vermium terreſtrium, ana vnc. ß. ſang. humani, vnc. ij. conficiantur cum pelle arietina, cocta in aqua pluuiali vſque ad diſſolutionem. Tertia formula eſt Bruni, & mea: quæ recipe nucis cupreſſi, acaciæ, gallarum, balauſtiorum, ana drach. v. tragacanthi, myrrhæ, ſarcocollæ, thuris, gummi arab. ana drac. 3. ſanguinis draconis, boli ar. mummiæ, aloës, aluminis, ana drac. 2. fiat puluis tenuiſſimus piſtetur cum aceto, & fiat emplaſtrum. Eſt enim expertum & probatum. *li. 2. cap. 10.*

In hæmorrhoidibus eſt optimum ſedare dolorem, ſuffumigatione decoctionis tapſi barbati, chamæmeli, & meliloti: & intrò ponere ellychnia, intincta vnguento facto ex butyro, ducto in mortario plumbi vſque ad nigredinem. Aut ſi dolor infeſtaret, linimentum Alexādri probatum per me: quod Reci. croci, myrrhæ, thuris, licij, ana partem j. opij, partes 2. terantur & conficiantur cū oleo roſ. mucagine pſyllij, & vitello oui: & fiat linimentum. Et exterius commendatur à Rhaſi iſtud emplaſtrum. Reci. chamęmeli, meliloti, ana quar. j. coquantur vſquequo diſſoluantur. adde vitellorum ouorum elixatorum quar. ß. farinæ fœnugræci, ſeminis lini, radicis althęæ, ana vnc. j. croci, myrrhæ, aloes, ana drac. j. & ß. butyri, quod ſufficit: fiat emplaſtrum.

## CAPITVLVM OCTAVVM

### *De auxilijs coxarum, & partium inferiorum.*

MEmbra inferiora multa habent auxilia: Quorum primum, eſt ad inflationem tibiarum, coxarum, & pedum: Stuphentur, & foueantur aqua marina, aut ſalſa, decoctionis ebulorum, ſambuci, tribulorum, ana partibus 2. calamenthi, origani, abſinthij, parietariæ, ana parte j. Deinde ponatur ſuper tumorem, emplaſtrum tale: Reci. furfuris, partem j. farinæ fabarū, partem j. ſtercoris columbi, partem dimidiam puluerentur, & cum aceto & decoctione aſphodelorum, & ſucco caulium rub. ſupra ignem vniantur: & fiat emplaſtrum. Et tempus iam eſt hunc finire ſermonem, ſupplicando illi qui in nauigatione hac gubernauit anchoram, in cœleſti gloria attrahendo fideles collocet animas: quod mihi & omnibus legentibus concedere dignetur ipſemet Deus benedictus, qui viuit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

Finis Chirurgiæ magnæ Guidonis.

# LAVR. IOVBERTI
## ANNOTATIONES IN GVIDONIS CAVLIACENSIS PRÆFATIONEM ET CAPITVLVM SINGVLARE.

SED *potius vnio & profectus.* ] Hoc eſt ad vniendum 1. 33.
quæ ſparſim à variis ſcripta ſunt autoribus. Atque inde
maximum ſequitur operæpręcium, commodum, & e-
molumentum. Quamobrem qui hoc præſtat, ( vt facit
Guido ) in aliorum gratiam, aliis prodeſt maximè, qui-
cunque illius labore perfruuntur. Iis ſiquidem licet
optima quæque ſelecta, & vel ab illo reddita meliora,
breui tempore addiſcere. Idem ſtudium ſcriptori ipſi
non parum conducit, nam in recognoſcendis autorum monumentis, mens
exercetur, & iudicium exacuitur. Facta verò collectione, memoria iuua-
tur, quod eſt maximum ſenectutis ſolatium: ne ſcilicet, tunc in conſulendis
ſubinde variis autoribus, ſubeundus ſit labor improbus.

*Quibuſcũ me in ſeruitio Romanorũ pontificum aſſociaſtis.* ] Inſeruiuit Guido 2. 1.
primùm Clementi ſexto, vt ipſe teſtatur Tract. 2. doct. 2. cap. 5. in diſgreſ-
ſione de mortalitate ſeu peſte quæ Auenioni agenti apparuit anno 1348.
Poſtea Vrbani quinti medicus & Capellanus commenſalis fuit: ſub quo
hanc Chirurgiam ſcripſit, anno Domini, 1363: vt mox dicet in cap. ſingu-
lari. Inter eos duos Pontifices maximos fuit Innocentius ſextus Aue-
nioni, vt ſuperiores: cuius ſeruitio addictum etiam fuiſſe Guidonem, facilè
crediderim: Eius enim meminit in prædicta hiſtoria peſtis: quæ rediit an-
no Domini 1360, pontificatus Innocentij ſexti anno octauo.

*Chirurgia eſt ſcientia docens modum & qualitatem operandi.* ] Talis Chi- 2. 31.
rurgia, eſt habitus vel ſcientia à Medico vulgo & peculiariter vocato com-
parata: ad quem pertinet integra Medicina, & munus docendi, non chirur-
gos tantùm, ſed etiam pharmacopœos: quorum ſinguli ſuam habent artẽ,
& dexteritatem in exequendis à Medico præſcriptis. Sic Chirurgia ſtrictè
ſumpta, eſt Chirurgorum vulgò dictorum propria: largius verò dicta, Me-
dicorum. Porro quod ſubdit, paulò inferius explicaturus eſt: modũ (inquã)
& formam, ſeu (vt hîc appellat) qualitatem operandi, ex quatuor conſide-
rationibus elici, quas Arnaldus propoſuit. Itaque vana eſt ſubtilitas eorum
qui ſic interpretantur: Modi nomine, Guidonem ſignificare vſum & actio-

nem,quæ maximè eſt τῆς πράξεως: qualitatis verò, τὴν θεωρίαν: ſcilicet na-
turæ cognitionem & omnium particularum:necnon morborum & medi-
camentorum,ad illorum curationem.Eſt illud quoque animaduertendum,
quod in calce definitionis ſcribitur [*& alias operationes manuum exercendo.*]
Sunt enim qui interpretentur, de ſuperfluorum amputatione,eámque vo-
lunt eſſe tertiam Chirurgiæ functionem. Quaſi hæc non ſatis ſub inciſione
contineretur. Turpius errant dum ſubiiciunt,*alias operationes manuum* ſi-
gnificare emplaſtrorum,vnguentorum, puluerum,& huiuſmodi ad chirur
giam, confectionem. Quis enim (obſecro) non videt has eſſe partes phar-
macopœi? Ergo potionum quoque adminiſtratio, & ciborum oblatio,
( dum modo præſtentur manibus,& ad curationem à Chirurgo inſtitutam
referantur) erunt aliæ operationes manuum.

2.42. *Et hoc eſt quod Galenus dicebat.*] Sola exercitatio, (inquit ille) & do- «
ctrina quæ per diffuſam enarrationem traditur,nos artifices reddit. Ideó- «
que non inſcitè illud mihi vulgo dici videtur,optimam eſſe doctrinam quę «
viua voce traditur:Neque quenquam ex libro nauclerum, aut alterius artis «
artificem euadere,&c.Cæterùm Auerrhoes explicat,qua ratione tota Me- «
dicina dicatur mechanica,nempe quia plerunque artifex intẽtionem haud-
quaquam aſſequitur,ob multa media quæ in ea exercenda requiruntur. Sic
ſe habẽt nauigatio,agricultura &c. Aſt chirurgia magis propriè dicenda eſt
μηχανικὴ, ex eo quòd variis inſtrumentis exerceatur,quæ præcipui ſunt ar-
tificij.Eſt autem mechanica ars,cuius peritus vulgo dicitur Ingeniator,vel
ingenioſus. quod laudi potius vertendum eſt, quàm (vt ferè fit) dedecori.
Mechanicum enim dicere ſolent,pro ſordido & illiberali:& artes mecha-
nicas, quæ ſunt deſpectui. Scilicet plerique omnes induſtrij & ingenioſi
homines in rebus excogitandis & inueniendis occupatiſſimi, pauperiores
manent.ſordet verò omnibus paupertas,& vt corrupti ſunt hominum mo-
res,vitio vertitur.

3. 4. *Quia vt dicebat in Montepeſſulano magiſter meus Raimundus.*] Eandẽ ſen-
tentiam repetet tract.6.doct.2.initio cap.ſecundi, inquiens,Non tamen o-
mnia in omnib.ſed certa in certis,vt dicebat magiſter Raimundus de Mo-
leriis in Montepeſſulano.Rurſus magiſtrum ſuum vocabit tract.2.doct.1.
cap.4.in adminiculatiuo de nodis,Is fuit medicinæ doctor & Cancellarius
vniuerſitatis Mõtiſpeſſulanæ,(vt cõſtat ex noſtris monumẽtis) anno Domi-
ni 1334. Porro ſententię huius nõ eſt obſcura ſignificatio, morbos omnes
in omnib⁹ corporibus,vel corporis partibus,nõ eſſe ſanabiles,ſed hos qui-
dẽ in his,alios verò in aliis:quod explicatu facillimũ eſt. Statuamus ſolã e-
lephãtiaſin cõfirmatã,eſſe τῷ γένει, ſeu toto genere inſanabilẽ:niſi velis,he-
cticã quoque tertij gradus eiuſdẽ rationis eſſe. Alij omnes morbi in qui-
buſdã perſanantur,in aliis minimè. Vnde ex pleuritide, quæ ſuapte natura
morbus eſt ſanabilis,nonnulli ſeruantur,quidam neceſſariò intereunt. Et
vulnera in aliis partibus ſanabilia, in corde lætalia omninò ſunt. Attamen
illam eandem ſententiam Guido vſurpat tract.2.doct.2.cap.2.de aperienti-
bus

bus aurium,in materia medica:inquiens, Pharmaca non omnia in omnibus regionibus reperiri,ſed certa in certis.

*Vt cancer in membro particulari.*] Canappus annotat,ſatius fuiſſe dicere,in membro externo vel manifeſto, vt ſit imitatio Galeni, vel potius Hippocratis,qui cenſet cancros occultos melius eſſe nō curare. Sed hallucinatur ipſe quum tam occultus, quàm manifeſtus cancer, & tam ſiccus quàm vlceratus,ad hunc ſecundum caſum pertineat,quo affectus medicabilis quidem eſt,ſaltem per exciſionem:ſubiectum verò ſeu corpus,ſeu pars ipſius, curationem ferre nequit. Dicit autem cancrum in membro particulari, ſeu lepram particularem. Nam quod eſt in parte vna cancer,id eſt in toto corpore lepra ſiue elephantiaſis. Atqui lepra ſeu cancer vniuerſalis, ex ſe dictus eſt incurabilis. Cancer verò, ſiue lepra in membro particulari, non ex ſe,ſed ratione ſubiecti, vel totius, vel ipſius particulæ. Et totius quidem,quod ſit imbecillus aut moroſus æger:partis verò, quod eo loco non poſſit omnino,vel minimè tuto excindi & eradicari. 3.12.

*Periculum eſt hydropiſim, aut maniam fieri, inquit Hipp.*] In eo aphoriſmo ſolùm meminit hydropis, & tabis ſeu phthiſis: at in ſequentibus (ſcilicet aph.21.eiuſdem lib.)annotat Hippocrates, maniam ſolui ſuperuenientibus hæmorrhoidib.vnde licet colligere, etiam his temerè ſuppreſſis, maniã excitari poſſe. Vide præterea quæ annotabimus in cap.7.doct.2.tract. 4.(qui eſt de vlceribus)an vna debeat relinqui non curata hæmorrhoes. 3.15.

*Ægrotabile & ſanabile per ſcientiã chirurgiæ.*] Si verũ eſt,Chirurgiam eſſe tertiam partem therapeutices,illa ægrotis duntaxat,non etiam ægrotaturis,conuenire poteſt. At certè imminentes morbos quamplurimos inciſa vena prę occupare & anteuertere ſolemus. 3.23.

*Eſt finis & intentio iſtius ſcientiæ.*] Vnica ſanitas eſt finis & ſcopus ad quem omnes collimamus. Duplici autem via eam aſſequimur: aliàs preſentem ſanitatem conſeruando, aliàs labefactatam redintegrando, vel amiſſam reſtituendo. 3.25.

*Quædam ſunt communia, & quædam propria.*] Communia dicuntur,quę variis morbis,aut variis partib.affectis conueniunt & adaptantur: propria verò,contrà. 3.36.

*Dialthæam ad dulcorandum.*] Canappus hoc reprehendit, quòd ad emolliendum magis comparatum videatur hoc vnguentum. Eſt tamen ἀνώδυνον,iis potiſſimum doloribus ſedandis ac demulcendis congruens, qui ex frigidiore cauſa ortum duxere. 4.4.

*Et ab eiſdem annexis.*] Rebus naturalibus annexa dicũtur,ætates,corporis habitus ſeu corpulentia, & ſexus: quæ ferè ſub temperamento continentur, vel idipſum declarant. Rebus non naturalibus annexa ſunt, anni tempus, regio, & ventus, coitus, vitæ inſtitutum, balneum & conſuetudo. 4.11.

*Vt in vlcere concauo, ſordido, apoſtemoſo.*] Vlcus cauum duplex eſt affectus,nempe ſolutio continui, & cauitas, quæ quidem eſt morbus in figura 4.22.

ſimul & magnitudine. Tertius accedit ſordities. Quartus eſt inflammatio. Ab huius profligatione inchoanda eſt curatio: mox ſorditiei medendum. tertio loco implendum carne vlcus: quod demum agglutinabitur & cicatrice obducetur. Gal.lib.3.& 4.meth.iſta fuſius explicat.

4.33. *Et ſanguinem effundentibus venis.*] Canappus, non ſine ratione, hoc loco nonnulla deſiderat, vel facilioris explicationis gratia. Nempe ſic melius eſſet legere: hæmorrhogiam patientibus venis & arteriis, in muſculorum capitibus percuſſis, & in dearticulationibus, &c. quod ille ſatis explicat.

4.36. *Elicitur ex quatuor conſiderationibus.*] Earum tres præcipuæ ex iis pendent quas de Galeni ſententia paulò ante Guido monuit conſiderandas. Primum, qualis ſit ægritudo ſuapte natura. hæc ſiquidem qualem aggredi oporteat operationẽ indicat. Deinde, an monſtrata indicatio perfici queat, adeóque neceſſaria & poſſibilis ſit operatio, quod diſcitur ex partis natura, ægri robore, &c. Tertiò, cũ quibus & qualiter cõpleatur: qui eſt rectus applicandi modus in qualitate & quãtitate remedij, ipſóq. vtendi modo.

4.39. *Per diuiſionem & ſubdiuiſionem.*] Nempe, facienda eſt operatio in parte molli, dura, aut ex his compoſita: ídque propter apoſtema, vulnus, vlcus, fracturam, vel laxationem: ſoluendo continuum, iungendo ſeparatum, aut reſecando ſuperfluum.

5.1. *Ex conſideratione effectuum operis, &c.*] Prudenter illud monetur, quicquid agas ſapienter agas, & reſpice finem. Eſt enim ſemper præuidendum & animaduertendum, quid ab operatione reliquum ſit futurum. Atque id ad operationis neceſſitatem & vtilitatem ſpectat. An verò poſſibilis ſit, partium natura docebit, pro earum ſubſtantia, functione & ſitu.

5.4. *Idque ante applicationem.*] Huius quartæ conſiderationis exemplum (præter id quod ſtatim hoc loco ſubiungit) dabitur tract.7.doctr.1.capite de phlebotomia circa finem, vbi traditur regimen phlebotomiæ.

5.15. *Qui talis eſt ſituetur patiens ſupinus.*] Huiuſmodi chirurgia hydropis Aſcitis (qui ſolus hydropum tale remedij genus inſinuat) fuſius explicabitur à Guidone tract.2.doct.2.cap.6. Hîc duntaxat exempli gratia, ſuccinctè, obiter & per tranſennam proponitur.

5.35. *Et primos ſex libros therapeuticæ.*] Hoc quidem verum eſt de tertio, 4o. 5o. & 6o. in quibus vulnera, vlcera & fracturas curare docet: In duobus autem primis, nequaquam.

5.39. *Tempore Antonini imperatoris.*] Significat Marcum Aureliũ Antoninum philoſophum, qui ſucceſſit Antonino pio, & imperij initio collegam ſibi aſciuit fratrem Lucium Verum. Cœpit regnare anno à natiuitate Domini, 162. Commodus patri ſucceſſit, anno Domini, 182. Horum aliquoties meminit Galenus, & libro primo de antid.& de præcognit. ad Poſthumum: vbi narrat ſe ex Campania Italiæ reuocatũ fuiſſe à prædictis fratribus imperatoribus, & rurſus Romam inhabitaſſe. Iam ſi detrahas à Chriſti natiuitate annos 33. imperium Antonini finiuerit anno à Chriſti morte circiter 149. quo regnare cœpit Commodus. Poſt hunc fuere duo imperatores, ſinguli

ſinguli fere bimeſtres: Pertinax, qui menſes duos, & dies 25. tantùm regnauit: atque Didius Iulianus, qui altero minus 20. diebus imperio potitus eſt. Succeſſit tãdem Seuerus anno Domini 195. qui octodecim annos imperiũ tenuit. Huic quoque parauit theriacen Galenus, vt ipſe pręcitato loco teſtatum reliquit. Ergo Romæ egit ſub quinque Imperatoribus, vt minimum: & poſt Marcum Aurelium Antoninum, annos ſaltem quatuordecim. Sequitur in contextu: inter Hipprocratem & Galenum fuiſſe tempus 325 annorum. Cui ſententiæ quidam hæc verba de ſuo addidit, (& ſecundũ veritatem fuerunt 586. anni) Quod eſſe veriſſimum, ex ſequenti ſupputatione manifeſtum euadit. Hippocrates floruit tempore Artaxerxis Longimani, proſpexítque magnæ peſti Athenienſium, quæ fuit anno ſecundo belli Peloponneſiaci, à creatione mundi anno 3537. Galenus Romæ celebris fuit ſub Marco Aurelio Antonino imperatore, qui ſucceſſit Antonino pio, anno à creatione mundi 4123. vnde ſi prædictam ſummam detrahas, ſuperſunt anni 586. Chriſtus natus eſt anno mundi 3963. ſcilicet ante imperium Marci Aurelij, annis 160.

*Vt teſtatur Rhaſis in toto continente.*] Nempe, Rhaſis Paulum Æginetam citat variis ſui operis locis, vbi de chirurgia tractatur. 6.2.

*Quorum primi fuerunt Rogerius, Rolandus.*] Hi duo vnius autoris loco haberi debent. nam Rolandus (quod ipſemet fatetur ingenuè ad finem ſui operis) omnia ferè & ad verbum ex Rogerio tranſcripſit. 6.16.

*Et multa empirica eis miſcuerunt.*] Hac ratione Guido eos nonnunquam Empiricos appellat, vt tract. 3. doct. 1. cap. 1. vbi de vulneratorum potionibus agit, in abſoluenda intentione quarta. 6.18.

*Et in phyſica & in chirurgia.*] Medica tractatio (quam hîc phyſicã appellat) inſcribitur liber magiſtri Gulielmi Placẽtini de Saliceto, in ſciẽtia medicinali: qui ſumma conſeruationis & curationis appellatur. Alterum eſt opus chirurgiæ, ab eodem Gulielmo Chirurgia inſcriptum. 6.26.

*Lanfrancus etiam librũ ſcripſit.*] Hic patria Mediolano exulans Pariſiis, rogatus ſcripſit Chirurgiã, anno 1295. vt metipſe annotat in calce ſui operis. 6.28.

*Nitebatur Theodoricum & Lanfr.*] Scilicet fuit hic Henricus Theodorici ſectator maximus, vt patebit deinceps ex aliquot locis: vt de vuln. cap. per inciſ. abſque cranij fractura, tr. 3. doct. 2. & de vulnerib. naſi ibid. Sequitur eo tẽpore in lucẽ veniſſe alterã multorũ Galeni librorũ tranſlationẽ, ex lingua Græca immediatè in Latinã, autore Nicolao de Regio: ídque expoſtulante Roberto rege Hieruſalem & Siciliæ, theologiæ, phyſicę & medicinæ tam practicæ quàm theoricæ peritiſſimo, vt ipſe Nic. de regio (qui fuit illius medicus & ſubditus) teſtatur in pręfatione lib. Galeni de paſſione vniuſcuiuſque particulæ, qui & liber decem tractatuum inſcribitur. 6.31.

*Vna fatua roſa Anglicana.*] Significat librũ medicinæ practicum Ioannis Anglici, qui roſa Anglica inſcribitur. 6.36.

*Et capellanus cõmenſalis.*] Papã medicos capellanos habuiſſe, etiã fidẽ facit diploma ſeu bulla quædã Clementis Papæ, cõceſſa noſtræ huic Academiæ, 7.2.

in qua nominantur Gulielmus de Brixia (is verò fuit Aggregator)& Ioannes de Aleſto, illius phyſici & capellani.

7.11. *Logicorum videlicet,& empiricorum.*] Sunt qui legant laicorum, pro logicorum,ſed minus rectè, meo quidem iudicio : quum laici dicantur omnes Empirici,nullis fulti rationibus, & prorſus ignari. Logici autem (hoc eſt rationales) de quibus fuit Galenus, omnium prҿſtantiſſimi.

7.14. *Cum ſuis pultibus.*] Pultes illi appellabant,quæ hodie Cataplaſmata vocari ſolent,non modò ex farinis,ſed etiam radicibus,foliis,fructibus,ſeminibus & floribus plantarũ coctis,tuſis,& cribro tranſmiſſis. Puls eadem eſt cum cataplaſmate conſiſtentia , ſed propriè fit ex farina liquore diſſoluta, & coquẽdo inſpiſſata,vt vulgo dicta Boullia.Eiuſmodi eſt quod Triapharmacũ molle chirurgi noſtri vocant,ex farina tritici,aqua & oleo.

8.12. *Augetur fides eorum quæ ſcribuntur.*] Galeni verba aliter ſonant, nempe in hunc modum : Augetur fides vtilium etiam ex hiſtoriæ conſonantia. «
Quapropter & ego omnia apud expertos medicos obſeruata , hîc aſcribo. «
de remedio ex thapſia loquitur : quod vbi ab Archigene quoque medico «
celeberrimo,probari annotauit,vides(inquit)quomodo etiam Archigenes «
laudat illud ex thapſia.Neque enim inuenies melius eo medicamẽtum.Augetur verò fides vtilium,&c.

8.29. *Tam in theorica quàm in practica.*] Phyſicam dicit ferè vbique pro arte medendi. Quod autem requirit in Chirurgo omnibus numeris abſolutum, qualis ipſe fuit,non ſimplicem operatorem ſiue artificem.

9.2. *Sicut pharmacia indiget diæta.*] Notatu digniſſima eſt Galeni ſententia, in libello de vſu theriacæ ad Pãphilianũ : nullũ eſſe tã efficax remedium in medicina,quod ſolitũ auxiliũ afferre queat,ſi ei victus ratio vel reſiſtat, vel nõ adiuuet.De chirurgia minus patet, hãc etiã requiri in morbis qui pharmacis cedere poſſunt. Sed illud certiſſimũ eſt,affectus chirurgiæ ſubiectos triplex remedij genus expoſtulare , ſcilicet victum decentẽ, conuenientia medicamenta, & manus actionem. Quæ qui exactè nouit prҿſtare aut præſcribere,medicus abſolutè dici meretur,non tantum chirurgus artifex.

9.13. *Bonæ rememorationis.*] Verba Haly rodoan ſic habent : Propter illud oportet,vt medicus ſit rememorans,formationis bonҿ,velocis ſolertiæ,ſani intellectus, bonæ viſionis. Celſus in proemio lib.7.elegantius depingit Chirurgi conditiones,inquiens : Eſſe autẽ chirurgus debet adoleſcens, aut certè adoleſcẽtiæ propior,manu ſtrenua,ſtabili, nec vnquã intremiſcente, eáque nõ min⁹ ſiniſtra q̃ dextra prõptus:acie oculorũ acri claráque, animo intrepidus,immiſericors:ſic vt ſanari velit eum quẽ accipit, nõ vt clamore eius mot⁹,vel magis quã res deſiderat,ꝓperet,vel minus q̃ neceſſe eſt ſecet: ſed perinde faciat omnia,ac ſi nullus ex vagitibus alterius affectus oriatur.

10.5. *Scilicet notitiã rei,& cauſas.*] Rei eſſentia cõtinetur diffinitione,quҿ mox ab initio cuiq.morbo eſt aſſignãda.Ei ſtatim ſubiũgẽdҿ cauſҿ,vt certior illi⁹ ſit notitia.nã tũc verè dicimur ſcire, dũ rẽ per cauſã cognoſcimus. Atq. ab horũ duorũ ſciẽtia pendet indicationũ primarũ inuẽtio. Cauſa.n.docet, quomodo

quomodo præoccupetur morbi continuatio & incrementum : morbus verò,qua ratione tollatur ipſe & obliteretur. Altera contemplatio eſt ſignorum & iudiciorum, vnde colligimus, poſſibiléne ſit an impoſſibile, quod morbus & cauſa iudicarunt.Poſtremò accedunt curandi ratio, & curationis inſtrumenta,victus,medicamenta,manus.Hæc ſunt tria illa quæ in ſingulis capitibus ſe tractaturum proponit Guido.

*Ne abraſo nomine litteræ ,pagina muta videatur remanere.*] Gallicus inter- 10.12.
pres antiquior legit *mutata*, non *muta*, quod cùm mihi olim difficultatem pareret,conſului de eo clariſſimo D.Alexin Gaudinum regium medicum, & ἀρχίατρον reginæum,in omni diſciplinarum genere verſatiſſimum & candidiſſimum virum:necnon D.Philippum Gullielmum Auenionenſem,academiæ noſtæ doctorem eruditiſs.& ſtudioſiſs.ex quorum perdoctis reſponſis annotationem hāc ſubiicio. Nomen,eſt titulus ipſe, quo littera (hoc eſt capitis contextus)inſignitur,vt quid dicendum ſit præloquatur. Atque ſic Guidonis interpres quidam Hebræus explicare videtur. Porrò iam olim Rubricæ dicebantur,à rubrica(Græcis μίλτῳ)qua notabantur. Hinc vel tituli legum, vel leges ipſæ Rubrica ſcriptæ, Rubricæ dicebantur, & leges rubræ. Perſius:

*Excepto ſi quid Maſuri rubrica vetauit.*

Et Iuuenalis:

*Cauſas age,perlege rubras*
*Maiorum leges.*

Ergo titulus rubrica notatus, ſeu littera tituli rubra (id eſt rubrica, quæ eſt nomen) ſi abradatur, quid paginis ſequentibus contineatur incertum erit.& dum incertum eſt,perinde eſt ac ſi pagina muta eſſet: quia ante paginam nihil ſit,quod veluti præloquatur. Cæterùm quod ex Auerroe cita-
» tur hoc loco,ſic habet.Et non expectes à me, quod ego diuidā partes ſuas
» ad numerum capitulorum, neque quod appropriem vnicuique rei capitu-
» lum per ſe,quia in illa re vana gloriati ſunt ſapientes Hiſpaniæ Andaluxij
» (apertè mordet Auicennam) & maior pars præteritorum autorum.Sed pa-
» ter philoſophiæ non vana gloriatus fuit in faciendo hoc in maiori parte
» librorum ſuorum. Et fortè quod induxit eos ad faciendum hæc, fuit debi-
» litas diſcretiuæ ſcholarium.Sed ille qui habebit virtutem diſcretiuam ſa-
» nam,cognoſcet in vnoquoque libro drachmas rerum primas & ſecundas:
» & diuidet vnam rem ab alia, ſecundum quod videbitur ei magis conue-
» niens in hora legendi,&c.

# LAVR. IOVBERTI ANNOTATIONES IN GVIDONIS CAVLIACENSIS TRACT. I.

## QVI EST DE ANATOMIA.

19. 15. P*ARTICVLARVM patientium dignotionem.*] Gallicus interpres vetuſtior legit, *patientium vel ſufferentium*. Dionyſius Fontanonus docebat, legendum eſſe, *&*, non *vel*: atque interpretabatur, patientes particulas, quæ idiopathiâ laborant: ſufferentes verò, quæ ſympathiâ. Sed hoc noluit Guido, vnica voce *patientium* contentus, quæ vtrunque affectum continet. Nam (vt monet Galenus) etiam quæ ſympathiâ laborant, malè afficiuntur. Quomodo enim compatiantur, ſi nihil patiuntur? *Lib.1. loc. aff.*

20.14. *Quos ipſe fecit de adminiſtratione anatomiæ.*] Significat libros 15. de adminiſtratione, ſeu aggreſſione (barbarus interpres vertit de curatione) anatomica: quorum meminit ipſe Galenus in libello de propriis libris, vbi etiam recenſet ſingulorum quindecim librorum argumenta. Porrò ex iis, nouem duntaxat ad nos peruenerunt: ſex poſteriores temporis iniuria perdidit.

20. 19. *Recta diuiſio & determinatio.*] Chirurgi noſtri *determinationem* interpretantur, explicationem ſubſtantiæ, quantitatis, numeri, figuræ, ſitus actionis & vſus partium ſingularum, poſt accuratam earum diuiſionem. Verùm, iſtud Anatomes definitioni minimè conuenit, ſed eſt ipſius Anatomiæ finis ſcopúſve. Idcirco enim fit omnium partium diuiſio, vt in ſingulis ſupradicta omnia conſiderentur. An verius dicas, determinationem cognatam eſſe exquiſitæ partitioni (ideóque alteri ſubiungi) quum exacta diuiſio non ſit, quæ ad cuiuſque particulæ terminos non progreditur. Niſi enim muſculus à ſuo exortu ad inſertionem vſque omnino ſeparetur, nec quo ambitu circunſcribitur appareat, accurata ſectio non erit. Sunt verò ij fines ſeu termini ob oculos ponendi: à quibus defluxiſſe videtur hoc Determinationis vocabulum.

20. 21. *Et dicitur ab ana, quod eſt rectum.*] Guidonem hallucinari in ſignificatione dictionis ἀνὰ, quiuis minimum verſatus in Græcis, facilè animaduertit. In aliarum quoque nonnullarum vocum Græcarum etymologia & interpretatione plerunque cæcutit, vir alioqui doctus, ſed Græci idiomatis non peritus.

20.34. *Faciebat de ipſo quatuor lectiones.*] Aliàs ſectiones. vtraque lectio retineri poteſt.

*Habent tamen vtilitatem quandam, & generationem.*] Pilorum ſola eſt generatio,

generatio, ſine vllo alio regimine, ait Gordonius : hoc eſt,pili nec regunt,
nec reguntur. Carent enim facultatibus naturalibus, quibus regantur &
verè nutriantur : videlicet attractricè, retentricè, coctricè & expultricè.

*Calida autem & ſicca non dicuntur, &c.*] Cuti, quæ eſt medij tempera- 21. 28.
menti, comparatæ partes omnes ſunt intemperatę : Hinc dicuntur ab ex-
ceſſu calidæ, frigidæ, humidæ aut ſiccæ : & per coniunctionem,calidæ aut
frigidæ,ſimul & humidæ:vel frigidæ & ſiccæ. At calidæ ſimul & ſiccæ,nul-
læ ſunt : quoniam quæcunque deprehenduntur cute ipſa calidiores,eâdem
ſanè humidiores percipiuntur: vti ſicciores, quæcunque frigidiores ſunt.
Cor omnium animalis partiũ eſt calidiſſimum. Idem verò (teſte Galeno)
paulò quàm cutis minus eſt durum. Itaque etiam humidius cute eſt cor,
quantò ſcilicet eſt mollius.

*Capitulo finali.*] In noſtris codicibus eſt capite antepenultimo.Sic admo- 22. 2.
dũ variat capitũ diſtinctio in veteri & in noua trãſlatione librorũ Galeni.

*Et cætera octo, quibus quantum eſt de præſenti.*] Huius partitionis ratio- 22. 7.
nem reddet cap.primo doctr.ſecundæ iſtius tract.atque eam in toto ſuo o-
pere eſt obſeruaturus.

*Præter id quod ad illud mittuntur multæ arteriæ.*]. Vnica ferè arteria,eáque 22. 28.
non valde inſignis,ad hepar mittitur,vt docet inſpectio. Et Galenus lib.4.
de vſu part.cap.13.explicat rationem,cur pars hæc non admodum indiguit
arteriis.

*Quæ axungia propriè dicitur.*] Adipis,axungiæ & ſeui proprias differen- 23. 13.
tias nos curioſius explicuimus Parad. 7.Decad.prioris.

*Ita ponit Galenus in primo, &c.*] Multò explicatius id docet libro primo 25. 13.
de motu muſculorum,vbi ait : Eo qui intus eſt abſciſſo,externa pars in hac
figura perpetuò manet. Eo autem qui foris,flexa non amplius extenditur.
Quod ſi tuis manibus capiens flectas extenſam,vel extendas inflexã,omiſſa
particula mox in priſtinum ſtatũ reſtituetur. Quid igitur ex iis demonſtra-
tur?Nempe flexionem venire à muſculis qui intus ſunt : extenſionem verò
ab his qui foris.Quapropter ſi externus vulneratus,&c.

*Arteria tamen nulla reperitur ſine vena.*] Hoc multis in locis prędicat 25. 20.
Galenus,maximè verò ex profeſſo,lib.16.vſu partium,cap.13.

*Quædam habent additiones intrantes.*] Additiones vocat,non ſolùm Epi- 26. 3.
phyſes propriè dictas,ſed quaſuis Apophyſes,ſeu proceſſus & eminentias:
quarum plurimæ articulo ſua ex parte conſtituunt.Epiphyſes autem pecu-
liariter dicuntur,appendices oſſibus adnatæ & additiones.

*Vtrum propter oculos,aut propter quid,&c.*] De hoc abundè,vel ad nau- 26. 41.
ſeã,diſputauit Conciliator:quod ſupra chirurgi captum eſſe, prudens mo- *Differ.*
net Guido. 40.

*Quantitatis æqualis.*] Imò etiam inæqualis.etenim homo,etiam puer, 27. 8.
cerebri plus habet quàm bos,vel equus:à quibus longè ſuperatur mole to-
tius corporis.

*Et eſſe vnum ex oſſibus colli.*] Lanfrancus non ſcribit, os baſillare eſſe de 28. 17.

oſſibus colli,ſed continuari inferius cum primo ſpondylo colli.

17.29. *Per ebullitionem.*] Aliàs elaborationem. vtraque dictio conuenire poteſt.

30.13. *Diuerſitate colorum qui ſunt varij.*] Tunicas oculi proprias non ineptè diuidit in ſex, quum ipſę conditionem mutent in parte oculi anteriore. Vnde quę ſubadnata eſt, dura vocata, in parte anteriore detecta, Corneæ appellationẽ meretur,à corpore diaphano, lamine cornu aſſimili. Et ſic tunica (vt antea dixit) materialiter,vel (vt mox dicet) ſecundum cõtinuationem materialem,vnica,duplex eſt formaliter,ſeu formæ ipſius diſtinctione.Eodem modo Vuea,quæ pupillæ iridem conſtituit, diuerſæ eſt formæ ſeu figuræ à ſeipſa in parte poſtica & interiore. vocat enim Guido exteriores tunicas,omnes eas partes quæ ab adnata minimè cooperiuntur, vel obſcurantur:interiores verò quæ adnatæ ſubiacent.Sic Araneoſam quę cryſtallinum anterius inueſtit,exteriorem appellat, quòd ſit è regione pupillæ.

31.23. *Sunt etiam alij muſculi ad molendum.*] Præter omnes iſtos muſculos Halyabbas duorum meminit,qui intra os latitant.Eos perperã neglexit Guido. ſunt enim maximi vſus.

31.37. *Iugalitatem circum oppoſitam.*] Hanc ſententiam facilius explicat Gabriel de Zerbis,olim inſignis anatomicus,fol.102.vbi ait:Magni debebãt eſſe,& fortes huius generis motus in mordendo,& frangendo quæ dura:& propterea etiam de articulis eius ſufficienter prouidit: alteri quidem, qui extremitas vocatur,iugalitatem circum apponens, & maximos inplantans temporalis muſculi tenontes:reliquas verò vberiformes vocatas explantationes capitis, infallacem circum apponens cuſtodiam.

32.33. *Et diuiſa gula, ſiue gutture.*] Notandum hîc eſt,ex additionibus in Rogerium,iſtius farinæ hominibus collum duntaxat vocari partem poſteriorem,ab occipitio ad primam vertebram thoracis:guttur verò anteriorem, quæ duabus venis organicis (id eſt, iugularibus) terminatur. Ceruices autem duas conſtitui,latus ſcilicet dextrum atque ſiniſtrum.

32.37. *Super iſtas duas vias, à parte oris eſt larynx particula cartilaginoſa, &c.*] Hæc tamen latiſſimè diſcrimine inter ſe differunt. Nam gula propriè dicitur via cibi & potus, quæ Ariſtotelis temporibus Oeſophagus cœpit appellari. Eandem barbari Neri vocant. Guttur verò eſt tracheæ arteriæ caput,Larynx græcis vocatum: vt Pharynx iiſdem ſunt fauces,ſpatiũ ſcilicet quo gulæ & gutturis extrema conueniunt. Epiglottis autem propriè dicitur,operculum id Laryngis,quod hoc loco deſcribitur.

33.13. *Nempe quæ media procedunt.*] Supple,additamenta. Illud verò (*nempe*) ad proximum referri debet:vt ſignificet, non omnia additamenta facere ſpinam,ſed ea duntaxat quæ medio loco procedunt.

34.3. *Ex his apparent illa ſex,vel ſeptem.*] Superius dixerat inquiri nouem, ídque duobus in locis.

34.40. *Non ſunt autem illa additamenta,oſſa alia.*] Additamentum, ſeu epiphyſis verè

ſis verè eſt acromion, in prima ætate. Hîc Galenus medium eſſe voluit quoddam os,inter ſcapulam & clauiculam,quod κατακλεὶς diceretur.atque eum errorem ſequuti videntur Lanfrancus,& Henricus.

*Ipſas omoplatas.*] Locus hîc valde corruptus eſt: nos ſenſum reddidimus in Gallica verſione, vt potuim⁹. Alij leg.ipſas omoplatas cõpia acromium. 35.1.

*Acrochiron,id eſt parua manus.*]Imò ſumma & extrema.Sic enim ad verbum ſonat dictio: & talis verè eſt pars deſignata hoc loco. 35.12.

*Secundum Auicennã in pectore ſunt* 80.*aut* 90.*muſculi.*]Rectè dubitat Guido,vtrum numerum conſtituerit Auicenna muſculis thoracem mouentibus.Nam quum is propoſuiſſet nouem dilatantes,& conſtringentium(non per accidens,ſed ſecundum eſſentiam, vt ille diſtinguit) paria octo: intercoſtales verò, quibus ſimul conſtringi & dilatari pectus ait, in ſingulis ſpatiis quatuor eſſe demonſtraſſet: tandem infert, omnium pectoris muſculorum ſummam reſultare ad 88.qui numerus ſolis intercoſtalibus, ex Auicennæ etiam doctrina,deberetur. Superſunt verò alij 17: vt ſit omnium ſimul ſumptorum numerus impar, & maior quàm Auicenna & Guido recenſeant: nempe, centum & quinque. Verùm fallitur Auicenna, quando cenſet quatuor eſſe muſculos in ſingulis coſtarum ſpaciis: quem Veſalius & plerique alij Anatomiæ proceres imitati, ſimili errore præoccupati fuerunt.Nam,vt Fallopius (olim præceptor meus Patauij) ſubtilius animaduertit, duo ſunt duntaxat muſculi re vera in quolibet intercoſtali ſpacio: quorum exterior incipit à poſtica parte,vbi coſta proceſſui tranſuerſo vertebræ articulatur:atque inde antrorſum obliquè declinantibus fibris, procedens,ferè attingit cartilaginis initium. Interior verò priori ſubſtratus, incipit ab ea parte coſtæ vbi ipſa curuatur: & fibris antrorſum obliquè aſcendentibus,progreditur vſque ad os pectoris, ſpaciumque inter cartilagines à priore ſuperioréve nulla ex parte occupatum implet: haud aliter quàm ſuperior ille atque exterior occupat retrò vniuerſum ſpatium inter coſtas,à vertebrarum tranſuerſis proceſſibus,vſque ad curuaturæ ſeu inflexionis coſtarum regionẽ. Quod verò ablato muſculo intercartilagineum ſpatium implente,occurrat alterius generis fibrarum caro,id non facit eſſe alterum muſculũ intercartilagineum, vt credidit Veſalius: quinimo eſt pars ſexti thoracis muſculi,pone ſternum latentis.Ergo intercoſtales muſculi omnes ſunt quadraginta & quatuor, non plures,vel pauciores. 37.15.

*Mater aorta.*] Barbari ſemper ſcribunt aborchi, pro aorta. Mater verò dicitur,ſeu magna arteria, quæ à cordis ſiniſtro ſinu exorta, mox in duos inſignes ramos ſcinditur. 38.34.

*Aclipeo ſtomachi.*] Sic appellat xyphoeidem cartilaginem. 39.35.

*Quatuor tranſuerſales.*] Imò potius obliqui. Sunt autem tranſuerſi abdomis muſculi,duo tantùm,quos latitudinales appellat Guido.

*Ad hoc ordinatus vt prohibeat,ne muſculi comp.*]Peritonæum non impedit compreſſionem,niſi immediatam. Premunt enim apertè muſculi abdominis viſcera ſubiecta, dum ſua conſtrictione adiuuant excrementorum alui 39.37.

& veſicæ reiectionem.

40.2. *Et ne rumpatur facilè.*] Hoc ei accidit, non quia durũ & ſubtile eſt peritonæum (ſic enim facilius rumperetur) ſed quia fibris omnigenis contextum, cedit tendentibus vtplurimum.

40.15. *Duabus tunicis denſis.*] Vnica eſt membrana, ad marſupij formam, aut reticuli piſcatorij: cuius pars inferior circularis eſt & vnita; ſuperior autẽ recta hiat. Sed cùm latus vnum alteri accubat, ex duabus tunicis contextum videri poteſt.

40.25. *Et ad reddendum chylum ipſi hepati.*] Dictio Græca eſt anadidonæ, quæ nihil ſignificat aliud quàm Diſtribuere: neque id magis hepati, quàm aliis partibus corporis.

41.11. *Etiam ita nominatum.*] Scilicet duodenum (quod & ecphyſis, & portanarium, aut pylorus, ſeu ianitor vocatur) etiam Ieiunum dicitur: quia non minus, quinimo magis eſt inane eo quod peculiariter Ieiunum appellatur.

42.8. *Communiter continet duas vel tres pintas vini.*] Rectè dicit, *communiter*: ſunt enim quidam potatores egregij, qui experientia norunt ſuum ventriculum poſſe capere, alij duodecim, alij quindecim, &c. pintas Gallicas. Pendet verò pinta vna, libras circiter duas.

42.10. *A parte ſpondyli duodecimi.*] Sumpta videtur ſententia hæc ex Galen. lib. 13. methodi med. cap. 16. vbi ſcriptum reliquit gulã (quæ propriè ſtomachus appellatur) affectã, ſuper ſpinã dorſi cataplaſmata imponi debere: nõ autẽ parte anteriori, vt fit quãdo vẽtriculi os laborat. Siquidẽ gula (hoc eſt, via cibi & potus) ſpinæ ſuperiacet: vẽtriculi autẽ os ſuperius, ad xyphoeidẽ cartilaginẽ vergit. Veruntamẽ Guido aliud hoc loco agit: nẽpe de ſolo vẽtriculo, nõ etiã de gula ſeu œſophago tractat: ipſúmque ventriculum cõſiderat à parte poſtica, vbi is duodecimæ dorſi vertebræ & ſuperioribus lumborũ accubat, necnõ à parte antica inter xyphoeidẽ cartilaginẽ & vmbilicum. Itaq. & poſterius & anterius admotis iuuari poteſt: ſicque legendum puto, *quia remedia parti poſteriori poſſunt conferre à parte ſpondyli duodecimi.* Nam ſi pro ſuperiori intelligas os ſuperius ventriculi, falſum id erit, quũ vel Galeno monẽte, & αὐτοψία id cõformante, os illud ſuperius à vertebris diſtet longiſſimè. Nã mox atque œſophagus ſextã attigit vertebram dorſi, is attoli incipit, & ad xyphoeidem vergere cartilaginem.

42.34. *Ad vniuerſum corpus generandum & nutriendũ.*] Generatio quidẽ eſt aliquo modo ipſa nutritio: ſed minus propriè dixeris, corpus gigni, quàm nutriri ſanguine. niſi velis primam conformationem ſignificare, in qua dicimus partes omnes fieri ex ſanguine, vel mediatè vel immediatè.

42.37. *Expelluntur à corpore, & vadunt cum ſanguine.*] Hic locus vel mutilus, vel corruptus videri poteſt, ſed qui facilè reſtituatur ex iis quȩ docebit ipſe Guido Tract. 2. doct. 1. cap. 1. de cauſ. apoſt. ſpecialib.

43.4. *Et ipſa cum ſuis radicibus.*] Sunt potius rami. radices. n. verius repręſentãt venæ meſeraicȩ, quæ ab inteſtinis ſugunt, velut radices plantarũ ab humo.

43.9. *Digeſtio perficitur tertia, & quarta.*] Tertia fieri dicitur in extremitatib⁹ vena-

venarum capillarium: quarta in poris mẽbrorũ.Per has duas poſtremas gignuntur quatuor humiditates vocatæ, prima anonymos, altera Ros dicta, tertia Cambium, vltima Gluten.

*Vnũ vitrũ plenũ.*] Alij codices Latini habent,*vnũ intellectum plenũ*,pudendo maximè errore:niſi fortè dixiſſe voluerit, *vnum gobeletũ*.Gabriel à Zerbis legit vnũ metretũ plenũ , ſiue bicheriũ,fol.33.ſuæ anatomiæ. ſed nobis arridet magis dictio *vitrũ* in antiquiſſimis manuſcriptis codicibus reperta. 43.30.

*Sin alia materia,etiã herniã.*] Hernia propriè dicta eſt apoſtema, ſeu tumor præter naturã verus: nẽpe carnoſus,aquoſus,vẽtoſus,necnõ varicoſus, vt Guido explicabit Tract.2.Doct.2.cap.7.Ruptura verò & Crepatura dicitur eidẽ autori,quãdo omẽtũ vel inteſtina delabũtur ad ſcrotũ:Hæ ſiquidẽ nõ propriè,ſed (vt iſte loquitur)ſimilitudinariè vocari ſolẽt Herniæ.Eſt autẽ Ruptura duplex: vna ſimplex dilatatio ſeu relaxatio : altera quã Crepaturã appellant.Ipſe tamen Guido vult hæc differre inuicem,ſola maioris & minoris differentia,tract.6.doct.2.cap.7. 47.10.

*Diuerſi ſunt à neruis manuum multum.*] Neruorũ autẽ crurũ & pedũ forma(inquit Auicenna)à neruis manuũ ſeparatur,in hoc qđ nõ omnes cõiungũtur:&declinãt ſubmerſi incedẽdo ad occultũ.Nõ enim eſt forma cõtinuitatis adiutorij cũ ſpatula,ſicut forma cõtinuitatis coxæ cũ ancha : neq. eius cõtinuitas cũ origine ſuorũ neruorũ,ſicut cõtinuitas ipſius cũ ſuorũ neruorũ origine. Sequitur ſtatim in noſtro cõtextu: *à ſpondylibus vltimis renũ.* vbi notandũ eſt,Guidonẽ more vulgari Renes vocitare,q ꝓprie dicũtur Lũbi. 48.15.

# LAVR. IOVBERTI ANNOTATIONES IN GVIDONIS CAVLIACENSIS TRACT. II.

## QVI EST DE APOSTEMATIBVS.

*IN vnam magnitudinem aggregatorum.*]Quænã ea eſt magnitudo?nõ tumoris,quam in hoc morbi genere is pro ſymptomate nõnunquã habeatur,autore Gal.& aliàs ſit negligẽdus.Neq.eſt neceſſe vt tres illę morborum ſpecies apoſtema conſtituẽtes,admodũ ſint auctæ,vt dicatur apoſtema,quũ incipiẽs &peregrinũ nõ minus quàm maximũ apoſtema vocari mereatur. An melius ſic ſcriberetur, *In vnã ægritudinẽ aggregatorũ?* vel abſolutè in vnã (ſup ægritudinẽ, quę eſt genus in hac definitione propoſitũ)aggregatorum,quo ſignificabitur,ex trib⁹ cõponi vnã,cuius natura & ratio ſimplex habeatur.Licet enim alios reperire morbos trium generum vni particulę incidentes , ex quibus tamen ſeu confuſis vnicus morbus non conſtituatur. 49.42.

*Pro differentia aliorũ modorũ comp.*] Alij modi compoſitorũ morborum Galeno ſunt, quando ſimilares inter ſe, vel cũ aliis miſcẽtur,aut organici

organicis. Primi exemplum eſt, morbus calidus ſimul & humidus vel ſiccus. Secundi, brachium mediocri breuius & aridum: vel intemperies calida. (Galenus perperam phlegmonem dixit, quæ verè organi morbus) partis luxatæ. Tertij, lingua mutila, cui & magnitudo & particularum numerus deſit. item, cum ophthalmia pterygion, eroſio corneæ, procidentia vueę, atque incipiens ſuffuſio. De quo affectus modo Galenus dubitat, ſintne plures morbi, an vnus compoſitus.

50.11. *Et magis per ſe peccat mala complexio.*] Si in quouis apoſtemate eſt cum intemperie ſolutio continuitatis, hæ verò ſunt duæ doloris cauſæ, cur in omni apoſtemate non eſt vehemens dolor? Si enim dixeris, ſæpenumero alteram cauſam eſſe leuem, rationi tamen conſonum fuerit, vt ſimul iunctę nonnihil doloris inferant. An in multis hoc deſideratur: quod neque intemperies, neque ſolutio continui affatim incidant: vt in tumoribus potiſſimum qui per congeſtionem fieri dicuntur? Nam quod ſenſim fit non percipitur, vt ex Platone docet Galenus. Porrò quod ait Guido ex Conciliatore, quaſi dubius, intemperiem forſitan eſſe præcipuum in apoſtemate affectum, admittere nequeo, vel eo nomine quia tumor paulo poſt dicetur ab autore, ratio ſenſibilior apoſtematis. Et quî eſſe poteſt hoc morbi genus abſque tumore, quum ab eo nuncupetur tum Gæcis, tum Latinis? Abſque intemperie verò eſſe poteſt, vt cum ex phlegmone humida & calida, fit ſcirrhus frigidus & ſiccus. Nam ab vno extremo ad aliud nunquam, niſi per medium, fit tranſitus. Ergo fuerit aliquanto temporis ſpatio, tumor ſine intemperie.

*Obiectio.*
*Solutio.*
*Lib. 1. de cauſ. ſymp. c. 6.*

50.38. *A ſubſtantia quidem ſumit Auicenna.*] Non placet eorum interpretatio, qui volunt Subſtantiæ nomine hîc ſignificari morbi eſſentiã: de qua quum ſit aucta magnitudo, idcirco diuiſionem iſtam à ſubſtantia ſumi dicunt. verùm non id cenſuit autor, quum prius ſcripſerit, de tribus morbi generibus apoſtema componentibus, compoſitionem poſtremo loco peccare: quaſi non ſit præcipua apoſtematis natura & conditio. Quod ſi admittas, ab aliis duabus (quia ſunt magis de eſſentia, vtpote ab omni apoſtemate inſeparabilia) potius accipi debeant primæ apoſtematũ differentiæ. An ſubſtantiam hîc dicit pro mole, & (vt vulgus loquitur) ipſo corpore ſeu volumine apoſtematis. Huius enim ratione alia dicentur magna, alia verò parua. Interpretationem noſtram ipſe confirmabit, dum in proponenda curatione mox ſcribet: diſpoſitionem ipſam continere quantitatem, &c. aliter enim curari magnum apoſtema, aliter paruum.

50.4. *Sunt magni tumores phlegmonoſi.*] Atqui omnium maximi videntur pituitoſi, ſeroſi, atque flatulenti, quod triplex hydropis ſpecies teſtatur. Hi tamen phlegmonoſi non ſunt. An in vno eodémque apoſtematis genere differentiam huiuſmodi conſtituere decet: vt ex ſanguineis quædam ſint magna, eáque phlegmonoſa ex ſanguine puriore, aut millioſo, pituitoſo, vel melancholico: alia verò parua, ex ſanguine corrupto, vt deinceps explicabit: cuiuſmodi ſunt puſtulæ bothorales.

Omne

*Omne apoſtema aut eſt calidum, aut non.*]Hac diuiſione includi poteſt, quod ſit calidi frigidíque medium, ex mixto humore videlicet: quod tamen noluiſſe Guidonem, exempla mox poſita docent. Sed qua ratione poteſt eſſe temperatus humor, ſi verum eſt quod ſcripſit Galenus, in quouis tumore præter naturam eſſe duplicem intemperiem, quæ à tumoris materia inferatur? An de legitimis & exquiſitis apoſtematibus quæ ex ſynceriore, non permixto humore fiunt, ea dicta ſunt accipienda? quod etiã in quouis morbo abſolutè propoſito eſt intelligendum. Simplicia enim perpetuò tradun tur, quoties nulla fit limitatio. Aſt rurſus quis inſtabit, in aliquo apoſtemate non eſſe intemperiem: quæ tamen omnium maximè & primum peccare dicta eſt. An tametſi temperatus ab initio fuerit, vt quando defluit humor, mox intemperatus euadit ex conculcatione? Id tamen non voluiſſe Guidonem, ex ſuperioribus ſatis coſtat. neque enim de compoſitis hîc agere inſtituit, neque humores quales tandem ſint futuri, ſed quales natura ſunt mox à principio conſiderat & æſtimat. 51.1. *Obiectio.* *Solutio.*

*Non autem largè, nempe per putrefactionem, dicebat Auicenna.*] Eius verba ſunt: Neque exiſtimandum eſt, quod apoſtema calidum ſit illud quod ex cholera aut ſanguine generatur tantùm, ſed ex quacunque materia, ſiue ſit calida per ſuam eſſentiam, ſiue accidat ei caliditas propter putrefactionem, &c. Hinc licet inferre, quæcunque ex ſanguine aut bile fiunt, conculcatione aut putrefactione feruentibus, duplici nomine calida eſſe. 51.2.

*Intelligendo ſanè. nam medici, &c.*]Sana & magis propria locutio eſt, cum dicimus apoſtemata fieri ex humoribus, ſi cauſam materialẽ ſignificare volumus: quemadmodum propriè dicimus, panem ex farina & aqua parari. Eadem præpoſitio cauſam efficientem aliàs denotat, & pro Ab, vel A vſurpatur, vt in hac locutione, ex bubonibus febres omnes malæ ſunt, præter ephemeras. Porrò hoc loco propriè loqui voluit autor, materialem cauſam explicans, eámque humorem eſſe ſtatuens. Aliam interpretationem affingit, & quam voluerit Guido argutiorem (ne dicam veriorem) qui annotat, humorem eſſe cauſam tumoris efficientem, non materialẽ. Quippe morbus accidẽs eſt: accidẽtis verò cauſa materialis nulla eſt ex qualitate. At verò, ô optime, neque humores ipſi efficientes cauſæ ſunt, ſed eas in ſe continent: nempe qualitatem & quantitatem, quorum opera in parte apoſtemate tentata intemperiem faciunt, atque tumorem, cum vnitatis diuortio. Cæterùm quod ait autor, Ex pro In quandoque vſurpari, huc minus pertinere videtur, quum præpoſitio In, ſubiectum denotare ſoleat, humores verò non ſint apoſtematũ ipſorum ſubiectum, ſed corpus viuens, quod materialem cauſam eſſe dictitant. Ego verò humorem ipſum cauſæ efficientis ſubiectum conſtituo: & cùm dicimus, ex bile fieri herpetem, ſecretiùs intelligi volumus, in bile eſſe proximas eius morbi cauſas. Atque eo modo Ex pro In vſurpatum videri poteſt. 51.7.

*Illa quæ fiunt ex humoribus naturalibus.*] Tales quidem ſunt humores ſub forma cauſæ antecedentis. impacti enim ſpeciem mutant (quidam citius, 51.9.

aliĳ tardius) innaturales euadunt,& qualitate peccant. Non tamen recipio quod à Falcone annotatur,nullum humorem quandiu naturā ſuam retinet apoſtema facere poſſe.Quid enim (quæſo) obſtat,quo minus ſyncerior bilis,aut ſanguis tenuiſſimus faciat Eryſipelas,non accedente humori (natura ſua pręcalido) alia caliditate?& pituita œdema gignat,nondum alterato humore,ſed frigido ſic perſeuerāte?Sint igitur aliquamdiu ſaltem verè naturales,etiam qui partē ipſam occupant,ſed quantitate peccātes,ex quibus vera & propria apoſtemata fieri dicūtur.Illud verò eſt apertè falſum,quod idem ſubiicit,in locū dolentē effundi humorē qualitate & quantitate attēperatū.Nō enim phlegmonē excitaret,niſi peccaret copia. Atque illud eſt quod dici ſolet, exquiſitam phlegmonem ex ſanguine fieri ſola quantitate peccante. Quæ propoſitio ad cauſam antecedentem haud dubiè refertur. nam coniuncta,mox etiam qualitate noxia euadit.

51. 10. *Tumor,qui eſt ratio ſenſibilior apoſtematis.*] Sēſibilior meritò dicitur,quū ſolutio continui aut contigui nullo ſenſu percipiatur, ſed ratione tantùm intelligatur.Intemperies verò ſolo tactu,cum ægri,tum chirurgi deprehēditur.Aſt tumor,vtriuſque viſu & tactu dignoſcitur.Quamobrē rectè ſenſibilior ſtatuitur.Porrò ſi verū eſt,tumorē in quouis apoſtemate aliis duobus morborū generibus eſſe notiorē,cur non dicitur iiſdē magis peccare? cur diffinitionem,quę cuiuſque ratio dicitur,non magna ex parte cōſtituit? Adde quod omnes cōſentiunt,verū & propriū apoſtema dici,in quo tumor euidētiùs apparet. Hęc argumēta me mouēt non parū, vt Gręcis potius aſſentiar,qui ab inſigniore affectu ὄγκον, id eſt tumorē vocitarunt,quàm barbaris Gręca voce apoſtema vocātibus : tametſi hoc etiā vocabulo ſatis explicari videatur morbi ratio.Nam per quēuis tumorē,partes quibus hîc inſidet,nōnihil à ſeſe recedunt,earumdē poris ab humore cōtento occupatis videlicet. Cęterùm haudquaquā rectè interpretari videtur hanc ſententiā, qui annotat,apoſtema dici verū & certum cuius tumor eſt magnus & bene apparēs,vt in carne:non verū,cuius tumor eſt occultus & ſenſui non manifeſtus,vt in oſſe.Cur verò ex humoribus naturalibꝰ facti tumores aliis maiores ſunt,cauſa eſt,quòd illorum materia quantitate magis quàm qualitate peccet:aliorum verò contrà.Hinc etiam veri & certi dicūtur, quòd ſenſui manifeſtiores ſint.

51. 12. *Incerta & difformia:quia in eis mala qualitas.*] Nēpe ad inſtar Prothei cuiuſdā varias induunt formas,ſua malignitate figurā ſubinde mutātia.Plerūque enim exulcerātur,& ambulādo vicinas partes depaſcūtur.Hinc vlcerationes & exituras etiā dici vult Guido.Tales ſūt herpes exedēs & anthrax. Porrò quod hîc de mala qualitate & morigeratione ſcribitur, de vulgari intemperie non eſt intelligendum ( quę ſanè in apoſtemate etiam vero & certo euidentiſſima eſt) ſed de κακοηθεία Græcis dicta,qua puſtulæ peccāt magis quàm tumore.

51. 18. *Et tales differentias ſumptas à materia,præcipuè cōiuncta.*] Eiuſmodi differētię omnes ſunt ab humore aliàs naturali,aliàs nō naturali. Atqui materia coniun-

coniunćta nulla eſſe poteſt naturalis, quũ iã ſit deſtituta à regimine naturę. An per cõiunctã intelligi voluit, quę mox talis futura ſit? An potius verba hęc (*præcipuè coniuncta*) ad ſequẽtia referũtur, de qualitate & quãtitate ſcilicet. quæ accidentia per ſe & proximè faciunt morbos, vt apoſtemata. ſunt autem in materia coniuncta, velut in ſubiecto.

*Sequũtur differẽtiæ qualitatis & quãtitatis, cũ hæ ſint de gremio materiæ.*] Nẽpe differẽtię à quantitate deſumptę, ſunt magnũ & paruũ: à qualitate verò calidũ & frigidũ, de quibus ſuprà in differẽtiis à ſubſtãtia & à materia. Porrò ſunt qui contradicãt, non eſſe de gremio materię qualitatem, ſed formę. quippe qualitas non agit, niſi vi formæ ſubſtantialis, cuius ipſa eſt organũ. Quantitas verò, vt eius dimenſiones tres, materiæ eſt. 51. 19.

*Et ideò præcipuæ & maximæ.*] Pręcipuæ ſunt hæ differẽtię atque eſſentiales, quũ materialia ſint apoſtemata, & pro materiæ diuerſitate curãdi ratio diuerſa inſtituatur, vt in febribus. Quippe omnes in calore pręter naturam aucto vel accẽſo (quę febris eſſentia eſt) cõueniũt, necnõ in curatoria indicatione, hoc eſt refrigeratione. aſt pro humoris differentia, differre quoque debent ſingularum febrium remedia. 51. 20.

*Ex materia non aduſta, neq; corrupta.*] Hac phraſi denotare vult Guido, humorem non alteratum à propria natura, qualiſcũque is fuerit ſub ſpecie antecedentis cauſę: vt idem ſit aduſtum & corruptũ, ſeu qualitate peccans. 51. 22.

*Mala ſimpliciter.*] Quia natura minus ægrè fert vitia quãtitatis, vt plethorã, quàm cacochymiã. Alia verò dicuntur mala ex fraudulẽtia & cacoëthia, quoniã ex materia maligna ſunt, qualitate magis quàm copia nocente: vnde etiã non tãtę molis deprehẽduntur. Fuit autẽ Iohannes Iacobus Guidonis cõtẽporaneus, Academię noſtrę Cancellarius bis creatus: ſemel ex Cõradina inſtitutione, quę fuit abrogata: & iterũ ab eo quẽ Vrbanus Papa quintus ad dirimẽdã litẽ commiſerat, anno Domini 1364. die 7. Octobris, põtificatus prędicti Papę ſecũdo. cuius rei diploma apud nos extat. 51. 26.

*Apoſtemata calida, & quæ currunt curſu eorũ.*] Hęc ſentẽtia mihi luxata videtur, ex Auicennæ cõtextu ſic inſtaurãda. Apoſtemata calida ſunt à ſanguine & cholera laudabilib⁹, aut malis, quę currũt curſu eius, ſupple ſanguinis, vel eorũ. Quippe vltima hęc verba, nõ ad apoſtemata, ſed ad humores debẽt referri. Dicũtur autẽ currere alteri⁹ curſu humores, q alteri ſũt pmixti, aut alterius naturã ſapiũt: vt ſãguis bilioſus, pituitoſus & melãcholicus, dicitur currere ſanguinis curſu. ſic & ſanguis vſtus, vel alia ratione deprauatus. 51. 26.

*Ex quibus dicit fieri phlegmonẽ & eryſipelas.*] Falco vult hoc dici per ſimilitudinẽ: nẽpe id apoſtema quod ex ſanguine tenui fit, ſimilẽ habere generationis modum, ſimiliáq; ſymptomata Eryſipelati, ſola magnitudine omnia differre. Neq; id apoſtema eſſe Eryſipelas ſeu Spinã Auicẽnę vocatã, quod nõ ſit ex bile, ſed ad eius naturã accedere: & ideo à doctorib⁹ etiã dici Spinã atq; Eryſipelas metaphoricè. Quæ interpretatio (pace tãti viri, & de Academia noſtra olim quã optimè meriti, dixerim) neq; Guidonis mẽti, neq; veritati cõſona eſt. Etenim Guido aptè ſcribit, ex laudabili ſãguine eodẽq; 51. 30.

craſſiore,gigni phlegmonem,quemadmodum ex tenuiore Eryſipelas ve-
rum,certum,& exquiſitum,vt Galenus ipſe nuncupat: qui illud ex ſangui-
*Lib. 2. ad Glauc. ca. 1.* nis tenuiſſima portione fieri docuit.Ob id ſub phlegmonis ſpecie optima
ratione continetur.nam ex bile ſinceriore fit Herpes,non Eryſipelas.Cæ-
terùm Spinæ vocabulum elegantiſſimè quadrat Eryſipelati, quia punctio-
*Anno Domini, 1570.* nes velut ex ſpinarum aculeis excitat. Retulit mihi aliquando IOANNES
MALNOEVS Andegauenſis chirurgus longè doctiſſimus, viſam à ſe mu-
lierem,quæ in vtroque crure dolorificam valde punctionem ſentiret, ve-
lut à ſubiectis cuti ſpinis vel acubus,ſi vel minimum tãgeretur. Nullus ta-
men inerat tumor,nulla coloris natiui mutatio. An Spina maximè propriè
affectus is dicendus fuit,vt ego iudicaui?

51.36. *Neque diuiſiones humorum aliter ſaluarentur.*] Falco ſic interpretatur:
vt ſi dicamus, quædam apoſtemata fieri ex naturali & laudabili humore,
nullus talis reperiatur humor: Quia ſi facit apoſtema, naturalis & laudabi-
lis non eſt.Rurſus,innaturalis humor æquiuocè dicitur humor. ergo apo-
ſtema ex eo factũ,impropriè dicetur ex humore aliquo factum. Et ex cor-
rupto ſanguine genitum,non erit ſanguineum,quia talis humor æquiuocè
dicitur ſanguis.Poſtremo dum corrumpitur ſanguis,pars in bilem, pars in
melancholiam degenerat. ergo nunquàm fiet tumor ſanguineus. Sicque
humorum diuiſio non ſaluatur,qua diximus ex quolibet etiam naturali hu-
more fieri apoſtema verum & certum. Quæ interpretatio minus conueni-
re videtur Guidonis inſtituto,quàm iſta: Quatuor humoribus totidem re-
ſpondent tumorum genera:ſanguini phlegmone,bili herpes,pituitæ œde-
ma,& melãcholico humori ſcirrhus.In hac diuiſione Eryſipelas ſub phle-
gmone continetur:quod multò ſatius eſt,quàm ſub illo ponere Herpes,vt
quidam faciunt.Nam Eryſipelas non fit à diſtincto prorſúſque ſecreto hu-
more,ſicut tumores ſynceri,ſed à ſanguine bilioſo,vel tenuiſſima parte ſan
*Lib. 2. ad Glauc. ca. 1.* guinis,vt voluit Galenus.Ergo perperã ſub eo collocatur Herpes, diſtin-
ctum planè tumore genus. Cæterùm Eryſipelas phlegmonis ſpeciem eſſe,
non diſtinctũ genus,qualia ſunt quatuor illa ſumma,phlegmone (inquam)
herpes, œdema & ſcirrhus, hinc patere arbitror, quòd illud ex ſanguine
fiat.Etenim quando ſanguis eſt temperamento & conſiſtentia mediocris,
phlegmonem peculiariter & abſolutè vocatam parit. craſſior & feruens,
prunam & anthracem:tenuior verò & feruens,prædictum Eryſipelas,ignẽ
ſacrum & perſicum appellatum. Vt hæc omnia ſint ex ſanguineæ maſſæ
portionibus, aliàs quidẽ bene temperatis,aliàs verò tenuioribus, aut craſ-
ſioribus atque ex his tribus vnicum debet cõſtitui caput, vt quæ ſimul tra-
ctari & doceri mereantur.

*Ab accidentibus ſumuntur drachmæ.*] Præter accidentia hîc recenſita
51.41. (dolorem nempe & malitiam) alia ſunt non minus vulgaria: vt in tactili
qualitate mollities & durities:in colore albedo,nigredo,rubor, citrinitas:
in figura rotunditas,longitudo,latitudo,acuties.

52.3. *Quædam in bubonibus ſeu emunctorijs.*] Bubo non eſt nomen partis, ſed
cuiuſdam

cuiuſdam affectus : ſcil.inflammationis emunctoriorum & aliarum glan-
dium.Proinde idem non eſt,propriè loquendo,Bubo & Emunctorium. 56.

*A cauſis efficientibus quædam ſumuntur drachmæ.*] Hæc differentia me-
lius inſcriberetur,à generationis modo, vel diſpoſitionis qualitate: vt di-
cet in proponenda curatione. nã aliter curatur deriuatum & fiens, inquit,
aliter congeſtum & factum. 52.12.

*Generales ſunt rheuma & congeſtio.*]Non ſunt hæ cauſæ,ſed modi genera-
tionis diuerſi,vt mox dixi. Atque horum prior frequentiſſimus eſt: alter
valdè rarus.nam etiam frigidi humores ex defluxione tumores excitare cõ
ſueuerunt.Eſt autẽ ῥεῦμα Græcis, idem quod fluxus vel defluxio & deſtilla
tio Latinis.Barbari putant dici,quaſi ruinoſus & inordinatus humoris mo-
tus.Atque is fluxus in omnem partem fieri poteſt, ſurſum, deorſum, & ad
vtrumque latus.Catharri verò dictio ſonat, vt in infernas, (& potiſſimum
capiti ſubiectas) partes deſcendat humor. 52.15.

*In materiæ multitudinem.*]Adde etiam qualitatem.Nam qualitas non mi-
nus(quinimo ſæpe magis)irritat vim expultricem,quàm humoris copia.

*Quando virtus nutriens membri.*]Non ſolius nutricis ſeu aſſimilatricis fa- 52.18.
cultatis errore, accidit multa coaceruari excrementa, ſed etiam expultri-
cis imbecillitate,quæ ea cumulari ſinit. 52.22.

*Promptius materia calida defluit,frigida verò congeritur.*] Verum quidẽ eſt,
pleroſque tumores calidos ex defluxione ortum habuiſſe(quia materia ca-
lida fluxilis eſt, viáſque ſibi amplificat)vt frigidos ex congeſtione: hoc ta-
men perpetuum non eſt.Etenim,vt ſuperius monui, non rarò fit tumor ex
frigido humore per viam defluxionis. Eiuſmodi eſt œdema pedum in ca-
chexia vel hydrope laborantibus. Et contrà, per congeſtionem materiæ
calidæ,vt bilioſæ,apoſtema gigni poteſt:quoties pars ſanguine bilioſo nu-
triri aſſueta, alimentum eiuſmodi conficere nequit, & vix expultrix etiam
eſt imbecilla.Huic noſtræ ſententiæ aſtipulatur Falco, dum ſcribit, phle-
gmonem aliquando,ſed rariſſimè,fieri per congeſtionem.

*Congeſta non habent hoc.*]Imò verò habent, ſed minus euidenter. Non e- 52.26.
nim perinde ac illa ἀϑρόως ſeu confertim fiunt, ſed longo temporis ſpatio,
excrementis ſenſim coaceruatis: quemadmodum gutta cauat lapidẽ. At-
que ſi Fiens illud in morbis eſt admittendum, ſanè tumoribus ex conge-
ſtione natis id iuſtè negari non poteſt, quos diutius multò quàm alios in
generatione eſſe conſtat.Neque his deeſt (quod quis fortè obiiciat) ante-
cedens materia,nam vt ſupponamus alicuius membri facultates, tum alte-
ratricem,tum expultricem,natura eſſe robuſtas, ſi quando ex intemperan-
tia victus cacochymia ſuboriatur, ex oblato parti aliàs integræ prauo ali-
mento,ſenſim plurimum excrementi coaceruabitur. neque id aſſimilatri-
cis,aut expultricis culpa fiet:ſiquidẽ earũ functio & munus non eſt, ineptã
materiam conficere,vel tantam ſuperflui copiam expurgare. Sic ventricu-
lus humanus, quòd acinos coquere non poſſit, imbecillitatis non damna-
tur à Galeno. Ergo antecedentem materiam congeſtionis modus etiam

agnoſcit,humorem qualitate ſola peccantem,ídque inſigniter.

52.28. *Primum quidem maiores venæ & arteriæ implentur.*] Hæc Galeni ſententia iis ſatisfacere poteſt,qui neſcio qua ratione dubitant, nũ arterioſus ſanguis phlegmonem excitare poſſit. Cur enim non excitabit, eámque magis eryſipelatodem? Quinimo Eraſiſtratus volebat, phlegmonem tunc ſolum fieri,quando ſanguis in arteriarum orificiis eſſet conculatus. Et forſitan ea eſt portio materiæ,quæ pulſationem facere conſueuit. Vide Galeni librum quod non tantum ſpiritus in arteriis contineatur,circa finem.

52.30. *Primorum corporum,quæ ſunt caro,panniculi,&c.*] Ineptè quidam explicant,hæc duo vocari prima corpora, quod primum occurrant anatomen aggredientibus.Prima enim eſſe vult Galenus, iſtius ſententiæ autor,ſimilares omnes partes, quia ſunt corpora ſimpliciſſima & membrorum velut elementa.Hîc verò Guido ex multis à Galeno propoſitis,duobus illis (velut pro exemplo)fuit contentus.

52.33. *Cauſæ ſpeciales ſunt tres.*] Hoc eſt,tribus de cauſis accidere poſſunt.nõnunquã tamẽ duæ dũtaxat cõcurrũt internæ, neque præceſſit primitiua ſeu ꝓcatartica:quã nõnulli abſurdè dici volũt,ex eo qđ ſit procul à cathartico, id eſt purgãte medicamẽto quoniã eſt immaterialis:quũ aliud nihil ſignificet dictio, quã præincipientẽ ſeu prægreſſã.Eandẽ vocãt euidentẽ atq.manifeſtã,ꝗ ſenſu aliquo percipiatur:&,incorporeã,qa forinſecus accedit,intra corpus nõ eſt,nec de iis quæ corpus cõſtituũt.Huiuſmodi ſunt res omnes nõ naturales vocatæ(& eis annexæ)in quib⁹ etiã animi pathemata continẽtur: quæ de externis cauſis eſſe dicũtur, qa ſunt animi,& non corporis, quod omniũ morborũ eſt ſubiectũ.Atq.eæ ſunt cauſæ neceſſariò corpus alterãtes, vt ait Galenus ꝑter quas aliæ ſunt nõ neceſſariò offendẽtes,& quæ vitari queũt,vt vulnerãtia,cõtundẽtia,& eiuſmodi, quæ dũtaxat curare hoc loco videtur autor.Cęterũ in vtroq.modo generationis Apoſtematum,licet inuenire cauſã procatarticã:vt in eo quod per defluxionẽ fit, caſum vel percuſſionẽ:in eo verò quod per cõgeſtionẽ, aëris externi intẽperiem quæ membrũ debilitauit,calceũ prementẽ digitos,vnde calli generatio: victum deprauatũ,à quo fit cacochymia,hęc verò (vt ſup.docuimus)antecedẽs erit cauſa humorũ cõgeſtionis,etiã in parte prius bene ſana.Huic ſentẽtię Guido ſuffragari videtur,quãdo ponit regiminis malitiã inter cauſas frigidorũ apoſtematũ. Rurſus, abſque cauſa externa vtriuſque modi tumores gigni poſſunt,vt quos ſpõtaneos vocare licet, nulla euidẽte cauſa mox vel paulo ante prægreſſa.Nã incauta victus ratio,quæ humores ſenſim peccare faciat quãtitate,qualitate,vel vtroq.modo nocituros,ſemper excipi debet. Præterea tumor per cõgeſtionẽ fieri poteſt à cauſa primitiua,etiã non excitata interiore ſeu antecedẽte: quod in aliis fieri nequit.Nempe, ſi externa cauſa membrũ malè diſponat,& ſic debilitet,vt cõueniens alimentũ cõficere nõ valeat,nec ſeſe ab excremẽtis liberare.Nulla quippe hic eſt materialis cauſa antecedẽs,quãdo nec qualitate nec quãtitate peccat, quod ſenſim ac roris inſtar affluit pro alimẽto. Niſi velis antecedentem cauſam illã vocare,

*Lib. art. medic. cap. 85.*

interio-

interiorẽ & corporeã, imbecillitatẽ ſcilicet introductã: quæ tamen eſt immaterialis, vt veritatẽ habeat illud Auerrhois pronunciatũ. Omnẽ ægritudinẽ materialẽ præcedere cauſã immaterialẽ. Quid quod noſtri cõcedũt, vt antecedentẽ vocitemus, quæcunque in corpore latẽs (ſiue ſit hmor ſiue intemperies aut mala conformatio) nondũ excitat morbũ, ſed ſuſcitare valet?

*Aut cum aliquo naturam ſanguinis retinente.*] Id poſſumus interpretari 52.36.
de quatuor humoribus (vel humiditatibus potius) quos appellãt ſecundarios. nã ſanguinis cõditionẽ retinẽt, in eo qđ nutrire ſũt apti. Hîc verò appellat naturale, quodcũq; eſt nutritoriũ ſeu alibile. Porrò ſanguis hoc loco bifariã ſumitur, & pro quarto humore in maſſã præcipuo, & ꝓ tota maſſa.

*Maſſa autem à Rabbi Moyſe.*] Sanguis (ait ille) eſt quædam maſſa humo- 52.43.
rũ omniũ, &c. Et cùm dicimus, quod in corpore ſunt humores quatuor, ſcilicet ſanguis, phlegma, cholera citrina, & cholera nigra, non intelligimus tunc per ſanguinẽ ipſam maſſam humorũ quatuor, ſed intelligimus illũ qui cõprehenditur per imaginationẽ, & humoribus aliis nõ eſt mixtus: quarto expoſitionis eius in ſecunda epidemiarũ. Sic enim citat ex Galeni cõmentario quarto in librum ſecundum epidemion, quod huic Rabbino eſt conſuetum: citare (inquam) Galeni locos vnde ſuum deprompſit aphoriſmum.

*Maſſam ſanguineam dicit.*] Imò verò maſſam humoralem nuncupat, ex 53.1.
quatuor humoribus congregatam: vt ſit diuerſa locutio ab ea quam Rabbi Moyſes Galeno attribuit.

*Non naturales verò ſunt.*] Nõ modo qui à ſanguine ſunt ſeparati hoc no- 53.5.
mine vocitãtur, ſed etiã quicunq. vel quãtitate, vel qualitate, vel vtroq. modo peccant. Auerrhois autẽ non dignatur humoris appellatione, materiam quę alibi quàm in hepate genita ſit, & nutriendis partibus conueniens non ſit. Ea ſiquidem non ſolùm materiali atque formali humorum cauſa, quinetiam finali & efficiente deſtituta videtur.

*Exituras, puſtulas, excreſcentias.*] Exitura barbaris dicitur, quẽ Latini Abſ- 53.8.
ceſſum vocant, & Græci ἀπόςημα: ſcilicet, quãdo ſuppurata eſt materia tumoris, iámque exitum quærit. vnde vox Exituræ, quòd materiam contineat exitui paratam. Sic vomicam propriè dici volunt, quod pus vomere ſit comparata. In prognoſticis mox iſtud confirmabit autor, vbi dicet ex Auicenna, cùm videris pulſationem plurimam, aut duritiem prolongatam, caliditatem & dolorem augmentatum, tunc æſtima quod apoſtema eſt in via vt fiat ſanies & exitura. Et capite ſequenti in cura phlegmones, tertiam intentionem explicans, ait: Si verò incederet via Exituræ, cum maturatiuis, aperitiuis, & mundificatiuis. Fit autem exitura ex humore calido duntaxat, ídque vel ſuapte natura, vel aſcititio calore (vt præ conculcatione, qui ſuppurari queat. pus enim ſubeſſe oportet in exitura. Puſtula verò dicitur apoſtema, quod intra ſe collectam materiam quandam habet, ſed aliàs calidam, aliàs frigidam, & nonnunquam veſica ſeu tunica incluſam. Vnde patet, Puſtulam omnem eſſe exiturã, at nõ contrà. Sed iſta ſępius confunduntur, & exiturę dicuntur etiam nodi, ſcroffulæ, ſteatoma-

ta, atheromata,melicerides,& his ſimilia:Puſtulæ verò de paruis apoſtema
tis ſanguineis,vel bilioſis,quæ ſint maligna aut venenata. Decolorationis
ſunt,fœdus per vtrumque icterũ color. Atque talia fiunt, quando humores
expulſi,ad cutem ſiſtuntur.Nã ſi tenuiores ac liquidioresfuerint ſudoribus,
emittuntur & excluduntur. vt ſi magis attenuati,inſenſibiliter reſoluuntur.

53.15. *Vt circa principium apoſtematũ facti euidentia in apertione & repercuſſione.*]
Hîc duo occurrũt dubia.Primũ eſt:quę in principio ſunt apoſtemata,aper-
tione haudquaquã indigẽt.Secundũ neque iã facta &abſoluta, repercuſſio-
nem admittunt. Ergo duplici nomine ſuſpecta fuerit hæc ſententia. An
*Obiectio.* hoc voluit autor, humorum diuerſitatẽ τῇ αὐτοψίᾳ deprehẽdi, ſi quãdo per
imprudentiã aperiantur apoſtemata quę parum à principio ſuo receſſerint,
*Solutio.* atq.adeò facta eſſe incipiant? Nam crudus humor, necdum ſuppuratus oc-
currit,à propria natura nihil aut parum mutatus.

*Quæ rationi nomine in 2.ad Glauc.phlegmones vocãtur.*]Hoc nõ vult Gale-
53.20. nus,quoſuis tumores ex humorib.naturalibus genitos vocari phlegmonas,
ſed quoſuis tumores calidos,vt carbunculũ, eryſipelas, herpes. Guido autẽ
ferè illius imitatione vult ſanguineos omnes dici phlegmonas:ſanguineos
interim appellans qui ex ſanguine pituitoſo,aut melancholico fiunt, vt le-
gitimum œdema & ſcirrhum , quæ etiam phlegmonoſorum tumorum nũ-
cupatione dignatur.

53.23. *Quæ ſibi dicta nomina verorum vendicãt.*] Quemadmodũ ſuperius dixit,
innaturales humores naturalium nomina aſſumere, ſic apoſtemata nõ vera
(ex innaturalibus.ſcilicet humoribus facta)verorũ nominibus deſignantur.
Sapiũt.n.verorũ naturã : quũ ſint ex corruptis vel impuris humoribus,ſan-
guine, pituita, bile,vel melancholia. Eadẽ ratione de iis ſimul tractabitur,
neq.diſtincta præceptis erit horũ atq.illorũ curatio,legitimorũ(inquã) ſeu
verorũ, atq. ſpuriorum apoſtematũ. Quod autẽ ſubiungit,*Et duo ad hæc re-
ducibilia*,id tam de veris quàm non veris interpretandum eſt. nam ex natu-
ralibus æquè ac ex non naturalibus,ſerum ſecerni, & flatus excitari poteſt.

53.25. *De quibus dicũtur præfata nomina æquiuocè.*] Quia nõ eſt par ratio nomi-
nis vtriſq.cõmunis.Sic humor dicitur æquiuocè de naturali & nõ naturali,
quia naturalis alia eſt ratio quã innaturalis. Ea verò dicũtur Logicis æqui-
uoca,quorũ eadẽ eſt appellatio,ratio verò diuerſa. Porrò ſex nomina ſim-
pliciũ hæc ſũt,phlegmone,herpes,œdema,ſcirrhus , apoſtema aquoſum &
vẽtoſum.Cõpoſita verò infinita dicũtur,quia corruptarũ materierũ ſeu hu-
morum permiſtionis diuerſitas,pro diuerſis corruptelæ & quantitatis gra-
dibus,nullis numeris poteſt definiri.attamen ſemper ab eo quod domina-
ri videbitur,conſtans erit tumoris denominatio.

53.27. *Puſtulæ ſunt parua apoſtemata.*] Hac ratione in ſingulis capitibus tra-
ctabit primùm de maioribus , quæ apoſtemata verè dicuntur , iis verò
ſubiungit velut adminiculum caput de minoribus , quas Puſtulas ap-
pellant. Non tamen ſola magnitudine inter ſe differunt Puſtula & A-
poſtema , ſed etiam quod puſtula ferè aliquid emittat humoris , & ſiccari
expo-

expoſtulet. Eiuſmodi verò ſunt anthrax ſeu carbuculus, herpes, & alia quædam.

*Exituræ autem ſecundum Galenum in lib. de tumor.*] Idem ſcripſit libro decimoquarto methodi medendi: ex quo loco nonnulli perperam colligunt, vnam abſceſſus ſiue exituræ ſpeciem, quæ fiat incipiendo, hoc eſt non prægreſſa phlegmone: ex humore ſcilicet natura ſua calido. quibus, refragante ratione, præter Galeni verba, aſſentiri non poſſum. Vide Falconis annotationes, ſiquidem libet & vacat. 53. 31. Cap. 12.

*Spumoſam ſeu humoralem.*] Sunt qui pro ſpumoſa legant ſpirituoſam. verumenimverò materia quæ duntaxat ſpirituoſa fuerit, non videtur poſſe tandem in craſſiora excrementa, ſolidioréſque materias, quales mox recenſet Guido, permutari. Neque Galenus quem hîc citat, dicit eſſe ſpumoſam vel ſpirituoſam materiam, ſed acrem & erodentem, quæ excoriet, & tum ſibi, tum aliis moliatur ſinum. quod etiam facere poſſe flatum & ſpumoſam materiam agnoſcimus. 53. 34

*Signa apoſtematum extrinſecorum pertinentium ad hunc artificem.*] Nam intrinſeca non habet curare chirurgus, ſed ea modò quæ ſenſibus externis deprehenduntur. Attamen ſiquãdo ab interna exterius nonnihil tumoris faciant, vt in apoſtemate iecoris, lienis & ventriculi nonnumquam accidit, horum curationi vnà cũ medico chirurgus adhiberi poteſt, debétque. Sed quid opus eſt extrinſecorũ apoſtematũ ſigna explicare, ſi illa ſenſibus patent? Non vt tumorem eſſe præter naturam doceãt, ſed cuius generis ſit, quo nomine vocitandus, & cuius humoris ſoboles cenſeri debeat. 53. 41.

*Per tumorem & ſequeſtrationem.*] An legendum, per tumorum ſequeſtrationẽ? Sunt. n. non vera apoſtemata veris minora, & ferè multa ſimul, adeóque ſeparata: vt variolæ, herpetes, veſicæ, carbunculi, ſcrophulæ, verrucæ. 54. 4.

*Apoſtemata ſingularia parum eſſe pura.*] Verba hîc ſunt tranſpoſita, ex Auicennæ contextu ſic ſuo loco reponenda: Apoſtemata parum fiunt ſingularia pura, ſed plura eorum ſunt compoſita, ac ſi diceret, pauciſſima offendi ex ſimplici ſynceróve & puro humore. Singularia verò dicit, pro ſingulis apoſtematum ſpeciebus ſpecialiſſimis & indiuiduis, vt loquuntur logici. 54. 10.

Porro quando ſubiungit, *multa non vera videntur eſſe pura*, ſciendũ, vera apoſtemata dici, quæ fiunt ex humore naturali, hoc eſt, nutritioni aliquarũ partium opportuno. Eiuſmodi eſt ſanguis temperatior, necnon biliosus & melancholicus. Non vera autem, quæ ex nõ naturali humore ſunt, hoc eſt, inepto nutritioni. Tales ſunt ſupradicti omnes, ſi quando corrumpantur: quinetiam humores quiuis à ſanguine ſecreti, quos ait Guido propter ſui malitiam non eſſe aptos nutritioni de ſe, ſed mitti ad loca deſtinata, &c. aut extra corpus expulſa, facere apoſtemata, exituras, puſtulas, excreſcẽtias, &c. Hinc perſpicuũ fit, ſola nõ vera apoſtemata eſſe pura & ſingularia, hoc eſt ſimplicia: nempe ex puro, ſimplici & ſyncero humore producta, vt quo

rum plurima fiant ex humoribus à ſanguine omninò ſecretis.

54.13. *Apoſtemata in periodis,paroxyſmis.*] Periodus Latinè circuitum ſonat. eſt tota morbi cuiuſque duratio,varia eius tempora complectens. A medicis verò vſurpatur etiam pro tempore quod morbi intenſionem & remiſſionem cõtinet, in febribus interpolatis:ſcilicet ab vnius acceſſionis principio ad alterius initium,inter quæ remiſſionem quandam eſſe, rei natura docet. Eſt autem acceſſio, principium exacerbationis irritationiſve ſeu excandeſcentiæ morbi (Græci παροξυσμὸν propriè vocant, quaſi exacuitionem) vel totus paroxyſmus. Nam & Galenus ipſe nonnunquam paroxyſmum vocat ἐπισημασίαν, id eſt notam & ſignificationem, aduentantis, ſupple, exacerbationis: (quales ſunt oſcitatio, pandiculatio, extremorum frigus,horror atque rigor) & προσβολὴν,id eſt appropinquationem,appulſumve & aggreſſum, καὶ εἰσβολὴν, id eſt inſultum,impetum & incurſionem. Porrò ex periodis & paroxyſmis apoſtematum indicia quædam ſumi poſſe, non immerito innuit autor. Siquidem varia exacerbatio quale ſit apoſtema docere poteſt: vt tota periodus & ipſa criſis, qualenam idipſum fuerit commonefacere valet. Criſis autem hîc dicitur, qualiſcunque morbi ſolutio: quæ in apoſtematibus bifariam contingit, quædam enim materiã ſuã totã,vel plurimã,ad vnicam excretionem ſeruant, vt quæ ſuppurantur, & poſtmodum aperiuntur. Alia ſenſim finiũt,vt quę reſolutionis via ſoluũtur,aut reſudationis, quæ pleuritidi & peripneumoniæ eſt familiariſſima.

54.15. *Apoſtemata quatuor tempora habent.*] Morborum tempora quædam ſunt vniuerſalia,quæ vniuerſum morbum complectuntur: quædam particularia (vt paroxyſmi febrium intermittentium) quæ etiam diuiduntur quadrifariam in principium,augmentum,ſtatum & declinationem. Chirurgus vniuerſalia tantummodo curat:atque ea ſunt propriis indiciis noſcẽda, quoniam morbi curatio varia eſſe debet pro diuerſis eius ætatibus, quæ tempora vocantur:non quidem habita ratione temporis vel durationis (nam tempus ex ſe nihil ad curationem indicat) ſed mutationis in morbo factæ. Habent verò omnes morbi ſalubres, quatuor hæc tempora, etiam ea apoſtemata quæ paulo pòſt medicamentis repellentibus cedunt,contra Tagautium cap. de cauſis & ſignis phlegmones. Siquidem à prima ſtatim origine augeri nunquã deſinunt:exiguum tamen eſt illorũ incrementũ,quãdo maturè oppugnãtur. Neque non illius,quãuis parum progreſſi, terminus quidam eſt, ſtatus ceu vigor cenſendus:quem excipit feſtina declinatio. Quod ſi quis nolit,ea tempora,quia minus percipiuntur,admittere, idẽ neget apoplexiæ,& ſimilibus perquàm acutis ægritudinibus, principiũ atque augmentum,quia mox in ſtatu conſiſtere videntur.

54.18. *Concauitas & acumen manifeſtè augentur.*] Cauitas augetur manifeſtè,quãdo nõ ceſſat defluere humor,partéſq; magis ac magis à ſeſe diſcedere cogit. In declinatione tumor incipit minui,aut in aliã figurã mutari,quãdo ſcilicet materia quoq; ſubiecta trãſmutatur in alienã cũ ſuppurari nõ potuerit.

54.20. *Et hæc diſtinctio tẽporũ eſt ab eſſentia apoſtematũ.*] Temporũ morbi materialis diſtinctio trifariã cõſtitui poteſt: nẽpe ab illius eſſentia, à materiæ alte

ratione,& ab accidētib.apoſtematis principiū eſt eſſentiæ ratione, quādo humor primùm in mēbro colligitur,& aliquātus tumor apparet. Augmētū quādo is eſt inſignior,auctis ſimul intēperie & partiū vicinarū diuortio. Status,cùm iā creſcere deſiit,& magnitudinē ſortitus eſt quantā poteſt habere. Declinatio,dū minuūtur intēperies, & mala cōformatio, cū ſolutione cōtigui. Ab alteratione verò ſeu diſpoſitione materiæ principium dicitur quādiu ea eſt cruda:quæ principij ſignificatio eſt omniū præcipua. Nam ꝙ triū dierū ſpatio circūſcribitur,valde iniuſtū eſt. Incertū verò & plerūque inperceptibile,vtpote indiuiduū,quod pūcto ſeu momēto mutationis à naturali ſtatu ad eū qui præter naturā definitur: noſtri inſtās initiatiuū appellāt. Augmētū eſt quādo materia coquitur, Stat' vbi cocta eſt. Sequitur declinatio,via ad ſanitatē, dū ſenſibili aut inſenſibili facta excretione, materia educitur,mēbro tamē ſuperſtite.nā ſi hoc putreat,nulla eſt eius ſanatio. Ab accidētib.deniq.principiū vocamus,quādo illa inchoāt & mitia ſunt:incremētū,quādo augētur:Status,cùm vehemētiſſima ſentiūtur: Declinatio quādo minui incipiūt. Atque pro diuerſa horū tēporū cōſideratione,aliter atque aliter curatio inſtitui debet, vt prudēter monet Guido, vbi ſc.in vnū minimè coincidūt tēpora morbi,materiæ,atque ſymptomatū. Nā horū ſingula ꝓ diuerſis tēporib.diuerſa poſcūt remedia. Cęterùm nō coincidūt in quib.materia ſenſim educitur,vt in pleuritide:cuius principiū ratione materiæ,cruditate definitur:atq.tūc maximè vigēt ſymptomata,feb.tuſſis,dolor. Quādò verò eſt ſtatus ratione materiæ,ꝙ matura ſit,tūc eſt ſymptomatū nomine declinatio. Coincidūt verò nōnunquā in iis quæ materiā ad vnicam expulſionem maiore ex parte aſſeruant,vt in febribus. Nam cum inſtat criſis,ſommus eſt morbi vigor,& materiæ quantum fieri poteſt elaboratæ ſtatus eſt,adhæc tum maximè vigent ſymptomata, ſcilicet natura cū morbo certante. Aſt in apoſtematibus quæ ſuppurantur, licet materia ad vnicam excretionem reſeruetur, tamen diuerſa tempora ſunt materiæ & accidentium. Quippe dum pus conficitur(id verò materiæ ratione fuerit augmentum) ſymptomata maximè vrgent,febris atque dolor, vt monet Hippoc. Hinc rectè annotat Guido,vbi hæc in genere de materialibus morbis propoſuit,ſæpius non coincidere. Mihi non placet eorum interpretatio qui explicant, interdum coincidere omnia illa tempora, quòd breuiſſimo tempore ad ſtatum vſque perueniat morbus, vt in peracutis malignis maximéque venenoſis:adeò vt chirurgus nequeat inter illa diſtinguere. Non enim quęritur,quid apertè dignoſcatur,ſed quid reuera ſit. Neque recipio quoſdam morbos carere initio & incremento,eo nomine quòd per tranſmutationem (Græci μετάςασιν dicunt) humor alibi coctus vel ſuppuratus, hîc faciat apoſtema:vt quando anginæ vel pleuritidis matura iam materia, ad pulmones migrat.nam quæ inde excitatur pulmonia, ratione pulmonis crudam habet materiam,à pulmone ſuo modo coquendam. Etenim quod ab vna parte coctum fuit,ab altera denuò coqui debet,vt in nutritione. Calor enim naturalis in vno membro coquens, à calore alterius etiam ſpecie differt.eodémque modo & functiones & opera diuerſa ſunt.

54. 28. *Quæ per reſolutionem, eſt melior alijs.*] Et ob id primùm tentanda chirurgo. ſiquidem eo modo nulla fit humorum vel partium corruptio, neque alter morbus excitandus eſt, ſolutio manifeſta, inquam, vt in ſuppuratione, quam comitari ſolēt febris, dolor ingens, anxietas, & ex relicto vlcere moleſtia minimè contemnenda. Adhæc, per reſolutionem facta ſanatio, docet materiam eſſe benignam & obſequentem, naturámque prępotentē, vt quæ valeat per ſe, aut medicamētis adiuta, humorem in vaporē conuerſum per cutis ſpiracula diſcutere. Peſſima omnium ſolutio eſt corruptio ſeu putrefactio, cùm ſcilicet membrū putret gangræna correptū. Minus mala eſt induratio, vel (vt noſtri loquūtur) putrificatio, quę eſt ſcirrhoſa diſpoſitio, plerunque medici ſeu chirurgi culpa ſuperueniens, ex repellētium aut reſoluētium abuſu. Harum media, & velut neutra eſt ſuppuratio, quam Sanationem appellat Guido. Porro quintum terminationis modum attingere videtur, vbi dixit, Si non retrocedunt. & quando mox dabit ſignum retroceſſionis. Ea eſt deliteſcentia & euaneſcentia noſtris vocata, dum repente quieſcit vel occultatur à poſtrema. Id quod duabus de cauſis poteſt accidere: vna, ſecundum rationem, vt quando ſponte vel arte regeritur humor, aut diſcutitur, neque mali quippiam ex eo ſuperuenit: quin potius confert, præſertim ſi humor in principibus mēbris haudquaquàm retineatur, quia ſcilicet materia & pauca & tenuis, à vi expultrice valida, per ſatis patētes meatus, vniuerſali prægreſſa euacuatione, decentíq; reuulſione facta, intro protruſa fuit. Alter modus eſt præter rationem, ex cauſis contrariis. Atque eò pertinet quod ſcripſit Hippocrates, his quæ non ex ratione leuant, non oportet fidere. Cuiuſmodi regreſſus eſt peſſimus, quando materia veneni aut alterius malignæ qualitatis eſt particeps, vt in carbunculo. vnde febres, animi deliquia, vomitus, & alia ſymptomata longè grauiſſima. Sunt qui ſextam ſpeciem terminationis eſſe velint, permutationem: quando videlicet angina vel pleuritis in pulmoniam deſinit. qui modus facilè ad reſolutionē poteſt referri. Quippe hæc duplex dici poteſt, vna (eáque maximè propriè dicta) quæ eſt inſenſilis: altera quæ ſenſui vtcunque manifeſta, vt in propoſito argumento. Hanc ſi placet reſudationem dicas, quo modo pleuritis ſæpius terminatur. Porrò nō quæuis apoſtemata omnib⁹ iis modis finiri queunt. nam flatulenta neque ſuppurari, neque in ſcirrhos degenerare poſſunt: at permutationi valde ſunt opportuna, vt etiam aquoſa, vtraque verò diſcuſſioni maximè patent.

*Aph. 27. lib. 2.*

54. 29. *Apoſtema reſolui ſignificat.*] Ex ſignis quæ reſolutionem certius demonſtrant, eſt emplaſtrorum vel cataplaſmatum, aliorúmve admotorum inſolitus mador, quaſi ea eſſent rore conſperſa. Nempe eius vaporis qui ſenſim exhalat, portio in aquam concreta admotus, inhęret. Quę nota deeſt tumoribus per repellētia curatis atque euaneſcētibus, humore ſcilicet refugiēte. Si cōtumax eſt tumoris incremētū, illud nuſquā apparet indiciū: quin potius pro inflāmationis ardoríſve magnitudine, admota ſemper aridiora detrahuntur. Porrò quod mox ſequitur in Guidonis cōtextu de pulſatione, *Signum*

*nũ ſuppurationis eſt dolor*(h.e. ad ſuppurationẽ cõuerti)vnde id fiat, meretur explicationẽ. Nõ.n.materiæ cõculcatio,& trãſpirationis impedimẽtũ,id facit,vt nõnulli volũt:cũ aliis quoque tumorib.præter naturã hæc inſint, nõ tamen adeſt pulſatio. Neque ſola humoris profundum occupantis alta ſituatio: qua ratione qui ſuperficiem tantùm premunt tumores ſanguinei, minimè pulſant.Etenim ſcirrhus ex phlegmone malè curata ortus, pulſatione caret,tametſi eadẽ ſede occupata. An arteriæ magis pulſant in phlegmone,quia & intus & extra comprimuntur? quod ſcirrho non conuenit. Huius ſiquidem materia tota eſt extra venas. In phlegmone verò præterea eſt feruor,qui in ea parte auget euentilationis neceſſitatem. verùm,ſi id vniuerſo corpori noſtro eſt commune (ſcilicet omnes arterias magis eſſe commotas)falſa erit Galeni ſententia,qua aſſerit, arterias omnes cordi ſimiliter pulſare. Difficiliùs eſt ſoluere quod nonnulli volunt, etiam in partibus arteriis carentibus ſentiri pulſationem. atque hoc eſſe phlegmonis ſignum ἀχώριστον,id eſt inſeparabile. An ſanguis eſt arterioſus inflammationis partem conſtituens, cui ab arteriis impreſſa eſt pulſandi facultas? An quia ſanguis ille arteriis iam excluſus, incluſo tamen continuus, ſimilem motum ſeruat? vide præterea quid annotabimus in cap.ſequens de phlegmone vero,ſuper ſigna & iudicia.

*Aut duritiem prolongatam,&c.*] Notæ ſuppurationis quæ fit, & iam factæ,his verſibus continentur. 54. 34.

*Durities longa,pulſus,dolor & calor aucti*
*Signant pus fieri.ſed factum,dicta remiſſa,*
*Sub digitis vndans,albeſcens pars,& acuta.*

Fit autem acuties,& cupus(vt noſtri vocant)figuræ pyramidalis,quando materia tenuior & calidior eſt,naturæque magis obſequens. Talis ſiquidẽ non ægrè recollecta,minus loci occupat, quódque in ea ſubtilius eſt, impetum facit ad ſuperiora,craſſum ad baſin ſubſidet. Frigidus verò rebelliſque humor,latius ſe diffundit,humiliúſque ac depreſſius facit apoſtema: quod vel ea ratione eſt diſſipatu aut maturatu longè difficilius, proindéque inſalubrius. Acuties præterea fit eroſa nonnihil cute, quam pus ſenſim corradit donec perforet. Hinc pruritus quidam & punctio indicant pus ſubeſſe. Huc pertinere poteſt quod ſcribit Hippocrates,latas puſtulas non admodum prurire,aph.9.lib.6.

*Imò decipitur medicus propter ſpiſſitudinem loci.*] Hæc ſpiſſitudo duobus modis intelligi poteſt, vel quòd denſior ſit cutis, vel longius à cute diſtet pus in alta carne collectum. Ea de cauſa inundatio percipi nequit, vt neque dum pus eſt valde craſſum. Túncque aliis ſignis attendere oportet: nempe durationi apoſtematis longiori, & quod ſymptomata remiſerint, dolor (inquam) febris, pulſatio, tenſio, rubor, quum tamen pars aut nihil aut parum omnino detumuerit. 54. 43.

*Et in membris neruoſis.*] Quia grauis ille dolor, qui dum pus conficitur neceſſariò accidit, in his partibus longè acutiſſimus, febrem vehementem, 54. 43.

conuulſionẽ,ſyncopen,&eiuſmodi verẽda ſymptomata accerſere cõſueuit.

55.7. *Exituræ terminantur aliquãdo per reſolutionem.*] Exitura ſeu abſceſſus, vt reliqua apoſtematũ genera,quatuor tẽpora ſortitur. Atque eius declinatio eſt,cũ educitur materia, vel ſenſibiliter, vel inſenſibili modo.Sed hoc rarũ eſt admodũ:illud multò frequentius.Nuſquã enim reſolui poteſt eius materia,niſi perquã exigua fuerit, laudabilis,prętenuis, miniméque profũda. Imò verò nõ frequẽter reſoluitur etiã quæ ſuppurata nõ eſt. Cæterũ apertionẽ quæ à Natura fit,artificioſa meliorẽ eſſe cõſtat: nõ quia id ſpirituũ& natiui caloris eſt opus, ſed quia ipſum pus viam conuenientiorem ſibi moliatur, quàm inſtituere poſſit artifex.Quippe verẽda eſt partis alicuius ſub iectæ læſio,& ne nõ ſatis appoſitè fiat in loco materię vberioris, & vbi tenuior eſt cutis vel caro,& quò idipſum pus vergit.Addo quod dolori parcamus,& inde citari ſolitæ fluxioni, quæ affert ante facta apertio. Neq.addendũ puto,quod aliqui volunt, maiorẽ fieri cutis vel carnis iacturã ab alteruto cauterio,vel ferro.nam cõtrà, vt id videtur incõmodũ, ſæpe eſt pręoccupanda ſpontanea puris eruptio. Hæc enim quum tardior eſſe ſoleat, longè maior fit prædictarum partium cõſumptio,vnde cicatrix turpiſſima relinquitur. Non enim perpetuò cutem verſus fit præcipua eroſio ad eruptionẽ:quin ſæpius latera & fundus cute molliora corraduntur,pure vſque & vſque facto acriore: fitque ſinus ampliſſimus. contrà verò ſalubrior ſit apertio,quę per ferrum,an quę per cauſticum fit,in Antidotario cõuenientius à nobis explicabitur,capite Cauteriis dicato.

55.11. *Generat virus,& ſorditiem,& fiſtulam.*] Præſertim ſi non abſoluta fuerit ſuppuratio. nam ad maturationẽ facit materiæ collectio & incluſio: iuxta illud Hippocratis pronunciatũ,Quæ maturare conuenit, ea intus claudere oportet.Ob id intẽpeſtiua apertione facta, quia ſpirit⁹ & calor magis diſſipantur & exhalãt,quod ſupereſt,ferè corrũpitur & inquinatur,fitque virus (hoc eſt,pus illaudabile,ex cruditate vel malitia)& ſordities.Vnde etiã fiſtulę gigni poſſũt. Quũ igitur non facile ſit diuinare quãdo abſolutiſſima eſt ſuppuratio,ſpõtaneã apertionẽ expectare ſatius eſt,niſi fortè præuideamus hanc fore tardiorẽ quã deceat,ob antedictas rationes.Quid quod plęrunq.licet aperire, tametſi nõ planè abſolutã maturationẽ eſſe ſuſpicemur: quia ſperamus ope ſuppurantiũ medicamẽtorũ ( quæ immediatè materiam attingẽt:optima etiã cautela rebus in omnibus vtente medico) illã promptius ſuppurandã?Neq.verẽda eſt in hoc rei ſtatu mẽbri debilitas,ob apertionẽ ſcilicet,dũmodo hæc ferro cãdente fiat,&deinceps vlcus à frigido tutiſſimũ conſeruetur.Sunt qui hoc modo interpretantur: virus gigni facilè, ſi cauſtico aperiatur:ſordiciem,ſi ferro:fiſtulam,ſi cauterio.

*Epid.lib. 6.ſect.2. part.34.*

55.17. *Sumptas ab ipſis diſpoſitionibus.*] Intentio ſeu indicatio eſt rei agẽdę velut cõceptio quædã & ſignificatio,ex rei propoſitæ natura ſe menti noſtræ inſinuãs.Et curatiua quidem præcipuè ſumitur ab ipſa diſpoſitione præter naturã, hoc eſt morbi eſſẽtia.Aliæ tamẽ diſpoſitiones etiã cõindicare poſſũt,nempe naturalis & nõ naturalis. vt ſi quis fuerit temperamento calido & ſic-

& ſicco,bilioſus, iuuenis, macilentus, &c.quæ ad res naturales pertinent: anni tempus calidum, victus & vitæ inſtitutum calefaciens, &c.quæ ſunt de rebus non naturalibus. Quibus ſi addas, oris amarum ſaporem,ſitim inexplebilem, punctionis in toto corpore ſenſum, partis ardorem & colorẽ ex rubro citrinum:haud dubium fuerit pronunciare,tumorẽ eſſe bilioſum.

*Et hîc etiam tractabitur,&c.*]Guido hunc ordinem ſequi conſueuit,vt præ miſſo capite apoſtematis alicuius purioris, ſubiiciat caput adminiculatiuum(vt vocat)apoſtematum quæ ex humore non naturali, vel præter naturam genita ad illud referuntur.Porrò vera, ordinata & non corrupta apoſtemata hîc dicuntur, quæ ex humoribus naturalibus fiunt, ſanguine (inquam)temperato,bilioſo,pituitoſo,vel melancholico.Talia verò plerumque reſolui ſolent,quòd materia conſtent minimè rebelli.Non vera,ſanioſa & corrupta ſunt ex prauis & ſecretis(vtplurimũ)humorib. Dicit autẽ in alienã naturã conuerſa, quæ in ſuperioribus tranſmutata dixit aliquoties. 55.21.

*Quantitatem,qualitatem & materiã quæ includitur in eius ſubſtantia.*] Mox 55.25. explicat,magnum & paruum dici apoſtema, ratione quantitatis ipſius diſpoſitionis,id eſt tumoris: deriuatum & fiens,aut congeſtum & factum ratione qualitatis:calidum & frigidum ratione materiæ, quæ eſt ſubſtantia. Atqui ſuperiùs in differentiis explicandis, rei ſubſtantiã appellauit magnitudinem apoſtematum, & paruitatem. quódque hîc qualitatem dicit, illic cauſam efficientem vocauit. Scil.rei ſubſtantiã antea dixit, pro mole: vt ſumus interpretati: & cauſam efficientem pro generationis nomine ſeu qualitate.

*Natura membrorum indicat.*] In partium laborantium natura quatuor 55.28. ſunt communia curationum à morbo ſignificatiua plurimum variantia: nempe,temperies, formatio, ſitus & virtus ſeu potentia: qua poſſe continuari ſenſum,ſiue magis minúſve exquiſitum,vult Galenus ad Glauc.

*Principium ſumentes.*]Cur ſi à cauſa ordienda eſt omnis curatio,non præ 55.30. dixit, indicationem primam præcipuámque ab ea ſumi debere, non à diſpoſitione ſeu morbo? Quia indicatione morbi, cauſæ indicatio continetur,vt quidam reſpondent. An verius eſt, quod paſſim docet Galenus, quæ à cauſa ſumitur indicationem prophylactices eſſe,non ſanationis? Quippe morbi alicuius incrementum inhibere, præcautionis munus eſt. Hæc reſponſio doctrinam Galeni ſapit magis, quàm ſi dixeris, intentionis ordine primam indicationem eſſe quæ à morbo:executionis verò, (quod ad regularem curã attinet)quæ à cauſa,vt iidẽ ſcribunt. Porrò Galeni imitatione ſtatim ſubiicit autor, rationẽ cõmunem phlegmonis curãdę,ídq.exẽpli gratia,tũ vt ad eius analogiam diſcatur aliorum omnium tumorum qui in defluxionem fiunt curatio ſimiliter.

*Quæ verò trahunt.*] In paradoxis abundè (ni fallor) docui, vnica ſub- 55.38. ſtantiæ ſimilitudine fieri attractionem,non dolore,calore,fuga vacui, aut ſiccitate, vt multi opinãtur,qui Galeni ſententias perperam vſurpant & interpretãtur.Multo minus conuenit coadiutricẽ cauſam tractionis ſtatuere

(ſi quis propriè loqui velit)particulæ debilitatem, ſub qua facilè intelligitur ignobilitas: cùm attractio roboris & dignitatis potius iudex ſit. Suſcipiunt igitur, non trahunt, quæ ſunt imbecillæ & ignobiles à ſe repellere poſſunt.

56.5. *Et balneis frequentibus.*] Balnea intellexit Galenus aquæ dulcis & tepidæ,quibus veteres quotidie vti ſolebant, niſi ægrotarent. Ob id balnea cum exercitationibus & frictionibus hinc excludit,ſi febris adeſt. Talia verò proponit, tanquam plethoræ vniuerſalis remedia. Quod tamen de balneis dicit,ad particularia poteſt referri, hoc eſt fotus partis affectæ, à quibus ipſa inanitur,ſi modò præceſſerit conueniens reuulſio aut deriuatio.

56.13. *Non eſt malum vti euacuationibus per eandem partem aut maximè vicinam.*] Poſteaquam ſcilicet fluxio reſtitit, & membro inhæſit corpore tum prius abunde vacuato. Illud verò fit diſcutientibus, vel quando materia ſuppurata eſt, apertione manifeſta. Quod verò ſubdit autor ex Auerrhois ſententia, ſic accipiendum: conuenire quidem in ſtatu & declinatione cuiuſque morbi euacuationem quæ per eam partem fit,ſeu interna,ſeu externa fuerit: non tamen abſque præuiſione, hoc eſt, priuſquam vniuerſo corpori fuerit prouiſum,inedia videlicet, aut euacuantibus remediis. nam tametſi fluere iam ceſſauit humor, poteſt rurſus ad motum concitari, & ad partem affectam recurrere.

56.17. *Emendantibus malam qualitatem.*] Vt acrimoniam,quæ ſæpe eſt tum doloris,tum fluxionis cauſa:acres enim humores ſunt fluxioni valde cõparati.

56.20. *Sed etiam repercutientibus.*] Repulſione fit inanitio,quando materia eſt pauca & tenuis.alioqui enim tota nunquam retrocedit: ſed tamen inhibetur tumoris incrementum,& quod ſupereſt diſcutientibus vel ſuppurantibus relinquitur. Túncque fit extractio materiæ, quæ (vt rectè dicit Auicenna)eſt propria apoſtematis curatio. Ea eſt per partem ipſam facta euacuatio, qualis materiæ coniunctæ debetur, vt deriuatio illi proximæ: reuulſio autem,vlteriori. Cæterùm propriè repellunt atque humorem retrocedere cogunt,frigida & aſtringentia.quæ verò tantùm aſtringunt,ad trãſmiſſionem faciũt,ſeu calida,ſeu frigida extiterint. Eſt enim ſatis,vt membrum ipſum corroborent illius vi vnita, quò poſſit aliò propellere humorem. Atque recentiores duo hæc munera ſic diſtingunt, vt in quamlibet partem fiat tranſmiſſio: repulſio verò, in eam tantùm vnde venit humor.

56.33. *Abſinthium, cinnamomum, & alia.*] Sunt qui putent hæc minimè conuenire,& eſſe hinc delenda, quia ſunt calida: propria verò repellentia dicantur, quæ frigida ſimul & aſtringentia ſunt: vt communia & largè dicta, quæ ſine aſtrictione refrigerant,vel cũ caliditate aſtringunt.Sed aliter ſenſit Guido,vt qui ſtatuat in Antidotario Doct.1.cap.5, ea communiter dici repellentia, primùm quę refrę̃nant & compeſcunt, materiámque ſiſtunt cum infrigidatione,nonnullis Ingroſſatiua dicta.Secundò Oppilatiua nuncupata, quæ ſuo lentore & craſſitie poros obſtruendo & occupando, materię tranſitum impediunt. Tertiò, quę confortant ſeu roborant membrum,

brũ eius temperiẽ ac eſſentiã contẽperando,ſic vt à ſuperfluitatũ receptio-
» ne prohibeatur.Eiuſmodi eſt abſinthiũ,marrubiũ,centaurium,&c.Propriè
» verò dicta repercuſſiua (inquit) repulſiua,interceptiua ſeu cõſtrictiua me-
» dicina eſt,quę impellit verſus profundum humores ad quos appropinquat.
» Eſtque duplex,calida nẽpe & frigida,cũ ſtipticitate & groſſitie ſubſtãtiali.

*Primus eſt,quando apoſtema eſt in emunctorio.*] Quæ tribus partibus prin- 56. 39.
cipibus ſubiiciuntur emunctoria,totidem numero ſunt pręter quæ eſt cu-
tis,totius corporis emunctorium dicta.verùm hîc de particularibus tãtum
emũctoriis ſermo eſt,nõ de vniuerſali,à quo tamẽ haudquaquã repellimus
in ſcabie,& aliis eiuſdẽ infectionibus,ſed p̃miſſa euacuatione, materiã ibi
dẽ cõiunctã abſumimus reſiccãtib⁹ & abſtergẽtibus medicamẽtis.Sed qua
re nõ licebit ab emuuctoriis repellere,ſi quãdo in ea nõ ex principe aliqua *Obiectio.*
parte,ſed tãtũ venis & arteriis fluit humor,vt plerũq; ſolet?Nã verẽdus nõ
eſt regreſſus ad eã vnde nõ venit partẽ.Sępe verò fit vt dolẽte manu vel pe
de,axillarũ vel inguinũ glãdulę intumeſcãt, minimè tunc affectis corde vel
hepate,imò neq; prę ſente plethora,vel cacochymia:ſed eiuſdẽ lateris hu-
morib⁹ in dolẽtẽ locũ expreſſis & cõfluẽtibus,quibus in trãſitu adenes im
buũtur.Addo Galeni ſentẽtiã eſſe,glãdularum inflãmationes eadẽ ratione *Lib. 2. ad*
qua & aliarũ partiũ ſimiles affectus,curari debere.vnde ſequitur,à glãdulis *Glauc. c.*
etiã repellẽdos humores ſtatim ab initio,niſi grauis dolor vrgeat.Pauli Ægi 2.
netæ prudens admodũ cõſilium hac in cõtrouerſia audiendum cenſeo, vbi *Solutio.*
» ait:Bubones qui prolapſu,aut vlceribus aut doloribus cõtrahuntur,pericu- *Lib. 4. ca.*
» lo vacant,febribus autẽ ſuperuenientes, qui plurima parte ex peſtilentiali 22.
» lue ſolent incidere,deterrimi ſunt,ſiue femora,ſiue alas,aut ceruicẽ inuaſe-
» rint. Verùm priores initio,quẽadmodum inflãmatio quęlibet, auxiliis re-
» pelluntur quæ refrigerant aſtringúntque,&c.Deinde iis quæ digerunt,vtẽ
» dum.At ſi corpus vniuerſum ſuccis æquabiliter redundet, prius ipſum va-
» cuari cõuenit,&c.Ergo vti licet medicamentis repellentibus ad glandula-
rum phlegmonem,vt & aliarum partium.Harum ſiquidẽ inflãmationes,cũ
ſine manifeſta occaſione fiunt,refrigerantibus repelli deſiderant:quę verò
ab aliis cauſis fiunt,nẽpe externis,eas humectare & calfacere nihil vetat,vt
auctor eſt Galenus.Glandularum autẽ phlegmone, quæ ab interiore cauſa
ortũ habuerit,laxari potius debet:vt quæ ab externa,repercuti poteſt. An
pręſtantius fuerit,emunctoria pati ſemper fluxionẽ,quam intro eam pro-
pulſare:præſertim quũ humor (qualiſcunque is fuerit ab initio) vel ex bre-
ui mora in glandulis conculcatus pręter naturã incaleſcens ſanguinis maſ-
ſam inflãmare queat?Nam ex bubonibus etiã nõ repercuſſis,plerunque fe-
bres accenduntur:quas omnes malas eſſe,pręter ephemeras, monuit Hip- *Aph. 55.*
pocrates . Veruntamen ſi decens euacuatio pręceſſerit, vt ſint venæ retro- *lib. 4.*
gredentis materiæ ſatis capaces, dummodo ea nõ ſit venenata,aut κριτικῶς
expulſa,nullũ video imminens periculũ ab vſu repellentiũ . Non enim ad
partes principes migrabit,nec ſanguinis maſſam aliqua labe inficiet : nam
ſi deprauatus duntaxat eſt humor,nõ etiam malignus, alterius permiſtione

contemperabitur,vel à natura reſoluetur per ſudorẽ aut inſenſibilẽ trãſpiratum,aut ad deſtinata loca tranſmittetur,vt hæmorrhoidas, vterum, &c.) & pars,quanuis ignobiliſſima,in ſua integritate ſeruabitur. Quod ad alios caſus attinet, nunquam repellendum eſt in materia venenoſa, vt anthracis ſeu carbunculi,atque tumore qui à beſtiarum morſu vel ictu prouenit,ſed contrà, omni conatu foras allicienda eſt materia. Humor verò impenſè craſſus,vſu repellentium craſſeſcit magis,magíſque impingitur:& ſæpe ex eo ſic tractato fit ſcirrhus,vera durities ex congelatione.Idem cenſendum de qualicunque materia valde impacta. nam etiam bilioſus ſanguis, eryſipelatis materia, improbè refrigeratus & concretus, facit ſcirrhum: vt de Cercilij puero narrat Galenus. Quod de emunctoriorum apoſtematibus dictum eſt,id criticis accommodari poteſt. Adhæc, motui naturæ conuenienti minimè eſt reſiſtendum, ſed contrà iuuandus eſt illius conatus. Ad eum igitur caſum referantur puſtulæ paruæ,variolæ & morbilli,morpheæ, ſcabies, pedum tumores in hydrope vel tabe. A cauſa verò primitiua, ſi quidem ea fuerit contuſio, defluxionem excitans, abſque vulnere, repellendum non eſt. Etenim partis corruptio nonnunquam accidit repellentium vſu,quoniam materia valde impacta & conculcata,trãſpiratione magis indiget atque reſolutione. Quæ ſi fieri non poſſit,ſtatim ad ſuppuratio nem eſt deducenda,monente Hippocrate. Licet tamen repercutientibus vti in circuitu,vt confluxus humorum ad contuſam partem præoccupetur. Alia eſt ratio contuſionis prius quàm tumor fiat: ne ſcilicet colligantur humores in parte aliqua tumorẽ effecturi.Vnde mox inungimus roſaceo, & myrtillorum puluere inſpergimus. Ergo (inquies) à cauſa primitiua ſumitur indicatio? Galenus autor eſt, ad curationis indicationem externæ cauſæ notitiam minimè conferre,ſed tantũ ad præſentis affectus cognitionem,ad eos affectus videlicet,qui noſtram notitiam fugiunt.Hinc,quia ad noſcẽdum qui omninò tum rationem,tum ſenſum latet affectum, ſæpe cogimur de externa cauſa inquirere,videmur ab ea indicationem ſumere curatiuam. Verùm ab iis quæ extra corpus ſunt, nulla poteſt accipi: niſi per accidens,vt præmonuimus,qua ratione docent affectus in corpore reperti vel derelicti naturam.Quod ad plenum corpus attinet,prius quàm facta ſit decens inanitio fruſtra repellimus, quum deſit ſpatium quo recipiatur pro pulſatus humor.Plenitatis verò argumentum eſt, ſi ſubita fuerit deriuatio ſeu defluxio, vt paulò antè dixit ex commentatorum ſententia. Nam torrentis inſtar mouetur humor in pleniore corpore: præſertim verò ſi cauſa euidens illum ad defluxionem cõcitarit. Quando eſt in corpore debili,veremur plurimum caloris natiui iacturam facere vſu repellẽtium quæ refrigerant.Eorum ſiquidẽ vim ſentit vniuerſum corpus, quando infirmius eſt. Omniũ verò maximè eſt rationi cõſonũ,vt apoſtemate principij parti vicino,nõ fiat repercuſſio,qualiſcũque fuerit materia. Nã ſeu quãtitate ſeu qualitate peccet,omninò parti principi valde noxia foret. Poſtremo,cũ dolor eſt vehemens, repellentibus abſtinendũ interea dum anodynis mitigatur. Nam

*Lib.2.ad Glauc.ca.5.*

*Obiectio.*

*Solutio.*

*Lib.4.meth.cap.3.*

Nam quæ comprimunt, dolorem adaugẽt. vnde frequenter grauior fit dolor in ophthalmia, ſolius oui albuminis litu. quoniam acris humor parti
» magis impactus, mordicat & nonnunquàm erodit. Ea eſt doctrina Gale- *Lib. 2. ad*
» ni, quo loco docet repellentibus vtendum, vbi dolor vehemens non eſt. *Glauc. ca.*
» vbi verò grauiore cum dolore defluxio affligit, inquit, non oportet qui- *2.*
» dem illo modo curare, ſed neque aqua calida, neque oleum, neque cataplaſ-
» mata ex triticea farina ſunt adhibenda.

*In principio omnium apoſtematum phlegmonoſorum.*] Phlegmonica paſſim 57. 3. appellat, quæ fiunt ex ſanguinea maſſa, in qua aliàs pituita, aliàs alterutra bilis eſt copioſior: ſemper tamen retinet ſanguinis appellationem, & facit apoſtemata magna, calida & ſuppurabilia. quæ ſi bene tractẽtur, omnia reſolui poſſunt, vt voluit Guido.

*Et diſcutere cum diaphoreticis non mordicantibus.*] Quæ iam fluxit & extra 57. 8. venas eſt, vix poteſt repelli, præſertim ſi aliquam ibi moram traxerit, quinimo repellentium vſu magis magíſque craſſeſcit & impingetur. Idem ferè patitur etiam quæ in venis capillaribus ſubſtitit impacta, materiæ cõiunctæ proxima. vnde reſoluentibus duntaxat egere videtur. Ea verò minimè acria & mordacia eſſe vult autor, ne plus humoris alliciant, quàm diſſipent, niſi tamen venenoſa fuerit materia: de qua illud potiſſimum eſt intelligendum quod ſubiungit autor, *Et hoc aliquando facimus cum exemplis attractiuis, aliquando cum ventoſis.*

*Ponantur repercuſſiua.*] Repellens, frigiditate ſua & aſtrictione, mem- 57. 13. brum calfactum & impenſè relaxatum corroborat. Atque antecedẽtis materiæ cauſa ſemper inſtituitur, vt reſoluens aut ſuppurans, ratione coniunctæ. Atqui ab initio apoſtematis eſt etiã aliquid materię cõiunctæ, inquies? *Obiectio.* Verum id quidem, ſed nihil obſtat quo minus puris repellentibus vtamur. *Solutio.* Quippe cùm paucus tenuiórque, necdũ parti valde impactus ſit humor qui defluxit, retrocedere poteſt, vel aliò transferri. Sin minus, ſaltem tumoris incrementum fuerit eo modo prohibitum: & quod relinquitur vel diſcutiendum vel ſuppurandum, id erit longè parcius. Augmenti tempore eſt non parum fluxæ materiæ, ſed ei adhuc præpollet etiamnum fluens. itaque repellentia reſoluentibus ſuperiora tunc eſſe debent. In ſtatu, præſertim medio, vtraque ſint ex æquo miſta: mox verò præpolleant diſcutientia, vt in fine ſtatus ea ferè ſint pura: mitiora tamen iis quæ declinationi debẽtur. Siquidem fortiora quàm ſtatus finis, requirit declinatio: quũ nihil amplius humoris defluat, & ſola ſuperſit cõiuncta materia. Atque hæc noſtra interpretatio iis cõuenit, quę capite ſequẽti in curatione phlegmonis docebit: & rei veritatem apertius explicat, quàm quod à nõnullis dicitur, æqualiter miſta eſſe debere in ſtatu repellẽtia diſſoluentibus, vt illud (æqualiter) debitum & conuenientem modum ſignificet: hoc eſt, ſic temperanda eſſe, vt initio quidem ſuperent repellentia, ita tamen vt reſoluentiũ opus non impediant, contra verò, in fine ſtatus.

*Si verò apoſtema incedit via.*] Hæc omniũ præſtantiſſima via eſt, primá- 57. 20.

que tentari dicitur. Eſt autem illud aſſiduè obſeruandum in curando humores pro cuiuſque nutu, & (vt ita dicam) inclinatione, mutēt remedia. vide Galenum ad Glauconem.

57. 11. *Cum triapharmaco molli.*] Tagautius non recte hîc legit tetrapharm. ex ceræ, reſinæ ex pari portione: quod eſt baſilicum hodie vocatum. Guido enim Galenum ſequutus, hîc requirit tria: pharmacum ex far. aqua & oleo. quanquam non eſt inficiendum, intentioni pręſenti abunde ſatisfacere baſilicū illud ſeu tetrapharmacum.

58. 4. *Aut tranſmutato & impacto.*] His verbis ſignificare videtur, materiæ collectionem & incuneationem (vt hîc appellat) ſoluta difficillima. Prius enim ſparſa meli⁹ multo reſolutioni patebat, quàm nūc mutata ſede, & collectis omnibus ſuis partibus in vnum locum, vbi conculcata fixáque reſoluentium vim eludit. An potius denotat, in aliam quandam materiam degeneraſſe, quàm in pus? cum ſubiiciat hæc verba, *ſi ſanies aut materia reſoluitur*, materia (inquam) extranea in quam degenerauit phlegmone, factúſque eſt abſceſſus. Sic paulo antè dixit: Quæ autem in aliam ſpeciem tranſiuerūt, id eſt toto genere præter naturam. Porrò quod ſequitur de artificioſa apertione molienda, ſic venit accipiendum. Plerique ægrotantes malunt præſtolari ſpōtinam eruptionem puris, quàm à nobis ferro aperiri abſceſſum: quod tamen è re illorum non eſt. Etenim vbi perfectè maturum eſt apoſtema, ſi diutius cunctatur incluſum pus, idipſum acrius euadit putreſcens, & partes ſanas arrodens cutem ſenſim attenuat, donec iam valde laceram, & (vt Græci loquuntur) rhacodem diſrumpat. Hinc vlcus multò capacius euadit, minúſque aptum curationi, ob rotundam (quæ talibus contingere ſolet) figuram. Adhæc cicatrix multò amplior, proindéque turpior relinquitur, ob maiorem cutis abſumptionem, quæ nuſquā reſtitui poteſt. Quāobrem longè præſtantius foret, vel phlebotomo, vel alio ad myrti folij figuram fabricato ferro candente, abſceſſum aperire, priuſquam arrodatur cutis. In hac ſiquidem, alioquin integra, & iuſtam denſitatem ſeruante, factum cæſim vulnus facilè agglutinabitur, nulláque portio deerit cicatrice reſarcienda. verùm vt hoc proſperius contingat, vlcus non diu eſt ſinendū apertum, ſed duntaxat quandiu ſat fuerit, ad exactam ſordium abſterſionē, inaníſque ſpatij repletionem recenti carne faciendam.

58. 5. *Ad formam folij oliuæ ſiue myrti.*] Quod annotāt Guido ex Albucaſi, inciſionem omnino faciendam ad formam folij oliuę ſeu myrti, nōnihil diuerſum eſt à Gal. pręcepto, qui iubet partis quę computriuit portionem reſcindere ad myrti folij magnitudinem atq; figurā, potiſſimū verò in abſceſſib. axillarū & inguinum, Gal. 13. meth. Porrò quod ſubiūgit Guido, vt fiat ſecūdū rugas & inceſſū muſculorū, paulò fuſiorē explicationē meretur: cùm cutis rugę rarò muſculorū inceſſum imitentur. Siquidem in fronte, axillis, inguinibus, plicatura cubiti, poplitis, volis manuū & plātis pedum, alia eſt cutis rugoſitas quàm muſculorū ductus. Ego dictū Guidonis ſic interpretor, vt quādo ſola cutis eſt incidenda, illius rugæ obſeruentur: quādo etiam

muſculi

muſculi(vt in profundiore materia)muſculorũ quoq. inceſſus nõ negliga-
tur. De cute ſic Gal. cùm in ea exciſione(quę fit ad myrti vel oliuę folij mo
dum)longitudo ſit latitudine maior, eſto in inguine lõgitudo per tanſuer-
ſum ducta,non autem per membri rectitudinem. Quippe ita cùm mem-
brum inflectimus,naturaliter ſibi applicatur.

*Inſpiſſatum cum alumine.*] Sic Auicenna præcipit, vt quando perforata 58. 19.
» eſt exitura,& quod in ea cõtinebatur extractum fuerit, nõ adhibeatur oleũ
» nec aqua, nec emplaſtrũ in quo ſit oleũ: neq. ſebũ ſuperabũdãs, ſicut Baſi-
» licum: imò aliquid quod ſit ſicut emplaſtrum ex colcotar (ſpecie vitrio-
» li) quod apponat cum eo indigebit, &c. Et alio loco: Oportet vt non
» approximet perforato neque ſcarificato aqua,neque oleum, neque aliquid
» in quo ſit pingue. Et ſi non eſt excuſatio quin lauetur, tunc fiat cum aqua
» & melle,aut aqua cum vino,aut cum aceto. Galenus idem antea præcepe-
» rat,ſcribens: Poſt modum ſecta parte,ac pure vacuato, ab oleo & aqua ab-
» ſtinendum eſt. Quod ſi vulnus forte abluere conueniat,mulſa vel poſca, &
» vino & mulſo vtendũ eſt. Porrò Gulielmus de Saliceto in curatione apo-
ſtematis ſanioſi collũ & gulam occupantis, apertũ locum implet ſtuellis
(hoc eſt ellychniis vel turundis) ſtupeis aut lineis, inuolutis vitello & albu
mine oui,cum oleo roſato & alumine zucchariño. Hoc enim,inquit, mun-
dificat locũ,defendit partẽ ne plus recipiat,& dolores ſedat. Idẽ ferè præ-
cipit in cura apoſtematis in ſubaſcellis,& apoſtematis in adiutorio. Eſt aũt
zuccharinũ alumẽ factitium,ex alumine rupeo,aqua ro.& albumine oui in
pyramidalẽ ſeu metæ figurã paratũ,qualis eſt zuchari: vnde cognomẽ Itali-
cis mulierib. notiſſima res ad abſtergendũ & dealbãdũ. Porrò huiuſmodi re
media conueniunt maximè ab apertione apoſtematũ pituitoſorũ,quæ glã-
dulas lupias Latini vocant. Hîc autẽ tractatur de omnium apoſtematũ cu-
ratione in vniuerſum.

*Vno modo cõmuniter,pro omni inflãmatione.*] Phlegmone Gal. etiã de tribus 58. 30.
dicitur,lib. 2. ad Glauc. Primò de ſicca inflãmatione,in qua citra vllũ deflu-
xum,natiuus calor accẽditur. hãc peculiariter φλόγωσιν appellãt. Secundò
de quouis tumore calido,ex aliquorũ humorũ defluxu, nẽpe ſanguinis, aut
bilis flauæ,aut vtriuſque ſimul: vt cõplectatur eryſipelas,herpes & carbun-
culũ. Tertiò de ea quæ nomine generis abſolutè & vſitatè recẽtiorib⁹ dicta
eſt phlegmone: tumor(in quã)ex ſang. puro, cóq. mediocri ſeu tẽperato. In
epta eſt eorum interpretatio,qui volunt phlegmonẽ dici à flãma, cùm illa
dictio Gręca planè ſit ἀπὸ τοῦ φλέγειν deducta,quod inflammare ſignificat.

*Et eſt duplex.*]Volunt dicere, Eſt ergo duplex. nõ. n. diuidit ſecundũ mo- 58. 32.
dũ in verũ & nõ verũ: vt putauit Tagautius, cùm ipſe tamẽ de vero dictus
ſit: ſed vniuerſalẽ phlegmonis notionẽ. ita vt vera phlegmone ſit ſecundo
modo dicta,ſc. propriè: nõ vera aut quæ cõmuniter ſic eſt nũcupata. Cæte-
rùm quod ait verũ fieri ex ſang. benigno, illud ad arteriã antecedẽtẽ perti
net. cõiuncta. n. ſemper malã qualitatem ſortita. Sed fieríne poteſt,vt phle-
gmone vera fiat in corpore,cuius ſanguis quãtitate nõ peccet? Et quidẽ fie-

ri poſſe videtur ſi vel caſu vel percuſſione dolor excitetur. niſi dixeris, illũ tunc quãtitate peccare,q. paulò ante erat mediocris: quia dolẽtes partes iniquæ ferunt quod ſanis iuſtũ videbatur.Hinc ſanguinẽ quoq.emittere decet,q. ante caſum vel percuſſionẽ haudquaquã nimius fuiſſet iudicatus.Hęc reſpõſio multò verior æſtimabitur, quã eorũ qui volunt, in propoſito affectu ſanguinẽ peccare duntaxat ſub forma cõiunctę materiæ(atq.id tũ quãtitate,tũ qualitate)nõ ſub forma cauſæ antecedẽtis. Vnde ſequeretur,nullã hîc eſſe cauſam antecedentẽ:aut morbi cauſam,nõ eſſe quippiam præter naturam,ſiquidem nullo modo peccare dicatur qui defluit ſanguis.

58.37. *Subſtantia mediocris & purus.*] Hoc eſt cõſiſtentia mediocris nõ tenuis vt bilis,nec craſſus vt pituita & melancholicus humor.Sapore autẽ amicabilis hic dicitur,verius quã dulcis.Eſt enim ſaporis vtcunque fatui &pinguis. Neq.verẽdũ puto quod quidã agitant,ne ſi iã intra venas dulcis eſt,is vlteriore coctione amarus euadat,perinde ac melli accidit. Nã eorum dulcedines plurimũ inter ſe differunt:& calor minimè acris (talis verò eſt naturalis) haudquaquam facit ex dulci amarum , perinde ac qui adurit. Nam eo modo ſæpe fit ex ſanguine bilis per aduſtionem videlicet.

58.39. *Quos ſi tranſgreditur,non iam eſt ſanguis.*] Niſi æquiuocè,vt mortuus homo,dicitur homo.Retinet tamen ſanguinis appellationẽ, proprij nominis penuria.Sic alios humores non naturales,naturalium vocabulis ſignificari, prius monuit.Guid.Eſt enim quędã pituita naturalis,alia nõ naturalis:&bilis vtraq.ſimili modo.Aſt quãdo tãta eſt alteratio,vt humoris naturalis forma prorſus deleatur,nõ eſt humor,ſed alia res. Innaturalis verò dicitur, q. ſub ea forma variè immutatus, minimè alibilis humor eſt. Nã ſincerũ eſſe nõ oportet,quũ nullę partes alãtur ſimplici humore,ſed pituitoſo,billioſo, vel melancholico ſanguine,ab eo qui in maſſa excellit nuncupato humore.

58.43. *Alio modo,quando aduritur.*] Tũc.n.adhuc retinet formã ſanguinis. Abſoluta verò vſtione,&facta ſecretione craſſioris à tenui portione,iã nõ amplius dicitur ſanguis,ſed vna pars eſt bilis,altera verò melãcholia. At prius quã diſtinctæ ſint partes,ſanguis vſtus vocatur, ex quo dicet ſequẽti capite fieri cancrænã, carbunculũ & eſthiomenũ:quæ propriè dici vult phlegmonas,ex Galeno lib.de tumorib.præter naturam.Fiunt verò (ait)de ſanguine groſſo bulliente,in quo ſubtile &groſſum(quę in cholerã & melancholiam cõuertuntur)ſint adhuc ſimul.Quod ſi quis malit dicere,ſubtiliorẽ partẽ in bilẽ verti,craſſiorẽ verò in melancholiã,ita vt neutra portio abſolutã bilis vel melãcholię formã induerit,ſed tantũ ſit ad eã paratiſſima,omnis tolletur ambiguitas.Atque in eo ſtatu perſeuerabit ſãguinis forma, ſed plurimũ alterata. Verũ ſi omnino bilis vel melancholia ex ſanguine facta ſit, cõſtat iã prorſus nõ eſſe ſãguinẽ,ſed alios humores. An verius dicas,nõ totũ ſanguinẽ in bilẽ vtrãque verti,ſed tenuiorẽ partẽ in bilẽ,craſſiorem in melancholiã,ita vt mediocris ſuperſit nõ vſta? quã eſſe largiorẽ cæteris ꝓbabile eſt,vnde nõ immeritò totum ſanguis etiamnũ dici mereatur. Sed nunquid & ante vſtionẽ,pars tenuis erat bilis,craſſa verò melancholia?Hîc bilẽ denotat

notat amarũ, qualis in naturali ſanguine non eſt,ſed fit per vſtionem. vt etiam atra bilis quũ hîc melancholiæ nomine ſignificat.

*Non autem formicæ.*] Etenim formicæ ex cholera illaudabili fiunt, vt ſcripſit antea Guido,non ex ſanguine:& puſtulæ cruſtoſæ non ſunt. 59. 12.

*Dolor pulſatiuus.*]Pulſatio enim ſentitur etiã à principio ante ſuppuratio 59. 21.
nẽ:ſed per hanc maximè & vehemẽtius. Auicenna illud veriſſimè dixit, extrinſecũ apoſtema qđ nõ pulſat,minimè ſuppurari: nõ tamẽ cõtrà accidit, vt ſuppuretur quodcunq.pulſat.Etenim repelli aut reſolui,aut indurari poteſt. Galenus de phlegmones pulſu ita ſentit, Nõ omnibus accidit pulſus, inquit,ſed iis dũtaxat quæ arterias habẽt notatu dignas,& partẽ ſenſu prędità: & vbi ad notabilẽ magnitudinem inflammatio attollitur, tunc.n.pulſatorium dolorem ſentiunt laborantes, vel nullo exiſtente ſenſibili vaſe in affecto corpore.

*Per ipſius cauſarum præſentiam.*] Falco hæc interpretatur de rubore,ca- 59. 23.
lore,dolore & pulſatione,quæ tamen non ſunt phlegmones cauſæ , ſed effectus.An cauſarum nomine ea ſignificat autor, quæ phlegmonem excitarunt,etiamnum præſentia,vt dolor præcedens,plethora,&c.

*Et ſcis illud putrefieri per tenebroſitatem.*] Hoc eſt nigredinẽ & liuiditatẽ, 59. 30.
vt ſuperiori cap.dixerat,qui color viuido ſeu florido ſuccedit,ex caloris natiui priuatione,ſpirituum extinctione, & quadam ſanguinis congelatione.

*Vniuerſale ſumitur ex capitulo cõmuni.*]Scilicet omnium apoſtematum ve- 59. 38.
rorum cõmunis curatio eſt, remouere ſuperuacaneum quodcunq. defluit, mitigare dolorẽ fluxionis cauſã, & qđ factum eſt ſanare. Falco aliter ſumi vult vniuerſale regimen,vt apud hunc autorẽ cap.de cancro vlcerato:nẽpe ꝑ iis omnib⁹,quæ præter topica remedia inſtituuntur. hæc enim ſunt regiminis particularis. Verũ in præſenti ſententia nõ ita ſumit Guido regimen particulare,quum ei attribuat victus rationem,& phlebotomiam.

*Materiã antecedentem adæquat.*] Tagautius videtur interpretari ductio- 59. 39.
nem adæquat , defluxionis inhibitione & materiæ antecedentis auerſione. quod non ſatis reſpondet autoris menti: Nam in morbis etiam ex congeſtione,& nulla fluxione ortis,ſemper antecedentem materiam adæquat,id eſt (ſi bene iudico)pletoram & cacochymiam ſubmouet, à quibus eſt immoderatio & inæqualitas,morbum efficiens.

*Leguminum ſubſtantiã.*] Atqui legumina quibus vulgo veſcimur,nempe 60.4.
cicera,piſa,fabę,lẽtes,phaſeoli,&c.frigidioris ſicciorífque naturę ſũt:talem verò diætã eſſe debere,ſuperi⁹ meminit. Adhęc craſſos humores gignunt,& ſanguinem incraſſando fluxioni minus aptum reddunt. An verenda eſt copia alimoniæ, quam leguminum ſubſtantia præſtat? Hinc eorum ius, vtpote minus alens , quódque refrigerandi & ſiccandi vi eſt præditum, conceditur potius.

*Honeſtè viuat.*]Honeſtè,ꝑ caſtè dixiſſe videtur.Nocet aũt venereorũ v- 60.9
ſus,tũ qa humores ad fluxionẽ cõcitat,tũqa corp⁹ calefacit.An etiã honeſtè ꝑ modeſtè dixit,vt ſcilicet pathemata animi oĩa tẽperẽtur,&pręſertim ira?

60.9. *Secundam rem complent phlebotomia.* ] Superiori cap. in curatione apoſtematum in vniuerſum docuit, reuulſionem fieri debere in partem contrariam, eámque deberi principio & incremento. In ſtatu verò & declinatione, non eſſe malum vti euacuationibus per eandem partem. Id phlebotomia fieri poſſe nunc monet: cuius rei exemplum fuerit, quando in anginæ proceſſu aperiuntur venæ hypoglottides. Huc referri non poteſt ſcarificatione partis inflammatæ, aliquando ſummè neceſſaria. nam etſi capillares venæ per eam plerumque incidantur, tamen ea inciſio dici non ſolet phlebotomia.

60.11. *In ſtatu & declinatione.* ] Quum influentis ſanguinis ratione inſtituatur phlebotomia, hîc verò minimè influat per declinationem (tota enim defluxio iam conſtitit) cur eo tempore præcipitur. An præſcribi poteſt, ſi nouam fluxionem verearis, tunc primum vocatus. Præſtantius tamen fuerit (meo quidem iudicio) oppoſitæ regionis venam aperire. nam reuellendus eſt quamlongiſſimè defluxurus humor. Materiæ verò coniunctæ portionem aliquam reuelli per phlebotomiam, Falconi minimè concedo. Et ſanè illius nomine, haudquaquam fieri debet ſanguinis miſſio vel in pleuritide, ſed fluentis vel fluxuræ materiæ gratia tantum. Porrò vniuerſales canones, quos ait Guido ſemper obſeruandos, ij ſunt Galeno deſumpti ab ætate, temperamento, conſuetudine, anni tempore, regione, &c.

60.15. *Tertiam rem complent repercuſſiua & refrænantia.* ] Sanguis regeritur contrariis, nempe refrigerantibus & exiccantibus, qualia ſunt vera *ἀποκρουστικά*. Eius verò impetum duntaxat frangunt (ob idque refrænantia dicuntnr) quæ ſine aſtrictione refrigerant. Cæterùm aſtrictio nimia dolorem exacerbat comprimendo, vt nimia ſiccitas in ſcirrhi diſcrimen agit phlegmonem.

60.21. *Et deſiccantia ſunt quæ in vtriuſque fine ſanant.* ] Falco ſententiam iſtam minus rectè interpretatur, meo quidem iudicio. Ego hanc mentem fuiſſe Guidoni ſuſpicor. Emiſſo pure, relinquitur vlceris curatio, quæ reſiccantibus omnino reſoluitur. Neque minus ſi phlegmone reſoluatur, id quoque fit ſiccantibus, non tamen vehementioribus, ſed mollibus, vt ſimul cum tenui craſſior materia diſcutiatur. Adhęc verenda eſt acrium diaphoreticon acrimonia, dolorem & fluxionem concitans, necnon ſcirrhum facilè producens.

60.40. *Et tardius quàm repercuſſiua mutentur.* ] Guido præcipit, mutare ſæpius topica in principio, rarius in augmento, adhuc tardius in ſtatu, & omnium tardiſſimè in declinatione. Verùm ſi affectus ratio habeatur, quum circa initia & fines omnia ſint imbecilliora, minus frequenter mutanda erunt initio medicamenta. Idem cenſendum ſi medicamenti ſolius reſpectus habeatur. namque pura tum repellentia, tum digerentia, ſunt iiſdem mixtis atque refractis efficaciora. quamobrem eorum vis diutius integra manet. Tagautius ait, ea de cauſa tardius renouanda eſſe ſtatus remedia, quòd ea ſint ratione doloris humidiora. Sed cur tardiſſimè mutanda, quæ vel duntaxat

taxat reſoluunt,aut etiam ſuppurant, vt ad declinationem præcipit Guido? Equidem arbitror, tam ratione affectus quàm medicamenti hoc inſtitui: nempe quia repulſio actio eſt omnium difficillima, opus eſt medicamentis ſæpius ac ſæpius renouatis,quæ integris viribus agant. Adde quòd vbi arefacta ſunt,præ ſiccitate reſoluunt magis quàm repellant. Eſt verò imprimis conſideratione dignum,plurima repellentia munus ſuum obire potiſſimum frigiditate. Ob id ea paulò poſt à partis ardore ſeu φλογώσει ſuperata,inutile medicamentum remanet. Eodem nomine in augmento rariùs mutari debent, quia præter vim repellendi,etiam nonnihil reſoluendi facultatem habere ita decet, quam vel ariditas & caliditas ex mora iis impartitur. dum verò primum admouentur,repellunt magis. Reſolutionem adhuc amplius requirit ſtatus, magíſque declinatio. ob id minus frequenter innouanda ſunt hiſce tẽporibus remedia. Quando verò ſuppurandum eſt, tunc frequentior remutatio nocet, quia interim dum hoc fit, pars friget. Quinimo præſtantiſſimum fuerit, ſpiſſiora facere admouenda, & (vt chirurgi noſtri loquuntur) emplaſtra magis onerare, vt vehementius obſtruant,ipſáque tardius exciccentur,quippe reſiccata,magis reſoluunt. Atque hæc in tumoribus: ſiquidem alia eſt ratio de vulneribus & vlceribus, vt in tractatu meo de Sclopetorum vulneribus abundè (ni fallor) demonſtraui.

*Et fiat emplaſtrum molle.*] Emplaſtrum molle id appellare videtur, quod 61.4.
hodie cataplaſma dici conſueuit. Cataplaſma enim cum emplaſtro paſſim confundit Guido. Sequitur ſtatim: tertiã formam ponit Auicen. in diachylone & baſilicone: quæ ſcil. emolliunt & liquant materiam, vt ſimul cum tenuibus craſſiores partes diſcutiantur,quo modo ſcirrhi generatio præoccupari ſolet,in phlegmonis ſtatu maximè verenda.

*Aut filtrum vino ſtyptico calido.*] Si meris diſcutientibus eſt vtendum, & 61.7.
aſtringentia fluenti materiæ duntaxat debentur, ad quid vinum aſtringens vſurpatur in declinatione? Hoc video ſuſpectum fuiſſe Tagautio, vt qui ſcripſerit abſolutè vino calido. An vinum auſterum alio quouis ſiccantius eſt, vel eo nomine quod ab aſtringente vi quaſi expreſſum humorem potentiſſimè ebibat & abſorbeat: vnde ſequitur inſignis exiccatio in declinatione expetita? Quod ſubiungit autor, paulò eſt obſcurius, quando ait, *Per ſaniationem complent declinationem, &c.* Quippe generatio puris in ſtatu fieri incipit, quo tempore etiam illius ratione dolores & febres accidunt magis,ſúntque grauiora omnia ſymptomata. Quamobrem ſuppurantium vſus primum locum habebit in ſtatu,non expectata declinatione. ad quam, vbi peruentum eſt,reſoluentium ſuperius traditorum ope, nunquam ſuppurantibus eſt opus. Niſi quis velit,maximam portionem abſumptam eſſe, itaque tumorem diminutum,quod dicitur morbi declinatio. Reliquam verò materiam ob craſſitiem vel lentorem diſcuti non poſſe: ob ídque maturandam venire, quod parum eſt probabile autorem voluiſſe. Etenim acrioribus diaphoreticis ceſſurus videtur humor: ſin minus, præſtabit ſanè

malacticis propriè dictis,velut ad ſcirrhoſum alioqui futurum tumorem, eiuſmodi reliquias fundere atque reſoluere. An potius hoc voluit Guido? quando in ſtatu materia non cedit reſoluentibus, (quæ iam repellentia ſuperant,vt decet) vnde nihil decreſcit tumor,nec ad declinationem vergit, declinatio eſt procuranda & complenda per ſaniationem,hoc eſt ſuppurationem.Proinde ſtatim ad maturantia eſt aggrediendum:quorum vſu & opera tumor paulo pòſt minuetur,eritque tunc declinatio per ſaniationem, ſed quę in ſtatu fuerit inchoata.

61.14. *Tertia forma eſt cõmunitatis.*] Hoc eſt,vulgo à chirurgis cõmuniter vſurpari ſolet.Porrò ſenationẽ id cataplaſma requirit,nõ (vt alij legũt) ſenecionẽ,quẽ etiã Tagautius agnoſcẽs erygerõ Græcis dici annotat.Sed hęc plãta erygerõ ſcilicet eſt inſtituto prorſus inepta,vt quę refrigeret modicéque digerat,autoreGal.6.ſimpl.Hic autem requiritur σίον ſeu lauer,Gallis dicta Berla,quam Serapio vocauit Senationem:& vulgus herbariorum apud nos ſenecionem aquaticam adhuc appellat.

61.22. *Quæ eſt accidentium correctio.*] Ea ſunt quatuor,de quibus in ſignis & iudicijs: nẽpe dolor,regreſſus materiæ,induratio,& putredo ſeu corruptio.

*Nam herba ipſius,&c.*] Theodoricus radicẽ etiã capit,inquiẽs:In calidis apoſtematis maturatiua ſunt radix hyoſcyami,& tota herba cõquaſſata,inuoluta ſtuppis madefactis,& ſub prunis decocta.Hęc.n.cũ axũgia valde maturat&mitigat calida apoſtemata.Quippe maturatio,q̃ ſoli⁹caloris eſt op⁹, à frigido p̱ accidẽs fit,ꝓhibita nimirũ caloris natiui diſſipatione,vel retuſa, intẽperie calida. Nam tẽperatus alioqui,ſed copioſus eſſe debet calor qui maturat:niſi tamẽ frigidior ſit humor.tunc enim acrior reddi debet calor.

61.33. *Caue tamen à nimia humectatione.*] Scilicet à nimia humiditate pars fit laxior,defluxioni & gangrænę magis opportuna.Ergo leuiora ſaltem aſtringẽtia vſurpari debent.Hinc Galenus lib. 20.ad Glauc.reiicit cataplaſma ex aqua,oleo,& triticea farina in phlegmone cum dolore,quia relaxãdo partis robur eneruat,& ad fluxionem reddit paratiorem.

62.3. *Puſtulæ malæ & corruptæ ſanguineæ.*] Sunt enim aliæ ex bile corrupta,quæ ab his differunt,tum aliis ſignis,tum quòd eſcharam in ſui eruptione minimè relinquant,ſed perpetuo virus emittant deterrimum.Eſchara autẽ barbaris dicitur, non ſolùm cruſta ex cute retorrida,ſed etiam corrupta caro, quę vulgo *Carniuas* appellatur. Hanc paulo pòſt radicibus comparabit. Ea verò fit in ſanguineis puſtulis ideò,quia ſanguis craſſior carnem putrefacit quod in bilioſis nequit,ob tenuitatem materiæ,quæ,donec ad cutem ſiſtatur, omnia peruadit. Illic autem exulcerat, & ſuum virus eructat. Eruptio ea dici ſolet,hoc eſt ſpontina apertio ſeu & crepatura,& contenti humoris excretio quædam.

62.7. *Et mũdificatur melle cocto.*] Vnguentũ ex melle vocat Raſis,& ſic deſcribit:Rec.ſarcocollæ, mellis, ana part.æqu. deinde ſarcocolla pulueriſata cũ melle miſceatur,& recondatur.Sunt qui ſolum mel coquunt,donec inſpiſſetur : deinde ſarcocollam pulueriſatam deſuper mittunt , & commiſcent.

Hoc

Hoc vnguentum omne vulnus ſanioſum mundificat, totúmque virus remouet. Aliud ab hoc mundificatiuum de melle deſcribet Guido in parua *Doctr. 1.*
chirurgia. *cap. 4.*

» *Ex miſtione & aggregatione humorũ naturaliũ.*] Verba Lanfranci hęc ſunt: 62. 16.
» Melancholia, ſanguis, phlegma & cholera cõponuntur, & faciunt anthracẽ:
» cuius malitia diuerſificatur, ſecundum ipſorum humorum malitiam.

*Sunt de cholera citrina & melancholia inſimul miſtis.*] Si enim bilis aut melancholica per aduſtionẽ genita, eſſet ab aliis diſtincta, puſtulę de bilioſis 62. 20.
vel cãcroſis cẽſerẽtur, nõ de ſanguineis. Interea verò dũ ſimul ſunt vſti ſanguinis partes, ſanguinis à digniore, & (vt veriſimile eſt) copioſiore humore, nuncupatio retinetur: quódque ex eo fit, apoſtema phlegmonoſũ appellatur. Ad Guidonis mentẽ nõ accedũt, nec Auicẽnæ ſentẽtiã rectè (meo quidẽ iudicio) interpretãtur, qui volunt, ignẽ perſicũ fieri ex bile per aduſtionẽ ſanguinis facta & ſecreta: prunã verò ex altera portione ſimiliter vſta & ſeparata. Ex hac ſiquidẽ potius fiunt Cancri, vt ex illa puſtulæ malæ cholericæ: de quibus duabus puſtularum ſpeciebus ſuo loco tractabitur.

*Sanguis ſemibulliẽs & putrefactus.*] Aliud eſt vri, & aliud pútrere humorẽ. 62. 28.
Putredo enim malignitatẽ lõgè grauiorẽ inducit, quàm vſtio. quippe vene no proximã noxã infert, & peſtilẽtẽ. Nã & peſtis omnis ex putredine ortũ habet. Galenus feruorẽ dũtaxat attribuit ſanguini, ex quo fit Carbunculus. Differt autẽ nõnihil feruor ab vſtione, quũ hęc aridiorẽ materiã exercere ſoleat: cuiuſmodi eſt materia Cãcri. Attamẽ quũ ad particulæ gãgrænã ferè deſinat Carbunculus, dixerim ego eũ eſſe ex putrẽtis ſanguinis ebullitione pręſertim maligniorẽ, quẽ Guido Anthracẽ peculiariter vocat. Siquidem nauſea & animi defectio ſatis teſtãtur, putres vapores inde ad ſtomachũ & cor peruenire. Ab vſtione verò ſimplici, qualis eſt in ardẽtiſſima febre, aut etiã quartana continua, talia fieri ſymptomata non cõ ſueuere: Ex his facilè eſt intelligere, perperam à noſtris confundi feruorem cum vſtione, & cum putrefactione vtranque. Putredo enim eſt, alteratio omnium maximè grauis Naturæ viuentium: minus grauis eſt feruor, in puris generatione familiaris: medium habet vſtio vel aſſatio.

*Signa carbũculi incipiẽtis ſunt, rubor, fuſciditas, citrinitas.*] His tribus colorum 62. 29.
differẽtiis addẽda eſt quarta, viridis ſeu liuidi, vt experiẽtia docet. Colorũ autẽ varietas accidit, pro magnitudine feruoris vel vſtionis. In leuiore ſiquidẽ, rubor apparet: ab inſigniore fit citrinus color, vt ab vlteriore viridis aut liuens, & ab extremo niger. Sunt qui malint, ex quouis humore vſto fieri Anthracem: & eum quidem rubeum, ex ſanguine: citrinum ex bile, ex pituita ſalſa viridem, & ex bile atra nigrum.

*Et ideo tractatus vlcerum in ipſis habet locum.*] Nam quæ propriè dicun- 62. 36.
tur puſtulæ (minora, inquam apoſtemata, ex humore prauo & maligno) ferè ſunt cum vlcere, aut vlcerationi proxima, & virulentiam eructant. Ideo altera ex parte apoſtematum modo, altera vlcerum curatione tractari debent.

62.42. *Secundum formam datam in phlegmone.*] Niſi quod illic ſiccandum magis eſt, hîc humectandum, vt ſtatim monebit: tum quia humor craſſior eſt & aridior, tum quia febris adeſſe ſolet. Alioqui enim conueniunt: ſcilicet, quod victus refrigerans & tenuis eſſe debeat.

63. 4. *Phlebotomia primùm à parte contraria.*]Hoc non approbat Falco: propterea quòd ferè ſunt venenati omnes carbunculi. Ob id ſummè cauendum hortatur, ne ſanguis veneni particeps nobilia membra permeet. Eadem ratione damnat applicationẽ cataplaſmatis de arnogloſſa, & alterius de duobus granatis, quoniam repellunt. Et profectò ipſi puſtulæ non debent ſuperponi, ſed tantùm in circuitu eius: vt affluens humor repellatur, non ita prauus ac qui primus fuit in partem affectam expulſus.

63.7. *Ne materia retrocedat, neque etiam irritetur.*] Retrocederet enim vſu refrænantium duntaxat, vt irritaretur à meris euaporantibus.

63.9. *Panis furfuracei.*]Galenus à quo primum deſumpta fuit iſta remedij forma, panem συγκόμιστον vel αὐτόπυρον requirit, id eſt qui integram farinam habeat, nulla furfuris detractione facta. Panem verò furfuraceum idem autor appellat, qui furfuris plurimum habet: ſcilicet tenuiſſima farina excuſſa, panem ex reliquo factum, vt idem ſcribit. Eiuſmodi panem hîc ſumendum iubet Auicenna, non planè ſyncomiſtum vel αὐτόπυρον, vt neque prorſus furfuraceum. Inquit enim: Et pane plurimi furfuris: nam eiuſmodi panis ſubtilior eſt in ſubſtantia ſua. Porrò hîc occurrit dubium haudquaquam negligendum, an in carbunculo liceat vti repellentibus. Guido admonere præcipit loco affecto, & in circuitu (præter loca paulò remotiora, etiam vnguento de bolo inungenda) cataplaſma de arnogloſſa ſiue plantagine, quod certè nonnihil repellit. Neque improbat quod Auicenna ei addat gallas: quódque aliud inſtituat ex duplici granatorum genere aceto coctorum. quale medicamentum valde repercutit, parũ digerendo. Etenim præter granata dulcia, nihil eſt in eo quod reſoluat: reliqua omnia potenter adſtringunt. vult autem eſſe talibus vtendum ante vlcerationem, & donec furor aliquantulum remittatur. vlceri verò apponit trochiſcos Calidicon vino diſſolutos. Sic Galenus ad ipſum vlcus vtitur paſtillis Andronis, Paſionis, Muſæ, aut Polyidæ: quos etiam tumori qui eſt in circuitu ſuperponit dilutos paſſo, vel arnogloſſi ſucco, quando rubor & ardor ſentitur: aut vino acerbo primũ, deinde cũ aceto, ſi maior eſt tumor. Sed ad repellẽtia noſter redeat ſermo. Tagautius ad locũ carbone obſeſſum humores allicere magis laudat, ſi artus & minoris notæ partes ancharũ occupet & pigrè moueatur fluxio. Si aũt validè & affatim irruat, modicè reprimẽtib. infrẹnãdũ cenſet fluxionis impetũ: ne ſc. iñgẽs minùs dolor ex fluxione tã valẽter irruẽte in particula laborãte excitetur, atq; ita exaſperetur malũ. Sed quid (quæſo) talia nocere poſſũt, facta inſigni miſſione ſan. vt ad λειποψυχίαν iubẽte Gal. cùm ſanguis in carbũculo dũtaxat ferueat, nec ſit venenat⁹, præterquàm in ſtatu peſtilẽti? In hoc.n. ſanguinẽ mittere iã apparente bubone vel carbunculo, nefas eſſe putamus: tãtum abeſt vt repellẽtib. medicamẽtis vtẽdũ cenſeamus:

ſcamus. Si quidẽ præcipui morbi initiũ(per quod ſi quid videtur mouendũ
moue,ex præcepto Hipp.)multo ante præteriit. Ad hæc ſanguinis miſſio-
ne exhauritur ſanguis laudatior, nempe à parte ſana:huic verò ſuccedit im-
purus iam ſecretus à natura. Neque enim mittit ad partem affectam, niſi
quem ſecreuit deteriorem. In ſtatu verò minimè peſtilenti, phlebotomia
conuenit ſtatim ab initio carbunculi,quum hîc ſit præcipuus morbus,non
ſymptoma,vt in peſte:vires ſint integræ, & materiæ ad internas partes re-
greſſum non vereamur. Eſt enim duntaxat feruens craſsúſque ſanguis,vt
premonuimus. feruor autem conquieſcit,mox ac ſanguinis iuſta quantitas
fuerit exhauſta, & ei conceſſa euentilatio. Craſſior verò ille ſanguis alteri
permiſcetur: medicamento (ſi velis) educendus. Licet itaque repellere,
quando etiam mittere ſanguinem,in carbunculo nec maligno nec venena-
to. Omnem verò carbunculum non eſſe veneni participem, ſymptomata
docent. nam leipothymia, nauſea & ſingultus per initia minimè infeſtant,
vt quando venenata eſt materia:ſed tum demum illa ſuperueniunt quando
in parte affecta vigere incipiunt putredo & ſphacelus,vaporéſque tetri per
arterias cordi communicantur. Sed neque id omnibus accidit, eáque ra-
tione profectò phlebotomia in ſtatu non poteſt conuenire, etſi eam præ-
ſcribat Guido: nempe quando partis color iam mutatur in nigrum. Ergo
ſi mox à principio ægrum diuexent nauſea,ſingultus & leipothymia,neque
phlebotome,neque repulſio inſtituatur. etenim vires non conſtant,& ma-
teria intus retinenda non eſt. ſin minus,vtranque tentare iuuabit,aut certè
non nocebit. 63. 17.

*Semper in circunferentiis ponatur.*]Defenſiua ſtatim ab initio, & (vt noſtri
loquuntur) principio principiante,non conueniunt:quia prohibẽda nõ eſt
praui humoris in partẽ externam defluxio : quũ ſit è re Naturæ, vt internæ
adeóque nobiliores partes in aliàs ſeſe exonerent. Ob id iuuandus eſt po-
tius naturæ motus & incitatio, omnibúſque modis allicieда materia. Vbi
verò iam maiore ex parte defluxit, tum bene cõuenit à parte ſuperiore de-
fenſiuum, ne fortè retrocedat humor, aut tetros halitus ad viſcera remit-
tat. Quinetiam vt vicinæ partes eandem corruptelam non ſentiant,licet v-
ti eodem medicamento in circuitu. Nam minus mali eſt paruam, quàm
multam membri portionem corrumpi.Si tamen in emunctoriis fuerit an-
thrax, ei regioni tantùm admouere oportet defenſoria, quæ eſt inter af-
fectam partem & principem: vel (quod præſtantius fortè fuerit) parti ipſi
principi epithemata illius facultatis ſunt admouenda. Porrò trochiſque 63. 25.
calidicon hîc nominati,deſcribẽtur in Antidotario,cap.de corroſiuis:Em-
plaſtrum verò de apio, eodem tractatu, capite de mundificatiuis. 63. 27.

*Ab anthra,quod eſt cor.*] Ineptiſſimã etymologiã cõminiſcitur Guido,ex
ignorantia Græci vocabuli ἄνθραξ,quod ad verbum ſonat Carbonem.

*Cũ varia venarũ circũpoſitarũ colore.*]Colores ij ſunt,ruber citrinus & ce-
ruleus,iridi familiares.Eiuſmodi verò apparẽt in circuitu Anthracis,ex fer
uore diuerſarũ ſanguinis partiũ.Grauitas autẽ mẽbro accidit,ex ſpirituũ &

caloris natiui corruptione. Etenim quamdiu pars caloris & ſpatium fauore gaudet ac ſuſtentatur, grauis non perſentitur. Quod autẽ ſubiicit Guido ac ſi eſſet ligamẽtis ligatum, illud videtur explicare ſuperius dictũ eſſe in carbunculo dolorem verſutum, hoc eſt qui vertitur, ſeu verſatilem, aut qui circunquaque partem affectam affligit. Talem ego ſum expertus aliquãdo imprimis grauem & omni ex parte prementẽ dolorẽ, à carbunculo in ſecundo digiti annularis manus dextræ articulo dum commentarer tractatũ de vuln. ſclop. vt in eodem narraui.

63.31. *Venenoſa, peſtilenti & contagioſa.*] Venenoſam materiam in corporibus noſtris gigni poſſe, Galenus abundè ꝓbat, & excẽplis cõfirmat lib. 6. loc. affect. cap. 5. Aſt hîc dubitatur: qua ratione quis à carbunculo interire poteſt, quando materia ab internis ad externa fuerit expulſa. Quomodo non prius interit, quũ ſc. venenatus humor cordi, & aliis partibus principibus erat vicinior? An tũc reliquo ſanguini permiſtus, huius benignitate tẽperatur: nũc ſecretus & à venis excluſus ferocit magis? Ergo (inſtabis) pręſtat aduenientẽ à parte affecta repellere, vt in venas regeratur illic mitificandus. Minimè verò, inquã: ſatius. n. eſt ab eo externa periclitari & tandẽ corrũpi: quoniam deinceps minus reſiſterẽt interna, quæ iã fuerunt ab humoris vicinitate, & conatu in expellẽdo, atq. morbi cõtinuatione haud parũ debilitata. Hinc etiã fit, vt quæ primũ nõ ſuccubuerãt vicinioris humoris deleterię qualitati, poſthac vincãtur: vbi nimirũ, in partib. externis & ſecretus & cõculat⁹ humor magis magíſque ex putrefactione malignus euadẽs (citius. n. hîc corrũpitur quã intra corpus, vbi calidior calor ei⁹ corruptioni diutius potẽtiúſque reſiſtit) eiuſdem naturæ vaporibus viſcera per venas, arterias & neruos laceſſit: quæ quidem iam predictis de cauſis infirmiora facta, exquiſitiori veneno reſiſtere nequeunt.

63.36. *Et ex letalibus is minus eſt funeſtus.*] Quippe omnes in vniuerſũ iudicantur lethales: min⁹ tamẽ eiuſmodi ſunt rubri, prunæ vocati, vt q. fiãt ex ſanguine craſſo tantũ & feruido, nõ iã vſto aut venenato. Ex nigro autẽ null⁹ euadit, autore Auic. qđ fortè in ei⁹ patri ſolo (hoc eſt Andaluſia Hiſpaniæ, nõ Damaſco, vt multi falſò putãt) verũ fuit, ob aëris caliditatẽ & ſiccitatẽ. Nos. n. quotidie videm⁹ plurimos in hac regione Narbonẽſis Galliæ (cui olim peculiare hoc malũ fuit, teſte Plin.) ex nigris anthracib⁹ plurimos euadere incolumes, quod etiã Galenus ipſe lib. 5. meth. cap. 12. teſtatũ reliquit, ex peſtilentia quadã euaſuris omnibus, nigra exãthemata erupiſſe toto corpore.

64.8. *Adminiſtratione bona & probatæ theriacæ.*] Licétne etiã puſtulæ ipſi theriacã admouere, vt facit vulgus? Auẽzoar id approbat, experimẽto proprio cõfirmatũ. Et Galenus de vſu theriacæ docet, eã puſtulis venenatis applicatã, venenũ allicere ad inſtar cucurbitulę. Sũt qui affirmẽt, theriacã legitimã legitimo carbũculo admotã bis aut ter, adeò reſiccare, vt velut incinerata frietur particula. Contrà, Arnaldus id facere vetat: quia theriaca venenũ fugat, qđ nuſquã eſt repellendũ. Illud verò cõfirmat ipſe experimẽto facto in caſeo: quale etiã proponitur à Io. de S. Amãdo ſupra Nicolai antidotarium. Sũt qui obiectionẽ ſic diluãt. venenũ à theriaca ſimul extrahi, & deſtrui. An

veriſimilius eſt expelli vt contrariũ, quoties theriaca veneno fuerit valentior? In expellẽdo verò & perſequẽdo, illius malignitatẽ eneruat, corrũpit & abſumit. Attamẽ pſtat aſſumere, vt pręcipit Guido. nã ab ea munitũ cor & roboratũ, veneno potẽtius reſiſtit. Quinimo & ab antidoto aſſũpta, mox vapores ſublati veneno obuiã mittuntur, qui illius vapores ad cor veniẽtes expugnẽt. Omniũ verò tutiſſimũ fuerit & aſſumere & admouere theriacã, vt vtrinq. circũſeptũ venenũ facilius pmptiúſque extinguatur. Admouebitur autẽ ipſi puſtulæ mixta ſequẽtibus, à D. Falcone pro exquiſitiſſimo remedio propoſitis. Acc. theriacę vnc. vnã, axungiæ porci inſulſæ ſemunciam ſucci ſcabioſæ, vel foliorũ eiuſdẽ, parũ: miſce & applica. Sed redeam' ad aſſumendã. Quî poteſt cõuenire theriaca, vbi febris eſt aſſidua plerũq. ardẽtiſſima? Quia cõmodum ſequitur maius incõmodo, ſcilicet ab extinctione veneni. plus. n. periculi ab hoc imminet, quã à febre. Adhęc minor quãtitas exhiberi debet, vbi eſt febris vehemẽtior: potéſtque facillimè retũdi calor antidoti, illius eiuſdẽ vi alexicaca nihil aut parũ mutata, vt additis ſyrupis ſuccis limonũ, citri, granatorũ, agreſtæ, &c. puluere diamarg. frig. triaſãtali, trochiſcis de cãphora, &c. vel cũ aqua acetoſæ, aliíſve hîc à Guid. recẽſitis.

*Quod non propriè, ſed per ſimilitudinem eſt intelligendum.* ] Galeni ſentẽtia ſic habet: Facultates quę deleteria medicamina alterãt, naturã habẽt mediã inter corpora perpetiẽtia & medicamẽta ipſa lædẽtia: vt videlicet eadẽ ſit pportio corporis ad facultatẽ alexiteriã, quæ illi' ad deleteriã: & rurſus deleterij ad alexiteriũ, quę alexiterij ad corpus. Eapropter ferè omnia quę deleteriis aduerſãtur, ſi largius ſumpta fuerint, grauiter animãtis corpus oblædũt. Itaq. ea moderatione quantitatis omnibus id genus facultatibus frui decet, vt nec copia nimia corpus offendãt, nec exiguitate ſua vincantur à deleteriis. Quæ ſentẽtia vt indefinita ſumi debet. alioqui enim falſa eſt ſumpta vniuerſaliter. Quippe diſtinguere oportet alexipharmaca, vt quędã ſint venenorũ corruptricia, inſigni qualitate agẽtia: quædã planè occulta, & remiſſiore. Priora venenũ alterãt & corrũpunt, vel ſuis primis qualitatib' vt caſtoriũ, opij, deleteriã qualitatẽ calefaciẽdo: vel ſecundus, vt ſtercus gallinæ fungorũ vim noxiã reprimit & retundit incidẽdo: vel tota ſubſtantia & forma ſpecifica, vt caro viperæ: vel forti euacuatione, vt helleborus. Quæ omnia quã in corpus noſtrũ etiã vehemẽter agãt, ſanis minimè cõueniunt quia ſunt venenoſa. i. immodicæ alterationis pharmaca. Alia ſunt que non minus ſtrenuè venenis reſiſtũt, eáque vel corrũpunt vel expellunt, quorum tamẽ actio in noſtrum corpus nõ eſt vehemẽs, aut ſanis periculoſa: vt hyacinthus, ſmaragdus, terra lẽnia, ſemen citri, cancri fluuiatiles, &c. Priora illa ſunt quæ Galenus voluit, mediã ſortiri cõditionẽ inter corpus & venena, haud dubiè corporibus integra ſanitate perfruentis. minimè conuenientia: quin potius nocentia, vt docet Auerrhoes, quoties in corpore non reperitur diſpoſitio venenoſa. Sic de aconito elegantiſſimè Plinius, » Ea eſt natura (inquit) vt hominem occidat, niſi inueniat quod in homine » perimat. Cum eo ſolo colluctatur, velut pari intus inuento. Sola hæc » pugna eſt, quum venenum in viſceribus reperit. Mirúmque exitialia

ambo cùm ſint, duo venena in homine cõmoriuntur, vt homo ſuperſit. Poſteriora verò nõ tenẽt medium inter corpus & venenũ, quum nobis etiam ſanis familiaria & planè amica ſint, minimè fortis impreſſionis: aliud ſc. nihil agẽtia, quã natiuo calori eſſe ꝑſidio, quẽ ſua pręſẽtia aduerſus deleterias qualitates muniãt & corroborãt. nec aliter corpꝰ noſtrũ vel immutãt, vel ab eo mutantur, quod ſit notatu dignum. De his nos plura parad. 9. dec. 2.

*Completur phlebotomia eiuſdem partis.*] In carbunculo mitiore phlebotomiam non improbauimus, cùm grauiſſimorum virorũ ſententia, & ratio id perſuadeat. Galenus enim lib. 14. methodi medendi ad huius curationem mittit ſanguinẽ, vel vſque ad animi deliquium. Idẽ voluerunt Auicenna & Auerrhoes, qui omnes vno conſenſu docent, puſtulis omnibus ſanguineis id remedij conuenire. In maligno autem carbunculo, Guidoni dicto Anthrax, non videtur vtilis phlebotomia, quũ (vt ait Rhaſis lib. diuiſionũ) materiam venenoſam ab externis partibus ad internas reuocare non deceat. Nihilominus tamen, ratione antecedentis materię illa cõuenire poſſe videtur mox ab initio: quia tũc parũ habet veneni morbus, ídq; ſanguinis miſſione extingui vel minui poteſt: quum faciat ceſſare putredinem atque feruorẽ. Dixi (mox ab initio) quia tunc tẽporis pauciſſima eſt materia coniuncta: antecedens verò minus eſt mala, necdũ prorſus à regimine naturæ emancipata. Ergo nõ cõiunctę materię cauſa (quam ſi vel paululum cunctata fuerit, venas regredi eſt iniuſtũ ac perdifficile) ſanguinis miſſio fit: proindéque initio morbi duntaxat inſtitui debet, nõ deinceps quãdo iam malignior euaſit humor, ſúntque vires minus cõſtantes. Debet verò ſemper fieri ex eadem parte, ſiue κατ' ἴξιν, vt loquuntur Hipp. & Gal. eáque proxima, & non oppoſita: ne fiat tranſitus ſupra membrum principale, vt prudens monuit Auicenna.

64.40. *Et arſenicum in hoc obtinet principatum.*] Hoc, neque ſyncerũ, neque aliis miſtũ probatur à Falcone, niſi locus affectus plurimũ diſtet à corde, & arſenici parua ſit doſis. Attamen ſunt qui arſenicũ è regione cordis geſtent aduerſus peſtẽ, vt arceat venenũ: quod in tractatu meo de peſte annotaui. Idẽ Falco præfert omnibus remediorũ generibꝰ ferrũ candẽs, quo venenatę materię plurima portio exhauritur & abſumitur. Neq. audiẽdi ſunt qui iſtud improbant, quaſi feruorem adaugens: cùm plus multo iuuet, quàm obſit.

64.42. *Maturetur & aperiatur.*] Rarò etenim ad ſuppurationem venit per ſe Carbunculus, propterea quòd ſiccior eſt materia. Atqui deciſa eſchara, vlcus relinquitur purulentum. An tale nõ eſt ex peculiari anthracis materia, ſed humorum hanc comitantium? Illa ſiquidem in eſcharam abit ferè tota, ſi non diſcutitur.

65.4. *Medicamen ex vitello oui cum ſale.*] Theodoricus accipit vitellum oui crudum, cum pari quantitate ſalis. Apponit verò ter, vel ſæpius quotidie, donec rumpatur apoſtema. Porrò die poſt primam appoſitionem (ait ille) cruſtula denigrabitur aliquantulum magis ſuperius: & ita ſingulis diebus augmentabitur denigratio, vſque ad rupturam apoſtematis.

Con-

*Conſolida quoque minor.*] Sic legendum eſt ex contextu Rogerij & Theodorici, non (vt alia exemplaria habent) maior. Eſt autem minor conſolida, Theodorico eodem interprete, quæ ab aliquibus dicitur herba venti, & in » quibuſdam partibus vincetoxicum. Hæc (inquit) inter duos lapides fluuia- » les contrita, & frequenter appoſita, anthracem interficit, & ex toto concauat: hoc eſt, vlcerat exeſo tuberculo, vt ſuperſit duntaxat vlceris curatio. 65. 8.

*Fabulæ ſunt Theodorici.*] Eam probationem ſic ponit Theodoricus: Fel » porci ſiccetur in furno, & incidas ex eo tantum quantum tenet ſpacij pu- » ſtula anthracis, quia ſi adhæſerit, (ſicut dicitur) non dimittet puſtulam, do- » nec ſecum abſtrahat. Si verò non adhæſerit, ſignum eſt mortis. 65. 16.

*Eſt tamen effectus puſtularum.*] Non quæuis puſtulæ faciunt eſthiomenum, ſeu gangrænam, vt neque omnis gangræna eſt puſtulę alicuius ſoboles. Et ſatis conſtat id non voluiſſe Guidonem, ex eo quod ipſe paulo pòſt docebit explicans, varias iſtius affectus occaſiones. Hîc verò de eſthiomeno ſeu gangræna tractatur, quamuis non ſit apoſtema, ſed potius iam vlcus, ob id quia plerunque apoſtematis atque puſtulis ſuperuenire conſueuit. 65. 18.

*Eſthiomenus, quaſi hominis hoſtis.*] Merè Græcam dictionem, à Latinis vocibus eſſe deriuatam, abſurdè putat Guido. Eſt verò ἐσθιόμενος idẽ quod exedẽs, à verbo ἐσθίειν quod ſignificat edere. Porrò ſunt qui velint, gangrenam propriè dici viam ad extinctionem caloris natiui, ſic tamen vt ſenſus aliquis parti ſuperſit. Sphacelon verò (barbari Aſchachilon dicunt, Latini ſyderationem) quando pars eſt omninò vita priuata. quum quæ iam vlterius ſerpit malum, vt vicinas partes corrumpat, vocari eſthiomenon, ab edendo. In ea tamen ſignificatione hoc loco vſurpari non poteſt, quum talis affectus nullam curationem expectet, niſi extirpationem, de qua autor in ſequentibus: aut certè nomine eſthiomeni, vtrunque affectum denotabit, gangrænam ſcilicet & Sphacelum. Impropriè magis loquuntur, qui talem affectum vel herpeten eſthiomenem, vel cancrum vlceratum appellãt. Accidit nonnunquam oſſibus à ſanie carnis circumpoſitæ, illa tetro viru & fœtidiſſima putrilagine inficiente. Qua ratione oſſa tum mollia tum nigra euadunt, perfecti ſphaceli indicio certiſſimo. 65. 20.

*Non ſunt ergo idem, vt dicebat Theodoricus & Lanfrancus.*] Theodoricus non ſcripſit gangrænam, ſiue (vt hîc vocat) eſthiomenum eundem eſſe cũ Lupo vel Cancro, ſed herpetem eſthiomenum alio nomine Lupum vocari » dicit. Illius verba ſunt: Herpes eſthiomenus eſt apoſtema, & dicitur quaſi » ſeipſum comedens: & alio nomine dicitur Lupus. Lanfrancus apertè con- » fundit gangrænam (quam herpetem eſthiomenum appellat) cum Lupo & » Cancro, inquiens: Herpes eſthiomenus interpretatur ſeipſum comedens. » Et paulo pòſt: Hanc ægritudinem quidam vocant Cancrum, quidam Lu- » pum, quidam (vt in Francia) malum noſtræ Dominæ: quidam verò Lom- » bardorum, vocant ignem ſancti Antonij: quidam eryſipelam manducan- » tem, &c. 65. 22.

*Deinde & dolor & pulſus diſcedunt.*] Hoc etiam differunt Cancer & gã- 65. 38.

grǽna,quòd in illo dolor & pulſatio vſque magis increſcant,in hac ſemper minuantur,donec pars vita ſit deſtituta.

66.3. *Cura eſthiomeni tres habet intentiones.*] Quũ variæ ſint gangrænę (eſthiomenus hîc vocatæ) occaſiones,quæ diuerſa expoſtulant remedia,Guido eã duntaxat perſequitur,quæ in copia ſuffocãte calorẽ natiuũ cõſiſtit,magnáſque inflãmationes ſequitur:id quod illum monuiſſe decebat. Nõ enim cuiuſuis gangrænæ ſiue eſthiomeni cauſis omnibus conueniunt remedia quæ hoc loco proponuntur.

66.8. *Ius gallinæ alteratum.*] Aliàs pulli,vel pullorum:ſed non multum refert vtrum ſit, quum vtrunque ius minimè calefaciat, pręſertim ſi gallinarum iuuenum fuerit,& nondum oua ponentium.

66.15. *Tertia intentio completur.*] Proponit gãgrænę & ſphaceli curationẽ ſub diuerſis tẽporibus:& gãgrænę quidẽ incipiẽtis,augeſcẽtis atque vigẽtis. §. *Cùm ergo,inquit,vides:*declinãtis verò § *Poſtquã autem calefactio.* Sic ſphaceli initiũ quod excipit gãgrænę vigorẽ,his verbis denotat: *Si autẽ pertranſierit diſpoſitio.*nẽpe vt iã nõ gangræna, ſed ſphacelos dici mereatur. Atque hunc abſolutum poſtremò innuit, § *Cùm ergo eſt neceſſarium incidere membrum.*

66.19. *Scapellationem profundam facias.*] Hoc remedio pars ſanguinis impacti, natiuum calorem ſuffocantis,exhauritur,vnde ipſe calor facta euentilatione libera temperatur.

66.22. *Cum ſyrupo acetoſo mixta.*] Sic quidem habet Auicenna. Alij verò ſcribunt,cum oxymelle:quod magis mihi arridet.Hoc enim reſoluit potẽtius, putrefactionémque auertit.

66.24. *Quod fit ex flore æris.*] Florem æris abuſiuè paſſim vocat,quæ propriè eſt ærugo raſilis,ab æris flore multum diuerſa.Sed eiuſmodi error,huic autori communis eſt cum aliis pleriſque medicis & chirurgis, materiam medicã (pręſertim verò ex metallicis depromptam) non exactè callentibus.

66.30. *Vt ſunt trochiſci kalidicon.*] Hoc nomine ſunt donati, quod recipiãt kali, vt vult Pandectarum autor. Eorum deſcriptio proponetur in antidotario cap.de corroſiuis.

67.3. *Et vratur pars ei continua.*] Hoc eſt,partes continuæ. Hæ ſiquidem intra ſe continent ægram ſeu corruptam.Galenus lib.2.ad Glauc.velut radicem ſanæ parti adiunctam,appellare videtur.

67.10. *Licet phlegma in generatione humorũ ſequatur ſanguinem.*] Omnes quidẽ humores ſimul & ſemel fiũt,quia tamẽ pituita eſt veluti ſanguis diminutè coctus,ea dicĩ ſolet eſſe de naturæ intentione proximè poſt ſanguinem.

67.13. *Apoſtemata cholerica in multis cõueniunt cum ſanguineis.*] Nempe in genere morbi,ſignis,cauſis,modo generationis,& curatione:vt ex ſequentibus licet colligere.Nã ferè tantum differunt pro ratione maioris & minoris.

67.15. *Licet cõſequenter ſe extendant.*] Nẽpe cutis primùm offenditur in eryſipelate,quãdo humor pręt enuis permeata carne in cute ob eius dẽſitatẽ coërcetur:deinceps verò ſuccedẽs materia,carni etiã hęret.Sic phlegmone primũ in carne conſiſtit:& paulò poſt cuti cõmunicatur affectus. Porrò quod tumo-

tumorē habet manifeſtū,eryſipelas eſt minimè exquiſitū, ex craſſiore bile·nā exquiſitū vix facit tumorē quòd tenuior materia per cutē lōgè latéque ſpargatur. Atque eiuſmodi ſolet vocari eryſipelas quod non impellit, hoc eſt in tumorem non eleuat cutē.Nomine verò cutis,partiū interiorū tunicas etiam intelligi volumus : vt quod carni attribuimus , id commune eſt viſcerum parenchymati.Hoc enim phlegmoni patet magis, vt tunicæ magis opportunæ ſunt eryſipelati,Galen.14.meth.2.

*Quæ propriè ſanguis dicitur ſubtilis.*]Sanguinis portio tenuiſſima,nō eſt de 67.18.
quatuor humorib vnus ab aliis ſequeſtratus,vt quis fortè putarit , ſed omniū quatuor humorū portiones tenuiſſimæ. Atque eiuſmodi portione alitur pulmo,nō bile ſecreta.Eodē modo cùm dicimus,oſſa & cartilagines ali parte ſanguinis craſſiſſima,nō ſignificamus humorē quendā ab aliis diſtinctū natura craſſiſſimū,qualis eſt melācholicus, ſed omniū humorū portiones craſſiſſimas.Nō enim ex ſyncero aliquo humore poteſt nutriri pars vlla,ſed quatuor ſimul iūctis.Ergo bilis quæ ſit tenuiſſima pars ſanguinis, eſt verè naturalis humor & alibilis: ex eóq;ſola quātitate peccāte fit eryſipelas exquiſitū: nā ex mera bile à reliquis humorib.ſeparata.Hæc.n.cutē exulcerat,vt ex Gal.mox dicet autor,& herpetis cauſa eſt: vt eryſipelatis, id quod eſt tenue & ſanguini commixtum,non ſecretum. Idem magis in tumorem eleuare, quàm vlcerare ſubiungit : quod ſic intelligendum venit , vt nunquam vlceret,& raro tumorem inſignem faciat.

*Prius autem vniforme eſt.*] In cap.generali apoſtematū monuit,quæ fiunt 67.21.
ex humoribus naturalibus ea dici vniformia. Eiuſmodi eſt eryſipelas non vlceratum, quod verum , legitimum & exquiſitum dicimus. idémque ſub phlegmonis genere collocamus. Eſt verò vnius tantùm formæ & ſpeciei: vlceratum verò,quod herpes dicitur,multiplicis naturæ deprehenditur.

*Cùm igitur peruenerit cholericum rheuma.*]Ex Græco ſic legendum eſt:Si de 67.23.
cubuerit biliosum rheuma,exactum quidem cutem exulcerat : mixtū verò aquoſis ichoribus, aut ſanguini minus eſt acre, magíſque attollit partem in tumorem quàm vlceret. Hoc igitur eryſipelas vocatur, illud verò herpes.

*Odore & ſapore acutus.*] Rectius dicit acutum quàm amarum , quicquid 67.35.
dicat Tagautius.Etenim bilis acrimoniæ cuiuſdā eſt particeps (qua etiam nares ferit)quandiu permiſta eſt: quæ verò iam in fellis veſicula cōtinetur, γλυκύπικρος,i.ex dulci amara guſtātib.deprehēditur.Fieri videtur cōdimētū quoddā ex diuerſis ſaporib.humorū,haudquaquā ingratū:ſanguine dulci,pituita aquoſa,vel inſipida,melācholico humore acido,& bili acri ferè in modū piperis. Hæc autē ſpumæ aliàs cōparatur,vel quòd ſupernatet,vel quod extracto ſanguine hunc permeans, in ſuperficie ſpumam ſoleat excitare.

*Putreſcit & aduritur.*]Vrens calor,eſt putrefaciente valentior: vtriúſque 67.40.
tamen idem eſt finis , videlicet incineratio , quæ eſt tenuioris à craſſiore parte ſecretio,eiuſdémque abſumptio.

*Vt ſi phlegma tenue admiſcetur ei.*]Bilis innaturalis ex permiſtione, duplex 68. 2.
ſtatuitur Arabibus , vtraque notha ſeu ſpuria. & vna quidem maioris famæ

nuncupatur,quod ſit frequẽtior atque celebrior:nempe ex pituita bili miſta. Altera minoris famæ, quaſi inſolentior, ex melancholici humoris permixtione. In vtraque verò bilem excellere oportet, à qua idcirco fit talis denominatio. Cur autem ſit infrequentior ſecunda permixtio, cauſam afferunt ex difficiliori permiſtione bilis cum humore craſſo & terreno, quàm cum liquidiore permeabili & glutinoſo. Porrò ex bile diluta phlegmate liquidiore, fit citrina vocata à mali citrei colore. Ex craſſa autem pituita & bile miſtis, ſi credimus Auicennæ, vitellina componitur. At Galenus eandem fieri vult ex flauæ bilis aſſatione. Nos vtroque modo gigni poſſe, quæ vitellos ouorum tum colore, tum conſiſtentia referat, agnoſcimus: ſicque inter eas interſtingui, quòd viſcidior pallidiórque ſpectetur vitellina, ex craſſioris pituitæ permixtione orta: minus autem viſcida, & ruffa magis, quæ ex vſtione. Quod verò etiam vitelli ouorũ, aliàs valde ruffi, aliàs pallidiſſimi deprehendantur, vulgo eſt notiſſimum.

68.9. *Aut ex aliqua mala diſpoſitione venarum.*] Ex vitellina per aſſationem fieri porraceam volunt, & ex porracea vſta æruginoſam: quæ omnium deterrima, perpetuò lethales morbos cõmittit. Atque hæc vera eſſe fatemur, quando extra ventriculum, & non de ciborum corruptela, gignuntur eiuſmodi humores. Fieri etiam poteſt viridis ex mixtione vitellinæ cum melancholico humore. Nam pictores quoque (vt audio) ex indico & vitello oui colorem viridem componunt.

68.11. *Primò ex cholera laudabili, quam tenuem ſanguinem vocant.*] Laudabilis quidem ea eſſe poteſt, ſub cauſæ antecedentis forma. nam tunc quantitate ſola peccat, vt ſanguis in phlegmones exquiſitæ generatione. Vt autem materia eſt coniuncta, incipit iam vterque humor eſſe illaudabilis & non naturalis. quippe mox alteratur & aliquo modo corrumpitur. Cęterùm vnica eſt eryſipelatis ſimplicis ſpecies: atque id dicitur exquiſitum & legitimum. nam quod vlceratum eſt, id verè eſt Herpes Galeno & Auicennæ. Compoſita verò iam ſunt eryſipelas phlegmonodes, œdemotodes & ſcirrhodes.

*Lib. 2. ad Glauc. c. 1. part. 2.* Eſt autem multis explicatu difficillimum quod ſcripſit Galenus, eryſipelas vocari, ſi ex ſanguine & bile calidioribus quàm oporteat fluxio miſta fuerit, aut ex ſanguine quidem, ſed efferueſcente atque tenuiſſimo ſecundum ſubſtantiam: quaſi non certam eryſipelatis naturam & cõditionem ipſe definierit. Verumenimuero ſi quis paulò attentius verba illa expenderit, non obſcurè deprehendet, Galenum primo loco proponere ſimul vtrũque eryſipelas: nempe in quo vtriuſque natura conſiſtat, tam legitimi quàm ſpurij. Etenim vniuerſalia particularibus pręmitti debent, doctrinæ ordine. Ergo primum vtriuſque eryſipelatis materiam proponit: deinde quónam vtrunque differat à phlegmone docet. Poſtremò ſub hęc verba (*verum aliquando moderatè*) exquiſitum eryſipelas à non exquiſito ſeiungit, non minus quàm à phlegmone. Itaque non exquiſitum eryſipelas, quod ad phlegmonem propius accedit, fit ex bile & ſanguine ſimul iuſtò calidioribus. exquiſitum verò, ex ſanguine feruido, & quam tenuiſſimo. Sic deinceps monet, legi-

legitimum fieri ex fluxione prorſus tenui:illegitimum verò dici,quod non ex ſimplici, ſed duplici humore fit. ídque dicitur Eryſipelas ſimul & phlegmone,vel eryſipelas phlegmonodes,ſi quidem bilis multò vincat ſanguinem,vt alibi dixit Galenus.An exquiſitum fuerit eryſipelas, quod ex arterioſo ſanguine prouenerit. (talis ſiquidem verè eſt bilioſus & ſubcitrinus) non exquiſitum verò quod ex ſanguine venoſóque tenuiſſimo , aut venoſo ſimul & arterioſo?Nil verò abſurdi eſt, quinimo rationi conſonũ magis, vt ex arteriis per ſuas anaſtomoſes quandoque effluat ſanguis,vel iuſtò tenuior,vel copioſior.Sed quî fit, vt bilis flaua icterum cõmittens , nõ faciat eryſipelas vniuerſale , aut herpes,ſi iſta ex bile ſinceriore naſcũtur , vbi exquiſita fuerint?Cur ne mordicatio quidẽ in cute ſentitur ab icterico,ſi acris arrodénſq; eſt ſincerior bilis ?Fallopius reſpõdet,icteri bilẽ eſſe naturalẽ, ac proinde nõ corrodere partes quas permeat. Sic fermè Galen.libro 2.ad Glauc.flaua bilis(ait)quãdo ſuã naturã ſeruãs per vniuerſum corpus cũ ſanguine fertur,ἴκτερον parit: herpeta verò,cùm ſecreta eſt , &c. Aſt ego aliter ſentiendũ puto: ſcil.in icteri generatione parum eſſe bilis : & quum ea per vniuerſum corpus diſpergitur,colorẽ duntaxat,nõ etiã tumorem, imò nec pruritũ inſignẽ afferre poteſt.Fateor,ſi quãtum per totũ corpus effunditur, in vna parte colligeretur,herpetẽ efficeret. Sic parum croci multũ liquorẽ tingit,qui non euidenter calefacit. Adde quod icteri bilis non feruet : nec proinde vlcerat, vel mordicat,aut veſicas excitat.Denique ſerò cõiunctam eſſe eã,perinde ac ſudoris materiã,ex eo cõſtare poteſt,quod ſudore bilioſo vtplurimum ſoluatur icterus.Sed cõtrà dicere licet,bilioſum humorẽ ex calida intẽperie ortũ non raró facere icterum. quare tũc quum acrẽ eſſe eũ humorẽ ſit manifeſtiſſimũ,non exulcerat mordicátve ? An deferbuit iam quando expellitur:niſi verò feruẽs adhuc carnem & cutẽ attingat,non facit herpetẽ?Cæterùm vt bilis differẽtiæ & cõditiones apertius diſtinguantur, dicatur vna eſſe naturalis,altera non naturalis,& tertia præter naturã.Naturalis eſt pars ſanguineæ maſſæ tenuiſſima,ex qua fit eryſipelas. Huic ex diametro oppoſita eſt quæ præter naturã , ex vſtione videlicet, quæ herpeten facit.In medio eſt nõ naturalis vocata, ex qua fit icterus,cui ſimilis eſt bilis in veſicula aſſeruari ſolita, quæ tametſi in aliquã partem effundatur , eam non exulcerat, niſi ferueat. alioqui enim inteſtina perpetuam paterentur dyſenteriam:quod iis tantùm accidit,quando illa feruẽs & acrior euaſerit. 68.19.

*Vt phlegmones veræ,primitiuæ,&c.*]Primitiuarũ nomine,in apoſtematum generatione vtplurimũ intelligũtur cõtundentia , vulnerãtia , & eiuſmodi fortuitò occurrẽtia:quę haud dubiè fluxionẽ ſanguineã magis,quàm alteri⁹ generis cõcitare ſolẽt.Poſſũt tamẽ etiã ꝓcatarticę quædã eſſe fluxionis bilioſę occaſiones,vt inſolatus,frictio aſperior,pręcalidi medicamẽti applicatio& ſimilia:necnon eſus & potus calidior , à quibus paulò poſt acris fluxio commoueatur. 68.25

*Rubedo citò euaneſcens tactui.*] Et cito etiã rediẽs:quod tenuitatis materiæ præcipuũ eſt indiciũ. Eadẽ ratione faciẽ potiſſimùm infeſtat : quia humor

calidus & ſubtilis eſt. vnde ſua leuitate ſuperiora maximè petit. *Caliditas vehemens febrem attrahens,& pluſquam in phlegmone.* Hæc lectio magis mihi placet quàm aliorum qui habent *febris adurens.* Illa enim phraſi denotatur febrem conſequi velut attractam & excitatam ab inſigni calore partis: hac verò, ſimpliciter febrem adeſſe.

68. 27. *Pulſatio non magna.*] Imò verò nulla, ſi quidem fuerit legitimũ & exquiſitum eryſipelas. Etenim hoc cutem duntaxat occupat. Et pulſatio propriũ eſt ſymptoma phlegmonis maioris, vt quæ ſit profundior, autore Gal. 14. meth. cap. 1. Adhæc, materia tenuis latéque diffuſa non premit arterias, æquè ac craſſior, & anguſtiore loco preſſa. Sequitur aliud ſignum, dolor minimè extenſiuus: quo etiam ſignificatur, fuſè diſperſus humor, à quo nulla vel exigua tenſio fiat.

68. 30. *In oſſis denudatione eryſipelas, malum.*] Hac Hippocratis ſententia non ſignificatur, eryſipelas oſſi accidere (quippe os tali morbo nõ eſt obnoxiũ) ſed carni aut cuti circumpoſitæ, cuius maximam intemperiem denotat. Eſt verò, monente Galeno, rarus hic euentus, ſed maximè formidãdũ malũ in nudatione cranei potiſſimum: quod ipſe aliquoties vidi, ſed non infelici ſucceſſu. Sequẽs ſentẽtia eſt alter aphoriſmus, quo proponitur malignũ eryſipelas. Nã putredo ſẽper eſt peſſima: ſuppuratio, min⁹ mala. Sed quũ eryſipelatis materiã diſcuti par ſit, eſt τοῦ κακοήθους nota, in ſuppurationẽ venire: quinimo talis affectus herpetis, verius quàm eryſipelatis, naturam ſortitur.

68.43. *Regimine declinante ad frigiditatem & humiditatem.*] Hoc iam differt à plegmonis diæta, quę ad ſiccitatem vergere debet, ſanguis quò humidior, eò fluxilior eſt: bilis verò contrà, ſiccitate tenuior euadit & mobilior: atque humectata fit ignauior.

69.3. *Oriza & aliis ſanguinẽ inſpiſſantib.*] Nã cùm bilis triplici qualitate peccet, nimirũ caliditate, ſiccitate & ſumma tenuitate, frigidis & humidis

69.3. immiſceri debẽt etiam incraſſantia. Hac ratione profectò, in curãdis peſtilẽtibus febribus & exanthematis, lentes ex aceto coctę ſolent pręſcribi.

*Secundam rem complent euacuatio & phlebotom.*] Euacuationem dicit pro purgatione, eáque deiectoria, quum non exprimat qualis ſit inſtituenda. Attamen vomitio probatur ab Hippocrate & Galeno in bilis copia, quòd ſua leuitate ſurſum facilè moueatur: An ea ratione in propoſito affectu ſuſpecta eſt, quia partes ſuperiores magis, nempe faciem, ſoleat afficere eryſipelas: vt antè dictũ fuit? Cõueniet autẽ vomitus ad facilè vomendũ comparatis potiſſimũ, quãdo in partib. inferioribus fuerit eryſipelas. Dicit aũt euacuationẽ & phlebotomiã hîc locũ habere, ſc. purgationẽ in nõ exquiſito, prętérquã phlegmonode, & phlebotomiã in exquiſito ſi bene iudico, contra Tagautij interpretationẽ. Hic enim humor vitioſus nõ eſt, niſi quãtitate ſola: vnde nec opus eſt purgatione. Proinde ſubiungit autor, *quandoque enim euacuetur*. & paulò poſt *phlebotomia fiat, ſi expedit.* apertiſſimè innuẽs vtrũque remediũ in vtroque eryſipelate nõ cõuenire. Cõuenit tamen nõ exquiſito (œdematodi & ſcirrodi potiſſimũ) vtrũque, vt ex ſupradictis

licet

licet colligere: ſicut in exquiſito plerunq.neutrū. Siquidē naturæ quibus ſanguis eſt prætenuis facillimè reſoluuntur,& ægerrimè ferunt phleboto-miā. Eiuſmodi ferè ſunt bilioſi, vel natura ſua, vel ex accidenti quopiam & aſcititio tēperamēto. Quippe eorum corpora valde calida ſentiūtur,& imprimis reſolutioni exolutioníque obnoxia deprehenduntur, adeò vt mediç ſunt impatientiſſimi, & facillimè lipothymia corripiatur, ſi vel parum emittas ſanguinis, aut ſanguinem è vulnere fluentem ipſi intueantur. Sed is quoque paucus ineſt ſanguis, iſque vaporoſus, ita vt ſæpius erumpat flatus aperta vena. His ſi competat phlebotomia, ex vſu magis eſt euentilationis gratia (vt doliis muſto feruente plenis) quàm iuſtæ miſſionis ſanguinis. Vtendum potius eſt refrigerantibus, ad feruorē ſanguinis extinguendum: vbi vel paululum fuerit ſecta vena. Et Gal. ipſe lib. 14. meth. cap. 3. videtur phlebotomiam in hoc affectu planè diſſuadere. Nō tamē vſquā admiſerim, illā neotericorū Auicennæ ſequacium rationē, in bilioſis affectib. ſanguinē haudquaquā eſſe mittendum, quia ſanguis eſt frenum choleræ, de qua re nos plura in noſtra praxi cap. de Cauſo.

*Rec. prunorum damaſcenorum, XX.*] Alias xxiiij. Apud Rhaſen verò ita legimus: Tamarindorum dracm. x pruna ſicca & groſſa, viginti: coquantur in lib. ij. aquæ, donec diſſoluātur: deinde manibus fricata colentur. Huic colaturæ miſceantur ſuccari tabarzei, dracm. x. At Guido noſter requirit ſacchari violati ℥. xij. hoc eſt, quart. ß. Huic potioni Tagautius addit parū diluti rhab. vt ſit efficacior. Sed non probo, quod idem improbet electuarium de ſucco roſarum, quo in tali affectu nullum eſt præſtantius catharticum. Neque verenda eſt diacrydij caliditas, minor certè quàm in ſcammonio, ex præparatione in cydonio malo: cui præterea in ſupradicto electuario pleráque adduntur refrigerantia, nihil quod calefaciat. Et talia quidē in grauiore affectu ſunt neceſſaria: in leuiore autem, Galeno lib. 2. ad Glauc. aſſentior, plerunque ſufficere clyſterem paulò acriorem. 69.8.

*Tertiam rem complent infrigidantia & repercutientia.*] Dubitari plerunque ſolet, num ante vllam euacuationem liceat vti repellentibus. Equidem talia facilè conceſſerim, quando vrget maximè ardor, & verenda eſt caloris natiui corruptio: præſertim ſi non eſt eximia plenitudo, nec pars affecta principi vicinior, aut emunctorium eſt. Sed repellens mitius eſſe decet, & abſque manifeſta adſtrictione, vt aqua roſarum cum lacte muliebri. Vbi verò opportunè facta eſt quibus conuenit euacuatio, tunc fortioribus vti licet infrigidantib. atque humectantibus, vt ambæ humoris qualitates retundantur. qua ratione aliquando prorſus curatur eryſipelas: maximè vero exquiſitum & non vlceratum. Aliàs requiritur etiam aſtrictio minimè vulgaris, vt quando prætenuis humor eſt, & copioſior. Satius tamen eſt ſimul iungere has tres qualitates, vt totidem qualitatibus humoris ipſius contradicatur: calori (inquam) ſiccitati, atque tenuitati. Contra hanc ſententiam citari poteſt Hipp. aphoriſmus, quo eryſipelas intro conuerti, malum eſſe pronuntiat. Cui reſpondemus malam quidem eſſe 69.11.

quamlibet tranſmutationem à cute ad interiora & profunda, nobilioráq; membra, vt Galenus in comm.ſcribit: maximè verò omnium, ſi per viam criſis factum ſit eryſipelas, vt quidam interpretantur: vel ſi ita repellatur, vt materia impingatur viſceribus in quibus fortè committat eryſipelas, ad quod ſequatur lipyria febris. Aſt bilem in venas, prius debita euacuatione inanitas, retrudere, nihil habet periculi: præſertim quando haudquaquam malignus eſt humor. Quinimo, ait Gal. 14. meth. 17. ſi exiguum vitioſi humoris ad viſcera & magnas venas quis retrudat, nullum profectò quod ſenſu percipiatur, malum committet. At ſi eius non leuis quantitas ſit, in princeps aliquod membrum aliquando procumbit: vbi ſcilicet prius naturæ virib. totum corpus expurgantis, non ſit vel per deiectionem, vel vrinas, vel cutim qua totum corpus includit, vacuatum. Sed vtrius repellens fortius eſſe debet, phlegmones an eryſipelatis? Huius, opinor: quia fluxilis humor coërceri debet magis, cui facile non eſt præcludere viam: nec ita verenda eſt eius impactio. Eſt autem repellentibus locus toto morbi principio & incremento: ad reſoluentia enim tardius accedendum, quum ex ſeſe plurimum diſcutiatur humor. Nihilominus tamen iuuanda eſt eius diſſipatio ad finem ſtatus, & in tota declinatione. Rurſus quæri ſolet, frigidáne actu debeant admoueri repellentia. Et citatur Hipp. aph. 23. lib. 5. frigidum iuuat eryſipelas non vlceratum. nam quod vlceratum lædat, id commune eſt omni vlceri, ex aph. 20. eiuſdem lib. An refrigerantia tepido calore comitata, vim ſuam altius imprimere queunt: frigida verò admota poris condenſatis viam ſibiipſis præcludunt?

69.15. *Infrigidatione indigebit ampliori, quàm phlegmone.*] Et diuturniore quoq. Nam cùm phlegmonis ſtatus requirat ex æquo miſta repellentia cum reſoluentibus, in eryſipelate frigidis aſtringentibus, magis quàm reſoluentibus, etiam tempore ſtatus venit vtendum. Plus enim toto morbi decurſu ſtudendum eſt alterationi, quàm euacuationi: in phlegmone verò contrà res habet. Propterea Guido diſtinctè non explicat, quod ſit agendum ſingulis temporibus morbi huius, vt fecit in phlegmone, quia ſcilicet duobus his tantùm eſt inſiſtendum; alterationi (inquam) plus & diutius, reſolutioni verò minus. Ergo duorum duntaxat temporum fit mentio, principij atque ſtatus, ſub quibus alia duo comprehenduntur. An eryſipelas acutus adeò eſt morbus, vt ſtatim vigorem attingat: ideóque de induſtria nulla fit mentio remediorum augmenti?

69. 16. *Mutatio coloris.*] In naturalem ſupple: (atque tunc curatio eſt abſoluta) aut in liuidum & nigrum. Hoc tamen non fiet, ſi purum eſt eryſipelas, vt monet Gal. lib. 14. meth. med. cap. 3. Quòd verò iam eſt quodãmodo phlegmonodes, ſi pluſculum refrigeres, liuida cutis euadit. Eſt etiam verendus ſcirrhus, ex nimio refrigerantium vſu & repellentium.

69. 17. *Et in aliis in cura phlegmones iam ſup. dictis.*] Hic tamen conceditur vti puris exiccantibus cum refrigeratione: quia verenda minus eſt hoc tempore ſcirrhoſis: quum materia ſit pauca & tenuis. In phlegmone verò, vt diſcri-

diſcrimē illud vitetur, vtrunque malacticis vti pręcipimus. Non tamen expers erit quoduis eryſipelas ſcirrhoſis (præſertim minus exquiſitū) ſi quando importunè aſtringatur & refrigeretur: quod Cercilij puer ſatis docuit Galenum, lib. 2. ad Glauconem.

*Omnes, ab herpete vſque ad Cancrum.*] Cancri nomine hîc ſignificatur 69. 34
herpes eſthiomenus, vt mox explicabit, docens duas eſſe ſpecies puſtularū inſignium & nominatarum: vna eſt vocatus herpes, non qui generis nomē retinet (is enim propriè ſerpigo dici videtur, Gall. *derte:* de qua dicet Guido tract. 6. doctr. 1. cap. 3.) ſed Græcis dictus cenchrias, Latinis verò miliaris: quem formicam barbari etiam vocant. Altera, herpes eſthiomenus, barbaris (non iam Latinis, vt vult Guido) Cancer nuncupatus, quod ſit de cholera nō naturali per aduſtionem: vnde extremè ſicca & craſſa eſt: eáque nomine ſimillima atræ bili, quæ propriè dictos Cancros excitat. Simili in ſuperioribus phraſi eſt vſus, dum explicaret bilis ſpecies, diceretque ex illaudabili per aduſtionem generari ſecundum eius ſubtilitatem & groſſitiem, omnes puſtulas corroſiuas ab herpete vſque ad Cancrum: vt ſunt herpes, ferrugo & formica.

*Vna vocetur herpes.*] Galenus lib. 2. ad Glauc. cap. 1. triplicē facit her- 70. 4.
petem: vnum abſolutè ſic vocatum, generis nomen retinentem. Is ex tenuiore bile fit, quæ ſolā cutis ſuperficiem, (hoc eſt epidermida) quaſi deurit. Alter puſtulas paruas & multas in ſumma cute excitat, milio & forma & colore ſimiles: ob id ipſum miliaris nuncupatus, & quibuſdam nō ineptè Granuloſus. Hanc ſpeciem generis appellationem ſortiri, Galeno autore, Tagautius ſcribit: quia nōnunquā & ſimpliciter ſine additione herpes ab eodem vocetur. Quod argumentū eſt leuiſſimum: quum idem alibi herpetis nomine, exedentem ſignificet, vt etiam Tagautius annotat. qui profectō non ſatis explicauit, quiſnam herpes generis nomine abſoluto vocitetur. Tertius vniuerſam cutem, vſque ad ſubiectam carnem exulcerat. atque hunc Hippocrates ἐσθιόμενον (id eſt exedentem) cognominauit. Fit à bile craſſiſſima & puriore, non diluta humore pituitoſo, qualis (ſcilicet humore petuitoſo diluta) nonnunquam eſt quæ facit herpetem miliarem. Auicēnæ interpres quoduis herpes Formicam appellant, atque illius & Galeni diuiſionem ſequuti, primam ſpeciem Ambulatiuam (quæ dictio herpetis ſignificationem exprimit) appellant: ſecundam Miliarem, tertiam Corroſiuā. Ambulatiua, inquit Dynus, fit ex cholera pura ſubtili: miliaris ex cholera pituitę mixta: corroſiua, ex bile craſſa & aduſta. Guido noſter Græcam ſimul & Arabicam nuncupationem retinens, cum vocat herpetem, qui generis nomen ſimplex, abſolutum & ſine adiectione meruit: quia ſerpit duntaxat, & cuticulam arrodit: vt idem ſit cum exulcerato, vel nonnihil veſicato eryſipelate. Formicas verò appellat, alias duas ſpecies que ex bile fiunt craſſiore, & vna quidem eſt leuioris motus (vt ait Guido) hoc eſt, prōptæ arroſionis & depaſcens: eſthiomenos Hippocrati & Galeno vocatus: ex bile acri & tenui, ſiquidem alteri Formicæ comparetur, non tamen herpeti

ſupradicto. Altera eſt Miliaris nuncupata, ex craſſiore bile, aut bili mixto phlegmate generata. Tagautius iniuſtè Guidonem accuſat, quaſi confundat nomen formicæ, modò cum verruca, modò cum herpete exedente. Nã verrucæ obiter tantùm & diſtinctè ſatis meminit, ſcribens: verruca in naſcendo aſſimilatur formicæ, &c. Neque herpeten eſthiomenum idem eſſe putauit, quod eryſipelas vlceratum & puſtuloſum, ſed aliam ſpeciem quæ generis nomen retinet, quæ fit de cholera ſubtiliori, vt prius dixit. nam ex craſſiori fiunt formicæ, vt ſæpius repetit Guido. Ad herpetes non inconcinnè refert Tagautius morbillos & variolas, papularũ & pituitæ eruptiones Latinis vocatas, Græcis verò ecthymata & exanthemata.

70. 16. *Eſſe medium tranſitum ab eryſipelate ad formicam.*] Nempe inter eryſipelas & formicam eſt herpes, quem definit eryſipelas vlceratum & puſtulatũ, vt formicam herpetem malum. Inter formicam verò & cancrum eſt phagedæna, autore Galeno loco hîc præcitato, vbi ait: Huius certè generis eſt & quæ φαγέδαινα dicitur, & exulcerati cancri, &c. At tenuiſſimus quidem in huiuſmodi humoribus eſt, is qui exulceratum herpetem excitat: craſſiſſimus, qui cancrum. Proximum ab his locum occupat, quod ad craſſitudinem attinet, qui φαγέδαινας creat, &c.

70. 18. *Curatio tres habet intentiones vt eryſipelas.*] Quatuor aſſignauit eryſipelati, quarum tertiam hîc non conuenire, mox docebit.

70. 21. *Niſi quod iuuamentum ex phlebotomia minus in hoc eſt.*] Quinimo, vt Galenus præcitato loco monet, quum tenuis ſit humor qui herpetem creat, abunde etiam eſt aluum leuiter ſoluiſſe, vel vrinas per ea quæ id modicè efficiunt citaſſe.

70. 24. *Non ergo cum lactucis, &c.*] Ex Galeno tranſcripta ſunt hæc, vt videtur, contra Auicennæ ſententiam, qui iubet initio formicæ vti lactuca, ſemperuiuo, portulaca & ſimilibus.

70. 28. *Sufficiunt vnguenta alba & metallica.*] Tale eſt de ceruſa cõpoſitum, quo Galenus (ſæpe citato loco) Romanam mulierem curauit. Sed interpres φύκον abſurdè interpretatus eſt algam. Eo nihil proficiente, ad ſimile (ſed efficacius) tranſiuit Galenus: nempe ad id quod ex ceruſa vſta: vocant ſandycem, noſtri minium.

70. 30. *Formica eſt puſtula, vel puſtulæ.*] Ab animalis ſimilitudine appellationẽ deſumptam eſſe volunt, paruitatis ratione videlicet, necnon ambulationis atque puncturæ. Ait verò eſſe puſtulam: vel puſtulas, Auicennam imitatus: quia rariſſimè vnica fit, ſed plures ſimul eandem partem occupant.

70. 34. *Adeo vt quibuſdam viſum ſit.*] Eam ſententiam non improbauit Galenus, qui pręcitato loco ſcribit: Modo vacuabis eo quod miſtæ eſt facultatis: ſcilicet bilem & pituitam ſimul educẽtis. Velut in altero herpetum genere, quem à ſimilitudine quam habet cum milio, κεγχρίαν appellant, &c. Adeò non ſine ratione quibuſdam viſum eſt, in eiuſmodi vitio, bili eſſe aliquid pituitæ admiſtum.

*Li. 14. meth. cap. 17.*

70. 36. *Formica non habet eſcharam.*] Ea præſertim quæ fit ex tenuiore bile, &, abſque

abſque pituita.

*Sentitur quaſi punctura formicæ.*] Et ab eo ſymptomate, ſeu ſpecie doloris, 70.39.
appellationem ſortita eſt.

*Verruca in naſcendo aſſimilatur formicæ.*] Excuſari nequit Auicenna, quando verrucas cum herpetibus confundit apertiſſimè. Fortè quia Græci verrucas quaſdam μυρμήκια nuncupant, quod Latinè ſonat formicas. Erroris verò occaſionem præcipuam ſumpſiſſe videtur, ex eo quòd Galenus 14. methodi, cap. 17. ex profeſſo tractans de herpete, myrmeciarum (hoc eſt, verrucarum) etiam aliud agens meminerit. Guido Auicennæ ſententiam prudentius inſtituto ſuo adaptans, & quaſi ab errore illum vendicare ſtudens, ſcribit diſtinctè, verrucam dum gignitur aliqua ex parte cum herpetis puſtula ſimilem eſſe, non tamen in materia. Quippe verrucas ex melancholico humore, vel phlegmatico ſalſo in melancholiam conuerſo gigni, ſuo loco docebit autor: herpes verò fit à biliofo. In hoc autem conueniunt, quòd ſint puſtulæ & bothores, medicationem quandam formicarum modo inducentes. Differre etiam vult Guido, in eo quod verruca tandem fit clavalis, non tamen omnis. quippe, vt proprio capite monebit, aliæ porrales dicuntur, quia ſunt inciſæ & ramificatæ ad modum capitis porri: quidam clauales, non inciſæ, ſed capitatæ & radicatæ ad modum claui: & quædam cornales, nempe additiones ſpiſſæ vngulares. &c.

*Virtutem turbith addere, & etiam epithymi.*] Quia (vt ſubdit Auicenna) 71. 8.
neceſſe eſt illic eſſe ex melancholia & phlegmate, quæ admiſcentur choleræ. 71.14.

*Et ſi in ea decoquerentur capita piſcium ſalſorum.*] Et quando pertranſit principium (inquit Auicenna) oportet tunc vt curetur cum eis quæ ſunt ſicut caput piſcis ſaliti aduſtum, cum vino Pontico. An ſignificatur mænidum ſale inueteratarum caput, quo (vt refert Galenus libro 11. ſimplicium) ad ſedis fiſſuras vtebatur quidam: & is ipſe ad columellam diu induratam? Videtur ergo vis illarum eſſe deſiccatoria, inquit, non admodum acris. nam id aduſtarum quæpiam obtinent, ſicut omnes communiter deſiccationem. Eiuſdem planè generis & facultatis eſt Smaris vocatus piſcis, vulgò *Picarel*. Vnde Plinius & Dioſcorides ad eadem vtuntur. Guido in tractatu quarto, doctrina prima, capite tertio de vlcere ſordido & putrido, rurſus mentionem facit ſimilis remedij ex carne piſcium ſalitorum.

*Quando autem manifeſtè apparet eroſio.*] Omne vlcus exiccari deſiderat 71. 20.
medicamento (vt inquit Hippocr.) non aſpero ſeu mordenti, & vehementer irritante: præterquàm vbi malignum & cum putrilagine fuerit. Tale ſiquidem acriora expetit medicamenta, & quæ ignis vires habeant.

*Sanant corroſionem.*] Aliàs, ſanam procurant carnoſam: ſed magis aperta
eſt lectio hæc, quam retinere maluimus. 71.26.

*Sanguis crudus, ſiue diminutè coctus.*] Explicat modum cruditatis. ſiquidem 71.37.

*Humor crudus quot modis dicatur.* trifariam dicitur humor crudis. Primò qui eſt infra naturam ſanguinis, in ſanguinem tamen poteſt conuerti, quia eſt duntaxat diminutè coctus, vt pituita. Secundò, qui etiam infra ſanguinis formam eſt, ſed ad hanc non habet aptitudinem, vt melancholicus humor, multóque magis ſerum, & aqua in rheumate deſtillans. Tertiò, qui ſupra ſanguinis elaborationem eſt, vt bilis. Atque hi omnes crudi humores vocati, vna conditione tenētur, quod non ſint alibiles: & in vniuerſum crudi à modicis nuncupari ſolent. Alia eſt *Aph.22. lib.1.* cruditatis acceptio, in eo Hippocratis aphor. qui habet, Concocta medicari atque mouere, non cruda: nempe crudos alioqui humores in prioribus ſignificatis, vult eſſe maturandos & pręparandos ad excretionē, prius quàm medicato cathartico oppugnentur. Atque ſic apparatos appellat cōcoctos, non qui ſunt alibiles.

71.43. *Colore declinans ad quandam albedinem.*] Rectè inquit declinare ad quādam albedinem, quum propriè nullius ſit coloris, vt aqua vel glacies: niſi quando ſiccitate fit gypſeum phlegma. Tunc enim verè eſt candidum. Sic rectè ſubiungit, declinare ad dulcedinem, quum verè inſipida ſit pituita naturalis. Dulcis enim mox non naturalis ab eo dicetur, quæ ex ſanguinis permiſtione talis euadit.

72.1. *Quos ſi tranſeat, non eſt phlegma.*] Id commune eſt omnibus humoribus, in ſua temperie quandam habere latitudinem, in qua ſecundum intenſum & remiſſum variæ ſunt diuerſitates, prius quàm eorum forma ſubſtantialis prorſus amittatur.

72.9. *Vt ſi ſanguis, efficitur phlegma dulce.*] Quo modo eſſe poteſt innaturalis pituita ex ſanguinis permiſtione, quum ſanguinis temperies & benignitas alium quemuis humorem reddat meliorem & ſalubriorem? An pituita, vt alius quiuis humor, certam portionem ſanguinis requirit, vel facilè admittit, vt quibus eſt dicata partibus nutriendis, accepta & grata ſit: ab immodico verò ſanguine ſic alteratur illius natura & conditio, vt iam minus ſit iis conueniens. Atque tunc ratione optima dicitur, ſaltem, earum partium reſpectu innaturalis, & affectum præter naturam in iis committere poteſt.

72.10. *Sunt ergo octo ſpecies phlegmatis non naturalis, ſecundum Auic.*] Nempe corrupti phlegmatis modi, ſunt Auicēnæ, ex parte quidem ſaporum ipſius, quatuor: ſalſum, acre ſeu acidum, ponticum ſeu auſterum, & dulce. Ex parte verò eſſentię illius, totidem: aquoſum, muccilaginum, vitreum & gypſeum. Inſipidum verò ſub dulci, & crudum ſub muccilagineo, idem autor comprehendit. Eſt autem aquoſa pituita, valde liquida, vt quam nares deſtillant in coryza ſeu grauedine. Muccilaginoſa verò qualem lithiaſi laborantes cum vrinis emittere ſolent, caſeo liquato ſimillimam. Vitrea autem, quæ vitro fuſo aſſimilis eſt craſſitie, viſciditate & grauitate. Gypſea, quæ gypſum repræſentat: cuius liquore abſumpto craſſiores partes lapideſcunt. atque tunc humor amplius dici non poteſt. Salſa pituita fit putredine (vt voluit Galenus) aut modicæ bilis permiſtione. Sic enim ſalſum euadit mare, vſtis fuliginibus aquæ permiſtis. Acida ex miſtio-

miſtione humoris melancholici euadere ſolet : vnde etiam fit auſtera:
vtraque tamen ſine alterius miſcella talis euadere poteſt : nempe acida,
quoties pituita præter naturam incaleſcens , patitur caloris ſui diſſipa-
tionem:quomodo ex vino fit acetum. Auſtera verò , quando frigore expri-
muntur portiones quæuis tenuiores , manentibus craſſis & terrenis velut
concretis. Dulcis præter naturam fit,quæ inſipida eſſe debet,ſanguinis por
tione aliqua (vt ſuprà dictum eſt)admixta.

*Ex phlegmate crudo,&c.*] Nunquid pituita omnis cruda eſt, vt propoſita 72.1.
ſpecies ab aliis non differat eiuſmodi qualitate? Omnes quidē pituitæ ſunt
crudæ,hoc eſt formam nutritioni ineptam habent,præter eā pituitam quæ
dicitur naturalis. Aliqua tamen ex iis præterea dici ſolet cruda, non modò
quòd naturali crudior ſit,ſed etiam quia eſt coctioni prorſus inepta, eáque
naturalis ipſius pituitæ excrementum proximum eſſe videtur craſſius , vt
aquoſa tenuius. Fiunt autem ex crudo illo phlegmate & mucilaginoſo pro
priè dicta atheromata, ſtratomata & melicerides.

*Et malum regimen.*] Si malum regimen eſt de cauſis primitiuis, non mi-
nus quàm percuſſio & caſus , manifeſtè apparet etiam tumores qui per 72.30.
congeſtionem fieri dicuntur,cauſam primitiuam habere poſſe, vt in ſupe-
rioribus annotaui. Eiuſmodi verò ſunt pleraque apoſtemata pituitoſa. Non
enim omnia fiunt κατὰ συναθροισμὸν, ſed plurima eorum per defluxionem, vt
tumores pedum in cachexia,hydrope, &c. De cauſis primitiuis eſt deam-
bulatio & caſus,à quibus nonnullis tument pedes,& inſignis frigiditas ae-
ris vel aquæ,tandem morbos ex congeſtione ſenſim producens.

*Et remaneat impreſſio poſt digitorum remotionem.*] Quia humor eſt craſſus 72.32.
& viſcidus,à quo caro & cutis euadit velut paſta.

*Cum quadam attenuatione.*] Hoc eſt attenuatione & inciſione. An verò 73.4.
etiam tenuis & exquiſitus victus hîc conueniat,poteſt dubitari. Etenim vi-
ctus tenuis & exquiſitus non poteſt iis conuenire,qui chronico morbo con
flictantur, qualis eſt œdema. verumtamen huc pertinere videtur quod ait
Hipp. Carnes humidas habentibus famem adhibere conuenit. Sed & ma-
ximoperè cauendum eſt,ne ex copia ciborum fiant cruditates: vnde mate-
ria morbi vſque & vſque augeatur : néve ab huius concoctione auertatur
ſubinde natura,in ciborum confectione occuputa.

*Neque fructus grandiores.*] Dubitari poteſt ad quid referatur grandior,
ad fructus an ad piſces. Et piſces quidem cetaceos hîc eſſe maximos, du- 73.9.
bium eſſe nequit. ſed non minus officiunt craſſiores grandioréſve fructus,
vt pira, poma, cotonea, caſtaneæ, & eiuſmodi : vt concedantur vuæ paſſæ,
caricæ,nuclei pinei,amygdala,nuces iuglandes,& auellanæ, piſtacia, & hu-
iuſmodi minutiores fructus. Tagautius de horariis & immaturis di-
ctum Guidonis neſcio qua ratione eſt interpretatus,quanquam eſt veriſſi-
mum tales hîc valde incommodos eſſe.

73. 11. *Venter laxetur ficub. & cartamo.*] Sumũtur caricæ pingues numero quinque vel ſex: implẽtur medulla ſeminis cartami, & deuorantur ſummo mane, vel (vt aliis placet magis) prima menſa. Benigna eſt purgatio, & ſenib: conuenientiſſima. Galenus eam ſic inſtituit lib. 5. ſanit. tu. cap. 13. A caricis pinguibus detrahatur exterior pellis, pari modo & ipſi cnico. mox ambo ſimul tundantur, ſítque par pondus vtriuſque Eius mixturæ ſumatur duarum triúmve caricarum magnitudinis modus.

73. 13. *Fugiat balneum.*] Balneum aquæ dulcis, aliúdve refrigerans & humectans, fugiendum quidem eſſe conſtat: quod vt ſignificet autor ſubiungit, *& omnes res humectantes.* Nam ſponte calidum ſeu minerale (ſulphureum inquam, bituminoſum, aluminoſum, vel nitroſum, quale eſt noſtrum Balarucenſe, ad Beli lucum vel lacum, vt quidam interpretantur, pituitoſis affectibus conuenientiſſimum) aut tale arte paratum quod ſiccet atque reſoluat, cuiuſmodi facillimè inſtitui poteſt, omnium remediorum vim & efficaciam ſuperat, & potatum & appoſitum. Conueniunt etiam thermæ ſicciores & hypocauſta, quibus ſudo vtiliſſimè prouocatur.

73. 15. *Et ſi plethora adeſſet.*] In vero & exquiſito œdemate locus non eſt phlebotomiæ: ſi credimus Tagautio, quare in plethorico vix eſſe poteſt exquiſitum œdema, quum in eo non magis abundet pituita quàm reliqui humores. Ego verò contrà, in exquiſito œdemate locum eſſe phlebotomiæ omniũ maximè defendo, poſt œdema phlegmonodes: ſi verum eſt quod ſtatuit Guido, œdema legitimum fieri non ex pituita ſyncera & ſecreta, ſed ſanguine pituitoſo: qualis plurimus poteſt effundi in partem aliquã plethorici corporis: ipſa nimirum ſanguinis maſſa eo modo ſe repurgante, & vi expultrice quod crudius eſt reiiciente. Atque hæc de legitimo. In non legitimo autem, phlebotomiæ locus eſſe poteſt, ſed parcè: maximè verò vbi ſimul fuerit plethora, quæ in quouis morbi genere ſanguinis miſſionem permittere videtur. Quod autem mox ſequitur, de repellentibus initio œdematum conuenientibus, id confirmat noſtram ſententiam in ſuperioribus explicatam, etiam tumores frigidos via defluxionis excitari, neque omnes eſſe ex congeſtione. Siquidem repulſio fluenti humori duntaxat conuenire poteſt. Nunquam tamen vſurpanda ſunt repellentia, prius quàm antecedens materia ſit vel purgante medicamento, vel alio conuenienti remedio, magna ex parte reuulſa. Falco in hunc locum annotat, œdemati facto per defluxionem competere medicamentum repellens, quod ſit compoſitum ex calido & frigido (hoc eſt, temperato in actiuis qualitatibus: nam frigiditas hinc excluditur ab autore, caliditas verò contraria eſt repercuſſioni) cum ſiccitate & aſtrictione.

73. 24. *Sufficit aliquando & ſpongia ſola.*] Puto voluit dicere nouam, vt Galenus ex quo id tranſcripſit. Talis verò eſſe debet, tum vt aliena qualitate infecta non ſit, tum vt marinæ ſalſuginis vi potentius exiccet ac digerat. Quod ſi eius copia non adſit, inquit Galenus, curioſè abluatur nitro, aphronitro & lixiuio colato. Sequitur: *loco ſpongiæ adminiſtretur pannus duplicatus*: vbi

Fal-

Falco legit *pannus cœruleus*, vulgo blauus, & rationem eſſe vult, quia eiuſmodi color requirit pannum alumine iam infectum, cuius ratione ſiccat maximè & reſoluit.

*Cum bona ſtrictione, à capite membri incipiendo.*] Niſi velit Guido, caput 73.28.
dici cuiuſque membri, ipſam extremitatem, falſa erit ſententia. Quippe ab inferiore parte ligaturam aggredi ſemper oportet, vt iubet Gal. lib. 2. ad Glauc. Idem ſuadet Auic. ex quo ferè ad verbum hæc ſunt tranſcripta. Ait enim, Et oportet in illa ligatura vt ſit inceptio ab inferiore ad ſuperius. Eſſe verò faciendam ligaturæ iniectionem, compreſſionem, atque omnem diſtributionem, veluti in fracturis, Galenus ipſe annotauit.

*Laudat Rogerius diachilon, quod ipſe conficit.*] Rogerius cataplaſma vo- 73.42.
cat. Eſt autem velut diachylon ſimpliciſſimum. Idem ſubiungit emplaſtri ſuppurantis duas deſcriptiones, ex quibus vnicam facit Guido.

*Quia tardè, aut nunquam aperietur.*] Et verendum eſt ne poſthac ſuper- 74.15.
ſit vlcus malæ curationis, ſinus (inquam) vel fiſtula, vt ſæpius à nobis fuit obſeruatum.

*Olei antiqui.*] Adde etiã cerã ex Dino, & vnguenti forma erit prꝺſtãtior. 74.10

*In membranis quæ circa profundũ conſiſtunt.*] Nempe quib. oſſa circundan- 74.23
tur, vel quꝺ muſculos viſcerúmve aliquod includunt, vt Galenus explicat. Incidunt porro ex percuſſionibus eiuſmodi affectus, inquit, vbi ſcilicet vel muſculus, vel membrana quꝺ os circuit, eſt contuſa.

*Nam perfecta quidem infrigidatio.*] Galenus lib. 3. de cauſ. ſympt. hoc 74.29.
„ eleganti & propria ſimilitudine ſcienter explicat, Quemadmodum, ait,
„ in externis rebus videmus, vt frigidiſſima conſtitutio (maximè ſpirante
„ borea) aërem ſereniorem reddit, ac calidiſſima per æſtatem conſtitutio
„ ambientem nos aërem purum efficit, mediæ verò conſtitutiones nebulas pariunt: ita in animãtibus accidit, &c. Atque eò refertur quod dixit Hipp. aph. 1. lib. 6. In longis læuitatibus inteſtinorum, ſi ructus acidus fiat, qui prius non erat, ſignum bonum.

*Dolorem exceſſiuum pariens.*] Alij extenſiuum legunt, quos ſequutus eſt 74.39.
Tagautius. ſed melius (ſi bene iudico) exceſſiuum dicimus: vt reſpondeat ei quod in fine capitis ſcribetur, *cum dolore æſtuatiuo intolerabili.*

*Et cum tali tragea.*] Τραγήματα ſunt bellaria, id eſt ſecundæ menſæ, vt 75.12.
Græcorum imitatione dicunt Latini. Hinc tragea, Gallis dragea, recentioribus medicis & vulgo dicta. Sumitur verò iiſdem pro craſſiore puluere ſaccharo conditọ, in fine paſtus aſſumendo vtplurimum. Noſtri puluerem poſt paſtum appellant. Nicolaus Myrepſichus δραγγαίας vocitat, ex barbara dictione Grꝺcam (vt apparet) contingens. Parat autem pulueres eiuſmodi drãgeas nũcupatos, magna ex parte cathartico, circa mediã noctẽ ſumẽdos.

*Euaporent & aſtringant moderatè.*] Galenus hoc prꝺſcribit ad inflationẽ 75.18.
muſculorum, potiſſimum eam quꝺ ex contuſione eſt orta. Debẽt enim cõtuſi muſculi (inquit) liniri medicamento cui mixta facultas ſit, quæ ſimul concoquat, digerat, & modicè aſtringat. quando ſi nihil habet aſtrictionis

auget aliquando phlegmonas: ac maximè in iis corporibus quę ſunt plethorica & ſanguine abundant. Ergo trium iam cōprehenſorum indicationum, in muſculis ex plaga inflatis memor, &c. Ex quibus apparet, non eſſe tumoris flatulenti curationem hanc, ſed contuſionis, à qua veremur phlegmonem. Atque iſtud debuit explicare diſtinctius Guido: quum flatus diſcuſſio aſtringentibus impediatur, magis quā iuuetur. Etenim ad flatus diſcuſſionem opus eſt rarefacientib. quæ denſitatem cutis recludant, & corporum meatus laxent.

76.14. *Sicut flatus rarò reperitur ſine aqua.*] Nam cùm ex humore aliquo excitatur flatus, rarò totus humor in flatum diſſoluitur: vnde aliàs huius, aliàs alterius copia maior eſt, pro ratione ſcilicet maioris & minoris efficaciæ diſſoluenti calori inſitæ.

76.22. *Oportet hic eſſe magis deſiccans & calefaciens.*] Quoniam, vt ſuperius dixit, in apoſtemate aquoſo eſt debilior calor, quàm in ventoſo. Eſt etiam debilior quàm in œdemate vero, quod ex ſanguine pituitoſo fieri diximus. Eiuſmodi enim materia eſt ſanguis ſolùm diminutè coctus: humor verò aqueus, eſt planè crudus. Exiccantius autem requiri medicamentum, ſatis eſt notum, quum humor aqueus vapore aut fumo ſit longè humidior.

76.33. *Vt ſunt panis factus ex farina hordei & lacte tithymali.*] Eſt panis lacticiniorum vocatus in antidotario, capite de medic. purgant. humores. Puluis autem factus de eſula, cataputia & tartaro (non vt alij legunt, cartamo) idem pollet, vt ex eodem loco intelliges.

77.6. *Quod ſufficit.*] Auicenna doſin limitat, nempe trium poſtremorū ana ℥ ij. ſuperiorū vero omnium, ana ℥ j. Cùm autem multiplex ſit ariſtolochia, vbi abſolutè pronūciatur, rotunda ſignificari ſolet; vt ſemel iſtud moneam.

77.11. *Glandula, & ſcrofula, nodus, &c.*] Horū omniū explicationes in linguarū Guidonis interpretatione dabūtur: quāuis & hoc loco nōnulla definiemus, ad tollēdas cōtrouerſias, ne qs fortè diuerſorū autorū verbis hallucinetur.

77.20. *Glandula, ad formam glandis dicta.*] Glandula Auicennæ idem tumor eſſe videtur, qui Græcis Ganglion dicitur, vt diſertè explicat Tagautius. Nam collatis Pauli Æginetæ atque Auicennæ ſententiis, affectus ſimilis deſcribi deprehenditur. Sed non placet, quod idem Tagautius paulo pòſt annotat, Lupiam quoque Ganglion eſſe Græcorum: cùm illa non ſit velut nodus, vel cōcretio in neruo aut tendone, ex ictu aut labore, in manibus & pedibus potiſſimū naſcēs, quod requiritur in Ganglio, & Glandula ſeu nodo Auicennæ. Guidoni verò aliud dicitur Glandula, nēpe tumor ſeparatus & mobilis, idémq. mollior, & in emūctoriis maximè proueniēs: parte (in quā) laxa, ex materia illic coaceruata: aut ex carne eiuſdem loci (vt Leonidæ placuit referente Aëtio) quæ affinitate quadam ad ſtrumarum naturam vertitur, materiæque acceſſione augetur. Alia ratio eſt glandularum ſeu adenum quæ à prima conformatione & naturæ inſtituto ſunt in emunctoriis, quando tumeſiunt & indurantur. Hic ſiquidem affectus verè eſt ſtruma, & barbaris dictus Bubo fugilinus vel fugilicus. Niſi tamen quis

malit,

malit, hanc dictionem peculiariter deberi parotidi factæ ſcirrhoſæ, quod Auicenna ſcribat, Fugile eſt de genere apoſtematum glanduloſorum, & quaſi hoc nomine appropriatur illud quod fit poſt aurem. Guido ipſe doctr.2. huius tract.cap.5.ſatis explicabit quid vocitet fugilicum bubonẽ: vt mirari ſubeat Tagautium dubitaſſe, cur hoc loco recenſeatur iſte affectus inter phlegmatica apoſtemata.

*In collo vtplurimùm reperta.*] Illic quidẽ frequentiſſimè indurãtur, glan- 77. 22.
dulæ, fiúntque ſtrumæ: nõ rarò tamen & in axillis, & in inguinibus. Omnes ſuis tunicis includi, perinde ac ſteatomata, atheromata & melicerides, annotat Ægineta. quod de iis verũ eſt quæ ex aliena prorſus materia fiũt, non ex ſubſtratis adenibus: vt quos tumores hîc Glãdulas, nõ Scrophulas vocitat. Sequitur in contextu: *Lupia ſicut Lupus mollis.* vbi videtur alludere ad florem Lupuli plantæ, qui herbaceus eſt & mollis, conſtans foliolis implicatis, ipſe rotundus & tuberoſus: cui non malè compares tumorem Lupiam vocatum.

*Dicta in capite Talparia.*] Ioannes de Vigo diſtinguit talpam ſeu topi- 77. 26.
nariam à teſtudine, quod hæc ſit eminentia ſatis ampla, coloris albi, tractabilis & mollis, cyſtin habẽs ſicut nodus, lib.2.tract.3.cap.1.

*Natta eſt etiam excreſcentia.*] Petrus de Argillata definit Nattam, tu- 77. 29.
morem amplum, carnoſum & mollem in dorſo, & humeris potiſſimùm. Aliquando in maximam molem aſſurgit, nullum tamen infert dolorem, aut perexiguum.

*Plura alia nomina habent.*] Et elegantiora quidem ſunt Græca, *μελικηρὶς*, 77. 31.
*στέατωμα* & *ἀθήρωμα*: quibus etiam contenta materia ſignificatur.

*Continentur in ſacculo, ſiue cyſti.*] Κύστις eſt veſica. Antiqui etiam *χιτῶνα*, 77. 34.
id eſt tunicam, appellarunt, eam mebranam ſeu pelliculam & velamẽtum quo ceu ſacculo incluſa continetur materia.

*Crapula, & regiminis grauitas.*] Quum hi tumores vtplurimũ fiant per 77. 42.
congeſtionem, quis iam negarit congeſta apoſtemata habere cauſam antecedentem, atque ipſum fiens? Nam improba victus ratio iſtorum generationis cauſa eſſe poteſt, quanuis prius fuiſſent robuſtæ partes, cum in alterando, tum in expellendo. Quid quod in cap. vniuerſali apoſtematum, circa finem cauſarum ſpecialium, ſcripſit ſubſtantiam extraneam quæ aſſimilatur melli, fæci, &c. qualis in glãdulis reperitur, eſſe ab aliquo humore non naturali mox à principio fluente? Hoc magis confirmabit, quando ſcirrho quoque attribuet cauſam primitiuam, vt malitiam regiminis multiplicantis melancholiam & ſanguinis craſſitiem.

*Et phlegmones permutati.*] Tagautius legit, *& vera œdemata, quæ in ab-* 77. 43.
*ſceſſus degenerant.* Fortè quia phlegmones (ſaltem exquiſitæ) materia, vix in aliud quàm in pus mutari poſſe videtur. Sed quum hoc ſit quodammodo phlegmaticum, nullíque humori aptius conferri queat pus, quàm pituitæ, tum ſubſtantia, tum colore, præſertim quod eſt laudabile: non immeritò abſceſſus ex prægreſſa phlegmone genitos, exituras etiam vocatos, inter

phlegmaticos recenſemus. Sic in loco præcitato de cauſis ſpecialibus apoſtematum, dixit talia fieri ex humore non naturali mox à principio fluente, aut ex putrefacto (id eſt ſuppurato) phlegmone coadunari pus velut in aliquo ſinu.

78. 3. *Melli, pulti, & adipi.*] Eiuſmodi abſceſſus ſunt Græcis vocati μελικηρίδες (mellifauia quidam vertunt) ἀθηρώματα & ςεατώματα, pro materiæ cõtentæ ratione, in quibus præcipua & frequentiora conueniunt apoſtemata, aliàs diuerſis nominibus ſignificata, pro ratione formæ, aut mẽbri, vt monuit autor. Nam ſeu melli, ſeu pulti, aut adipi ſimilem cõtineant materiam, ampliores hi tumores vocitantur Teſtudines aut Natæ: iidémque ſi fuerint in capite, Talparia, in collo Bocium, in teſticulis Hernia: σαρκοκήλη videlicet. Minoris molis ſunt Lupia (vt dicet Guido in proceſſu particulari) glãdula, fugilinus bubo, Scrofula atque Nodus.

78. 9. *Nouæ & tractabiles videntur eſſe reſolubiles.*] Tractabiles dixit, non pro mobilibus, ſed pro mollibus: ſiquidem iis mox duras opponet.

78. 11. *In fiſtulas & cancros.*] Hoc eſt, in fiſtulas & cancros degeneraturas.

78. 16. *In talibus parum proficit exterius operari.*] Arnaldus ait abſolutè, nihil proficit. Quod verò ſubiungit Guido, multum conferre potiones diureticas, veriſſimum eſt: non quod ex ſero fiant huiuſmodi tumores, ſed quòd humor craſſus & crudus, eorum materia, vſu acrium (talia verò ſunt propriè vocata diuretica) liquefiat & in ſerum conuertatur. idipſum autem liberius trahunt renes: vnde per accidẽs purgant ſanguinẽ à craſſis humoribus.

78. 20. *Adhæc habentes frontem curtam.*] Auicenna collum breue etiam requirit. Itaque & caput & collum veluti compreſſa, erunt eò latiora, quò breuiora: & humoris craſſi capaciores circa collum adenes. Eadem ſtructura bocio vocato plurimum obnoxios reddit.

78. 23. *Et commiſſuras.*] Capitis, ſupple. nam ob propinquitatẽ cerebri eſt periculoſa, vt ipſe repetet cap. 1. doct. 2. tract. huius. In collo autem maximè verenda eſt chirurgia, ob inſignes venas iugulares, & arterias carotidas, nec non vocales neruos. Sic enim mox recurrentes nuncupare voluit Galenus, *lib. 1. loc. aff.* vbi narrat hiſtoriam illius qui mutus euaſit, & alterius qui ſemimutus, ex præciſione eorum neruorum per ſtrumarũ amputationẽ, extractionémve.

78. 28. *Curatio duos habet proceſſus.*] Vniuerſalis curatio ſiue proceſſus eſt qui omnibus ex æquo phlegmaticis abſceſſibus conuenit: particularis verò, qui ſingulis differentiis ſeu ſpeciebus eſt proprius. Ille vniuerſo corpori prouidet, ne materia pituitoſa gignatur, aut accumuletur: idque tenui & attenuante victu, necnon phlegmaphygis ſubinde vſurpatis. Particularis verò curatio, circa topica & chirurgiam verſatur duntaxat.

78. 33. *Et potum aquæ frigidæ.*] Præſertim niuoſæ, aut prius glaciatæ. ſiquidem ex tali potu Sabaudis & Heluetiis frequentem eſſe brõchocelen, vulgo dictum bocium, doctiores obſeruant. Eadem forſitan ratione Hiſpani ſtrumis valde ſunt obnoxij: quod ij apprimè delectentur potu niue aut glacie refrigerato per vehementiſſimos æſtus.

*Maximè*

*Maximè ſaporis tartarei.*] Id eſt, quæ vini fæcem (tartarum etiam Latini dicunt) ſapore repręſentant. 78. 38.

*Secundum completur tripliciter.*] Hoc non rectè imitatus eſt Tagautius, quando ſcribit quadruplici euacuationum genere abſolui alteram partem prioris proceſſus. Autor ſiquidem triplici eſt contentus, quia perpetuò tribus vacuationum modis eſt vtendum, ſcilicet vniuerſali euacuatione, & aliàs quidem purgatione, aliàs verò (ſed perquàm raro) phlebotomia. deinde particulari euacuatione per vrinas: poſtremò particulari magis, per ipſammet partem affectam, reſoluendo nimirum quod ei eſt impactum. 78. 39.

*Athanaſiam, atque ambroſiam.*] Vtraque deſcribitur lib. 2. de antid. ante medium, & Athanaſia quidem refertur ad Mithridatem, Ambroſia verò ad Philippum Macedonem. Earundem meminit libr. 4. loc. aff. cap. vltimo de pulmonis vlceribus valde reſiccandis agens. Diacalaminthen verò (quã ex cretica fieri iubet) deſcribit libro 4. ſan. tu. Hæc vilior eſt, reliqua valde pretioſa. 79. 14.

*Olea etiam inijcienda in aures.*] Vide Rolandum lib. 2. cap. 3. & illius ſequacem Rogerium lib. 2, cap. 10. qui oleum auribus inſtillandum ad ſcrophularum ſanationem deſcribunt, empiricum ſanè remedium, & minimè vſurpandum, ſi quis auribus etiam (vt docet) velit conſulere. 76. 16.

*Sumit diuerſitatem à materiæ ſubſtantia.*] Subſtantiam dicit in apoſtemate, mollitiem & duritiem, mobilitatem & adhærentiam, ſuppurabile aut nõ ſuppurabile eſſe, atque ſimilia, quæ materiæ naturam ſequuntur, hæc verò ſubſtantia eſt. A quantitate, dicuntur magna & parua, ampla & anguſta: vt à tempore recentia & inueterata. 79. 20.

*Conſtringuntur & deſiccantur.*] Hoc eſt, comprimendo atteruntur & comminuuntur, adeóque diſcerpuntur: & tandem fortiter exſiccantibus abſumuntur. 79. 26.

*Quæ erunt, immobiles, &c.*] Scilicet, quæ non poterunt cum prædictis curari, ſed immobiles ſunt & infiltratæ. Hoc enim differunt à proximè dictis, cum ſuperioribus autem atque his conueniunt in contumacia. 79. 30.

*Quoniam, vt ait, digerit ipſas.*] Supple, glandulosum apoſtema, vt loquitur Auicenna. Porrò, non eſt diſſimilis huic curatio Ganglij apud Aëtium ex Philagrio lib. 15. cap. 9. quanuis ſuperius monuerim, lupiam à ganglio nonnihil differre, ſi nõ ſubſtantia, attamen ſede, & quibuſdam accidentibus. 79. 34.

*Ex plumbo vſto & fuligine ſambuci, &c.*] Hæc in Rogerij cõtextu non leguntur, ſed in annotationibus ad impreſſos codices, ex Rolandi contextu, 79. 40.
„ ſcilicet, quem ferè tantum Rogerius tranſcripſit. Ait autem, combure plũ-
„ bum cũ lignis ſambuci, vel ficus, vel coryli: & fac vnguẽtũ cũ oleo & aceto,
„ & inungas glãdulas. deinde laminã plũbi tenuẽ & planã firmiter ſuperliga
„ & dimittas per nouẽ dies: poſtea auferas, & iterũ inunge, poſtea laminã ſu-
„ perpone: & ſic per tres hebdomadas hoc facias, & ſic faciẽdo liberabitur, ſi Deus voluerit. Oribaſius nõ lamina plũbea fuit cõtẽtus, ſed plũbeũ orbiculũ ad inſtar verticilli ſeu ſpõdyli, quod fuſis mulierũ appẽditur, eſſe voluit;

cúmque craſſiorem & ganglio vel glandula ampliorem : vt pondere ſuo & appreſſu magis diſſoluat.Idem voluiſſe videtur Auic.in præcitata ſententia quando pręcipit deſuper ſtringere cum graui ligatura plumbum.

80. 4. *Et ad omnes hernias.*] Propriè dictas ſcilicet ( quæ propriè ſunt apoſtemata) non ſimilitudinariè,vt Guido ipſe diſtinguet cap.7.doct.2.tract.huius.Ex his verò præcipuè humoralis,carnoſa & varicoſa malacticis curantur,vt ſuo loco docebitur . Porrò emplaſtrum hîc deſcriptum, à Galeno Heræ tribuitur, & nonnihil aliter deſcribitur, quod ad doſes attinet potiſſimum.

80. 16. *Cum melle & aceto ſupra ignem emplaſtrum.*] Hoc eſt,vt loquitur Rhazes, ex melle & aceto ſimul calefactis,donec miſceantur.

80. 28. *Addatur furfuris ſubtilis,quantum ſufficit.*] Brunus aliter ſcribit, nempe hoc modo : In aceto forti per triduum diſſoluantur,dein adde ſulphur , & fiat emplaſtrum. Theodoricus tamen ( qui omnia ferè ex illo tranſcripſit ) in hac compoſitione furfur requirit,idémque ſubtile.Qua voce ſignificare videtur exactiſſimè tritum & cretum:cuiuſmodi Auicenna miſcet ammoniaco oxymelite diſſoluto, ad duritiem teſticulorum, vt Guido proponet loco pręcitato doctr.2.huius tract.Vnde lectionem Theodorici potius retinendam cenſeo.

80. 34. *Nam omnia reſoluentia & mollientia,&c.*] Malacticum & diaphoreticum aliquando fit ſuppuratorium,ídque ratione materiæ,loci affecti,aut medicamenti.Et materiæ quidem,vbi ea craſſior fuerit,attenuatáque vel liquefacta,reſolui nequit,tum natura eam ſuppurat.Partis verò,quando profundior fuerit locus materiæ,aut cutis denſior vel craſſior.Cùm enim reſoluẽs qualitas non penetrat,concluſæ materiæ fit ſuppuratio . Denique ratione medicamenti hoc fieri poteſt : nam ſi id fuerit emplaſticum ſeu viſcidum, pro emollitione aut reſolutione, leui de cauſa fiet ſuppuratio . Quod verò ſubiungit,Si verò fuerit dulcis materia,ſignificat non ſapore talem,ſed mitem & benignam.

80. 39. *Conſulit farinam prædictam,&c.* Auicenna ſcribit, ſufficit eis quod eſt ſicut ſauich de tritico,cum aqua coriãdri.Eſt autem ſauich,hordeum vel triticum paruum,ſectum in parua fruſta, Serapioni in ſynonymis . A Simula (quam nos Semolam vocamus) parum differre videtur : quum hæc eodem autore,fiat ex tritico bene abluto & ſiccato,parum confracto per bonas & groſſas de mola, vt ille loquitur. Quod ſi in farinam ſubtilem fuerit verſa, dicetur Damarcha. Sed quænam eſt furia caliditatis quam hîc refrænandũ vult, in pituitoſo apoſtemate ſcilicet ? Hoc illud eſt quod in ſignis prædixerat,ruborem,dolorem,& caloris incrementum, oſtendere excreſcentias huiuſmodi ſuppuraturas . Nempe calidæ materiæ participes eſſe oportet, ídque vel prima ratione,vel ex putredine aliqua. Debet autem caloris exceſſus retundi,vt fiat maturatio.

81. 7. *Continent humores in longum aperit.*] Hoc eſt glandulas ſeu ſcrophulas quæ continent humores, ſiue liquidam materiam, qualis eſt mellis, ſecat à

ſuperiori

ſuperiori ad inferiorem partem corporis, ſimplici & ſuperficiaria inciſione. Quæ verò continent pinguem & craſſam materiam, haudquaquam fluxilem & currentem, vt ille dicit, ſeca ad inſtar crucis. Deinde in vtroque modo, vulneris labra hamulis ſeu valſellis dilatans, contentam materiam vna cum ſua veſicula extrahit. Eſt verò intromiſſum quo experitur & indagat materiarum contentarum naturam, inſtrumentum capitis acuti & pungentis, qualis eſt figura nuclei iniubarum. Modum inquiſitionis ſic proponit Albucaſis: Intromittes hoc inſtrumentum in humidiorem locum quem iuuenis in apoſtemate, reuoluendo digitis paulatim donec cutim penetrarit. Tunc protrude illud ſecundum menſuram magnitudinis apoſtematis. Poſtea extrahe intromiſſum, & conſidera quod egreditur in veſtigio eius.

*Res duras, ſecundum crucem ſecat.*] Quia in talibus nulla eſt ſpes detenſionis, aut reſolutionis alicuius materię portionis. 81. 8.

*Et excoriare aliquo ſpatumine obtuſo.*] Si enim mucrone pręditum eſſet, facilè vulneraret cyſtin, quam ſatius eſt integram auellere. 81. 10.

*Quod ſupereſt de cuti incido.*] Rectè quidem. nam cùm ea cutis iam plurimam extenſionem paſſa fuerit, maneret deinceps flaccida & aliqua ex parte ſuperflua, poſteaquam fuerit extracta glandulæ materia. 81. 14.

*Et ita quouſque cadat ſinere.*] Si vena notatu digna radici glandulæ fuerit inſerta, baſis glandulæ funiculo ſic conſtringenda eſt: vt ſua ſponte decidat. Sit autem vinculum ex materia non facilè putreſcibili: cuiuſmodi eſt filum ſericum, aut gracilis chorda teſtudinis. 81. 20.

*In omnibus autem iſtis operationibus.*] Scilicet, per quas fit ſolutio continui ad curationem. quippe hinc dolor excitatur, quem fluxio ſequi ſolet, morbum adaugens, vel nouum excitans. 81. 24.

*Et inciſum incarcera.*] Id eſt, imple & infarci, vt glandula ei ſubiecta cauteriſetur. Vſtæ verò ſatis & corruptæ indicium mox dabitur eiuſdem eſcharæ durities & tumor. 81. 31.

*Certitudinaliter deſcribi non poteſt.*] Nulla eſt in arte medica res, neque medela, quæ ſpecie dicibilis non ſit, ait Galenus, ſed quod dici nec ſcribi, nec omnino percipi poteſt, id quantitas in quoque eſt. 81. 36.

*Iuuando vinculo aliquo corroſiuo.*] Vt ſi filum aliquandiu maceretur arſenico aqua diſſoluto, vel alio corrodente medicamento. Sic enim duplici ratione aget, conſtringendo videlicet, ſimul & erodendo. 82. 10.

*Melancholia eſt humor frigidus & ſiccus.*] Melancholia potiſſimũ denotat morbũ ſic dictũ à cauſa putata, vt monet Gal. 2. Meth. 2. Humor verò qui eſt naturalis, propriè dicitur melancholicus, non melancholia: vt qui ab vſtione prouenit, atra bilis vocari ſolet. Errant toto cœlo qui exiſtimant, ipſum humorem dici melancholiam, ex eo quòd mœſtos & (vt loquitur vulgus) melancholicos nos reddat. ſiquidem è contrario morbus ita nominatur, quoniam talis humor eum excitat. Porrò quod aiunt, humorem hunc eſſe frigidum & ſiccum, id conuenit omni. quippe etiam factæ per vſtionem atra bilis, frigida eſt ſecundum formam (vt noſtri dicunt) velut ci- 82. 20.

nis & acetum, etſi potentia dicatur calida ob relictum empyreuma. Nam portiones frigidę multò ſunt copioſiores,& tenuium pars multa exhalauit. naturalis rectè dicitur boni ſanguinis fæx & turbulētia, nō tamen ſecretus ab aliis humor, vt quidā volunt. Nā omnium ſimul, prout ſanguineā maſſam conſtituunt, craſſas quaſque portiones, dici melancholiam naturalem: ſupra quoque monuit his verbis: *Nihil aliud eſt, quàm ſanguis groſſus qui in maſſa ſanguinaria ad nutriendum membra melancholica reperitur.* Et vulgaris ſententia eſt, nullam partem corporis ſincero humore nutriri. Neque verò eſſe poſſet ſanguineæ maſſæ portio, niſi & bilis, & pituitæ, & peculiariter vocati ſanguinis particulæ huic ineſſent. Eadem ratione dixerat cap.3.huius, cholerā naturalem nihil aliud eſſe quàm tenuem ſanguinem, hoc eſt tenuiſſimam quanque ſanguineæ maſſæ partem. Adhæc, melancholico humori attribuitur ſapor ex auſtero acidus: quod bene conuenit. Neque refragatur Auicenna, quando ſcribit, medij ſaporis eſſe inter dulcem & auſterum. Nam cùm ei non inſit auſteritas ſumma, aliquid dulcedinis eum ſortiri eſt veriſimile. Acris verò etiam dicitur, pro acido: qui ſapor nonnunquam vomentibus dentium ſtuporem infert, ad modum aceti.

82.27. *Cholera nigra acida.*] Imò potius acris & mordax, qualis facit cancros (vt paulò poſt dicet) & ex qua incipiens dyſenteria cenſetur lethalis ab Hipp.aph.24.lib.4.

82.29. *Quando vlterius aduritur.*] Mirū quod in bile iā aduſta requiratur altera vſtio, vt in atrā bilem ſeu melancholiā innaturalem conuertatur: quū in ſanguine & pituita hoc non deſiderari videatur ab autore. Illa tamē cū atra bile maximū habet ſymbolū, vt ſit multo facilior trāſitus à cholera etiam nō vſta in atrā bilem quam ex ſanguine & pituita. An non id tamen voluit dicere, ex bile aduſta fieri atram bilē, quando vltra aduritur, ſed tunc gigni atrā bilē omniū deterrimā. Sed alia ratio eſt: nēpe, bilē etiā aduſtā, nō ſtatim mutare ſpeciē, quia eadē ſeruata appellatione per multas differentias tranſit, priuſquam atra dicatur: vt ſequenti annotatione explicabitur.

82.32. *Iſtæ duæ ſpecies magis ſunt mites.*] Mitiſſima omnium eſſe creditur, quæ à pituitoſo humore aduſto fit: minus eſt mitis, quæ à ſanguine. Aliarum verò duarum eſt deterrima, quæ à bile flaua: ex qua primùm fit vitellina, deinde praſſina, mox æruginoſa, & poſtremò atra.

82.34. *Congelatione & induratione.*] Tāta in viuēte frigiditas eſſe nō pōt, quę re vera cōgelet. At congelatio dici ſolet, de maxima humorū incraſſatione, vt frigus de remiſſo admodum & hebeti calore. Quod verò hîc ſubiūgit, *Vt ab extra*, ſignificat in externis tumoribus illud eſſe manifeſtius. Nā interna quoq. id pati, dubiū eſſe nequit, ſed euidēs nō eſt. Et patiūtur quidē hāc alterationem, non phlegmone duntaxat, ſed etiam eryſipelas & œdema.

82.39. *Exceptis choleris duabus aduſtis.*] Vna eſt ex humore melancholico vſto: altera, ex aliorum humorum combuſtione.

82.43. *Phlegmonica quieta.*] Phlegmonicum dicit apoſtema, quod fit ex humore naturali, quē vult eſſe aliquam ſanguineæ maſſæ portionē. In quē ſenſum

cap.

cap.vniuerſali dixerat,apoſtemata vera communi nomine phlegmonas vocari,propriis autẽ nominibus phlegmonẽ, eryſipelas, œdema & ſcirrhum. In diuerſo autẽ ſignificatu dixit phlegmonicã puſtulã eſſe carbunculum,vt nos ſuo loco annotauimus. Porrò quietã quoque appellat & ſedatã,ad differentiam cãcri. Hîc enim definietur inquietus & velociter addens ſeu augeſcens.Scirrhus verò paulatim fit magnus,vt ſtatim admonebit, & tardiſſimos facit progreſſus,adeò vt moueri non videatur.

*Generatur ſchiroſis vera & certa.*] Ergo triplex erit ſchirrus legitimus ſeu verus:vnus ex melãcholia naturali,alter per congelationẽ,tertius per indurationẽ factus.Quod certè abſurdum videri poteſt, quum aliorũ tumorum ij ſoli dicantur veri & legitimi, qui ex humore naturali gignuntur. Hîc tamẽ placet dicere legitimos omnes, qui nõ inferũt dolorẽ, ſeu pars ſentiat ſeu nõ.quia nõ ſentire abſolutè, ſoli exquiſito cõuenit, autore Gal.cui etiã inſanabilis iudicatur lib.14.meth.cap.6.& 9.& lib.2.ad Glauc. Cùm enim nondũ omnino factus eſt inſenſibilis,ſcirrhoſum potius tumorẽ,quàm ſcirrhũ,vocari vult.Nos verò duos agnoſcimus exquiſitos: vnum ex pituita reſiccata,vt tophus in articulis,& calculus in veſica,planè inſanabilem: alterum ex materia cõgelata, qui maximè propriè σκίρρος abſolutè vocatur, vel σκληρός.Nã eſt vera durities, cui μαλακτικὰ deberi vult Gal.5.ſimp.4.& talis eſt ſanabilis omnino. Huic affinis eſt verus ac legitimus ſcirrhus Guidonis,ex humore melancholico excitatus. ex quo perperam tractato fieri poſſunt duo priores, nempe aridus & congelatus. Ex eodem ſæpe fit cancer. 83.3.

*Generantur omnes ſpecies cancrorum.*] Species cancrorum duæ ſunt præcipuæ:vna,cancer apoſtema,altera,cancer vlceratus. vtriuſque ſtatui poſſunt quatuor differentiæ,pro totidem humoribus, per vſtionẽ in atram bilem degenerantibus:quemadmodũ lepræ ſeu elephantiaſis quatuor ſpecies ſtatuuntur,eadẽ prorſus ratione. Quia tamen rarò ſanguis & pituita vruntur, de morbis ex aliis duabus atræ bilis ſpeciebus autores ſolent differere. 83. 5.

*Sedatum & indolens.*]Omni ſcirrho conuenit,non inferre dolorem. Differunt autẽ ſpecies duæ hîc propoſitæ,quod in vna ſeruetur partis ſenſus,in altera aboleatur.Et ſeruatur quidem in ſcirrho ex humore naturali genito, ſic vt pars ſentiat forinſecus tangentia,non tamen ſentiatur cauſa intrinſeca.In eo verò qui per congelationem vel indebitam reſolutionem fit, etiã extrinſecus tangentium nullus eſt ſenſus: quemadmodum in pluribus partibus elephanticorum. Ratio eius inſenſibilitatis eſt, excellens craſſities atque frigiditas materiæ,quæ ſpiritus penetrare prohibet, aut eneruat & ſtupefacit. 83. 6.

*Tumor durus, cum ſufficienti reſiſtentia.*]Non enim prorſus tactui reſiſtit, vt qui præ ariditate induruit ſcirrhus,materia velut in petrã cõuerſa:de quo ſeq.cap.tractabitur. Porrò tumoris huius deſcriptio nõ differt à cãcri definitione Gal.tradita loco cit.quod reprehẽdere videtur Tagau.ſed iniuſtè: 83.12.

quum eadem planè accidentia comitentur vtrũque tumorem, ſi dolorem, punctionem & ardorem Cancro peculiarem excipias. Nam vtriuſque humor eſt craſſus & niger (ſed huius quidem calidus, illius verò frigidus) qui tumorem durum committat, & liuidum, & venoſum, Imò tanta eſt horum affinitas, vt ſi duntaxat irritetur ſcirrhus paulo calidioribus, in Cancrum conuertatur abſolutum, non ſolùm fiat ſcirrhus canceroſus, affectus (inquam) inter illos medius.

83. 19. *Et nominatur fermos, ſecundum Auicennam.*] Alij legunt, ferinos, lapſu facillimo. Cęterùm quod ait, mutari de vno membro ad aliud, ſic venit intelligendum: vt varias & diſtinctas partes membri occupet, priore non derelicta, quod etiam ſtrumæ facere ſolent. Nam dum copioſior eſt materia, ſe in ampliora ſpatia ferè inſinuat, quando ab anguſtioribus recipi nequit. Proinde modò hanc, modò illam offendens capacitatem, pluribus in locis tumores excitat. Quod verò ſubiungit, ſcirrhos plurimum conuerti in cancros, de iis potiſſimum qui ex melancholia naturali fiunt, eſt intelligẽdum. nam ex leuiſſima irritatione, cancroſi euadunt.

83. 26. *Porcellorum & eorum iura.*] Suilla caro, vel illius ius decoctum, hîc conuenire non poteſt: quo fit vt legendum putem, *Caponum.* Attamen nephrendis ſeu porcelli vſus non eſt omnino interdicendus, cùm minus craſſum humorem gignat: ſed elixus edi, (vt à quibuſdam ſolet,) gulæ nimis indulgentibus, necnon debet, quia eſt humidus.

83. 31. *Olerum verò braſſica, &c.*] Braſſica eſt quiuis caulis, Cambre Græcis dicta, non ſolùm ruber, vt hîc perperam interpretatur. Quod ad lenticulam attinet, audiendus etiam eſt Galenus, quem imitari voluit Guido, vbi ait: Leguminum omnium lentes maximè ſunt melãcholicus cibus. Hic appellat viliſſimnm, pro melancholiciſſimo, vt ita dicam.

83. 33. *Acidis & acribus.*] Cùm iſta ſint velut contraria, nunquid alterum conferet, ſi nocet alterũ? Minimè verò quum duplex ſit vitandus humor: vnus melancholicus naturalis, qui aceti & acidorum omnium vſu plurimum locupletatur, (vt in tractatu de Quartana fuſiùs explicaui) non minus quàm incraſſantium, caprinæ, ſc. aſininæ, & huiuſmodi carnium, necnon leguminum, braſſicæ, atque ſimilium. Altera eſt melancholia non naturalis, quam vſtio producit. túncque obeſt acrium vſus, alliorum, cæparum, ſinapis, & aromatum. Proſunt autem refrigerantia, quæ vel materiam vri cœptam emendent, vel hepatis calidam intemperiem corrigant.

83. 37. *Et incidatur vena.*] Sanguinis melancholici copia phlebotomiam pluribus in morbis ſuadet. hîc tamen parcior inſtitui debet, ſi ſanguis alioqui non valde impurus videatur. Nam corpus refrigeratione haudquaquam indiget in affectu ex ſe frigidiore.

83. 39. *Mirobalanos indas.*] Quidam legunt *tamarindorum*, & vtrumque poteſt conuenire, quamuis mirobalani indi ſiue nigri magis aduerſantur melancholiæ.

84. 5. *Cum quadam repreſſione ſaltem ab initio.*] Falco negat repellentia cujuſcun-

iuſcunque generis ea fuerint, conuenire. quod equidem miror, quum autorem hunc habeat contra ſententẽ, & hîc & paulo poſt, vbi dicet, *poſt quandam refrænationem factam in principio cum aliquibus domeſticis*. Et ratio idem ſuadet: quoniam dum incipimus vti malacticis, verenda eſt aliqua humoris defluxio. Nam interim dum impacta materia liquefit, diſſoluitur ac diſſipatur, recens & tenuior affluere poteſt. Quid quod aliqua portio materiæ eius quæ in venis eſt in circuitu tumefactis, regeri poteſt, ac innoxiè repelli, haud ſecus ac in Carbunculo (niſi fortè magis tuto) cui refrænãtia omniũ conſenſu adhiberi ſolent?

*Et ficuum, quæ eiuſdem ſint ponderis.*] Non vult Rhaſis, vt ficuum muccilago cum aliis aſſumatur, ſed præſcripta gummi vnà cum muccaginibus lini & fenigræci conterantur donec vniantur. Deinde, inquit, ex iis cum caricis pinguibus mixtis, emplaſtrum ſuperponatur duritiebus vbicunque fuerint in corpore. 84. 11.

*Sin induratur, & tranſit in lapidem.*] Ob incongruam reſolutionem videlicet, qua ſubtilis humor euacuatur, & remanet craſſus viſcidúſque magis ac magis reſiccatus. Vnde ſcirrhus fit alterius generis. Nam quem hactenus curauimus, ex melancholico humore veluti concreto magis eſt, & propriè durus à Galeno vocitatur, 5. ſimpl. 4. Iſque primitiuus eſt. de quibus verò proximè dicturus eſt omnes ſunt deriuatiui: ſiue ex decidentia, vel coincidentia: ex illo (inquam) primitiuo, aut phlegmone, eryſipelatéve, aut œdemate perperam tractatis. 84. 18.

*Quando contingit, &c.*] Proponit triplicem illum duritiei modum ex Gal. lib. 5. ſimpl. cap. 4. vnus eſt, per congelationem ſeu concretionem, qualis in oleo & molle per hyemẽ conſpicitur, non abſumpta portione tenui, ſed inſpiſſata, (vnde nec pondus minuitur) vel abſumpta quidem portione aliqua, vt liquidiore, non exhauſto prorſus humore. nam adhuc ſub humoris forma manet ſubiecta materia, ſed craſſa & viſcida, quæ prius fuit liquidior, ac fluxilis. Atque eiuſmodi duritiei propriè opponi malactica vocata medicamenta vult ipſe. & de ea hoc capite tractatur. Altera eſt tenſionis, quam facit humor, vel flatus, & propria dictione ἀντιτυπία vocitatur, quæ dicitur non ſolùm de apoſtemate ventoſo & aquoſo, ſed etiam de phlegmone & ſcirrho legitimo ex humore naturali genito. Siquidem illam definiuit autor, per renitentiam extenſiuam, hunc autem per duritiem cũ ſufficienti reſiſtentia, quæ eſt ἀντιτυπία. Atque de ea in ſuperiori capite dictũ eſt, vbi curatus fuit ſcirrhus ex materia ſuapte natura craſſa, non per congelationem aut reſiccationem. Tertia eſt ariditatis, quando ſcilicet humore exhauſto, pars maraſmo affecta, dura apparet: quam magis propriè ſiccã dixeris, quàm duram. Atque ea eſt durities quam mox dicet autor ſanari nõ poſſe, quinimo ſat eſſe dũmodo citius areſcere pars inhibeatur. Quod veriſſimum eſt, quando extremè marcida, ſenſúque priuata fuerit. alioqui enim ſalutis ſpes aliqua nobis eſt, quando corpus à prima conformatione optimè habuerit. Ad hunc duritiei modum referri poſſe videtur etiam tumor 84. 23.

ex materia reſiccata, vt tophus ſeu nodus in articulis: de quo illud Ouidij,

*Soluere nodoſam neſcit medicina podagram.* ] Quando videlicet abſumptus eſt prorſus liquor qui terrenas partes diluebat, vt in calculo veſicæ, & figulino opere ſeruato duntaxat glutine quo terrenæ partes contineantur. Sed melius eſſe puto, huic diſpoſitioni ſuum duritiei modum peculiariter concedere, quàm ſub proximo collocare: ob id quia longè differunt, ariditas aut durities partis maraſmo affectæ, ab ea quæ eſt tumoris duri ex materia ſuperflua & aridiore. Itaque durities erit quadruplex in vniuerſum, triplex verò in tumoribus pręter naturam, quia tumores duri ſunt alij ex replente materia, alij ex eadem congelata, alij ex reſiccata. Partes verò defectu materiæ, ſeu humidi proprij, duræ deprehenduntur, ex ariditate.

84. 28. *Quandoque propter priuationem humiditatis & deſiccationem materiæ.* ] Hic modus à primo differt, quòd in illo portio tãtùm abſumpta ſit tenuior, vnde humor euaſit craſſus: qualis fit aliàs per congelationẽ, vt de oleo & melle diximus. In hoc autem poſteriore modo, vniuerſus humor exhauſtus eſt, vt in calculo veſicæ, aut topho ſeu nodo articulorum. Talis eſſe poteſt ſcirrhus iuueteratus vel ſponte ſua: qualem in hepate inſanabilem eſſe, Galenus affirmat libr. 2. ad Glauconem: neque enim talem vnquam ipſe potuit ſanare, nec alium qui potuiſſet nouit: cùm recentes ſeu incipientes ſæpe curauerit.

84. 32. *Igitur inſenſibilis quidem penitus,* [*id eſt, tactus, iunctus.*] Qui tumor prorſus nihil ſentit ſeu tangatur, ſeu pungatur, eſt omninò inſanabilis: pręſertim ſi ab ariditate talis euaſerit. Etenim ex congelatione factus inſenſibilis, ſpem non exiguam præbet ſalutis. Senſum verò amitti facillimè ab inſigni refrigeratione, docent narcotica. Porrò qui prorſus eſt abſque ſenſu, exquiſitus dicitur Galeno 2. ad Glauconem. Non exquiſitus verò, qui dolore quidem prorſus caret ſed ſenſus expers non eſt, ęgrè tamen ſentit. Guido hunc definit durum & inſenſibilem aliqualiter, & indoloroſum. Alij legunt, inſenſibilis & aliqualiter indoloroſus: quo ſignificatur omnimoda priuatio doloris: quaſi diceret, non dolere aliquo pacto.

84. 38. *Non ſanatur, neque vnquam permutatur.* ] Idem eſt ac quod ſuperiori capite dicebat, apoſtemata melancholica ſæpe manere indurata, hoc eſt inſanabilia, nec ſuam mutare ſpeciem. Non enim fit cancroſus, vel alterius naturæ, ſed permanet veluti ſaxeus, qui eſt magnus, durúſque & corpori concolor.

85. 14. *Non eſt excuſatio ab aceto.* ] Quod dicitur ab Hippocrate libro tertio vict. acut. aphoriſmo 38. melancholicis aduerſiſſimum eſſe acetum, id de aſſumendo potiſſimum eſt intelligendum. Admotum ſiquidem nocere nõ poteſt, quin potius confert incidendo, attenuando, & vim craſſorum medicamentorũ (qualia ſunt gummi) penetrare faciendo. Conuenit tamen magis

gis initio, quando eſt opus nonnulla repercuſſione. Deinceps enim præſtat vino vti, quod penetrationi inciſioníque & attenuationi poteſt ſatiſfacere: Neruoſas autem partes, huic affectui plurimum obnoxias, minimè vt acetum lædit, quin potius corroborat. Quòd verò ſubiungit, cautelam eſſe debere in aceti adminiſtratione, ad partes neruoſas maximè pertinet: quas ne illud offendat, prꝍſtabit aceto incoxiſſe ſtœchadẽ, ſaluiam, roſmarinum, iuam artheticam, & ſimilia.

*Cum oleo ſabino.*] Alij legunt ſambucino: quum tamen & vetus interpres ſabinum (vt Galenus poſtulat) expreſſerit. Tagautius legit ſambacino, hoc eſt iaſmino: quod ſanè poteſt conuenire, etſi hoc noluerit autor. 85. 16.

*Ad cancrum apoſtema.*] Nominis ratio multiplex redditur. Prima quòd rotundæ ſit figuræ, ad inſtar cancri marini, aut etiam fluuiatilis: qui ab aſtaco longioris corporis (Ecreuiſſa dictc Gallis) plurimum differt. Secunda, quòd venis, quaſi pedibus plerunque bifurcatis, circundatum ſit tumoris corpus: quibus ſanè adhæret parti quàm tenaciſſimè, vt cancer animal firmiſſimo eſt apprehenſu. 3. Adhæc corpore eſt fuſco vel ſubnigro, vel cæruleo vterque, & 4. cancer animal cancro morbo imprimis opitulari creditur, poſt rabidi canis morſum. Porrò, cancer apoſtema noſtris ſiccus etiam dicitur, quòd nihil reddat humoris: vlceratus verò humidus nuncupatur, quia virus quoddam emittit. Hîc materiam magis corruptam aduſtámve ſortitur: vnde & plus doloris excitat, & ſerpit magis. Quilibet horum ſuas habet differentias, quippe cùm dolorem inferre, & vicinas partes occupare, omnibus ſit commune, tamen eorum quidam plus, quidam minus tales deprehenduntur, pro ratione humoris ex quo fiunt. Et mitiores quidem noſtri quietos appellant, quod minus doloris inferant, minúſque in loca vicina graſſentur. Cæterùm cancer ad ſcirrhum ſe habet, vt carbunculus ad phlegmonem. Eſt enim eiuſdem generis materia vtrique, nempe melancholica, ſed in ſcirrho minimè vſta. Et vtriuſque horum tumorum quidam ſunt recentes, quidam inueterati: alij incipientes ſeu primitiui, alij deriuati & ex alio pendentes morbo. Nam ſcirrhus plerunque alios tumores ſequitur perperam curatos: & cancer vterque ſuccedit tumoribus vel vlceribus malè tractatis, ſæpius tamen fit incipiendo. Differunt in hoc maximè, quòd loca neruoſa ſcirrhus amet: cancer verò mollia, laxa, & ſpongioſa, quoniam ſemper craſſior eſt iſtius materia, quum per vſtionem abſumpta fuerit, tenuior quæ in ſcirrho vtrunque tractabilem reddit tumorem. Nihilominus tamen cancer lienem rariſſimè afficit, ſcirrhus frequentiſſimè: & vterus cancro quàm ſcirrho magis eſt obnoxius. An quia lien melancholici humoris eſt officina: vterus verò ſentina corporis, vſtos humores ſi non tranſmittat, ab iiſdem malè afficitur? Aliud diſcrimen eſt, quod in cancro ſit dolor, punctio, & pulſus: in ſcirrho minimè. 85. 24.

Adhæc, cancer promptius augetur additque ſuę magnitudini, quamobrem definitur *velociter addens*. & in circuitu venas habet liuidas magis quã ſcirrhus: nam atra bilis comparatur bitumini & colore & ſplendore.

85.31. *Vix inſtar paruarum plantarum cognoſcitur.*] Intereſt verò primùm ſtatim ab initio deprehendere cancrum eſſe. tunc enim minor adhuc, facilius euelli poteſt, quum non multum ſpatij occupet. Vnde & commoda eſt chirurgia, & partis iactura minor. Quinimo talis nonnunquam cedit medicamentis, quæ confirmatus negligit, hoc eſt adultus & grandior. Non enim confirmatum dicimus, quaſi abſolutum aut factum, quum minimus ſit æquè cancer, atque maximus: ſed non ita confirmatæ & quaſi obſtinatæ prauitatis ac reſiſtentiæ.

85.34. *Cum dolore & extranea caliditate.*] Nonnunquã torpet, autore Celſo, lib. 5. cap. 28. tactúſque is locus (ait) aliis dolorem affert, in aliis eum non habet. Neque perpetuum eſt, venas in circuitu eſſe tumentes: quandoque enim deliteſcunt. Malignus eſt omnis maximè tumorum cãcer: quum nec cedat totius corporis purgationi, nec eius materia poſſit regeri aut reſolui. Leuiora ſiquidẽ negligit, à fortioribus verò exaſperatur. Partes amat ſuperiores, vtpote raras & laxas, qualis eſt facies & mamma: quum tamen omnibus locis prouenire queat.

85.42. *Et ideo ſæpe ex non vlcerato efficitur vlceratus.*] Quemadmodum ex ſcirrho malè tractato facile fit Cancer, ob maximam quam habent inter ſe cõuenientiam, ita ex non vlcerato cancro (& promptius) fit vlceratus, ſimili abuſu vel fortius reſoluentium, vel humectantium. Aſt vtrum ex vlcerato non vlceratus etiam excitari poſſit, in vlcerum tractatu explicabimus.

86.9. *Et quando adeſt caliditas, tunc detur lac vaccinum.*] Eſt quidem ſemper in cancro extranea caliditas, vt dixit in eius ſignis, at non vehemens, vt hîc ſignificat: at quam tamen febris non ſequatur. Hæc enim vſum lactis prohibet, autore Hippocrate. Vult autem ebutyratum eſſe lac, vt minus inflametur. *Aph. 64. lib. 5.*

86.20. *Et ideo ſufficit, ſi cancer prorſus non curatur, &c.*] Quod profectò nequit abſolutè. nam (vt prædictum eſt) regeri nequit materia ob eius craſſitiem terrenam, qualis eſt rei vſtæ, neque reſolui imbecillioribus. A fortioribus verò irritatus, peſſimè excandeſcit & accenditur, acriórque & malignior euadit, ad quod plerunque ſequitur exulceratio, maximè hîc verenda. Etenim exulceratus cancer vicina depaſcitur & deuaſtat magis quàm occultus. A ſuppurantibus quoque nocentior euadit humor, quum talia ſint calida humidáque & emplaſtica. vnde teterrima putredo eius materiæ, qualis eſt fimi, laudabilem ſuppurationem illorum vſu anteuertere ſolet. Quæ omnia (vt eſt veriſimile) animaduertens Hippocrates, quàm prudentiſſimè admonuit, Cancros occultos non curare. Ergo ſatis eſt blandiri, & cancri ferocitatem remittere iis quæ temperatè reſoluunt ſimul & refrænant, vt pręcipit autor. Nanque iuſta repercuſſione hîc nunquam eſt opus, niſi vereamur fluxionem, quæ prę doloris & ardoris vehementia nonnunquam excitatur.

tatur. Atque talia in circuitu magis & vnde venit fluxio, quàm ſuprà ipſum cancrum, admouere decet. Occultos verò dixiſſe videtur Hipp. non eos tantùm qui intra corpus ſunt, vt in oris & naſi partibus internis, vtero, &c. ſed etiam externos minimè vlceratos. Occulti enim ſunt, quandiu nihil ſuę virulentiæ oſtentant effundúntque.

*Quantum autem valet virtus plumbi.* ] Ad ſcirrhoſas & cancroſas duritíes mirè valet plumbum, vt quotidiana experientia teſtatur. Id verò præſtat humiditate quadam tenui, & aërea (vt volunt) qua reſoluit. 86. 30.

*Timore tamen hæmorrhagiæ.* ] Hæc quidem verenda eſt maximè, vbi cancer fuerit maior & vetuſtior. Nam inſignis amputatio ad eum requiritur: vt etiam vicina loca eodem humore imbuta, & venæ profundiores eodem infartæ referentur: alioqui vulnus factum in cancrum exulceratum degenerabit, longè deteriorem. Eiuſmodi verò chirurgia maximum dolorem infert, ſanguinis & ſpirituum iacturam facit, ſpaſmum facilè inducens: à quibus & vires proſternuntur, & imminet mortis periculum. In paruo autem & incipiente cancro, ſi locus exciſioni aptus fuerit, vt labra, mammæ, &c. exciſionem tutiſſimè aggredimur, vti Auicenna rectè ſuadet, & nos ſæpe factum vidimus fieríque iuſſimus. Et mamma quidem tota amputari poteſt nullo incommodo, niſi profundiorem partem occuparit velut ſeſſilis cancer: cui fouendo venæ ſint ampliſſimæ ab alto procedentes. 86. 37.

*Virtute & poſitione.* ] Alij legunt plaſmatione, hîc & paulò infrà, vbi poſitio tantùm habet locum. Sunt enim quatuor à Galeno propoſita: temperies ſiue complexio, 2 conformatio, vel compoſitio aut plaſmatio, 3 virtus ſeu facultas, & 4 ſitus ſeu poſitio, quæ hîc recenſentur & explicantur. 87.9.

*Sicut enim paſſio ad curam indicat contrarium.* ] Scilicet in pari exceſſu quo eſt ipſe morbus, vt docet Galenus. Quod ſic intelligendum venit, vt in toto curationis decurſu is gradus attingatur, non mox ab initio admoueatur: quippe natura adeò ſubitam mutationem ægrè ferret. Proinde à leuioribus perpetuò eſt inchoandum, atque eorum continuatio nonnunquam morbum prorſus delet, vt fortioribus non ſit opus. Adhæc, quum multa ſint adminiſtranda, & plerunque non modò aër veniat alterandus, ſed & ciborum potuúmque delectus habendus maximus, pręter aſſumendorum & admouendorum diuerſitatem: ita accipiendum eſt, remedia in æquali exceſſu cum morbo eſſe debere, vt omnia ſimul vtenda illum attingant non ſingula. Nam ſi plura eo modo excellerent, fieret vt morbi qualitate multis numeris ſuperata, naturæ vis maxima inferretur. Obiici poteſt: ab æqualibus non fit actio. itaque remedia non in æquali, ſed ſuperiore gradu, adeóque in exceſſu debent vſurpari. An primo appulſu cùm nequeant vniuerſim vincere aduerſariam qualitatem, eam duntaxat remittunt & temperant, non deſtruunt: deinceps verò continuata, ſed renouata, debilitatam qualitatem ac retuſam magis magíſque ſuperant, 87.12.

atque tunc imparem prorſus deſtruunt? Ergo ab æqualibus actio non fit, quæ quidem vincat & in naturam agentis commutet, vt in generatione requiritur, ſed fit quæ ad mixtionem & temperatiorem deducat. Nam cur inter æqualia non fiet æqualis pugna, ſi illa pariter vim agendi & patiendi ſortita fuerint?

87.14 *Compoſitio: aliter enim rara, aliter denſa.*] In aliis exemplaribus maxima eſt confuſio ſententiarum: & quoquo modo eas diſpoſueris, non ſatis rectè à Guidone explicantur quatuor propoſita. Itaque conſulatur ipſe Galenus lib. 2. ad Glauconem, vbi elegantiſſimè omnia examinantur. Porrò medicaměti ſpecies non mutatur, pro vlla partium diuerſitate, ſed tantùm gradus intenditur vel remittitur. vt, parti raræ admouendum imbecillius eſſe debet, quia facilè ſubit integris viribus. Contrà, ad denſiorem partem medicamenti gradus intenſior eſſe debet eo quem morbi magnitudo & natura expoſtulat. Sic quæ in profundo ſitæ ſunt partes, fortioribus indigent, ſuperficiariæ verò imbecillioribus ſunt contentæ.

87.20. *Non minus autem & ſecundum proprietates eorum.*] Membrorum ſcilicet: quæ peculiaribus morbis ſunt obnoxia. Statuuntur præterea in ſingulis medicamentis quædam proprietates, quibus membra nonnulla peculiariter reſpicere dicuntur: & ideò miſcenda aliis affectui conuenientibus, vt eorum vis certius ad partem affectam deducatur.

87.31. *Melius eſt dimittere, quàm cum trypanis, vt ipſe docet.*] Rogerij verba hæc ſunt: Ea ſcrofula quæ immobilis eſt, cutim cum cranio inficit & condenſat in vnum, ita ſiquidem vt dura mater cum cranio eadem ſit infectione coniuncta, & tunc ab ipſo cranio videtur habere principium. Cura talis ſit: Illa cutis radicitus ſeparetur, & circa infectum cranium trypano prouidè fora, & cum ſpatumine ipſum cranium totum remoueas. Quia verò ipſam ſuperfluitatem à dura matre ſeparare valde difficile eſt, & periculum quod exinde prouenire poteſt valde timendum, ideò talem curam potius dimittere quàm proſequi deſideramus. Ioannes de Vigo aliter ſentit, & contra Rogerij, Lanfranci atque Guidonis (quem, ni fallor, in modernorum cenſu comprehendit) ſententiam, minimè contentus palliatione, talpam ſeu topinariam (vt cum Petro Argillata idem appellat, cuius conſilium etiam ſequitur) perfecta cura tractare commendat, haud ſecus ac tractatur fractura cranij, modò vires conſentiant, præmiſſis vniuerſalibus. Itaque libro 2. tract. 3. cap. 1. docet integram curationem talpæ vlceratæ & non vlceratæ, cum cranij corruptione & integritate. obiter etiam docens abſumere fungum, ſcilicet carnem humidam, mollem & vnctuoſam duræ matri ſupernaſcentem ex tali diſpoſitione, quæ eſt eius partis ὑπερσάρκωσις fungus appellata Galeno libro primo, loc. affect. Porrò teſtudinem à talpa diſtinguit Vigonius, quòd teſtudo ſit eminentia ſatis ampla, coloris albi, tractabilis & mollis, cyſtin habens ſicut nodus: atque eius quoque abſolutam curationem tradit. Talpam verò

ſeu

ſeu topinariam eſſe vult, phlegmaticum apoſtema ſanioſium (hoc eſt ſuppuratum, vel ſuppurabile) in capite. Inquit enim ad finem pręcitati loci:
» Morbi interdum accipiunt ſuam denominationem à membris in quibus
» generantur: vtputa ſi materia phlegmatica fuerit in capite, & ab ea gene-
» retur apoſtema ſanioſum, tunc ratione loci à doctoribus Talpa nuncupa-
» tur. Dalechampius in lib. 6. Æginetæ, cap. 3. annotat, capitis atheroma barbaris vocari talpam, melicerida verò teſtudinem, vt ſteatoma naptam. Veriſimilius tamen eſt, teſtudinem à ſteatomate ob vocum affinitatem fluxiſſe: pręter id quod ſteatomatis natura magis cum teſtudine mox deſcripta conuenit, quàm meliceridis, ſi bene iudico.

*Sufficiunt enim oleum roſatum, & talia refrænantia.*] Ἀποκρουστικὰ non con- 88.2.
ueniunt, quia in partem principem retrudi non debet materia. Neque inſigniter refrigerantia debent admoueri, etamſi eryſipelas affuerit, ad quod oleo violato contētus eſt Io. de Vigo, cum interpoſitione (vt ipſe loquitur) vnguenti roſati Meſ.

*Cuius angulus ſit verſus partem ſuperiorem.*] Imò verò ad inferiorem, 88.7.
qua parte effluxio puris eſt longè expeditior. Vigonius incidit locum maturiorem inciſione triangulari, vt iſte: vel ad ſimilitudinem capitis nouæ Lunæ, ſeu creſcentis, hoc modo ☽

*Aqua in capitibus puerorum.*] Ὑδροκέφαλον Græci appellant: de quo af- 88.9.
fectu vide Celſum libro 4. capit. 2. & Paul. Ægin. lib. 6. cap. 3. ipſúmque imprimis Iacobi Dalechampij commentarium & ampliſſimum & accuratiſſimum.

*Aut ſtupo macerata oleo, &c.*] Supradicto ſupple, vt explicat Io. de Vigo, 88.12.
qui etiam abſque inciſione ſe eiuſmodi affectum ſæpenumero curaſſe prædicat, & modum pręſcribit, ſolo fotu & vnctione alternatis ſubindéque repetitis contentus.

*Niſi quod inciſiones non fiant ſecundum Rugas.*] Vti fiunt quando rugæ 88.19.
cutis, muſculorum inceſſum ſequuntur: quod in fronte non videtur. Idem in aliis partibus obſeruare decet, quando tumor aperiēdus eſt profundior, vel inciſio amplior eſt facienda. Vbi enim ſunt contrariæ cutis rugæ muſculorum progreſſui, vt in cubiti & poplitis plicatura, rugæ cutis tranſuerſim potius veniunt incidendæ.

*Retro aures & mandibulas æqualiter.*] Idem repetet paulò inferius, vbi 88.21.
de apoſtemate fugilico diſſeret. Vide locum Auicennæ hîc citatum, vbi docet qualis ſectio fieri debeat in ſingulis ferè corporis partibus. Eſt autem æqualiter (vt Guido interpretabitur, vbi hoc repetet) idem quod ſecundum longitudinem.

*Quia illam quæ monet cauſam intrinſecam.*] Tres ſpecies à triplici cauſa 88.42.
ſtatuit Ieſus Haly. Prima leuior eſt ab externa cauſa tantùm, quia ſcilicet internam valde non commouet. Altera grauior, quando internam ſuſcitat cauſa exterior, adeò vt etiam ceſſante procatartica illa perſeueret. Tertia eſt grauiſſima χήμωσις dicta Græcis maxima oculorum,

& palpebrarum inflammatio: quam ſola interior cauſa profert. In hac pars pupillæ ab adnata ſeu coniunctiua plurimum tumefacta cooperitur, atque id eſt quod aiunt, albedinem, hoc eſt quod album eſſe ſolet per ſanitatem, pupillam cooperire) & inuertuntur palpebræ. Prima & vltima ſpecies ſunt extremæ: vna leuiſſima, ex ſola ferè occaſione manifeſta: altera grauiſſima, ex interiore cauſa inſigni. Atque ex iis media, vtriuſque particeps, facilè concipi poteſt, & ſuppleri.

89.4. *Ex ſanguine, denotāt rubedo, &c.*] Inter hęc ſigna ophthalmiæ ſanguineæ, doloris non meminit: quem tamen poſtmodum aſſignabit ophthalmiæ pituitoſæ. Atqui hæc œdemati, illa phlegmonè reſpondet. & œdema nullius, aut perexigui eſt doloris: phlegmone verò dolorem habent inſeparabilem. An ea ratione dolorem ſubticuit in ſignis calidæ ophthalmiæ, quod de illo nulla ſit dubitatio: in pituitoſa verò fuit neceſſe illius meminiſſe, quòd pituita in aliis partib. dolorē excitare ob humorē nō ita ſoleat?

89. 6. *Tenſio & grauitas in toto corpore.*] Hoc docet plethoram eſſe, quæ interna eſt ophthalmiæ cauſa. Reliqua verò ſanguinis ſigna dicit, quęcunque ſanguinem in capite & corpore toto abundare ſignificant.

89. 10. *Et paucitate lippitudinis.*] Λήμη definitur τὸ πεπηγὸς δάκρυον, hoc eſt lachryma concreta: Latinis dicitur lippitudo, ſordes (inquam) ea qua oculi agglutinantur: Hæc pauca eſt ex tenui materia, multa ex craſſa, vt ſanguine & pituita. Significat autem adeſſe morbi maturitatem: quum tenuitas cruditatem ſoleat comitari, vt craſſities & lentor coctionem.

89. 20. *Et mox incipit tantilla remiſſio, eſt ſtatus.*] Ipſius quidem ſtatus finis eſt, qui declinationis ſapit initium. Nam in medio ſtatu omnia ſunt vehementiſſima, vigéntque maximè ſymptomata.

89. 28. *Significatur eſſe propter velamen extrinſecum.*] Diſtinctio hæc valde neceſſaria eſt ad curationem chirurgiâ inſtituendam. Prodeſt enim venarum & arteriarum in temporibus ſectio, quando per externas partes fit defluxio. Cùm autem vaſorum quę in profundo recondita ſunt & ad oculos vnà cum optico neruo perueniunt vitium eſt, nihil iſtorum conuenit. ac proinde (ait Galenus libro 13. therapeutices, capite vii.) ægrè curabiles ſunt fluxiones eiuſmodi. Sic vertiginem, arteriarum pone aures inciſio, ad tantam altitudinem vt medius inter duas partes locus cicatrice induceretur, non omnem ſanat, teſte Gal. lib. 3. loc. aff. cap. 8. cùm aliæ ſint arteriæ iis maiores ad cerebrum ex ipſius baſi per retiformē plexum aſcendentes, per quas eiuſmodi affectionem fieri, ratione conſentaneum eſt.

89. 31. *Et ſi eſt ſtomacho.*] Sic vocat ophthalmiam, cuius cauſa antecedens in ventriculo continetur: vnde vapores attolluntur, qui oculos inflammatione afficiunt. Atque tunc oportet (vt notat Auic. lib. 3. fen. 3. tract. 1. cap. 6.) vt oculus iam ſit adeptus malam temperiem, à qua imbecillior factus monumentis opportunus & aliarum partiū concrementis ſuſcipiendis obnoxius euaſerit.

*Aut*

*Aut materiam retineri infra tunicas.*] Ea retineri poteſt inter tunicam 89. 42.
duram, & illi ſuperpoſitam adnatam, vnde non facilè diſcutiatur. Scabies
verò in palpebrarum interna parte confricat aſſiduè: ob ídque moleſta eſt
oculo aſperitate ſua. Hinc fluxionem fouet, alítque inflammationem.

*Et longior periodorum prolongatur vſque ad dies ſeptem.*] Hoc ſcribit Ieſus 90. 2.
de ophthalmiis interpolatis, quæ ſcilicet ſubinde repetunt. Nam continua
plerunque eſt ad plures dies, aut etiam menſes extenſa, velut ex inciden-
tia & redintegrato affectu: præſertim verò quæ ex humore minus calido
fit.

*Maculas & pannos moleſtos.*] Pannum definit Gordonius rub. 4. cap. 1. 90. 7.
part. 3. cùm repletæ venæ quæ ſunt in coniunctiua inuicem texuntur, &
quendam panniculum conſtituunt ad modum fumi: qui cõiunctiuam coo-
perit & interdum corneam. Frequenter eſt cum pruritu, lachrymis & ru-
bore, viſui caliginem inferens. Idem eſt Arabibus Zebel vel Sebel, vt ex e-
ius deſcriptione patet, quam Guido recitabit ex Auic. tract. 6. doct. 2. part.
2. de ægritudinibus coniunctiuæ.

*Phlebotomia & euacuatione.*] Sunt qui valde ſuſpectam habeant phle- 23. 90.
botomiam oculorum ratione, quòd viſum debilitet. Hoc quidem verum
eſt, frequentiorem & minus opportunam viſui officere. at quando inflam-
mati ſunt oculi, nullum pręſentius remedium poteſt excogitari. Galenus *Cap. 17.*
ipſe libr. de cur. rat. per ſang. miſs. ad libras quatuor ſanguinem miſit in
ophthalmia. Monendi ſunt qui vrgente etiam morbi neceſſitate phlebo-
tomiam auerſantur & refugiunt oculorum nomine, vt à venere potius ab-
ſtineant: quum (vt ratio cum Auicenna dictat) non minus lædat ſeminis ia-
ctura, niſi multo magis, quàm ſanguinis. Siquidem ex multo ſanguine fit
paucum ſemen: hoc verò exhauſto, non ceſſant ſpermatica vaſa è toto cor-
pore ſanguinem allicere, eóque cæteras partes priuare.

*Cucurbitulis & ſetonibus.*] Alij legunt *ſectionibus*: quod de ſcarificatione 90. 25.
interpretari poſſemus, verùm ea dictio autori noſtro conſueta non eſt. Re-
ctius (opinor) ſetonibus ſcripſi ego, quũ ſubdat, *ſeu cauterijs*. Setones enim
apprimè hîc commendantur, & medio cauterio ſolent applicari.

*Super molle capitis.*] In Guidonis linguarum interpretatione docebi- 90. 28.
mus, ita vocari eum locum vbi conueniunt ſuturæ coronalis atque ſagitta-
lis. Huic verò appoſitiſſimè admouentur emplaſtra, fiúntque embrocatio-
nes ad varias capitis affectiones, quum aliâ parte nulla facilius penetret vis
medicamenti ad cerebrum. Cuique verò homini ſua eſt menſura, palmæ
longitudo, cuius radix ſit ad radicem naſi inter ſupercilia, medio digito ad
ſinciput extenſo.

*Emplaſtrum adſtringens factum ex bolo.*] Eſt ἀνακόλλημα antiquis voca- 90. 33.
tum, ſcilicet frontale ad ſiſtendas fluxiones in oculos, & alias faciei partes.

*Rec. ceruſæ ablutæ, drach. viij.*] Collyrium hoc rurſus deſcribetur in An- 91. 3.
tidotario, vbi Galeno attribuetur. Apud Rhaſin nonnihil diuerſa eſt de- *Tr. 6. doct*
ſcriptio, & ab eo vocatur ſief album. ℞ ceruſæ ablutæ, drac. decem. ſarco- *2. cap. 2.*

collæ craſſioris drac.tres : tragacant.drac.vnam:opij,drac.ſem.fiant ex his
formulæ lenti ſimiles.

91.12. *Et miror multum Gordonium,&c.* Et paulò pòſt : *Forte credidit.* ] Guido
91.18. ipſe videtur hallucinari magis quàm Gordonius:ſiquidem Ieſus Haly ſar-
cocollam apertè prohibet in principio,& in augmento . Illius verba ſunt:
Et caue ne vtaris in principio & in aſcenſu pulueribus,ſicut ſarcocolla,quia «
inducit nocumentum.Scilicet,verenda eſt moleſtia,quam cuiuſuis materię «
puluis ſua aſperitate inducit:vt non prohibeat ſarcocollà vti, niſi in forma «
pulueris. «

91.24. *Collyriũ roſatum ponitur à Ieſu.* ] Paulò antè collyrium appellauit : quia
ſynonymæ voces ſunt collyrium & Sief, vt in linguarum Guidonis inter-
pretatione monebimus.

91.33. *Pulueres tunc habent locum.*] Medicamenta in pulueris forma non ante
declinationem conueniunt, quia dolorem exacerbant ariditate ſua, quan-
uis aſperitatis minimum aut etiam nihil habeãt in tenuiſſimum puluerem,
& (vt noſtri loquuntur) vt alchool reducti.Cur verò talibus ad declinatio-
nem remediis nonnihil aſtrictionis permiſceatur, quo tempore morbus
reſoluentia pura requirit,rationem eſſe puto,quod verenda ſit noua deflu-
xio ex reſoluentium (prę ſertim vehementiorum) vſu.

92.2. *Rec.ſarcocollæ nutritæ,drac.decem.*] Alij legunt,drac.quatuor:ſed Guido
in hoc ſequitur Rhaſin,non in eo quod prætermittat ſief memithe. Aloen
verò,crocum,& lycium ponit ad drach.duas. Spumam maris vel myrrham
alij codices requirunt,quum Rhaſis myrrham duntaxat poſtulet . Hinc li-
cet coniicere,tranſcriptores dubios fuiſſe,& (quod ſæpius ſolent) vtrãque
dictionem appoſuiſſe,cum diſiunctione Vel.

92.6. *Roſarum, croci, ana drac.duas.* ] Meſueus præſcribit roſarum drac.qua-
tuor:croci,drac.duas:& rectius profectò,quum iniuſtum ſit in pari cũ roſis
quantitate crocum apponere. Vel (vt alij quidam habent) ſit roſarum &
croci pondus æquale,ad drachmam vnam ſolum.

92.11. *Et tunc verus deprehendetur.*] Superius dixit, *balneum , & fomentatio &
pyria:* quum idem ſint πυρία Græcè, & fomentum Latinè: quaſi Latinam vo-
cem Græcâ explicare vellet. Ait autem,verificatum iri totum aphoriſmum
hîc ex Hippocrate recitatum ; quia ſcilicet, quintuplici remediorum in eo
propoſitorum genere hactenus vſi ſumus , nempe phlebotomia & purga-
tione primum,pro humoris peccantis conditione . Poſtea in declinatione
ophthalmiæ calidæ,balneo & fotu. Poſtremò in materia frigida, apparen-
tibus ſignis coctionis,& fotu,& meri potione.

92.17. *Prout exiget diſpoſitio pleni aut flatulenti.* Hoc eſt,pro ratione cauſæ do-
lorẽ efficientis.Ea verò eſt,vt ſuperius dixit,mordicatio materiæ,aut mul-
titudo,aut ventus vaporoſus.Duo poſtrema narcoticorum vſum minus ſu-
ſtinent,quàm mordicatio.

92.29. *Et lacte mulieris puellam nutrientis.*] Quid refert puerum aut puellam eſ-
ſe quæ alitur, quum ſexus alumni nutricis temperamentum, aut lac ipſum,
non

non mutet? An ſignificatur magis,quæ puellam peperit, (pro quo [parturientis] dicit impropriè Vigonius) eandémque lactat? vt ſi nullæ eſſent conductitiæ nutrices, & omnes matres (vt lege naturæ tenentur) ſuos fœtus lactarent, non falleremur in lactis delectu, frigidioris, eius quæ puellam nutrit, quia & femellam peperit: vnde frigidior fuit corporis habitus, proindéque & lac ipſum. contrà, eius quæ puerum educat. An hoc quoque falſum eſt, & nutricis quæ puellam peperit, lac eſt calidius, & ob id alendo mari conuenientius? Etenim quum ſimilibus omnia delectentur & nutriantur, puella vtero geſtata frigidiorem ad ſe trahit ſanguinem, vt puer calidiorem. Itaque remanet calidior ſanguis lacti gignendo à partu puellæ, frigidior verò ab edito maſculo. Vnde vulgus etiam nouit, ſalubrius eſſe puero lac eius quæ puellam edidit, & puellæ eius quæ puerum: ſed cauſam ignorans,ait puellam egere infrigidatione per id alimentum,vti & puerum.

*Et puluis tuthiæ, ſarcocollæ & zucch.*] Eſt puluis Nabatis vocatus,de quo 92. 33.
rurſus dicet in cura ægritudinum corneæ tract.6.doct.2.part.2.cap.2.& in antidotario doct.2.cap.2.

*De pure ſub cornea.*] Eſt ὑπόπυος Græcis dictus,vel πύωσις. 93. 1.

*Et omnia quæ conferunt curationi aquæ.*] Aqua (ſupple,deſcendẽs in ocu- 93. 10.
lum) eſt ſuffuſio ſeu cataracta nondum confirmata, vt ipſe docebit in ſequentibus agens de Cataractis & Gutta ſerena,tract.6. doctr.2. part.2. capite 2.

*Inter pupillam & album.*] Significat eum terminũ qui eſt adnatæ & iri- 93. 13.
di communis,per quem pus extrahi poteſt, ſiue retro corneam (ſub pupilla videlicet) ſiue ſub dura tunica ipſum contineatur.Porrò Ioãnes de Vigo prudenter admonet,quid agendum poſt extractionem puris, ad detergendum,incarnandum & cicatrizandum,lib.2.tract.3.cap.3. vbi obſerua ab eo dici zuccharum candum de ſyrupo roſato, eius ſyrupi portiones induratas candefactas,vt loquuntur pharmacopœi.

*De bothoribus & veſicis.*] Græci φλυκταίνας vocant,puſtulas (inquam) e- 93. 18.
xiguas,veluti bullas,ſupra corneam potiſſimum eminentes, quales accidũt per exanthemata.

*Quædam in radice auris.*] Ea ſunt Græcis vocata parotides, vt paulò 93. 26.
poſt explicabit Guido.Sunt autem in radice auris,id eſt glandulis pone auriculas,vel ſub iis conſtitutis.

*Et hoc eſt propter diuerſitatem ſenſibilitatis.*] Hippocrates eo loco non a- 93. 36.
liam cauſam affert,quàm febris & delirij,quę minus ſuperueniant ſenibus. Horum verò ſymptomatum occaſionem eſſe vult Gal.in comment.calidũ & bilioſum temperamentum iuuenis.At cõment.in aph.69.lib.2. doloris, qui ſenſibilitatẽ ſequitur,meminit:vbi docet,purulentos ex pulmonia magis ſanari iuuenes,quàm ſenes:per alias autem ſuppurationes, vt auriũ, ſub ipſum ſuppurationis tempus, minores natu ex magnitudine febriũ ac doloris morte pręoccupari.

*Cinnamomum & cubebæ.*] Cubebarum nuſquã meminit Galenus, ſed lo-
95.15. co hîc citato habet Carpeſium, quod Auicenna & Serapio cubebas interpretantur. Non tamen ſunt ij fructus piperi ſimiles, quos officinæ cubebarum nomine efferunt. de qua re conſule Matthiolum in Dioſcorid. cap. 10. libro 1.

95.36. *In membris extrinſecis continentibus, &c.*] Quænam ſint continentes, & quę contentæ colli partes, ipſe explicauit tract. primo, doctr. 2. cap. 3.

95.39. *Secunda verò nomen habent proprium.*] Talia eſſe vult quæ in partibus internis, vtpote gula & gutture, fiunt. Eſt enim Squinantia, Græcis συνάγχη & κυνάγχη, inflammatio muſculorum gutturis & faucium. At non minus proprium eſſe videtur nomen Botij, quum in ſuperioribus dictum ſit, teſtudinem in capite Talpariam vocari, in collo Botium. Perperã igitur nunc ſcripſit, prima aſſumere nomen generis, & vocari ſimpliciter apoſtemata, botia, &c. quum Botium ſit nomen ſpeciei, nempe Teſtudo in collo: vt Squinantia eſt inflammatio, vel (vt hîc loquitur) apoſtema colli internum. An botij nomen hoc loco genuinum eſſe vult, multorum imitatione, qui Gallica dictione vocant inſignem quemuis tumorem, vt gibboſitatem quoque, *vne boſſe*? Deinceps verò hanc vocem ſtrictiùs vſurpant, de Botio peculiariter vocato dicturus poſt Squinantiæ curationem.

93.3. *Ita vt ſit apoſtema ſolùm apparens extra in membris continentibus.*] Non ſibi contradicit autor, quum antea ſcripſerit, primi generis apoſtemata eſſe, quæ occupant membra extrinſeca & continentia: ſquinantiam verò eſſe in contentis. Hic enim ait, duntaxat apparere, non ineſſe. Eſt enim ſemper in muſculis, adeóque partibus contentis, ſed viſu non percipitur, niſi exterius, quod foras vergant tumor, rubórque. Maior difficultas eſt in ſecunda ſpecie, quam dicit eſſe in muſculis extrinſecis verſus ſpondylos ſeu vertebras. An eos denotat, qui ceruicem flectunt, corporibus vertebrarum eiuſdem accubantes pone œſophagum? Sunt enim hi ratione gutturis ſeu laryngis & œſophagi, in quorum muſculis aliæ duæ ſpecies Anginę conſtituuntur, verè extrinſeci. Porrò has quatuor ſpecies Galenus ſic definit, ex medicorum Hippocrate poſteriorum ſententia, vt συνάγχη vocitetur, quando interiores faucium muſculi inflammantur: παρασυνάγχη verò, quando exteriores: nempe qui linguam & os hyoeides attingunt, œſophagúmve firmant aut retrahunt. Ad quæ licet etiam referre amygdalarum ſeu tonſillarũ, gurgulionis, & linguæ radicis tumefactionem. Tertia ſpecies κυνάγχη dicitur, nempe laryngis muſculorum internorum phlegmone. Quarta eſt, παρακυνάγχη, externorum eiuſdem partis muſculorum, tam cõmunium dictorum, quàm propriorum: necnon œſophagi, ad huius compreſſionem: qui ſunt voluntariæ deglutitionis autores.

96.4. *Quando eſt in lacertis intrinſecis verſus ſpondylos.*] Falſum eſt, œſophagum muſculos habere intrinſecos, vt quidam ſomniarunt: niſi tamen quis velit intrinſecos appellare, quibus ille accubat. Eorum ſanè tumor deglutitioni multò magis officit, quàm reſpirationi.

*Quæ vocatur ſtrumoſa.*] Non à Galeno,ſed recentioribus practicis.Galenus hanc proponit de ſententia Hipp.lib.2.epidem.ſect.4.aph.34. ex luxatione vertebrarum colli primæ, vel ſecundæ ad anteriora. Hæc deglutitionẽ magis quàm reſpirationẽ offendit, & nonnunquam febri coniuncta eſt,ſæpius abſque febre,vt quæ ex phlegmone ortum non ducat. 96. 12.

*Fiunt enim vtplurimum per viam deriuationis.*] Cauſæ vniuerſales ſeu generales dictę ſunt in ſermone vniuerſali de apoſtematibus, rheuma ſeu deriuatio & cõgeſtio.Speciales verò, primitiuæ,vt caſus & percuſſio: antecedẽtes,vt quatuor humores(quorũ alij ſunt calidi,alij frigidi) & coniunctæ. Fieri verò vtplurimũ via fluxionis,cõſtat: eſt enim Angina ferè omnis, inflammatio.Per congeſtionẽ propemodũ ſola Strumoſa cõparatur. Hãc tamen Galenus vult accidere puerulis, ex muſculorũ inflãmatione, cõment. ad aph.26.lib.3.cũ ij breuiores facti,vertebrã antrorſũ attraxerint.An potius à crudo ligamẽtorũ phymate (vt idẽ ſcribit 4.loc.aff.5. & cõment.55. ad ſect.2.lib.1.prorrhet.)vel ictu,vèl caſu, dum in tenera ætate omnia ſunt laxa,mollia,flexiliáque excitatur. 96.16.

*Quantũ ad cauſas,ſunt vt aliorum apoſtematum.*] Hîc cauſas dicere videtur pro morbis ipſis,qui ſymptomatũ cauſæ ſunt.nec immeritò,quũ Anginæ dictio exprimat ſymptomatis, potius quàm morbi,ſignificatũ. vt rectè dicamus,phlegmonẽ eſſe cauſã Anginæ ſiue ſtrangulatus. Phlegmonis autem ſigna,vbicunque ea fuerit,ſunt vt aliorum apoſtematum.At loci affecti alia ſunt indicia,alia ipſius affectus, docente Galeno lib.1.loc.aff.Et affecti quidem loci peculiare indicium eſt, eiúſce partis actio læſa: vt in Angina difficilis reſpiratio & deglutitio. Vnde ſequitur orthopnoea, linguæ exertio, potulentorũ per nares reiectio, &c.Eſt autẽ dyſpnoea, præ gutturis & faucium anguſtia,certius indiciũ Anginæ,quã difficilis tranſglutitio,quum hæc etiã accidat tonſillis nõ valde inflãmatis,& faucibus exulceratis. Præter id quod τῆς συνάγχης,id eſt ſtrangulatus ſiue anginæ dictio, ad reſpirationis,potius quàm deglutitionis defectum,apertè referri videtur. 96. 18.

*Et ſpumæ emiſſio inſtar fatigati equi.*] Videtur innuere quod ſcripſit Hipp. aph.43.lib.2. ſtrangulatos & ſubmerſos (ſic enim legendum eſſe, in praxi noſtra docuimus cap.de Angina)nondũ verò mortuos, haudquaquã reſurgere,quibus ſpuma circa os fuerit.Quæ ſententia nõ ſemper veritatem habet in iis qui laqueo ſuſpenduntur, vt ego ſemel atque iterum obſeruaui. In Angina autem & ſtrangulatus cauſa interiore,verior eſſe poteſt. 96. 24.

*Intus in gutture,neque extra apparet.*] Quæ nullibi tumorem aut ruborem demonſtrat,neque in gutture,neque in faucib.&ceruicis parte antica,eam eſſe volũt in laryngis interioribus muſculis, qui duplici nomine viam aëri præcludunt.ipſi nimirum per ſe meatum occupantes,plurimum tumefacti ſcilicet:& ex accidẽti,quãdo illũ coarctant & contrahunt pro ſuo munere. Interiores enim conſtringunt,vt exteriores dilatant & amplificant. 96.30.

*Omne apoſtema præfocatiuum,aut reſoluitur,&c.*] Quadruplicem anginæ exitũ hîc proponit,tres ſalubres,vnum lethalẽ.Sed plures obſeruare licet: 96.32.

quãdoq; enim in gangrænã conuertitur,& quãdoque in ſcirrhũ lõgo tẽpore deinceps remolliẽdũ. de quo affectu etiã aget Guido in fine tertij ſcopi.

97.9. *Quod repercuſſiua non adminiſtrantur extrinſecus.*] Verũ eſt, nõ conuenire fortiter repellẽtia externæ parti: ſed nec relaxantia tantũ, aut vehementius ex vſu eſſe poſſunt, vt rectè monuit Trallianus. Etenim relaxãtia, partes alioqui laxas, fluxioni iã cœptæ opportuniores efficiunt. Vnde nõnũquã ſuffocatio ſuboritur acutiſſima, ex aucta inflãmatione: quãdoque etiã gangręna ſuperuenit, quæ hominem iugulat. Ergo præſtat initio refrænatiuis ſaltem partes extrinſecas vtcunque confirmare & recreare. Vbi verò conſtitit fluxio, ampliter laxare, vt ad exteriora inuitetur & alliciatur impacta materia, & diſcutiatur.

97.14. *Sint contenti in principio hydromelite.*] Idque pro omni cibo & potu, vt triduo primo nihil aſſumãt pręter mulſam. Quippe angina morbus eſt acutiſſimus, ſtatímque extremos habet labores. Vnde etiã extremè tenuiſſimo victu eſt vtendũ. Mulſa verò, pręter id quod parũ nutrit, hæc cõmoda pręſtat: craſſiorũ humorũ attenuatione, viſcidorũ inciſionẽ & abſterſionẽ tenuiũ diuerſionẽ & euacuationẽ ꝑ aluũ & vrinæ vias. Adde etiã thoracis dilatationẽ, quæ in peripneumoniæ ſuſpicione (hîc maximè verẽdæ) prorſus quærẽda eſt. Delicatioribus aqua zuccharo dulcorata illius loco dari põt.

97.18. *Et ex colatura furfuris.*] Meſueus habet & ad iura furfuris: quod idem eſt. Significatur verò ius ſorbitióve, quã hic vulgus Brenatum appellat. Hoc amylo, & fabarũ farina minus nutrit, ſed magis quã ſuperiora, & ſatis deterget. His ferè quatuor diebus æger ſuſtineri poteſt: quibus tranſactis, ad iura pullorũ & oua ſorbilia eſt progrediendum, ſi morbus eſt in declinatione. Sed neque iſtis copioſè veſcendum: quippe vereri oportet, ne humoris copia anguſtiam & ſuffocationis periculum redintegret.

97.21. *Quare oportet vt parum dormiant.*] Veretur Guido ſuffocationẽ, ex ſomni copia: quæ in pleuritide & peripneumonia magis verenda eſſet. Siquidẽ per ſomnum ſanguis & ſpiritus ad ſua viſcera dicuntur reuocari. Vnde circa cor plurimũ eſt eorũ in dormientibus: ſicque augentur inflammationes thoracis interiores. Angina verò, quũ ſit in parte remotiore, & externa magis, nõ debet augeri per ſomnũ, quin potius minui. Ergo per initiũ & incrementũ ſaltẽ concedatur ſomnus: vbi autẽ fluxio iã cõſtitit, & maturatus humor excerni debet, vigilare ſatius eſt: ne fortè in peripneumoniam conuertatur angina, haud ſatis liberè expurgata.

97.25. *Fricationes & ligaturæ extremitatũ.*] Frictiones aſperæ, & ligaturæ dolorificæ in artubus fiunt cõuenientiſſimè, vt ſanguis à parte affecta reuocetur, neque interea excludatur à corpore. Aretæus ligaturis conſtringit ſupra malleolos & genua: necnõ ſupra carpos & cubitos in hoc affectu. Sequitur de phlebotomia, quã à ſaphenis ſtatim aggreditur Guido, nõ ſatis cautè, ſi bene iudico. Nã quũ morbus ſit acutiſſimus, & ſuffocationis præceps periculũ, proximus vẽter ſoluẽdus eſt, & proxima vena aperiẽda, vt in talibus iubet Hippocrates. Nõ tamẽ à venarũ hypoglottidῶn (quas vulgus practicantiũ Raninas vocat) eſt inchoandũ, ſed ab humerariis ſeu cephalicis, quę

iugularibus(vnde guttur & fauces ramulos accipiunt)valde ſunt cõiunctæ. Neq.hypoglottides ſat tutò ſecãtur, priuſquã fluxio magna ex parte quieuerit.aliàs ſiquidẽ maiore impetu in locũ affectuũ irruit,incitatúrque. Vbi ſub lingua nequeũt tũdi,ob inſignẽ partis huius humefactionẽ, Trallianus iugulares aggreditur.Ægineta venã frõtis,& quæ ſunt ad cãthos maiores oculorũ,in naſo ſc.aperit.Hîc nulla fit mẽtio cucurbitularũ,quæ tamen ſunt pręcipui momẽti,non ſolùm ſcapulis admouendæ,cum ſacrificatione, aut ſine ferro,ſed etiã in colli totò circuitu,& maximè ſuper venas iugulares.Conuenit etiam appoſita ſincipiti magna cucurbitula, vbi conueniant ſuturæ coronalis & ſagittalis,ad diuerſionem.

*In craſtinum detur in materia calida.*] Trallianus eodẽ die venam illi cu- 97.28.
bito incidit primũ,deinde hypoglottidas, & veſperi diacrydiũ ex ptiſſanæ ſucco propinauit: vix tamẽ laqueũ ex inflãmatione ſtrangulantẽ diſſoluere potuit.Quod autẽ hoc loco fit mẽtio pillularũ,fieri poteſt,vbi nõ eſt vehemẽs ſtrãgulatus.Alioqui nõ video quî poſſint deuorari, vbi liquida ad nares pręfauciũ anguſtia recurrũt. Tũc ſanè pręſtat acriorib.chyſmatis ſubinde aluũ ſolicitare,qua parte inanita,in eã ſe corpus reliquũ exonerabit,clyſteris verò materia erit,quæ hîc deglutiẽda ꝓponitur, ſed in maiore doſi, quo pars aſſumẽs eſt ignobilior, & à ſede affecta remotior ipſo ventriculo.

*Aut pilulæ ſtoracinæ teneãtur ſub lingua.*]Harũ varię ſũt deſcriptiones apud 97.32.
Græcos & Arabes:vt Raſin 9,alm.cap.55.& Meſ.cap.de tuſſi.Magis placet nobis deſcriptio in qua Gal.Aëtius,Ægineta,& alij multi Græcorũ cõſentiunt.nẽpe ex part.æquis ſtyracis,myrrhæ,galbani & opij,ſapa excipiendis.

*Et proprietate,velut ſtercus hirundinis, &c.*] Stercus pueri, qui triduũ ſolo 98.2.
pane & lupinis victitarit,cũ vino veteri,& canis qui biduũ oſſib.fuerit nutritus,requiritur, vt magis reſoluat, minúſq.fœteat,vel autore Gal. Nullã verò ineſſe proprietatẽ ſtercori canino aduerſus anginã, hoc docet qđ idẽ ſummè cõmẽdetur ad dyſenteriã, ex lacte chalybeato diſſolutũ, ab eodem Gal.Magis vanũ eſt qđ Celſus ex vulgi ſentẽtia ſcribit,ſi quis pullũ hirundinis ederit,angina toto anno nõ periclitari.Quod verò Gal.dicit,ſolo ſtercore humano ex melle trito &illito,anginã mox curari,etiã abſque ſanguinis miſſione,fidẽ omnẽ ſuperat.vanũ quoq; eſt linũ purpura tinctũ,quo vipera ſit pręfocata,vt idẽ recenſet cap.de pęonia,eſſe ad hũc affectũ alio pręſtãtius.Eſt.n.apertavis eiꝰſtrenuè ſiccãdi,qua omnib.colli tumorib.cõfert.

*Diahirundinũ ſic fit.*] Eſt deſcriptio Galeni deſumpta ab Aſclepiade lib. 98.12.
6.κατὰ. Inſcribitur ſic: Aliud ſtomaticum ex hirundinibus abſque beſaſa. Aliud Diahirundinum ab Auicen.deſcribitur ex multò pluribus compoſitum. Hîc porrò animaduerte, alia omnia exemplaria habere, nardi,myr-
rhæ,&c.vbi nos ex Galeno legimus *nardi indicæ*,&c. 98.14.

*Gargarizãdo,lambendo,vngẽdo,atque inſufflãdo.*] Quatuor hi modi nõ ſufficiũt,neq.omnes ſingulis tẽporib.poſſũt cõuenire.Nã quãdiu fluxio viget nocet gargarizare. quod oris partiũ motu fluxio magis irritetur. Proinde ſufficit ore materiã cõtinere,vel leuiter os colluere.At in declinatione, & fine ſtatus,vbi locus eſt abſtergẽtibus & diſcutientibꝰ, magna per gargari-

zationem facta agitatio confert. Inunguntur etiam fauces & palatum materia conuenienti, quam paulò poſt ſentit locus affectus. Inſufflantur pulueres per fiſtulam ſeu cannulam, iis quibus os parum diducitur. Sed maximè omnium tunc confert vapor medicamenti hauſtus, cuiuſmodi præſcribit Aëtius, niſi tamen fauces quoque maxima premantur anguſtia. Fumus enim ſuffocat magis, eo nomine imprimis ſuſpectus Aureliano in angina. Tres igitur ſunt modi hîc prætermiſſi, detentio, collutio & vaporatio.

98.24. *Senationum, vel cardui benedicti.*] Vide annotationem in cap.2.doct.1. huius tract. in tertia forma auxiliorum quæ complent declinationem per ſaniationem: vbi docuimus, ſenationem eſſe alium à ſenecione, Græcis ἐρυσίμῳ. Porrò in hoc medicamento parem eſſe vult Rogerius mellis & axungiæ doſin, quam ipſe non limitat.

98.34. *Si eſt apparens, cum ſagittella.*] Sic parari debet, vt ferrea cuſpis vomicam ſolùm attingere & vulnerare poſſit. Qui ferrum maximè auerſantur, iis tametſi appareat, digitis & vnguibus eſt potius rumpendus, ſi attingi poteſt: vel candela cerea ſatis craſſa. Sin minus, acriores gargariſmi vel illitus hoc præſtabunt, quales hîc proponuntur à Guidone. Scio quoſdam optimo ſucceſſu rumpere tales abſceſſus confeſtim, ſolo contactu ex oleo vitrioli.

99.1. *Illud idem poteſt fieri cum ſpongia.*] Hoc non approbat Arnaldus in Rhaſen. Quomodo enim ſpongiam tranſglutient, qui vix liquidiſſima poſſunt abſorbere, inquit? verumenimuero, quando iam ſuppurauit materia, tumor eſt ſolito minor, vt cuius portio ebulliendo exhalarit. vnde Aëtius quòque in tonſillarum inflammatione præcipit, fruſta panis aqua macerata quammaxima, & alios cibos aceruatim deuorare. Vehementiore enim circa abſceſſus facta obuolutione, inquit, eodem modo afficiuntur, ac ſi ſectionem ſuſtineant.

99.8. *Quarta res completur pro natura accidentium.*] Deinceps trib. ſymptomatis omnium potiſſimis mederi docet: nempe dolori (nunquam negligendo affectui) impeditæ deglutitioni, & prorſus interceptæ reſpirationi.

99.15. *Intromittatur cannula facta de auro, aut arg.*] Cannula fieri poteſt recurua, quę vi adigatur in fauces, ad ſugendum aërẽ, & ſorbiles cibos, alioqui fauces attingere nequeuntes. At ſi anguſtia eſt ſub faucibus ipſis, in trachæã demittenda eſt fiſtula, ſi fieri poteſt, aut ſaltem in œſophagum: quomodo in catarrhis ſuffocantibus porrum intromittit vulgus, optimo ſucceſſu.

99.20. *Apertione cannæ, non epiglottis.*] Alij leg. cannæ, vel epiglottis: quæ Albucaſi & aliis multis eadem res eſt. Ego malui eum imitari qui ſcribit, cannæ, non epiglotti. Cæterùm proponitur hîc λαρυγγοτομία vocata, in extrema ſuffocatione, viribus adhuc conſtantibus, non temerè aggredienda. Barbaris Subſcannatio dicitur, vulgari nomine, quo eſcãnar ſuffocare & ſtrangulare ſignificat: quaſi canna priuare, aut illius vſu. Ægineta lib.6.cap. 33. hoc remedii generis ex Antyllo prẽſtantiſſimo chirurgo agnoſcit & dictat. Aurelianus verò fabuloſam eſſe, caducam & temerariam Aſclepiadis

dis inuentionem ſcribit. Aretæus iis antiquior, tale remedium improbat: quod ex eo vulnere maior accidat inflãmatio, ac proinde ſuffocatio adaugeatur, tuſsiſque excitetur, & vulnus ſuperſit inglutinabile. Quibus incommodis nos ſatisfecimus abundè in opere practico cap. de Angina, cum ratione, tum experimento tutam eſſe λαρυγγοτομίαν demonſtrantes. Nam & inflammatio partis vulneratæ præoccupari poteſt, & aer conclauis in quo æger decumbit calidior reddi, neque vulnera trachæę ſunt prorſus inſanabilia.

*Ancillæ teſtimonio.*] Ex ea hiſtoria concludit Albucaſis, in ſectione epiglottidis (ſic ille vocat trachæam) nil eſſe periculi, modo venis parcatur, præſertim iugularibus. Auẽzoar autem in capra expertus eſt, tuto fieri poſſe hanc χειρουργείαν. Debet autem fieri ſectio ad quantitatem foraminis naris, vel paulò minor: ſic vt cutis vulnus trachæę vulneri non reſpondeat: quemadmodum fit παρακέντεσις hydropicorum. 99. 28.

*Bocium naturale ſecundum Albuc.*] Naturale dicit, quod eſt à natiuitate, & plerunque hæreditarium: quo modo vulgus diſtinguit arthritidem naturalem, ab accidentali. Eſt verò id incurabile, quia ex prima conformatione pendet, vnde ad eiuſmodi vitium diſpoſitio & inclinatio traxit originẽ. Inſanabile quoque vult eſſe magnum bocium, quod occupat vtrunque latus, & (vt hîc ait) ambas partes: vel (vt legit Petrus de Argillata) amplas partes. 99. 29.

*Et paleæ marinæ.*] Alij ferè omnes legunt paleam. Ego malui vnum exemplar ſequi, vbi ſcribitur palla: quo ſignificatur σφαῖρα θαλάσσια, hoc eſt pila marina, vulgo palla vel balla. Eſt globus in littore maris frequens, qualis in ventriculo hœdorum ſæpe inuenitur. Puto eſſe ex pilis algæ confractis & conglomeratis ab vndarum inconſtanti ac diuerſa percuſſione. Si quis malit paleam marinam legere, (vt etiam habent Arnaldus, Rogerius, Dynus, & alij) ea fortè erit quæ Latinis Vlua dicitur: de qua vide Conſtantinum in Dioſcoridẽ. Hic notiſſima & vulgatiſſima eſt, vocatúrque Sagne. Fœnum marinum aliqui nominant, καταχρηστικῶς, ob quandam ſimilitudinem. De palea marina idem quod nos ſenſiſſe videtur Manlius, autor luminaris vocati maioris, in Cerotum ad crepatos Rainaldi de Villanoua. 100. 6.

*Magiſter Dynus facit puluerem de ſpongia, &c.*] Petrus de Argillata ſe hoc expertum eſſe teſtatur, & verum eſſe, ſed hominem multũ extenuare. Quibuſdam habetur pro ſecreto experientia frequenti confirmatiſſimo, ſpongia cum melle vſta, vt Arnaldus parare docet, hoc modo ſcilicet Spongia noua & mediocris cum 100. granis pip. nigri vritur in olla noua. Cinis tritus melle deſpumato q. ſuff. ad conſiſt. opiatæ diſſoluitur. Hoc iterũ & tertio in olla vritur. Tãdẽ ſimiliter fit electuariũ molle: ex quo xxx. pillulę finguntur. Sumitur vna quolibet die per menſem integrũ, ſenſim deglutienda. 100. 20. *Breu. li. 2 cap. 4.*

*Procedatur, ſed caueatur neruorum origo.*] Dicit ſequi, pro eo quod eſt ſecũdum eorum longitudinem ac diſcurſum, ſecare: ne fortè tranſuerſim incidantur. 100. 35.

101. 2. *Præcipuè circa cubitum.*] Dicit cubitum pro olecrano, vulgari modo. Eſt autem cauenda apertio in olecrano, & quod ſit valde ex carne, & quod motibus imprimis obnoxium, vt hîc proponitur.

101. 6. *Contingit brachia apoſtemari pati nonnunquam, &c.*] Hoc accidit chirurgi imperitia, vtplurimum: quando ſcilicet vinculo ſuperpoſito, vel etiam digito apprimente, vulneraturus cutem huc vel illuc contorquet: ita vt, eâ laxatâ vulnus in vena non reſpondeat vulneri cutis. Vnde ſequitur, ſanguinem haudquaquam effluere, aut effundi inter cutem & carnem: vbi ἐκχύμωσιν excitat, & tumorem nōnunquam ampliſſimum, pro ſanguinis aliàs effluxuri copia & impetu. Dum hoc fit, remedium eſt cutem in eum ſitum reponere, quo fuit dum vulneraretur cum ſubiecta vena: ſicque manabit ſanguis, neque accidet illa ἐκχύμωσις, neque apoſtema hîc propoſitum.

101. 11. *De fomentatione mollificante & reſoluente.*] Imò verò cucurbitulis & ſcarificatione eſt opus nōnunquam, ad tollendam ecchymoſin, & liuiditatem. Quod ego adoleſcens in meipſo à tali affectu fui aliquando expertus, dum fotus & cataplaſmata reſoluentia illud ſatis non poſſent.

101. 16. *Arteria verò deſtructa, aneuryſma, &c.*] Aneuryſma huius tractationis parum eſſe videtur, quum non ſit de veris apoſtematibus: ſed de eo hîc agere voluit, ſermonis quadam conſequutione, quia nimirum illud ſæpe accidit temerè vulnerata arteria, vt pręcedēs affectus erat ex imprudenti phlebotomia. An melius differretur in tract. ſextum, in quo acturus eſt de omnibus ægritudinibus quæ nō ſunt propriè apoſtemata, neque vulnera, &c. pro iis tamen habetur recurſus ad chirurgum? Porrò definitur Aneuryſma, paſſio arteriæ adapertæ ſeu patefactę per ſolutionem continui: Græcè eſt ἀναστομωθείσης. Fit autem, autore Galeno loco hîc citato, ea perforata ſeu vulnerata (quod ad externas cauſas attinet) quando ſuperpoſita cutis ad cicatricem peruenerit quidem, arteriæ verò vlcus ſeu vulnus manſerit non agglutinatum, nec cicatrice ſimul obductum, nec carne obſtructum. Eius notæ ſunt, eidem Galeno, pulſus: qui fit ab arteria, vel (vt ego cenſeo) à ſanguine arterioſo illic effuſo, qui aſſiduè ab arteria diuiſa effluit, eiúſque motum ſequitur, & quòd prementibus diſparet omnis tumor, recurrēte in arteriam tota quæ eum facit ſubſtantia. Ea verò eſt ſanguis tenuis & flauus, multo eóque tenui ſpiritui commiſtus, venoſo calidior: atque ſi vulneretur ἀνεύρυσμα, is eiaculatione ruit, vt vix contineri queat. Differt ab œdemate ſimiliter cedente prementibus, quod iſtud foueam retineat (ſi ex craſſo & viſcido humore fiat, magis quàm ex aqua vel ſero) & nulla ei pulſatio inſit, nullus calor, ſed potius frigus: color verò candidior, & humor ipſe quàm in aneuryſmate latior & amplior: niſi quando ratione grumi ingeniti, aneuryſma in ſphacelon conuertatur.

101. 22. *Vno modo compreſſione, &c.*] Eſt hæc vera curatio. Alter enim modus, fit amputatione arteriæ, qua membrum deinceps priuatum manet, proindéque mutilum. Priore autem modo, ſiquidem abſolui queat, interim dum

dum impeditur ſanguinis effluxus aſſiduus per compreſſionem, arteria ſi adhuc mollior eſt, vt in adoleſcentibus agglutinatur, vel carne ſupergenita obſtruitur. Emplaſtri verò materia, non ſolùm aſtringens, ſed etiam grauis eſſe debet, vt metallica. Pōdus enim facit ad compreſſionem & ſtricturam: quod in emplaſtris enteroceles quotidie experimur, cuius affectus curatio ferè eadem eſt, quæ aneuryſmatis. Alter modus reſpondet omnino ſectioni varicum, de qua vltimo cap. huius doctrinæ. Tertius explicabitur tract.6.doct.2.cap.6.in hernia vmbilici Zirbali ac inteſtinali: emboriſmalem enim ferro attingere vetat.

*Quæ à multis chiragra dicitur.*] Ἄγρα eſt præda, captura. hinc ποδάγρα, 101.31.
γονάγρα, χειράγρα, propriè arthritis pedum, genuum, manuum, per quam velut capti & irretiti ſunt ægri. At barbari Chiragram ſumunt pro tumore abſque dolore: ſcilicet quando manus craſſior apparet & enormis. Cui affectui reſpondet iiſdem autoribus, Elephantia, quam definiunt eſſe additionem carnis in pedibus & tibiis vltra modum craſſis: vt videre eſt in pedibus eorum qui elephantiaſi propriè dicta laborant: & quales ſunt naturaliter Elephantis animalis pedes: à quibus etiam morbi huius nuncupatio deriuaſſe videtur. 101.35.

*Quo indiget, ſecundum inceſſum oſſium rachetæ.*] Καρπὸς, Latinis Brachiale, barbaris Racheta dicitur: metacarpium verò, iiſdem vocatur Pecten, Latinis poſtbrachiale. Hic cauterium adhibet carpo, vt parti infimæ τοῦ ἀκροχείρου. i. manus extremæ: quod decliuior ſit locus, expurgationi aptiſſimus. Iubet autem vt fiat vſtio, ſecundum inceſſum illius oſſium: nempe euitetur ſectio tranſuerſa, qua tendones violari poſſent. Confert verò cauterium, non modò exitum materiæ parando, ſed etiam eius portionem abſorbendo, & partem corroborando, vt deinceps non fiat recidiua. Calidior enim & ſiccior euadit pars: ac proinde minus obnoxia morbis pituitoſis, frigidis humidíſque. Adde quòd huius partis oſſa cariei maximè opportuna ſunt: & eroſis à putrente materia eorum vinculis, plerunque fiunt inutilia, excernendáque veniunt. Id nos primùm docuit apertiſſimè effectus planè admirandus, teſtante magiſtro Tannequino Guilhaumeto, Nemauſenſi chirurgo prudentiſſimo & peritiſſimo. Adoleſcens annos circiter quindecim natus, Dorilhac nuncupatus, Domini Vallebriſij filius, cecidit in manum ſiniſtram. Tumor inde excitatus per octo vel nouem menſes repellentibus & reſoluentibus, necnon malacticis fruſtra curatus eſt. Ille tandem cauterium adhibuit metacarpij dorſo, inter minimum digitum & annularem. Mox cum pure ipſo erupit vnum os carpi, ſua ſede motum: & deinceps reliqua omnia, tum carpi, tum metacarpij oſſa per vulnus reiecta ſunt ſponte, ligamentis ſuis planè ſoluta, & carioſa. Vlcus poſtremò ſanatum, quum nihil iam præter naturam corruptúmve haberet.

101.39. *Cinerum clauellatorum.*] Galli dicunt, *grauellees*. Fiunt autem ex tartaro, ſeu fæce vini vſta.

102.2. *Et ipſam ſæpe aqua calida.*] Ne ſubinde aliud decoctum ſit imponendum calidius: qua frequenti remutatione manus frigeſcat: aut priuetur continuatione remedij imprimis neceſſaria. Sic quibus latera, aut alias partes fouemus veſica ſuilla aut bubula decocto plena, iubemus vt veſica ſubinde recaleſiat aqua calente, non mutato decocto.

102.5. *Violenter attrahendo mollificant manum.*] Vererer potius tumoris incrementum, ex picis applicatione & violenta auulſione. Hoc enim picationi non malè reſpondet, quæ ad membrorum incraſſationem ſolet inſtitui. De ea vide cap. 4. doct. 1. tract. 6. Ob id (meo quidem iudicio) rectè Guido ſubiungit, priores modos eſſe magis probatos & experimento confirmatos. Eſt verò ſemper illud ſupplendum, quòd poſtremò annotabit, humorum confluxum ad partem oppoſitam (hoc eſt manum ſanam) eſſe imitandum, frictionibus aſperis, ligaturis dolorificis, admotis cucurbitulis, factis ruboribus & veſiccationibus, necnon grauibus applicatis ponderibus, vt pilis plumbeis alligatis, &c. Eadem pars aſſiduè exerceatur & laboret trahendo, portandóve res difficiles, & fotibus laxetur, vt ad eam copioſius accedat alimentum: ægra verò, contraria de cauſa, arctius conſtringatur, & otioſa maneat.

102.16. *In quorum circuitu venæ attolluntur.*] Non eſt hoc proprium cancri indicium, vt quidam volunt, ſed commune ſcirrho & cancro: cum aliis pleriſque ſignis, vt annotauimus in cap. 5. doctrin. 1. huius tract. Propoſitum apoſtema nihil aliud eſt, quàm ſcirrhus facilè in cancrum mutabilis. de quo vide locum modò citatum.

*Nam cauterium omnem corruptionem remouet, vt dicetur.*] De hoc plura,
102.52. & ex profeſſo, tractatu 7. doctrina 1 capite 3. Eſt autem id notiſſimum, igne corruptelam omnem ac putredinem tolli, & abſumi. Aliud verò præterea commodum affert partibus oſſeis, & eiuſmodi ſpermaticis, quod labefactum humoris noxij (præſertim pituitoſi) præſentia temperamentum, iis reſtituat. Sunt enim, vel argumento, calidiores ſanguineis partes ſpermaticæ, cùm iis rebus addatur inſigni calfactione, vt per ignem. Robur enim ex temperamenti præſtantia eſt, vt debilitas ex intemperie.

102.29. *Panaritium eſt apoſtema.*] Græcis dicitur παρωνύχιον. vnde apud Dioſcoridem libro quarto, capite 49. & Galenum libro 8. ſimplic. herba quædam παρωνυχία vocatur, quòd tali affectui præcipuè ſit remedio. Paulus Ægin. libro tertio, capite vltimo, deſcribit eſſe ἀπόστημα conſiſtens ad radicem vnguis. Latini Rediuiam & Reduuiam appellant: barbari panaricem vel panaricium.

*Et vehementis doloris.*] Quia valde ſenſilis eſt pars affecta. Hinc etiam
102.32. præcipuè dolent vnguium radices ab ingenti frigore: aut repentina calefactione, vbi quis impenſè refrigeratus, ad luculentum ignem propius acceſſerit.

*Galla viridi & aceto dahaſen curabat.* ] Alij legunt *dolorem*, alij *dobobam*: 102.43. nos Halyabbatis phraſin ſequi maluimus, qui Pannaritium aliis vocatum, Dahaſen vocant. Eſt autem curatio huius, non doloris, quæ fit per gallam viridem. Quippe dolor à vehementer aſtringentib. impendio exaſperatur.

*Perforatione ſubtili & parua.*] Hîc conſulendus eſt Ægineta, qui loco 103.9. ſuperius citato diſertè ait: Suppuratas reduuias acu adacta humorem emittere oportet, ſpongiámque aqua imbutam imponere, vel lenticulam applicare ex aqua tritam, &c.

*Quia hîc accidens ſuperat cauſam ſuam.*] Nempe, dolor eſt multò maio- 103.24. ris momenti, quàm ipſe tumor: quamobrem ad narcotica vſque veniendum nonnunquam eſt. Dolore enim vehementi vigilię contingunt iuges, inflammantur ſpiritus, & commouentur humores. Vnde febres accenduntur, accidunt deliria, leipothymiæ, tandémque mors, vltima linea rerum.

*Latitante inſtar illius animalis.*] Bubo auis eſt, Gallis dicta *Chat-huant*, 103.3. & *Hibou*. Deſerta incolit, dira & inacceſſa loca omnium lubentiſſimè. Nocturna & inauſpicata maximè auis, cauernas inhabitat, Græcis βύας, non βουβὼν appellatur. Illis verò βουβὼν eſt pars corporis Latinè Inguem dicta: & eiuſdem partis inflammatio. Vnde factum eſt tandem, vt alterius quoque loci glandularum phlegmones βουβῶνες nuncuparentur: præſertim ſanguinei. biliosi enim φύγεθλα dicuntur, vt φύματα qui ſunt aptiſſimi vel proximi ſuppurationi. Gal. lib. 2. ad Glauc.

*Quæ licet ſint nobilia.*] Quæ, ſcilicet, membra glanduloſa: nimirum 103.35. mammæ & teſtes. Sed vt donemus vtraque ad ſpeciei conſeruationem eſſe neceſſaria (teſtes, inquam, ad generationem, & mãmas ad geniti primam nutritionẽ) nõ tamen conceſſerimus nobiles partes eſſe mammas, aut partes principes: quum nec materiam vllam membris aliis communicẽt, nec vim transfundant: vt teſtes: quorum preſentia abſentiáque temperamentum valde immutat.

*Quæ Auicenna vocat fugilica.*] Fugile definitur, tumor valde durus, cutis 103.41. colorem non mutans, profundior, fixúſque, & tangentibus immobilis: pauci eſt doloris, & nonnunquam ſuppurabilis. Fit vtplurimum ſub axillis, à materia pituitoſa craſſa.

*Nihilominus excitantur ab vlceribus & apoſt.*] Ea (inquam) apoſtemata e- 104.1. munctoriorũ, attrahũtur ſeu excitãtur ab vlceribus & apoſtematib. partiũ extremarũ, vt manuũ & pedũ. Cũ enim præ dolore, ad eas partes cõfluunt à partibus ſuperioribus, ipsíſque viſceribus humores, hi glandulas quas permeãt in emunctoriis imbuunt, implent, & turgere faciunt: vnde Bubones. Aliàs fiunt expulſione materiæ à viſceribus quæ ſe in hac ſua emunctoria exonerant: éſtque tunc deriuatio propriè dicta.

*Et non diſpliceat.*] Precatur veniam ſuæ digreſſioni, qua paulo fuſius 104.12. explicare proponit, recitata prolixiori hiſtoria (ſed perutili, ob ſimiles

caſus) quid mali portēdant bubones febri aſſiduæ coniuncti: vtpote internorum tumorum, circa partes principes, βλαςήματα, hoc eſt germina. Dicit autē paſſim mortalitate pro peſte, quòd ab ea quāplurimi interirent.

104.20. *Sed etiam inſpiciendo.*] Aſpectu ſuo quoſdam inficere, vt de Baſilico dicitur, volunt & faſcinare: tanta eſt venenatæ qualitatis ſubtilitas & efficacia. Quinimo intuitu ſolo ophthalmiam eſſe contagioſam, alia tamen ratione, aſſerunt noſtri. Quod ad peſtem attinet, facilè eſt intelligere, quomodo non cohabitantes & commorantes duntaxat illa coafficiātur, ſed etiam vel obiter ſe inuiſentes & confabulantes, nimirum habitu venenoſo qui expiratione redditur à peſtifero, inſpiratur à ſano. Per hāc verò peſtem maximè laborauit pulmo, quum circa eum corruptus ſanguis præcipuè colligeretur: vnde & cruenta expuitio.

104.27. *Legimus de illa ciuitatis Cranon.*] Eſt vrbs Thraciæ.

104.29. *Tempore Gregorij.* Anno domini 1227. ſub pontificatu Gregorij papæ noni (quem hîc ſignificat) tanta peſte laboratum eſt Romæ, vt vix decimus quiſque ſuperfuerit.

104.38. *Præficerentur cuſtodes ciuitatibus.*] Hîc mos apud nos ita inoleuit, vt ad minimam de peſte famam, ciuitatum & pagorum ingreſſu omnes interdicantur, etiam notiſſimi, niſi bene teſtatum ſit, aduentum iis eſſe ex ſalubri & minimè ſuſpecto loco.

105.3. *In decimoquarto gradu Aquarij.* Alij legunt, *in decimonono.* Eſt autem ſignum humanum, vt mox dicet, Aquarius: ſicut Gemini, Virgo & Sagittarius. Cæterùm huic coniunctioni fuit ſimilis, ea quam eſſe volunt primam magnæ ſeu craſſam vairolæ cauſſam. Cur igitur non accidit tempore Guidonis etiam vairola: aut cur poſterior hæc coniunctio, circiter annum Domini 1490. non ſimiliter peſtem genuit?

105.15. *Et faceret apoſtemata.*] Ex ſanguinis conturbatione, & collectione circa viſcera, fiebant internæ inflammationes, & ab his febres aſſiduæ: eæque lipyriæ (vt eſt veriſimile) per quas interiora vruntur, exteriora frigent, ſuntque malignæ admodum & lethales. Hinc ſputum ſanguinis ab initio, ex eroſione potiſſimùm, aut ruptura: deinceps verò, mitificata morbi acerbitate, & exterius conuerſa materia, Bubones (internarum inflammationum germina) pullularunt.

105.22. *Vt cacochymia, debilitatio & oppilatio.*] Peſtilens febris tota in putredine conſiſtit, qua nihil deleterius dici poteſt. Putredinem verò facillimè concipiunt humores praui, vtpote iniucundi & naturæ ingrati, à cuius regimine facilè deſtituuntur. Ad cacochymiam verò ſequitur virium debilitas, quum in puritate & copia ſpirituum præcipuæ vires conſiſtant: à prauis autē humorib. nec multi, nec laudabiles gignuntur ſpiritus. Imbecilla autē corpora magis & promptius à quauis re noxia læduntur, proindéque peſti ſunt opportuniora. Adhęc obſtructio meatuum internorū & externorū facit ad putredinē, ob tranſpirationis & euentilationis impedimentū. Praui autem humores, vt etiam copioſi omnes obſtruunt meatus ſuo infartu. Itaque ad peſtem

peſtem diſponunt. Eſt autem præcipua cauſarum diſpoſitio patientis, vt noſtri loquuntur. Ob id ſubiungit Guido, plures interiiſſe ex iis qui improba victus ratione vtebantur, quos malè viuentes appellat. Nam ea de cauſa, poſt famem peſtis vtplurimum accidit: quod per annonæ caritatem, abſurdiſſimis alimentis vulgus vtatur.

*Et purgare ſe pilulis aloeticis.*] Neſcio an velit ſignificare pilulas commu- 105.25.
nes, Ruffo attributas, quas & peſtilentiales vocitant. Conſtant myrrhæ & croci, ana part. 1. & aloes part. ij. Sed aliæ multæ compoſitiones plus habẽt aloës, quã iſta, vt aloëticæ potius dici mereantut. Quod verò ſubiungit, cõſolandos eſſe humores cum bolo armeno, denotare videtur, ſiſtendos eos qui cõmoti ſunt & concitati: tales enim facilius putrent. Quieſcunt verò & ſedantur incraſſantib. iis maximè quæ vim habent alexiteriam, vt bolus arm. vires etiam recreans & humores velut conſolans.

*Ad curationẽ fiebãt phlebotomiæ & euacuationes.*] Sanguinis miſſio & pur- 105.28.
gatio poſſunt conuenire, priuſquã bubones aut anthraces ſuboriantur. Nõ enim contradicendum eſt motui naturæ, internas partes eáſque digniores exonerantis. Neque verẽda eſt, vel humorũ agitatio quæ fit euacuando, vel debilitatio virium hìc maximè formidanda. Etenim agitati humores non ſinuntur, ſed educuntur, & qui ſuperſunt, deinceps quieſcunt facilius. Vires autem non franguntur ex mediocri & opportuna euacuatione, qualis fit circa initia.

*Verſus finem peſtilentiæ, incurri in febrem.*] Reſiſtunt diutiſſimè contagio- 105.34.
ſo morbo, qui ei ſunt minus obnoxij, vel ſuapte natura, vel prophylactices beneficio, vt viridia ligna flammæ. At diuturna conſuetudo & contactus, ineptam alioqui materiam ſenſim præparat & diſponit, vt tandem ſit aptiſſima ad cõcipiendam etiam leuiorem cauſam. Sic gutta cauat lapidem.

*Poſt verò anno Domini* 1360.] Supra milleſimum & trecenteſimum, ſup- 105.37.
ple: qui fuit annus octauus à pontificatu Innocentij papæ ſexti. Itaque peſtis hæc poſt duodecim annos primam ſequuta eſt.

*In iſta verò plures diuites, & nobiles & pueri.*] Quid cauſæ eſt qđ diuites & 106.3.
pueros magis ſuſtulit altera? An calidiores humidioréſque hi ſunt, & proinde ad putredinẽ magis cõparati? Qui verò laborioſam vitã ducunt, vt calidiores, ſic quoque ſicciores deprehenduntur: mulieres autem humidiores quidem ſunt, ſed ſimul frigidiores. præter id quod menſtruus fluxus eas à multis iniuriis reddit immunes. Prior igitur in cacochymos magis graſſata eſt: poſterior verò in ſanguineos, calidos (inquam) & humidos ſæuior extitit. Fuit autẽ cacochymia fortè frequentior in priore, ob prægreſſam annonæ caritatem, vt eſt veriſimile.

*Radicis herbæ tunicis, diptami.*] Tunicis loco, vbique radicem Angelicæ 106.7.
vſurpare ſuadeo. Dictamni verò radix hìc etiã expetitur, non Cretici illius à Dioſcoride deſcripti (quippe huius folia tantùm & coma ſunt vſui) ſed vulgaris, cuius folia negliguntur, radix cenſetur alexiteria.

*Fiat electuarium.*] Supple ſolidũ, in lozangiarũ ſeu tabellarum formam. 106.15.
Eo vtebatur Guido vt theriaca, id eſt, alexicaco efficaciſsimo, & multo ante

omnem cibum tempore ſumendo: vt de theriaca dixit cap. de anthrace doct. 1. tract. huius.

6. 18. *Cura bubonum, &c.*] Abſoluta digreſſione, iam redit ad propoſitam curationē bubonis: quā diſtinguit pro ratione generationis. Scilicet, vt quando fit ab interna prorſus occaſione, dignioribus partibus ſe in adenes ſponte exonerātibus, etiā nō præmiſſa euacuatione, mox relaxātibus & epiſpaſticis vocatis humorē ad eas partes magis alliciamus. quia quò natura vergit (per loca tamē cōferentia) ducere ſemper oportet. Quando autē nullum ſubeſt intus vitiũ, ſed humores feruntur ad emunctoria, præ dolore extremitatũ, quia nullum naturæ commodum affertur, ſed potius noxa, tũc non eſt ea fluxio fouenda, imò ſiſtēda: non tamen repellentibus quæ ſint vehementiora, ſed refrænātibus vocatis. Atque ſi plethora æger prematur, præſtantiſſimum fuerit eam ſimul curare manifeſta euacuatione, vel inſenſibili, vt per inediā. Fit autē cōfluxus ad partes affectas, etiam ſi corpus plethora non laboret ob doloris vehementiā. túncque vt minus facilis ſit fluxio, demenda eſt aliqua portio humorum partibus tranſmittentibus. Sic enim factæ, indigentiores, auidus retinebunt, nec ſinent elabi.

106. 26. *Et in iſto caſu, vt reprimatur cōcurſus.*] Nō eſt repellēdus vehemēter humor, qui ab externa occaſione eſt ad fluxũ cōcitatus, ſed tātùm frangēdus venit fluxionis impetus: vt pars ei ſenſim aſſueſcat, nec tā graui dolore prematur. Refrænantia autem ſunt, refrigerantia (quæ hîc alterantia dicit abſolutè) cum leui aſtrictione: cuius ratione partem vtcunque roborant.

108. 32. *Ita in mollitiuis eſt timor attractionis ſuperfluæ.*] Idem monuerat ſuprà, capite de phlegmone vero, circa finem, inquiens: Caue tamen à nimia humectatione: quoniam in principio eſt timoroſa, vt dicit Auicenna. Ab vtroque verò extremorum ſanè vitandorum, diſcrimine tutos nos reddit præmiſſa euacuatione, tametſi plethora non ſubeſſet. Quippe inanitis partibus ſuperioribus, patet locus in vaſis quo repulſi humores recipiantur, ne viſcera impetāt: eóque nomine repellātia nocere nequeũt. Sic mollitiua, ſeu relaxātia partem affectam nocent minus. Quippe facta prius humorũ diminutione, tantus nequit perſeuerare fluxus, nec impetu irruunt vt priùs humores: quum eorum copia ſit vna ex fluxionis occaſionibus.

106. 42. *Mitigare quidem magis tunc.*] Mitigatio hæc duobus modis fieri poteſt. nempe refrænantibus, ad reprimendum fluxionis impetum: & anodynis propriè dictis, quæ relaxantia ſunt. Mitigato verò dolore, etiam fluxionis impetus minuitur.

107. 42. *Coquere & ſuppurare oportet.*] Idem eſt propriè loquendo, reſoluere atque digerere: ſed Guidoni differunt. hoc enim peculiariter ſignificat concoquere & maturare. Ob id ait, ſi non poteſt reſolui, digeratur, hoc eſt coquatur.

107. 17. *Et glandulas naturales euellunt.*] Appellat naturales, quæ veræ ſunt glandulæ, ſed nunc ſcirrhoſæ, adeóque ſtrumæ. Aliæ enim dicuntur glandulæ, tumores (inquā) ex materia prorſus inutili, ad formā glandularũ con-

concreta, de quibus inſtituit ſuperius caput adminiculatiuum de nodis, glandulis, ſcrophulis, &c.

*Quædam à ſimilitudine ſic dicta, vt coagulatio lactis.*] Quando lac coagulatur in mammillis, non facit verum apoſtema, quia materia illic contineri debet ſecundum naturam, ſed non coagulata. Atque vt turgentes maximè lacte, non patiuntur tumorem prętcr naturam, ſic neque tumor ille eſt non naturalis, intra quem ſolùm peccat concretione materia. Multo minus tumor præter naturam ſeu apoſtema cenſeri debet, mammæ amplitudo etiã enormis, vt in quibuſdam mulieribus inſigniter mammoſis: quum materia tota ſit naturalis, adeps ſcilicet, & carnoſa ſubſtantia. Huius tamen deformitatis curatio tradetur ſexto tractatu, vbi de ornatu multa ſcribentur, aduerſus vitia naturalia. Alia ratione quædam Herniæ dicentur apoſtemata ſimilitudinariè, cap. 7. huius tract. quod illic explicabimus. *Doctr. 1. 107. 25.*

*Et ad illorum curationem, prouocatio eorundem.*] Eſt enim maximus conſenſus mammarum & vteri, adeo vt pars vna cedat alteri ſanguinem. At nõ per venas in recti muſculi abdomiuis parte interna conſpicuas, vt anatomici ferè omnes exiſtimant: ſed naturali συμπαθείᾳ, per communem venam cauam. Etenim cùm eiuſdem gratia ambæ partes ſint inſtitutæ, matrix ad concipiendum, mammæ ad fœtus nutrimentum, caua turgens ſanguine in eam ſe exonerat, quæ ſanguine ad ſuum munus indiget magis, alioqui ad vtranque ſe habens indifferenter. Hanc verò propenſitatem iuuat maximè attractio, fœtus ad vterum, & pueri lac ſugentis ad mammas. Vnde aliàs, in hanc, alias in illam regionem potius fertur: quandoque etiam vtrique ſimul ac eodem tempore ſuppeditatur, vbi eſt copioſior. *107. 29.*

*In altera parte, &c. monſtrat eminentiam.*] Rarò accidit totam mammam æqualiter imflammari, ſed aliquam duntaxat eius regionem, in qua pręter naturam effuſus ſit ſanguis. Lac verò per totam expanſus eſt, ídque ſecundum naturam. Vnde apoſtema, ſeu tumor, æquabilis apparet. Sed quod ſubiungit, (lac non venit niſi grauidis & pręgnantibus) vtplurimum eſt verũ: ſiquidem perquam raro euenit, vt quæ nec grauida eſt, nec puerpera (prægnantem huius loco, dixiſſe videtur Guido) lac habeat. Eſt tamen iamdudũ recepta Hippocratis ſententia, Si mulier quæ nec grauida eſt, nec peperit, lac habet, huic menſtrua defecerunt. *107. 38.* *Aph. 39. lib. 5.*

*Birſen ad apoſtemata mammillarum, &c.*] Antiquiora exemplaria hîc habent Sirſen, ex cõtextu Auicennæ etiam deprauato, ídque pudendo imprimis errore: quum ipſemet antea apertè monuerit, quoſdam hallucinari in ſignificatione harum dictionum *Birſen* & *Sirſen*. Quibus monitis, Auicenna ſubiungit hanc explicationem: Birſen (inquit) eſt dictio Perſica. *bir* enim eſt pectus, & *ſen* eſt apoſtema. Sirſen etiam eſt Perſicum. *ſir* enim caput eſt, & *ſen* apoſtema ſeu ægritudo. Nempe hac dictione Phrenitis maximè denotatur, quæ eſt menyngum ſeu panniculorum cerebri inflammatio: vt Karabitus eidem autori propriè eſt apoſtema cerebri ſubſtantiæ. Hîc ergo legẽdum eſt Birſen, quod ſignificat propriiſſimè pleuritidem ex diaphragma- *108. 5.* *Lib. 3. fen. 1. tr. 3. c. 1.*

tis inflammatione : ad quam delirium ſequitur neceſſariò, & nonnunquam
*Lib.3.fen. 10.tr.4. cap 2.* Sirſen. Hinc quæritur ab eodem Auicenna diſcrimen in ſignis pleuritidis, inter Sirſen & Birſen ratione delirij:quod permixtio intellectus ( ſic enim delirium vocat ) in Sirſen accidat mox ab initio : in Birſen verò ſubſequatur,& quandoque non niſi moribundis ſuperueniat. Quod autem ſubiungit Guido (ſeu pleureſin) malè tranſcriptum eſt. Sic enim legendum ex Auicenna:Et multotiens quidem reſoluitur Birſen ad apoſtema mammillare,& eſt locus vbi timetur pleureſis. Quorum verborum hîc ſenſus eſt: Quemadmodum apoſtema diaphragmatis ſæpe conuertitur in mammillare,bono quidem ſucceſſu:ita verendum quandoque eſt,ne iſtud in pleuritidem (cuius ſpecies eſt Birſen) tranſmutetur,vt indebito repellentium vſu. Subdit Guido (ſed non econtra) quo non ſignificat Auicennam Hippocrati contradicere, & negare ex mammarum apoſtemate accidere poſſe Sirſen (ſic enim Guido legiſſe videtur,cum aliis hallucinatus) ſed tantùm, id non dixiſſe Auicennam.

108. 10. *Non frigida actu,ſed calida.*] Actu ſupple.nam quæ frigida applicantur, minus penetrant:& condenſando externam ſuperficiem, calidiorem reddunt affectum,cohibita tranſpiratione.

108. 17. *Et myrrha,& aſſa fœtida.*] Alij legunt *Vino*, loco myrrhæ. Illius tamen non meminit Auic.& myrrhæ conuenit reliquorum ſimplicium conditio.

108. 19. *Et non ponatur magna turunda propter dolorem.*] Nempe mamma eſt pars valde ſenſilis:ídque natura voluit,vt etiam contrectatione blanda voluptatem ſentiret,quæ vtero communicaretur,& eum ad coitum magis accenderet. Tanta enim eſt harum partium conſenſio,vt molliter tractata papilla,vterus velut arrigat: nec minus contrecta viri mentula.Sed & infans dũ ſugit mammam blandiuſculè quandam illi parti voluptatẽ infert: qua mulieres,natura ſic prouidente,tædio lactandi vtcunque leuantur. Porrò turunda ſeu tenta maior (hoc eſt,craſſior longiórve) non modò obeſt dolorem inferendo, ſed etiam perpetuò nocet materiã ſuppurata: quum hanc aſſiduè effluere præſtet: vt fuſius in tract.noſtro de vulneribus ſclopetorum,libro ſecũdo explicauimus.In ſola hæmorrhagia tales habent locum.

*Quod tamen valde verendum eſt,&c.*] Dixit cap.vlt.doctrinæ ſuperio-
108. 24. ris,eſſe periculoſam omnem exciſionem cancri in vniuerſum : non hoc de mammillari peculiariter expreſſit. Eſt enim omnium facillima extirpatio mammæ, quando minor fuerit cancer: vt in anatome noſtra demonſtramus,experientia & ratione docti.

*Dictis in apoſtemate frigido.*] Mammillarum ſcilicet nempe oleo de
108. 30. ſpica,de lilio,& ſimilibus. Nam quod frigore concreuit, id calore diſſolui debet,ex phyſico axiomate, & medico illo, contraria contrariorum ſunt remedia.

*Et cum oleo modico miſcendo.*] Lanfrancus requirit aquam decoctionis
108. 33. illorum,cum pauco oleo,vt diſſoluãtur farinæ cum mica,& fiat empl.quod poſt fomentationem tepidum ſuperponit.

*Et ad inceſſum coſtarũ aperiatur.*]Hoc minus rectè præcipi videtur,ſi verũ eſt

eſt fibras muſculorũſequendas eſſe in inciſionibus. Hîc enim obliquè incedunt muſculi intercoſtales: & ſuperiores quidem (in quibus propoſita chirurgia ſolùm tentatur) à regione poſtica ad anteriorẽ velut deſcendendo, hoc modo,  Interiores verò, contrà. ſed hi non perforantur, niſi in aperiendo empyemate. Cæterùm longam maturationem expectare vetat prudentiſſimè: quinimò vitari debet ſuppuratio, quantum fieri poteſt, & extra omnib. modis alliciẽda materia, valde relaxãtibus & emolliẽtibus. Id quod de tumorib. parietũ thoracis (ij ſunt oſſa & muſculi intercoſtales;) ablatis omnibus ſuperpoſitis partibus intelligi volumus. Superpoſitorum enim muſculorum tumores, id minus expoſtulare videntur. 108.36.

*Quæ autem deuenerunt ad internam ſuppurationem.* ] Vt pleuritis muſculorum intercoſtalium interiorum, vel diaphragmatis, & aliæ inflammatio nes internæ, quæ ſuppurante pus ſuum in capacitatem thoracis euomunt: vnde fit ἐμπύημα. Tunc vrendi, aut ſecandi veniunt, ſi vires ferant, & nulla eſt inſignis corruptio partium internarum: Quod pus teſtabitur album & purum. Sub cruentum enim, fæculentum & fetidum, lethalem affectum denotat, aph. 44. lib. 7. 109.2.

*Propter propinquitatem quam habent.* ] Viſcera nutritioni inſeruientia, potiſſimùm ventriculus & hepar egent aſtringentibus ad ſui roboris conſeruationem, quo egent maximè ad operis ſui quàm difficillimi abſolutionem. Etenim eorum quæ aſſumuntur primæ alterationes ſunt omnium operoſiſſimæ. Admotorum verò medicamentorum qualitates, ſubiectis viſceribus facile communicantur: vnde ea ipſa admotis è regione topicis remediis emendare ſolemus. Ergo tametſi affectus non niſi relaxantia poſtulet, eſt aliquid addendũ roborãtis, ne partib. nutritioni dicatis officiant. 109.10.

*Vt Attalus diſcipulus Sorani ponebat.* ] Vide hiſtoriam, non minus vtilem quàm iucundam, lib. 13. therap. cap. 15. Affectus erat hepatis inflammatio, qua laborabat Theagenes philoſophus cynicus: illum meris cum relaxantibus curabat Attalus methodicus, vnde obiit intra quatriduum, ex medici ignorantia arrogantiæ coniuncta. 109.17.

*Diachylon.* ] Non eſt hoc diiachylon vulgaris vſus emplaſtrum, ſed quod Guilielmus vocat emplaſtrum de maluauiſco: rectè verò dicatur, materiæ gratia, diachylon. Ab eo ſic deſcribitur lib. 1. cap 22. Recip. rad. althææ mund. fruſtatim inciſæ, &c. Guido huic exemplo miſcet puluerem hieræ. alij legunt ireos: vnde fieret Diachylon ireatum. Sed, meo iudicio præſtat hieræ picræ puluis, ſtomachũ roborãs & iuuãs coctionẽ hîc langueſcentẽ. 109.23.

*Si tamen adderetur oleum roſ.* ] Hoc nunquam eſt permittendum. Hepar ſiquidem perpetuò recreari debet nonnulla aſtrictione, tametſi ea interim noceat affectui: vt præcitato loco docet Galenus. Quod eſſe commune vult omnibus iis partibus quarum munus eiuſmodi eſt, vt toti corpori ſit ex vſu: in fine capitis ſequentis. Cui ſententiæ minimè aſſentior: quippe pulmones maximè gaudent laxitate, quorum munus eſt in primis neceſſarium. De liene quod ſubiungit, Gal. initio cap. 17. ſupradicti libr. 109.33.

verum eſſe agnoſco,hunc (inquam) ſimiliter curandum non eſſe puris relaxantibus,ſed quam ille dat rationem,haudquaquam admitto,quia lien ex iocinore quicquid eſt limoſum & melancholicum expurget,ſibíque attrahat.Eo ſiquidē nomine egeret potius laxitate & raritate,quò facilius craſſum humorem exciperet.An potius dicendum,egere aſtringentibus vt hepar,cùm ſit alterum hepar,& ſanguinis opifex? Hoc enim Guido voluiſſe videtur,vt in tract.3.doctr.1.capite 1.de vulneribus in vniuerſum explicabimus.

109.40. *Albucaſis conſulit in iſtis locis.*] Nempe regioni ventriculi, hepatis, & lienis:quando viſcera hæc frigida humidáque intemperie laborarint, & alia non proſint remedia. Debent verò cauteria non vltra cutem ferri,aut muſculos parum attingere. Quod eſt cautiſſimè agendum : quia tales ægri ſunt valde emaciati,vt in quibus viſcera nutritioni dicata ſuum munus perperam exerceant.

110. 3. *Dicitur ab hydros, &c.*] Ignorantiâ Græci idiomatis ineptam affingit etymologiam,ὕδωρ eſt aqua,ὕδρωψ,ὕδερος & ὑδρώπισις morbus quo in abdominis ſpatio continetur aqua. In aliis ſiquidem locis eiuſmodi affectus,nō hydrops,ſed humor aquoſus dicitur,aut φλύκταινα : vt doct.1.huius tract.in capit.admin.de apoſtemate aquoſo dictum eſt. Υ῾δρώψ accentu notato in vltima,ſeu ὑδρωπικὸς, eſt qui talem patitur affectum.Eſt autem materia,(vt ſubdit autor) aquoſa & ventoſa ſimul : nunquam enim flatus abſque ſero, vel ſerum ſine flatu reperitur,vt monuit ipſe prędicto loco, ſed aquoſa aut ventoſa dicitur materia,ab ea quæ exuperat. Hinc Aſcites vocatur, in quo eſt multo plus aquæ,& Tympanites in quo plus flatuum.

110. 8. *Quandoque ex colligatione.*] An liene ſolùm affecto,non etiam hepate, gigni poteſt hydrops,quum lien ſit altera αἱματώσεως officina, vt paulò antè ſignificauimus? Hic enim chyli partem craſſiorem (quod opus eſt difficillimum) conficit & elaborat,vt hepar liquidiorem. Proinde hepaticus ſanguis infra mediocritatē eſt tenuis,quoties lienico eſt priuatus,liene haudquaquam ſanguificationi incumbente.Ait autem Hippocrates, hydropem ab iliis nonnunquam exordiri,atque lumbis:hoc eſt,partibus iis contentis, nempe ventriculo,& gracilibus inteſtinis : quæ ſi malè χύλωσιν inſtituant, perperam quoque αἱμάτωσις ſubſequitur,quoniam inepta materia hepati & lieni ſuppeditatur.

110. 14. *Mirum non eſſe, &c.*] Ænigma hoc Gordonij, quod eſt quadruplorum propoſitæ contradictionis explicatio (nempe,qua ratione poſſunt duo cōtraria ſimul eſſe in eodem ſubiecto adæquato & indiuiduo) ſic exponi poteſt.Formans ſeu formalis cauſa & antecedens hydropis,eſto calida intemperies:formata,ſeu effectus ipſe,qui eſt cauſa coniuncta & immediata ſymptomatis (hoc eſt,hydropis,ſeu excrementi pręter naturam collecti & retenti) eſt ſemper frigiditas,ſeu caloris natiui diminutio. Rurſus,calida intemperies eſt omninò pręter naturam : frigiditas verò quam hîc dicimus, eſt res naturalis:ſcilicet calor ipſe natiuus diminutus,ídque caloris naturalis ſub-

lis ſubſtantiâ reſolutione imminutâ. Pręterea, idem calor natiuus materialis cauſa eſt, ſeu paſſionis ſubiectum in eiuſmodi alteratione: calida verò intemperies formalis (vt in prima diſtinctione explicauimus) vel efficiens cauſa eſt. Deniq. caliditas ſola eſt quæ ſenſibus noſtris apparet, frigiditas autē (id eſt, natiui caloris diminutio) eſt occulta, ſolíque rationi cognita.

*Et debilis ſuperfluitatum expulſio.* ] Quum enim excerni conſueta retinentur, inſignis quiſpiam tumor in corpore excitari debet. Accidit verò maximè Aſciten fieri, cohibitis ſudorib. & vrinis: quum eadem ſit horum materia, & ſeri hydropen gignentis. 110.27.

*Quia eſt cum diſconuenientia particularum.* ] Nempe hydrops affectus eſt frigidus & humidus: in morbis autem magis periclitantur, quorum naturę minus conuenit morbus, vt ex Hipp. ſententia licet colligere. Porrò Aſcites omnium deterrima cenſetur, quia in ea magis refrigeratum eſt hepar, vnde aquam ſerúmve gignit. Ad flatum enim requiritur languidior calor, non inſignis frigiditas. Minus adhuc læſum eſt hepar in Anaſarca. etenim pituitam ſaltem producit, quæ ſero & flatu longè potior eſt. 110.39.

*Mezereon, id eſt laureolæ.* ] Mezereon propriè eſt chamælea. ſed plerique eodem vocabulo denotant & chamælæam, & daphnoidem Latinis laureolam dictam: quorum errorem ſequutus eſt Guido. Rhaſis enim abſolutè ſcribit *mezereon.* Hîc autem præcipit, vt ſingulis hebdomadis ſumatur vna doſis, quæ ſit drachmarum duarum cum ſemiſſe. Subdit Guido, purgandum etiam per vrinas. In quorum remediorum vſu moneo obſeruandum Gordonij præceptum, vt (ne aſſueſcat vini remedio natura) alternentur iſta, & modò ad inteſtina, modò ad veſicam deducantur humores. Primùm ſumat pilularum drach. j. & duobus vel tribus diebus continuis ſequentibus apozema. Deinde per duos dies capiat pilularum ℥ j. *ß.* in duabus vicibus: & quinque vel ſex diebus ſequentibus apozema: atque ita deinceps. 111.12.

*Ex cantharidibus correctis per aduſtionem.* ] Non dicit hoc Galenus, ſed tantùm per ea quæ admiſcentur caſtigatas admittit. Cæterùm gummi ceraſorum optimè id fit, quum ipſum & diureticon ſit, & lentore ſuo cantaridarum acrimoniam erodendíſque vim optimè retundat. 111.19.

*Detur vnus cum ſyrupo acetoſo.* ] Cum ſyrupo acetoſo (inquam) ex zuccharo, ait Rhaſes, ad differentiam alterius qui ex melle paratur, dicitúrque oxymeli propriè. 111.25.

*Et hoc fricetur ad Solem.* ] Muniendum eſt caput, ne inde fluxio nata inuehat tuſſim hîc moleſtiſſimam: vel ab inſolatu febris excitetur, accenſis ſpiritibus. Hepatis etiam calidior intemperies verenda eſt: cuius ratione in admouendis quoque exemplis reſoluentibus vitamus regionem hepatis quando hydropis cauſa eſt illius calida intemperies. 111.29.

*Succus radicis ireos.* ] Tria quæ ſequuntur remedia ſuccus ireos, aqua ſambuci, & vrina maximè commendantur à Gordonio, qui de ſucco prædicto ſic ait, Ego autē ſum expertus ſuccum radicis ireos. Attamen aduertendum 111.31.

quod debet eſſe crudus : quia coctus nihil valeret , & quod accipiat mane
quantũ media teſta oui capit,per ſe, vel cum ouo ſorbili. Proculdubio cu-
rat omnẽ hydropiſin quę manu humana ſit curabilis. Educit quotidie tres
vel quatuor ſcutellas aquæ citrinæ.De aqua ſambuci ſic ait: Deſtilletur ra
dix ſambuci, & medianus cortex,& flores,& fiat iſta aqua : quæ in delicatis
curat omnem hydropiſin de frigida cauſa. De vrina poteſt dubitari, ægri-
ne ipſius propria, vt hîc Guido annotat , & Gordonius loco præcitato , an
hominis ſani cõuenientior ſit: qualẽ ipſemet Gordonius in tract.de vrinis,
cap.13.vnicam valere ad hydropen affirmat,nempe iuuenis & ſani.

III.38. *Supra hepar & ſplenem & ſtomachum tribus.*] Nempe ſingulis vnum , vt
vult Albucaſis. Sequitur: & inter ſpondylia in dorſo cum cultellario, duo-
bus: ſc.(vt ait Albucaſis)vno è directo pectoris, altero è directo ventriculi.

III.2. *Ipſum incide à parte anteriori.*] Eſt παρακεντησις ab Auic.tranſcripta ex
Pauli Ægin.lib.6.cap.50.Hoc remedij genus conuenire poteſt,vbi viſcera
ſcirrho non laborant confirmato : alioqui nil, niſi prorogatur vita ad plu-
res dies. Nã quandiu ſubeſt ſcirrhus tandiu ſit noui ſeri intra peritonæon
effuſio. Verũ eſt (inquit Gordonius)quod vita poteſt aliquo tempore pro- “
longari,per vnum menſem,aut per medium annum: ſed poſtea iterum re- “
uertitur aqua paulatinè. Et nunquam vidi aliquem perfectè curatum per “
hunc modum, quin finaliter moreretur. Credo quod melius eſſet, vt fie- “
rent quinque vel ſex cauteria ſubtus vmbilicum, & in burſa teſticulorum: “
ita quod reſudando paulatinè materia aquoſa purgaretur. hæc Gordonius. “
Ego facere non vereor multas, eáſque profundas & longas ſcarificationes
in ventre inferiori,& ſetone ſcrotum perforare : per quas apertiones mul-
tum aquæ ſolet deſtillare.Atque ſalutis ſpes nonnulla eſt , quandiu ventri-
culus bene appetit,nec vlla premit ſitis.De paracenteſi elegantiſſima con-
trouerſia extat apud Cælium Aurelianum lib.3.chronicõn,cap.8.qui tanquã
arbiter honorarius, tãdem ſententiã ſuam prudentiſſimè affert. Annotatio
ne digniſſima quoque eſt à Celſo recitata de hydropico hiſtoria , quæ ſic
habet,Non ignobilis medicus Chryſippi diſcipulus, apud Antigonum re-
gem,amicum quendam eius notæ intemperantiæ , mediocriter eo modo
implicitum,negauit poſſe ſanari. Cúmque alter medicus Epirotes Philip-
pus,ſe ſanaturum polliceretur, reſpondit illum ad morbum ægri reſpicere
ſe ad animum:neque eum res fefellit.Ille enim cum ſumma diligentia non
medici modò,ſed etiam regis cuſtodiretur,tamen malagmata ſua deuorã-
dó, bibendóque ſuam vrinam in exitium ſe præcipitauit.

III.8. *Deinde tu pellem ventris ſurſum,&c.*] Præſtat deorſum trahere: quod e-
tiam Paulus Ægineta (ex quo plurima horum tranſcripta ſunt) innuere vi-
detur, quando iubet vt miniſtri tumorẽ ad pubem digitis premant depel-
lántque. Et paulò poſt humorẽ ſiſtere præcipiens,ſcribit : ſiſtitur verò ſta-
tim , cùm diuiſio ipſa alternatim facta ſit. Nempe ſi cutis vulnus cute iam
laxata ſuperius eſt muſculorum & peritonæi vulnere , aqua vltrò non ef-
fluet. Obturabitur enim profundior inciſio, à cute ſuperpoſita : qúmque
vul-

vulnus in cute ſuperius ſit, & aqua non facilè aſcendat, vix vlla eius portio illhinc deſtillare poterit.

*In tympanite educatur materia per ventrem & veſicam.*] Quomodo flatus per veſicam euacuabitur? An ſignificat ſerum, flatus materiam? Hoc etiam per ventrem educitur, non ipſe flatus, qui extra inteſtina eſt: nempe inter hæc & peritonæum. 112.29

*Quæ recip. agarici drach. duas.*] Fortè leg. eſt dragm. tres: quia baſis medicamenti copioſior eſſe debet, præter id quod, ſi drachmis duabus contentus eſſe voluiſſet, ſequentibus adiunxiſſet agaricum per cōmune ana. Porrò vſitatæ non ſunt pilulæ huius deſcriptionis, ſed aliæ quas ipſe dictabit in antidotario cap. de medic. purgant. Trochiſci verò de lacca deinceps propoſiti ſunt ex deſcriptione Rhaſis lib. 9. ad Almanſ. cap. 67. Neque multum variant à trochiſcis de lacca Meſuei. 112.34

*De apoſtematibus ancharum.*] Per anchas intelliguntur partes inferiores ventris, à ſumine vſque ad coxas & verenda, vt dixit cap. 7. tract. 1. doct. 2. Earum partes ſunt, continentes quidem mirach. i. abdomen, ſiphac. i. peritonæon, zirbus. i. epiploon, & oſſa. Contentæ verò, rectum inteſtinum, vterus, veſica, vreteres, vaſa ſpermatica, nerui, venæ & arteriæ infra deſcendentes. Exterius procedentes denique ſunt, teſtes, ſcrotum & virga, inguina, nates, muſculi ad coxam deſcendentes, &c. 113.5.

*Quæ huius conſcriptionis non ſunt.*] Id eſt chirurgicæ tractationis. Ad medicos enim pertinent quicunque ſunt interiores & occulti affectus. 113.9.

*Et apoſtematib. oſcheiſeu burſæ.*] Oſcheum eſt burſa teſticulorum, Latinis ſcrotum vel ſcortum vocata. Eius pars media dicitur ſutura vel commiſſura. Cæterùm iſtius loci tumores quiuis, ſeu in ſcroti ſubſtantia fuerint ſeu teſticulorum, vel interiore ſpacio (quocunque ſcilicet modo intumuerit ſcrotum) Græcis appellantur κήλη, Latinis Hernia, & Ramex. Atque duplicem faciunt herniam chirurgi: propriè dictam, adeóque verum apoſtema: de qua hîc agetur ſpecie quintuplici, alteram impropriè & ſimilitudinariè nuncupatam, quod materia ſcroto incluſa & tumorem faciens, non ſit res præter naturam, ſed tantum pars ſuo loco mota, vt in diſlocatione: nempe inteſtinum, vel omentum, vel vtrunque. Et tūc peritonæum ipſum patitur rupturam ſeu crepaturam & dilacerationem, quippe ex ſola relaxatione, vix vltra inguen tumor extenditur, vt Gordonius annotat part. 7. cap. 7. De his apoſtematibus ſeu herniis ſimilitudinariè vocatis, autor ſcribet tract. ſexto, quem inſtituet ad omnes ægritudines que non ſunt propriè apoſtemata, &c. 113.12.

*Et apoſtema calidum vel frigidum.*] Hoc eſt, aliàs calidū, aliàs frigidum. nēpe eſt apoſtema quale phlegmone, eryſipelas, œdema & ſcirrhus, ex humoribus non naturalibus, quos ait non multum declinare à naturali conditione. Atque eo ſignificantur ſanguis, pituita, & vtraque bilis. 113.22.

*Quia illa membra ſunt multum ſenſibilia.*] Varias recenſet cauſas difficilis curatiōis. Prima eſt, ſenſus exquiſitus voluptatis gratia. vnde & dolor & alia 113.25.

ſymptomata ſunt grauiora, neque pars ſuſtinere poteſt vehementiora remedia. Secunda inferior ſitus: vnde eò facilè ruunt excrementa. Tertia, quod & ſi naturæ emunctoria verè non ſunt, tamen circa eas ſe ſolet exonerare corpus, ſcilicet per anum & veſicam iis proxima. Sequuntur aliæ tres cauſæ ſitum conſequentis: nempe quòd ſint abſconſo loco: vnde alterum accidit incommodum, citius (inquam) putrere. Poſtremò, quòd natura voluerit abſconſas eſſe partes honeſtatis gratia: ob id non libenter deteguntur & monſtrantur, priuſquam morbus admodū inualuerit per longas moras, ac proinde ſit curatu difficillimus.

113.29. *Nam attrahendo materiam ad anum.*] Hoc modo fit deriuatio ad proximum locum, eúmque dicatum excipiendis recrementis: quo nihil aptius meliúſve excogitari poteſt.

113.38. *Quæ leui circa anum generatur.*] Quia locus eſt valde excrementitius, ideò vlcera ibi ſunt malæ curationis. De hoc ſic Auicenna lib. 3 fen. 20. tr. 2. cap. 2. Et quando apoſtema eſt dubellati, tunc bonum eſt vt fiat apertio apud oſcheum. Et non conceditur vt aperiatur illud quod ſequitur anum: quia quandoque fit fiſtula mala. imò oportet vt aſſiduetur poſitio farinæ ryzi, confectæ cum aqua ſuper ipſum, vt prohibeat apertionem eius.

114.2. *Ligatura reti:ulari iuncta.*] Id eſt, ad modum coffæ ſeu coiffæ, vulgò *coiffe ou ſcoffion*: quo mulieres ſuos veſtiūt crines, non tamen ad reticuli formam. Hîc rotunda eſt faſcia, quæ alligatur bracali. Non enim oportet vllam partem affectam pendere, ne magis doleat. Sic in fine tractatus de vulneribus illud præcipiet, *la mano al petto, la gamba al letto.*

114.6. *Quædam eſt ſparſa per totum ſcrotum.*] Talis eſt tumor hydrope vel cachexia laborantium, in ſcroto frequens. Incluſa cyſti, occupat vnam partem ſcroti dextram vel ſiniſtram.

114.8. *Per didymū vſque ad inguen.*] Didymus propriè eſt ipſe teſtis, quia geminus. ſed huic autori ſignificat elythroeidem tunicam ſeu vaginā per quam vaſa ſpermatica meant remeántque. Vocatur autem didymus, quia duplicatus, vt dixit cap. 7. tr. 1. doct. 2. Hunc vult ligandum eſſe, incidendum atque vrendum, vt fit in caſtratione, quando alia ratione curari non poteſt aquoſus ille tumor, quem ait poſſe duci vſque ad inguen per didymum: quòd ſit morbus, & per vaginam prædictam vt teſticulus ducatur.

114.11. *Debilitas virtutis coctricis, præcipuè in hepate.*] Aliàs ventriculus & inteſtina primario laborant affectu, vt in generatione aſcitis & tympanitis, quibus omnino reſpondent herniæ aquoſa & ventoſa. Eſt autem pauca materia ſeri aut flatus intra peritonæi capacitatem, quæ per meatum vaſorum ſpermaticorum ſe in ſcrotum exonerat.

114.15. *Et ſplendor cum claritate.*] Aquoſæ attribuit ſplendorem cum luciditate, huic verò eundem cum claritate. Eſt autem luciditas, lucis emiſſio, vt adamantis & eiuſmodi gemmarum. claritas verò ſimplex diaphanitas. Si conferantur ſigna, vtrobique eſt inflatio ſiue tumor, ſed in aquoſa grauis ex tali materia, in ventoſa leuis, quia flatus leuis eſt. Illic mollities deprehenditur,

tur,quæ tactui cedit,ſed veſtigium impreſſum non retinet, vt œdema: hîc eſt ἀντιτυπία, vt annotauimus in capit.de apoſtemate aquoſo & ventoſo, doct.2.huius tract. Vtrobique ſplendor eſt, ſed illic cum lucis emiſſione, hîc ſolum clarus ſeu diaphanus. Atque tales differentias obſeruare decet in loco obſcuro,oppoſita candela accenſa. Differunt etiam generationis modo: quippe aquoſus tumor ſenſim & guttatim fieri ſolet, flatulentus verò afflatim: quoniam pauca flatus materia implet multum ſpacium, eáque momento generatur.

*Olei vnc.duas.* ] Alij legunt, olei antiqui, alij laurini: ſed Auicenna, à quo ſumptum eſt remedium, quærit abſolutè oleum, vtrunque tamen poteſt conuenire:& meo quidem iudicio præſtat hîc ſumere antiquũ,eo quia lauri grana deinceps requiruntur. 114.26.

*Per chirurgiam,quæ propriè competit aquoſæ.*] Alij omnes legunt,& ad vẽtoſam conceditur,&c.coſtinum atque nardinum: prçter chirurgiam, quæ propriè competit aquoſæ. Nos hunc locum reſtituimus, ſic vt aquoſæ tantum conuenire chirurgiam planè intelligatur. Ventoſa enim ferro non curatur, vt nec tympanites hydrops,cui proportione reſpondet. Quod ſubiungit,ad modum emboriſmi operatur,idem eſt ac ſi diceret, aneuryſmatis modo:nempe vt ſuprà infráque ligetur id quod flatum continet,& medius tumor aperiatur:imò penitus reſcindatur, cùm deinceps inutilis futura ſit cauitas illa. 114.28.

*Siphone,vel ſetone eam extrahere.*] Galenus ſiphonis meminit duntaxat, quo ſugitur incluſa materia. Erit ergo non idem,ſed alter modus per ſetonem,quem Guido videtur cum ſiphone confundere. Ad ſetonem verò accipit ſcrotum vſque ad id vacuum quo continetur aqua, illícque perforat acu. 114.28.

*Oleum cum albumine oui.*] Hoc fit ad doloris mitigationem, & empyreumatis extinctionem. Poſtea ſufficit braſſica ad fouendum vlcus. Porrò Auicenna apertionem molitur in eadem parte, ſcilicet dextra vel ſiniſtra, cum phlebotomo lato,& nõ acuminato ſeu pungente,ne teſtis vulneretur: idque vitata ſcroti ſutura ſiue commiſſura. Superponit emplaſtrum contra rupturam,& bracale. 114.36.

*Et ita ſalubriter dies ſuos infirmus pertranſibit.* ]Videlicet aperiendo ſingulis ſex menſibus niſi fieri queat viſcerũ ad priſtinam ſalutem reſtitutio,vt aquæ generatio præoccupetur. In ſequenti modo, didymus (hoc eſt, elongatio ex peritonæo vaſa ſpermatica deducens in ſcrotum, vt ſup.expoſuimus) conſolidatur: id eſt, ligatur,ſecatur,& vritur, quemadmodum fit in crepatura. 114.43.

*Vſque ad didymi vacuitatem.*] Vt cauſticum penetret vſque ad didymũ videlicet: qui deinceps perforatur & diſrumpitur, vt aqua ad factum vlcus exprimatur. 115.10.

*Per fœtorem & malum colorem.*] Aperto ſcroto apparet teſtis vel ſanus, vel corruptus. Signa corrupti ſunt,fœtor imprimis, & color citrinus, liui- 115.15.

dus, aut niger.

1 5.21. *Vel carnis natæ iuxta ipſos.* ] Ea facilè adnaſcitur extimæ teſticulorum tunicæ elythroeidi, quæ eſt vtcunque carnea. Vbi nos legimus ſcirrhatio, alij habent ſchiracon, Halyabbas autem ſcliros. Eſt verò ei autori altera herniæ carnoſæ ſpecies, in qua tumor durus & lapidoſus deprehenditur. Originatio autem hîc dicitur à Guidone in hernia varicoſa, venarum præter naturam amplificatio, quaſi earũ noua eſſet origo, prius enim quaſi non eſſent, minimè apparebant.

115.26. *Cum longa temporis duratione.* ] Fit enim per *συναθροισμόν*, non per defluxionem: quanuis paulò antea dixerit, ad locum (decurrentium) abũdantia humorum excitari, pro (conceſſorum parti) ſubiungit enim alterã congeſtionis cauſam, nempe loci debilitatem. Quæ autem fiunt via congeſtionis apoſtemata, omnia multo tempore ad ſui generationem indigent. Sequitur: & quando tangitur, totum quod eſt infra teſticulum mouetur: nempe à teſticulo ſeparatus non eſt tumor, nec proinde mobilis, ſed vnà cum teſticulo fertur huc illuc.

115.29. *Et teſticulorum mollificatio.* ] Non ſunt molliores teſticuli, ſed tales apparent tangentibus, quia primùm occurrunt vaſa amplificata & turgentia.

115.37. *Seca cutem teſticulorum.* ] Hoc eſt inuolucrum proprium, non ſcrotum, hoc enim ſupponimus iam eſſe apertum. Sequitur dictio ſcirrhatus: pro qua alij legunt ſubuiratus: quod lingua Occitana corruptum ſignificat, vt vinum aut lac ſubuiratum dicunt, pro eo quod Galli *tourné & gaſté* aliàs *girat.* Sed præſtat (meo quidem iudicio) legere ſcirrhatus: nã teſtis ipſe ſcirrho induratus etiam vocatur hernia carnoſa, vt ſup. dictum fuit. Atque tũc totum extrahitur, ſcilicet teſtis & caro ſuperaddita.

116.2. *Vt magiſter Petrus faciebat.* ] Is eſt Petrus de Orlhaco, cuius paulo antè meminit. Eum ſæpe vocat abſolutè magiſtrum Petrum: fortè quia fuit notiſſimus fama.

116.4. *Apoſtemata virgæ & etiam vuluæ.* ] Non dicit vteri, (quia huius partis affectus ſecretiores ſunt, & ad medium magis pertinent) ſed vuluæ, quod eſt pudendũ muliebre, ſeu cunnus. Atque id reſpõdet mentulę, cuius eſt vagina, vt cuticulares colliculi reſpondent pręputio. Dicitur autem vulua ſatis eleganter, quaſi valua, quod vtrinque pateat & hinc inde aperiatur. Ergo quum vulua virgæ reſpondeat, ſimul agit de vtraque. Quod verò ait, has partes eſſe calidiores teſticulis, dubitatione dignum eſt, quum teſtes ſint calidiſſimi, adeò vt eorum ſectio vniuerſum corpus refrigeret, mentulæ non item, aut etiam vuluæ. An inſiti caloris copia magis vigent teſtes, qui ſiccior quoque eſt, vtpote igneus & æthereus: vulua autem & mentula, calent magis aſcititio fomite, hoc eſt ſanguine, calido humidóque, cuius ratione putredini ſunt opportuniores teſtibus omnino exanguibus?

*Sunt*

*Sunt velut emunctoria & principalia membra.*] Annon contraria ſunt, e- 116.7
munctorium & princeps membrum? Illud vile eſt & ignobile, à quo repellere non licet, quum reliqua omnia ſint eo digniora. A membro autẽ principe ſunt repellenda cuiuſuis generis mala. An emunctoria dicuntur, quòd vulua, quaſi ſentina corporis, totius recrementa ſuſcipiat ac menſtruam expurgationem? virga autem ſemen & lotium emittat, quaſi emunctorium eſſet illius benigni excrementi, & huius planè ſuperflui?

*Et in proceſſu.*] Id eſt, augmento & ſtatu, quando ſymptomata augentur, 116.8.
vel ſunt maxima. Et præcipuè dolor. Tunc maiore indigent ſedatione, inquit, & tranſpiratione. quippe huius defectu gangræna tentatur pars. Impeditur verò tranſpiratio tribus potiſſimum rationibus, nempe refrigerantibus quæ cutem denſant & corrugant, viſcidis & craſſis poros infarcientibus, necnon copioſis, quæ ſua mole effluxum prohibent & natiuum calorem ſuffocant.

*Ad tranſpirationem & mundificationem.*] Mundificatio fit, quando materia 116.17.
à parte inflammata reſudat, potiſſimum intrò vbi eſt cauitas manifeſta, vt ad vrethram in pene. Sic in pleuritide reſudat materia per membranã ſuccingentem, qua tingitur ſputum. Sequitur, Et ligaturæ ad ſuſtinendum. ſcilicet pars inflammatione laborans, pendula eſſe non debet, ne magis doleat. Itaque priapum & cunnum tumefactum ſuſtinemus ſacculari ligatura, vt teſtes coſſali. vtranque verò brachali appendimus.

*Additur taſſus barbaſſus.*] Vt habeant aliquid aſtrictionis. Sic enim ad 116.25.
partem affectam parcior defluet materia, quæ putrere faciat: quum ad putrefactionem eam vtcunque diſponant maturantia & anodyna, calida humidáque videlicet.

*Quæ dicuntur varices.*] Albucaſis pro varice non ineleganter dicit vitem 116. 42.
quòd ſit eiuſmodi pampinatio venarum, qualis vitium. Fiunt autem varices maximè in cruribus & pedibus atque teſticulis, lib. 13. therap. cap. vlt. Hinc herniæ ſpecies dicta varicoſa in ſuperioribus.

*Vena meden, ſic dicta ab Auic. cruris ab Albucaſi, famoſa ab Halyabb.*] Ve- 117. 2.
na dicitur ſimilitudinariè, non vera aut naturalis vena. Eam Rhaſes appellat Ciuilem: quæ dictio in aliis exemplaribus Guidonis Albucaſi attribuitur. nos tamen apud hunc autorem ſemper legimus venam cruris appellari. Galenus Draguncolum nominat, ſed talem affectum ſe nunquam vidiſſe profitetur. Eius verba ſunt, » In quodam Arabiæ loco (vt aiunt) in tibiis » hominum Draguncoli vocati naſcuntur, neruoſa natura, colore & craſſi- » tudine lumbricis ſimiles. Igitur cùm multos audiuerim qui ſeſe vidiſſe » eos dicerent, ipſe verò nunquam viderim, idcircò neque de ortu, neque de » eſſentia ipſorũ quicquã exactè coniicere poſſum. Halyabb. eſt vena famoſa dicta, non vt vulgares codices habent, ſanioſa. Quod verò ſubiungit Guido, eſſe venam elongatam, intelligere oportet non eſſe de venis

corporis,quę aut ſitum,aut figuram,aut magnitudinem pręter naturam acquiſiuerit, vt varix, ſed venæ æmulam ſubſtantiam ex prauo humore genitam. De ea ſic Albucaſis: Generatio eius eſt à putrefactione quæ accidit ſub cute, ſicut accidunt inter corpora ſerpentes, vermes & aſcarides, & vermes generati inter cutem & carnem. Accidit in crure inflammatio vehemens: deinde veſicatur locus: poſtea incipit vena exire ex loco illius veſicationis, quaſi ſit radix plantæ, aut animal, &c. « « « « « « «

117.9. *Et poſt ægritudines acutas.*] An potius legendum eſt, longas ſeu chronicas? nam acuti morbi criſi finiuntur vtplurimum, longi decubitu. An acuti morbi ſunt maximè, qui humores adaſſant & in melancholiam conuertũt, vt ab his melancholici plerique ſequantur affectus?

117.16. *Ab hæmorrhoidibus antiquis ſanato.*] Vide annotationem in eandem ſententiam pag. 5. & 295. Sequitur in contextu: Et ego vidi plures: ex curatione varicum ſcilicet, in graues morbos incidiſſe. Vide Fall. de vlc. capite 20. Vlcera autem mala hîc dicuntur, quæ ſunt cancroſa, qualibet gignẽdis materia ſubeſt aptiſſima, & locus imprimis opportunus. Eò enim facillimè fertur humor aduſtus & craſſus, vbi Lupos vocatos, (id eſt vlcera cancroſa in tibiis & cruribus) committit.

117.22. *Sunt regionibus nonnullis peculiares, & quaſi hæreditariæ.*] Sic Broncocele eſt Sabaudis & Heluetiis σωιτροφὸς & ἔνδημος, ſic ἐλεφαντίασις Alexãdriæ Ægypti, & quondam Gallię Narbonenſi carbunculus, vt Plinius narrat. Quod ſequitur, venam meden ſeu cruralem, Albucaſis cum pondere plumbi, &c. huic loco minus conuenire videtur, quando non ad iudicium aut prognoſticum, ſed ad curationem pertineat. Niſi dicamus, ea ſententia iudicari de propoſiti affectus magnitudine. Quod enim ſcribitur de longitudine quindecim aut viginti palmarum, id non ad plumbum, ſed ad venam meden referri debet, cuius magnitudo ex curatione deprehenditur. Porrò curationem hoc modo inſtituit Albucaſis: Quãdo ex veſicatione ruptâ quippiam egreditur, illud ab extremitate eſt inuoluendum fruſto plumbi, quod ſit graue à dragma vna vſque ad duas, ſinendúmque vt pendeat plumbum. Ea arte producitur exterius ſenſim corpus illud venoſum, quod etiam incidendum venit: (non tamen proximè cutem) donec tandem vltima eius portio extrahi poſſit. Alioqui enim quod ſupereſt, quum ſimiliter plumbo inuolui nequeat, contrahitur & carnem ingreditur, facítque apoſtema, putredinem & vlcus malum. Ergo paulatinè extrahendum & amputandũ venit, ea ratione vt portioni quæ relinquitur plumbum alligari poſſit. Ex hac quidem vena (ait Albucaſis) egreditur in quibuſdam hominibus, quod eſt in longitudine ſua quinque palmorum & decem. Et iam peruenit ad me, quia exiuit viro ex viginti palmis. « « «

117.25. *Neque Galenus, vt teſtatur Auicenna.*] Quid opus eſt teſtimonio Auicennæ, quum ipſe Galenus fateatur, ſe nunquam vidiſſe draguncul um, & Guido in Galeni lectione ſatis fuerit verſatus? Neque verò illum potuit latere opus de locis affectis, quod citat paſſim, illud de interioribus, ſeu interiorum,

riorum, vel membrorum dolentium nuncupans. Eſſet profectò honeſtius, hoc ex Galeno ipſo quàm ex Auicenna recitare, niſi aliud cogitarit Guido, vt ſuſpicor: nempe docere ex Auicennæ autoritate, eundem affectum eſſe venam meden Arabibus, atque dragunculum Galeno vocatum.

*Et quæ venatu capiuntur.*] Non ſignificat perdices, & auiculas, lepuſculos, & eiuſmodi animalcula bonæ carnis, quæ venãdo etiam capiuntur: ſed ferarum carnem, quæ & *venaiſon* dicitur: vt apri, cerui, & ſimilium. Triticum verò coctum hîc meritò damnatur, quale ſcilicet pauperiores eſitant in annonæ penuria ad obſonandum. 117.30.

*Et olera ſubtilia.*] Vulgus herbettas & bonas herbas vocitat. nempe lactucam. borraginem, oxalidem, portulacam. Craſſiora ſunt, minúſque ſalubria cenſentur, quod craſſiorem ſuccum gignant, braſſica, beta, &c. 117.36.

*Et vomitu ſemel in hebdomada.*] Hoc genus remedij ad reuulſionem eſt præſtantiſſimum, cum ratione contrarij loci tum eius contentionis quæ ad vomitionem exercetur. 117.39.

*Chiragra, ad quæ pro iſto negotio eſt recurrendum.*] Etenim chiragræ omninò reſpondet tumor iſte pedum Elephantia vocatus. 118.1.

*Cimoliæ & aceto.*] Hodie ignota eſt eiuſmodi terra: cuius loco vſurpari ſolet molaris lapidis quo gladij exacuũtur raſura. Hæc colligitur in fundo vaſis quo aqua molam irrorans & madefaciens excipitur & continetur. 163.19.

*Non minus valeret.*] Imò verò magis. quippe vſu thermarum pori aperiuntur & inaniũtur. vnde & vaporũ diſſolutioni reſolutioníque via patet liberior, & facilior eſt aditus admotis medicamẽtis. Sunt verò ſucci frigidi noti, vt hîc habetur, vſu frequentiores & vulgares ad cancroſos affectus: nempe ſolani, plantaginis, &c. 118.10.

*Scindere carnem circa plicaturam genu.*] Chirurgiam modò aggreditur. videtur autem dicere carnem pro cute. Deſignat verò certiſſimè locum originis varicum. Is eſt ſupra genu inter duos muſculos tibiam mouentes, vbi cauitas oblonga apparet contrectantibus. Quod ſequitur, *vel ſine inciſione*, mihi videtur malè poſitum, pro *& facta inciſione*. Pergit enim propoſitam chirurgiam explicare. 118. 14.

*Et ſi aliquid illius ſanguinis remanſerit.*] Vt ſolet ferè ſemper nonnihil ſupereſſe. Id verò abſumitur tandem, iis quæ talem materiam, dum in maiore copia eſſet, conſumere non poterant. Sic in hydrope aſcite per paracenteſin educimus ſenſibiliter maiorem ſeri copiam: reliquum verò eius medicamentis abſumimus & exhaurimus. 118.21.

*Ligata coxa vſque ad genu adhibita bona vitta.*] Ligatura hæc fit, ne alius ſanguis ſupernè deſcendat. 118.25.

*Vt in poſterum non lædatur.*] Hoc eſt, non redeat morbus, aut alter nocentior, vtpote mania, phthiſis, &c vt prædictum eſt aliquoties.

*Abſque eo quod vena aperiatur, vncis comprehendatur.*] Id eſt, vulneretur. 118.28.

Sequitur: Primus modus mihi videtur ſecurior. alter enim crudelis eſt atque violentus. 118.30.

118.34. *Vinculum vt ſupra temporib. immittentes.*] Ponit hoc Guido, quaſi ex Galeni contextu continuo: quod tamen ſupplet ipſe ex præcedentibus Galeni verbis.

# LAVR. IOVBERTI ANNOTATIONES IN GVIDONIS CAVLIACENSIS TRACT. III.

## QVI EST DE VVLNERIBVS.

VVLNVS *eſt ſolutio continuitatis recens, &c.*] Sunt qui
119. 11. deſiderent in hac definitione, vt ſit abſoluta, cauſæ ex-
ternæ mentionẽ, ob vaſorum eroſionem, vnde cruen-
*Obiect.* 1. ta ſit reiectio à ſolutione vnitatis: non tamen eſt vulnus
*Solutio.* ſed vlcus dicendum. Quibus obiicio, vulnera quædam eſſe ab interna cauſa, nõ ſecus ac eroſio: vt ruptio vaſis plenitudine, quę verè eſt vulnus, non vlcus cenſendum. Quamobrem de vulneris eſſentia non eſt, vt à cauſa externa proficiſcatur. Diſtinguitur autem vulnus ab vlcere, quando vtrunque eſt cruentum, dictione recens: quæ ſignificat affatim, & cauſam minimè antiquam. Quod enim ſenſim fit, recens non eſt, ſed ab antiqua cauſa. Omne autem vulnus tam internum quàm externum eo modo recens eſt, hoc eſt ſubitaneum.
*Obiect.* 2. Falco aliud in hac definitione requirit, nempe ſenſui manifeſtum: ad differentiam contuſionis, quæ dicitur vulnus pluralis numeri & ſolutio continui occulta.
*Solutio.* Sed voce (ſanguinolenta) huic ſatis excluditur contuſio, quæ vulneri coniuncta non ſit. Tertiò illud deſiderari poteſt, quod apoſte-
*Obiect.* 3. matis definitio recipit, (præter naturam.) Nam quum nonnulli tumores ſint naturales, vt capitis, & in capite multarum partium, necnon articulorum, calcanei, & ſimilium: adhæc tumor ventris grauidæ mulieris: rectè in apoſtematis definitione per tumorem, illud (præter naturam) additur. Eodem planè modo vulnus per ſolutionem cõtinuitatis præter naturã definiri deberet, quum multæ ſint ſeparationes & ſolutiones continui corporis naturales, vt (exempli gratia) in cute quæ totum corpus ambit. Hæc enim quum ſit vnica, non tamen vbique ſuam continuitatem ſeruat: quinimo pleriſque in locis eſt ſoluta, vt in regione oculorum naſi, oris, vmbilici, pudendorum, & ad extremitates vbi vngues erũpunt: quódq; paſſim illius continuitatem ſoluit, toto ferè corpore eſt perforata cribri inſtar, ad

fuliginis & ſudoris excretionem,qua etiam prodeunt pili.An vox ſolutionis, quæ priuatiua eſt, ſatis illud denotat:quum non dicatur ſolutum,quod natura continuum eſſe non debet? Priuatio enim præſupponit habitum: nec cæcus ſurdúſve dicitur lapis, quum videre aut audire nunquam aptus natúſque fuerit.Sic quum ſolutum continuum dicimus,ſatis innuimus hoc eſſe pręter naturam,eius partis quæ naturaliter vnita & continuata eſſe debet.In apoſtematis verò definitione, illud (præter naturam)meritò adiicitur,quia tumoris vox priuatiua non eſt.

*Quæ eſt communis ægritudo.*] Hinc à noſtris dicitur ſolutio naturæ communis: quia natura partes omnes ſunt continuæ vel contiguæ. Dicitur etiã vnitatis vel imparitatis ſolutio, quia vnitas eſt numerus impar. Græcis eſt τοῦ συνεχοῦς vel τῆς ἑνώσεως λύσις,id eſt continui vel vnionis ſolutio: quam locutionem Galenus teſtatur non eſſe antiquorũ,ſed recentiorum. Illi ſiquidem τοῦ ἕλκους,id eſt vlceris nomine, omnẽ cõtinui ſolutionẽ ſignificarunt. 119.14.

*Ad differentiam vlceris, quod eſt cum putrefactione.*] & minimè recẽs, nec cruẽtũ ſuapte natura. Putrefactionẽ verò vbique dicit Guido, pro pure qđ eſt vlceris omnis certiſſima nota.Vbicũque.n.pus eſt,illuc vlc⁹ eſt,&cõtrá. 119.18.

*Multus habet ſpecies.*] Solutæ continuitatis ſpecies non ſunt vulnus, vlcus,apertura & reliqua hîc propoſita,ſed diuerſæ nũcupationes eiuſdem affectus pro partium diuerſitate,quemadmodum ophthalmia, angina,pulmonia,pleuritis,& eiuſmodi inflammationum variæ appellationes pro variis partibus organicis. Veræ autem ſpecies ſolutæ continuitatis,mox habebuntur per veras illius differentias,tertio loco dicendas:magnitudinem ſcilicet,æquitatem,figuram,&c.Ergo qui propriè loqui voluerit,dicet, ſolutionem continui,quæ vnam eandémque ſpeciem conſtituant,pro diuerſis partibus varias ſortiri nuncupationes.Eſt enim ſolutio continui omnis, qua talis eſt,eiuſdem planè rationis,quum ſit morbus naturæ vnius tantum videlicet vnitatis, nec circa varia conſideretur, vt morbus in conformatione atque intẽperie.Conformationis ſiquidem naturæ ſunt diuerſæ, figura magnitudo,numerus & cõnexio:intẽperiei verò caliditas,frigiditas,humiditas & ſiccitas: quódque hæc aliàs ſit nuda, aliàs cũ materia. hinc enim varij deducuntur morbi ſpecie inuicem differentes.At ſolutiones continui non niſi partium ſimilarium ratione & generationis modo inter ſe diſcrepant:quemadmodũ partiũ inſtrumentariarũ nomine ophthalmia, angina, pulmonia,&c.Facta enim in cute ſolutio dicitur Excoriatio: in carne verò Vlcus aut Vulnus: in oſſe κάταγμα.i.fractura:in fibris neruoſis σπᾶσμα: in vaſis & muſculis ab ictu vel caſu,ῥῆγμα & θλᾶσμα.eiuſdẽ gen.eſt ἐκχύμωσις. Τερηδών.i.caries in oſſibus,idẽ eſt quod vlcus in parte molli,ſeu carnoſa.De quibus appellationib⁹ cõſule Galenũ lib.4.therap.cap.1.& lib.6.cap.1.vbi annotat,quibuſdã morbis eſſe impoſita nomina pro partiũ diuerſitate aliis minimè,vt quãdo in neruũ,arteriã,aut venã inciderit ſolutio cõtinui.Porrò ſolutionis ſpecies,pręter ãte dictas ex magnitudine,æqualitate, figura, &c.

deſumptas,ſtatui poſſunt, quod aliqua ſit completa, vt quando reipſa partes ſuam continuitatem amiſerunt: quædam non completa, vt in maxima tenſione vel diſtenſione, per quam naturalis diameter violatur, longitudo (inquam) latitudo, vel profunditas. Is enim affectus ſub ſolutione conſtitui ſolet, quia quod parum diſtat, id nihil diſtare videtur etiam Ariſtoteli philoſophorum perſpicaciſſimo. Neque verò minus quam ſolutio continui abſoluta infert dolorem, ſi non magis, quò ſcilicet longiore tempore agit. Nam qui in tormentis gehennæ vocatis extenſionem patiuntur, ex eo grauius dolent, quàm ſi ſemel & affatim inciderentur membra. Atqui doloris proxima cauſa ſtatuitur ſolutio continuitatis. Quamobrem ſub ea veluti ſpecies non abſurdè collocabitur violenta diſtenſio. de qua peculiariter aget Guido tract.6.doct.1.cap.5.quod illi non videatur ſatis commodè ad tractatum hunc de vulneribus pertinere.

119.35. *In tranſlatione è Græco idem ſunt.*] Significat tranſlationem factam à Nicolao de Regio ex Græco immediatè in Latinum ſermonem: quum prius eſſent libri Galeni in Arabicam linguã traducti ex Arabico idiomate in Latinum conuerſi. Poſteriorem hanc interpretationem Nicolai (cuius etiam meminit in capite ſingulari) cum vtranque habuerit Guido, ferè ſequitur: quæ verior multò eſt altera.

120.8. *Secundum loca ſic diſtingui.*] Id eſt, ſecundum membra magis compoſita ſupradictis: vt collum, quo continetur trachæa, meri, &c. ventrem quo cõtinetur veſica, &c. Sequitur: vt dicetur ſtatim: ſcilicet in cauſarum explicatione. Eæ verò ſunt inciſiones, concuſſiones, & morſuræ.

120.10. *Secunda differentia ſumitur ab eſſentia ſolutionis.*] Falco vult hãc eſſe potiſſimam differentiam trium à Guidone propoſitarum: quòd reliquæ omnes ad hanc reducantur, quantum ad curationis actum pertinet. Sed non video qua ratione id defendi queat. Nam vulnera differre ſubiecto, vt alia ſint in molli, alia in dura parte, & vel principe vel ignobili, id ad ſimplex & compoſitum non refertur. Nec quæ ſtatim ſubiicietur differentia ex magnitudine, æqualitate, figura, & tempore. nam talia omnia ſunt ſuapte natura ſimplicia. Atque ſi rectè poſt Galenum iudico, iſtæ differentiæ omnium præcipuæ dici merentur. Nanque compoſitum vulnus vulneris ſpecies nõ eſt, ſed mixtus affectus ex vulnere, & (ſi placet) inflammatione, vel fluxione, vel graui dolore, &c. Quod enim ſeorſum & per ſe conſiſtere poteſt, inquit ille, id nullius vnquam alterius fuerit differẽtia. Et ab his differẽtiis duntaxat, nõ tamen omnibus, ſumuntur curatiuæ indicationes. Porrò quod ait Guido, vulnus quoddam ſimplex eſſe, id controuerti poteſt. nam ex definitione, omne vulnus eſt ſanguinolentum. ergo etiam compoſitum, ſiquidem morbus is compoſitus dici conſueuit, qui eſt cum alio morbo, vel morbi cauſa, vel ſymptomate. At ſanguinis fluxus ſymptoma eſt in excreto præter naturam. Reſpondeo: hæmorrhagiam notatu dignam facere vulnus compoſitum, quòd illa ſeorſim expoſcat remedia quibus ſiſtatur, quinimo præuertat & interturbet ipſius vulneris curationẽ. At leuis cruor

vulne-

vulneris tãtum ſanguinolenti recentíſve, non peculiaribus,ſed vulneri ipſi conuenientibus remediis ſimul ſemélque curatur. Dicimus verò ſimplicẽ morbũ eſſe eũ,qui vnicam proponit indicationem,& vnico remedij genere contentus eſſe poteſt:quo nomine etiam apoſtema in ſuperioribus ſimplex eſſe oſtendimus,quod ab vna radice pendeat. At quando vulneri iuncta conditio aliud expoſtulat,quàm ratio vulneris abſoluta, vt ad illius curationem vſurpanda veniant medicamenta vel qualitate , vel etiam gradu diuerſa,tunc rectè compoſitus is vocitatur affectus,quemadmodum vulnus cum non minima ſubſtãtiæ iactura,quæ ſarcoticis indiget, quum aliàs colletica tantum indicentur.Hęc verò non gradibus tantum in exiccando differunt, ſed etiam quod illa abſtergendi,hæc verò contrà aſtringendi & cogendi vim ſortiantur. Sequitur in contextu Guidonis: vt ſine quibus non obtinẽt ſanationem . Tales ſunt dyſcraſia,dolor,apoſtema,pruritus, &c.vt ipſemet explicabit capite ſecundo huius doct.circa initium.Cauſæ verò operantes maximè vulnus, (vt hîc loquitur) ſiue vlcus,ſunt fluxio in partem affectam, viſcerum intemperies, & eiuſmodi vitia quæ vlcera reddunt κακοήθη, difficiléque ſanabilia,vt pręcitato loco dicet.

*Sequenti capite,& magis de vlceribus dicetur infrà.*] Initio ferè capitis ſe- 120.15.
quentis ſcribet,vulnera habere nõnulla accidentia,quæ rationem cauſæ nõ habent : quia tunc caderent ſub ratione vlcerum difficilè ſanabilium, &c. cuiuſmodi ſunt caro ſuperflua,contuſio,alteratio facta ab aëre,dolor, apoſtema,morſus vel ictus venenatus. Capite verò vniuerſali de vlceribus docebit,ab accidentibus ſumi quaſdam ſpecies communes,quæ aliquo modo in gradu diminuto cum vulneribus inueniũtur:nempe dyſcraſia,dolor, apoſtema,contuſio,caro mollis & ſuperflua.Sequitur:Tertia differentia ſumitur à propriis differentiis ipſius ſolutionis. Galeni ſententia eſt ſanè veriſſima, nihil eorum quæ per ſe exiſtere poſſunt ( ſcilicet habentia rationem cauſæ morbi,aut morbi,aut ſymptomatis) alterius affectus differentiam eſſe poſſe : ſed magnitudinem, æqualitatem,figuram, & eiuſmodi quæ per ſe conſiderata nulli ſunt affectus præter naturam,ſed affectuum veræ differẽtiæ . Hanc tamen accuratam diſtinctionem ipſe Guido negliget circa initium cap.ſecundi,quod ad curam non multum proficiat . Totalitas hîc dicitur,totalis ſeu tranſuerſa inciſio:vt quando neruus, aut tendo, muſculus, aut alia pars omnino diſcinditur,ſecundũ partem verò,quando aliqua tantum portio inciditur.

*Auxilia & modi cum quibus complentur.*] Partium diuerſitas, & diuer- 120. 20.
ſa vulnerum ſpecies, remediorum varia genera & varium iis vtendi modũ inſinuat:vt in ſequentibus fuſiſſimè explicabitur. Porrò quod ait,& modi cum quibus &c.maximè refertur ad differẽtias vltimo loco dictas,quæ generalem indicationem haudquaquam immutant, ſed duntaxat peculiarem curationis modum inſinuant. Nam ſuperiores differentiæ generales indicationes plerunque immutant & peruertunt:potiſſimum verò ſecundi ge-

neris differentiæ, quoties inſignis affectus fuerit cōiunctus vulneri. Is enim vulneris legitimam curationem plurimum alterabit.

120. 27. *Nihilominus cauſæ vulnerum recentium, prout ſunt vulnera.*] Quaſi verò facta ruptio vaſis ex plenitudine, non ſit vulnus recens? Profecto ad vulneris eſſentiam non requiritur neceſſariò cauſa extrinſeca, vt ex propoſito exẽplo ſatis liquet.

120. 32. *Ex quibus ſumitur alia differentia vulnerum.*] Ea eſt quam ſuperius innuit his verbis: Et ſecundum res à quibus fiunt. Atque à tali differentia, quæ eſt cauſæ efficientis & externæ, ſumitur indicatio curatiua, vt hîc ait, per accidens tantum: nempe qua ratione naturam rei explicat. Nam ſi baculus, aut globulus fecit vulnus, ex eo intelligimus contuſionem ſubeſſe, à qua iam curandi rationẽ ſumimus. Ea eſt ſignificatio à cauſa procatartica nobis data: conditio inquam relictę diſpoſitionis. Quinetiam magnitudo affectus ab eadem cauſa poteſt intelligi: vt ſi quod percuſſit graue eſt, aut amplum, durum, aſperum & inæquale, à forti percutiente adactum, vel à iuſta diſtantia miſſum, cōtuſionem aut fracturam inſignem eſſe docemur. Tempus verò ſignificare poteſt morbi cacoethiã, vt ſi omnibus rectè præſtitis & inſtitutis, nihilominus contumax ſit & chronicus.

120. 37. *Signa vulnerum, ſenſus.*] Vulneris ſigna patent ſatis ex conditionibus in definitione poſitis, vulneratæ verò ipſius partis ſigna dictabuntur doct. ſecunda huius tract. in particulari.

167. 6. *Et eſſentiæ diſpoſitionum.*] Adde, & ex ſymptomatis quæ vulneribus accidunt, nanque ſymptomata plerunque ſuam cauſam magnitudine ſuperant.

121. 1. *Vel propter magnitudinem diſpoſitionis.*] Magnitudo hîc eſt amplitudo circunſcripta loco: aliàs magnitudo in morbis vehementiam ſignificat.

121. 6. *Periculum eſt doloris, vigiliarum, ſpaſmi & delirij.*] Et doloris quidem, ob ſenſum exquiſitum: reliquorum verò trium, ob cerebri compaſſionem.

121. 9. *Atque medullas concutiunt.*] Oſſales inquam, ſed magis quæ dorſalem ſeu ſpinalem medullam. Profunda enim ſunt quæcunque vulnera vſque ad medullam perueniunt, aut eam pręſcindunt. Sequitur: primum conſuluit, id eſt ſuaſit & explicauit Galenus, &c. Secundum ex illis aphoriſmis quinti: nempe 65. & 66. quorum prior ſic habet: Quibus tumores in vlceribus apparent, non admodum conuelluntur, neque inſaniunt. Ratio eſt, quia fortis virtus neruorum extra eos pellit materiam, quæ alioqui ſpaſmum efficeret incluſa & infarta.

121. 16. *Quæ iuxta capita, vel fines muſculorum.*] Minus eſt periculi in ventre muſculorũ: quia fibræ nerui & ligamenti ſunt illic magis diſperſæ. Itaque pauciores vulnerantur, niſi ab amplo vulnere. Sequitur: & maximè neruoſorũ, quales ſunt qui habent veram muris aut lacerti figuram: vel deſinũt in amplam aponeuroſin.

121. 22. *Sed denominatiuè & æquiuocè.*] Id eſt, nominatione & æquali voce, non reipſa

reipſa & ratione. Quippe ratio organi eſt, non exterior forma aut figura, ſed hoc vel illud agere poſſe: quod ab interiore ſtructura potiſſimum depẽdet, & in viuentibus ab anima quæ vitã omnéſque alias functiones exercet.

*Chirurgo atteſtanti & iudicium ferenti de vulneratis*. Quia ſcilicet talia de- 121.24. bent ad vnguem explicari. Sunt autem mortalia vulnera, quæ totius interitum minantur: malefica verò dicuntur, quæ partem vita aut propria functione priuant.

*Vulnera ſubſtantiæ cordis.*] De his Galenus ita ſcribit lib. 5. loc. aff. cap. 2, 121.29. Si ad aliquem ſinum cordis vulnus penetrauerit, protinus ex hæmorrhagia homo moritur, ídque præcipuè ſi ventriculus ſiniſter fuerit vulneratus. Sin ad ventrem vſque non pertingat, ex ita affectis aliqui & ea die qua vulnerati fuerunt, & ſequenti nocte vixerunt: deinde ſuborta phlegmone perierunt. Porrò quam dicit Guido accidere oppilationem, ea eſt coarctatoria vocata obſtructio, à timore inflammationis. Hęc enim anguſtiores reddit ſinus, etiam minimè occupatos aliena materia. Solutionem verò continui, non veram aut manifeſtam (ſed qualis eſſe dicitur per quemuis tumorem præter naturam, vt is ſit ex triplici morborum genere) patitur cor etiam vita ſuperſtite, quum experientia Beniuenij & aliorum multorũ, quibus noſtram adiungimus, cõ ſtet in apertis cadaueribus fuiſſe aliquoties reperta cordis apoſtemata frigida: ſed quæ ſenſim tabem inuexerint.

*Nec apoſtemata calida, permanente vita.*] Rectè addidimus ex antiquis 121.33. exemplaribus manuſcriptis dictionem (calida) quæ in impreſſis deſiderabatur. Nam, vt pręmonuimus, certum eſt frigida apoſtemata cor pati diu poſſe.

*Trachææ arteriæ.*] Paulo pòſt dicet, vulnera trachææ magna, præcipuè 121.35. in parte cartilaginoſa, raró curari, non tamen nunquã. Et proculdubio ipſe curaui aliquando, cum audaciore chirurgo. Idem eorum teſtatur autoritas, qui in angina deplorata λαρυγγοτομίαν inſtituerunt, de quo remedij genere in praxi noſtra abũdè diſſeruimus. Vide etiam annotationes noſtras ſuperiores, in tract. 2. doct. cap. 3. de apoſtematibus colli & dorſi.

*Quod fuit cognitum ex læſione memoriæ, quã poſt curam recuperauit.*] Memo- 122.1. ria amiſſa non eſt certum & conſtans argumentum deperditæ cerebri ſubſtantiæ, quum multis aliis cauſis ſuccedere poſſit. Quod ſi ob cerebri diminutionem læſa fuit memoria, quomodo eam recuperauit, quum certè conſtet cerebri ſubſtantiam non poſſe regigni, vt quæ ſit ſpermatica?

*Vulnera parua circa lobos.*] Aliàs lumbos, ſed minus rectè, ſignificat e- 122.17. nim vulnera in extremitatibus hepatis, quas λόβους id eſt τὰ ἄκρα dixerunt Græci, in quibus certum eſt minus periculoſum eſſe vulnus, vt ad quas non niſi extremitates venarum ſatis graciles, & ferè capillares perueniant: adeo vt non inſignis ſequatur hæmorrhagia.

*Cùm ſit alterũ hepar, vt dixerunt multi.*] Fernelius teſtis eſt, ſplenẽ aliquã- 122.39.

do viſum mole ſua & magnitudine iecur ſuperare, qui adhibitorũ medicorum ſententia exiſtimatus eſt, iecori ad ſanguinis confectionem opitulari. Porrò id omnibus eſſe cõmune, vt liẽ ſit alterũ hepar (id eſt, τῆς αἱματώσεως ὄργανον, vt ex veteribus quidã opinati ſunt) is demũ fatebitur, qui in anatomia feliciter verſatus, Naturæ opera diligẽtius attẽtiúſq; cõſiderabit. Quid enim eſt abſurdi, Naturã duplex viſcus ad ſanguinis perfectionẽ inſtituiſſe, queẽadmodũ duos renes eidẽ muneri pręfecit: pręſertim quũ multo copioſior ſit chylus quàm ſerum? Equidẽ nõ vererer ſentẽtiã hãc probabili ſaltẽ aliqua ratione tutari: Naturã τῇ αἱματώσει hoc modo prouidiſſe, vt hæc duobus viſceribus quãexactiſſimè abſolueretur. Scilicet, in dextra parte, eáque ſublimiore, collocatũ hepar chyli portionẽ liquidiorem allicit, ſuarúmque venarũ beneficio in ſanguinẽ mutat. Splen verò illi oppoſitus, & ſitu inferior, craſſiorẽ chyli partẽ (non tamen craſſiſſimam, quæ futura eſt ſtercus) prolectat: eam videlicet, quæ præ ſuo pondere ad hepar ægrius traheretur. Eam verò lienis rarior & ſpongioſa planè ſubſtantia facilè excipit, ſuáque vi in ſanguinem vertit, quod (licet materia omnis craſſa difficulter alteretur) non minus promptè facit quàm hepar. Iuuatur enim duplici modo, vtroque efficaciſſimo. Vnus eſt contractus, maximi ſanè momenti ad quanuis alterationem. Conſtat verò tractam à liene materiam per eius laxũ corpus diffundi, vt in eam lien immediatè poſſit agere. Alter modus eſt, arteriarum quæ ad id viſcus perueniunt copia & magnitudo: quarum ope calor natiuus multo vberior in liene quàm hepate ſuſcitari videtur. Huic enim vix arteriola conceditur: quoniã parcior caliditas ſat erat ad tenuioris chyli partis alterationem. Eſt autem mole amplius hepar quàm lien (vt id quoque obiter admoneam) quia in chylo maior eſt portio liquidioris quàm craſſæ ſubſtantiæ: illius inquam, quæ demum ſanguis futurus eſt. Porrò cõfectus à liene ſanguis tandem per venæ portæ inſignes ramos ad iecur partim attractus, partim expulſus deducitur: fitque in hoc viſcere vtriuſque ſanguinis (craſſi nempe & tenuis) iuſta permiſtio: vnde ſanguinis maſſa ſibi conuenientem conſiſtentiam acquirit, decenti colore donatur, & temperatiſſima euadit. Hæc pro iſtius opinionis (quæ Guidoni arridere videtur) aſſertione dicta ſufficiant. Quod ſi quis hac in re meum requirat iudicium, equidem non dubitarim, vt prædixi, eam tueri ſententiam, quum nihil abſurdi habeat (ſi candidè & beneuolè examinetur) ipſaque miram in ſanguinis multi elaboratione prouidẽtiam Naturæ patefaciat. Nam meſaraicæ omnes venæ, de quibus ſunt quæ ad lienem pertinent, ſanguinis gignendi vim ſortitæ ſunt, ex Galeni etiam doctrina, quam nos in Paradoxis noſtris confirmauimus. Præter eas verò eſt caro ipſius lienis ſpongioſa, quæ attractam materiam ſuo contactù etiam afficit. Arteriæ inſuper numeroſæ & inſignes coctionem maximè adiuuant. Idem confirmat hydropis generatio, qui non minus accidit liene affecto quàm hepate, quod ſine vtriuſque viſceris opera, ἡ αἱμάτωσις perfici nequeat.

*Lib. 1. phyſiol. cap. 7.*

*Parad. 4. dec. 1.*

*Quia*

*Quia per ea expiratur ſpiritus.*] Id eſt, exhalat & diſſipatur. 123.1.

*Multipliciter eſt ſerua, & ſic ex ſe diuerſis periculis expoſita.*] Nempe tam internis, quàm externis noxis patet: & internis quidem ex ſe, & naturali conditione: à qua pendet moriendi neceſſitas, vt Gal. lib. 1. ſan. tu. eleganter explicat. Idem probat philoſophia naturalis, quam hîc aliam facultatem vocat. 124.19.

*Non propter repugnantiam medicaminum.*] Scilicet hoc voluit Haly Rodoan, fieri non poſſe vt organica pars diſciſſa coaleſcat, niſi eadem fuerit ſimilaris. neque tamen quamlibet ſimilarem agglutinari per ſe & immediatè, ſed interueniente poro, qualis etiam fit in neruis. Cur verò diſſimilaris organica deinceps continuari nequeat, rationem eſſe voluit, componentium particularum naturam diuerſam, quarum ſingulæ egent medicamentis quę aliena ſunt ab aliis quibus reliquæ opus habent. 124.23.

*Sicut faber ærarius conſolidat plumbo.*] Id ſumptum eſt ex Auicenna qui 124.29.
» ait: Oſſa fracta in ætate adoleſcentiæ, & quę eſt poſt ipſam, non reſtauran-
» tur: imò currit ſuper ea incarnatio ex materia cartilaginoſa, coniungens
» inter duo oſſa, de genere eius quod facit currere faber de plumbo ſuper
» continuationem æris, & aliorum. Belunenſis legit, ærarius de duobus
» plumbis.

*Nec de dentibus quod generantur.*] In Gallia Narbonenſi apud Pezenatium, eſt nobilis fœmina D. Lobatiera, iamdudum anus edētula, cui (vt permulti fide digniſſimi teſtantur) circa ſeptuageſimum ſuæ ætatis annum, dentes quinque aut ſex de integro nati ſunt. Conciliator ſe vidiſſe teſtatur, quibus dentes ante ſexageſimum amiſſi, regenerati ſunt denuò, prioribus tamen minores & imbecilliores. nam ſenibus deeſt materia, ex qua prioribus pares creari poſſint, vt ex nono Theoricæ idem Conciliator affirmat. 125.5.

*De incantationibus & coniurationibus vocatis Nicodemi.*] Theodoricus
» incantationem hanc ſic dictat: Flexibus genibus dicatur ter oratio Do- 127.2.
» minica. Quibus dictis accipiatur ſagitta cum ambabus manibus ſimul
» iunctis, & dicatur, Nicodemus extraxit clauos de manibus & pedibus Do-
» mini. Et extrahatur ſagitta, & exibit ſtatim.

*Vt digiti vnius internodium.*] Aliàs vnguis, ſed non rectè. Hac menſura denotat quantum eſt ab vno vnius digiti articulo ad alterum: vulgus vnciam vocat. verumtamen certa menſuratio ea non eſt, quum in ſingulis digitis impar ſit articulorum diſtantia. 128.37.

*Maſtiches, olibani, ana vnc. ſemiſs. gummi hederæ, drach. tres & ſemiſs.*] Sic quidem legendum ex contextu Rogerij. At Theodoricus habet gummi hederæ, drach. quatuor & ſemiſs. 135.3.

*Et qualiter aliquando perditur motus, &c.*] Huiuſmodi problema Galenus multis in locis agitauit, & libris locorum affectorum, & de cauſ. ſympt. 135.36.

*Cum eius veſtigium.*] Aliàs beneficium, ſed minus rectè: & Meſuēus habet veſtigium. 136.35.

136.36. *Præſeruans ſubſtantiã vitæ.* ]Sic quidẽ Meſuëus.at omnia Guidonis exemplaria habent (ſubſtantiam)pro (ſubiectum) diſcrimine ſanè contemnẽdo.

137.20. *Detur illi fruſtulum panis albi.* ] Aliàs cruſta, ſed minus rectè. Eſt verò toſta,aſſus panis,Gallice *toutee,ou routie.*

138.12. *Alfeſur, quæ eſt radix vitis albæ.*] Alfeſur vel Alfaſur eſt quidem radix vitis albæ,hoc eſt bryoniæ,ſed quomodo hîc bene conueniat, non video.

139.4. *Præter quinque intentiones dictas communes.*] Etſi quinque intentiones communes antea propoſuerit,hîc quintam negligit, opinor quia in omni-

Cap.4. bus morbis locum habet. Idem factum deinceps obſeruabis in cura communi partium neruoſarum.

142.8. *Et terra ſigillata.*] Galenus inter hæc terram ſigillatam non recenſet, ſed eius loco habet pompholygem.

142.34. *Vulnus humidius, annexa ſicciora.* Galenus duo duntaxat inuicem comparat,nempe totius corporis temperamentum,& partis affectæ.

142.43. *Quot eget conſiderationibus.*] Galenus habet Theorematis: quæ dictio rectè & ſignificanter hic vertitur Conſideratio.

143.6. *Vna forma calcei omnes calceant.*] Hoc prouerbium ſæpius vſurpatur à Galeno,vt locis hic citatis,& libro quinto ſanitatis tuendæ.

146.5. *Nõ ſentiat eius veſtigiũ.*] Aliàs venenũ:ſed vtro modo legatur,nihil refert: ſignificantius tamẽ eſt dicere, ne veſtigiũ quidẽ vllum veneni apparere.

147.22. *Magiſter Arnaldus dicit hoc mirabile, &c.*] Qui hunc aphoriſmum interpretatur,ait:Iſta regula habet efficaciam,propter longiſſimas experientias:Sed (quæſo) illiúſne ratio nulla eſt? Equidem manifeſtiſſimã eſſe arbitror, vt ad experientias duntaxat minimè ſit refugiendum. Nempe quum arteria in omnem dimenſionem expandatur, omnium maximè in latitudinem extenditur, quando facit diaſtolen: vt contrà, ſecundum latitudinem euidentiſſimè omnium minuitur,in ſyſtole. Ergo fibræ rectà incedentes plus aliis à ſeſe recedunt, quoties fit diaſtole: quæ motionis arteriarum altera pars eſt. Et quando ſecundum longitudinem vulnerata eſt arteria, vulnus continuò magis ac magis ampliatur per diaſtolen: aut ſaltem eius agglutinatio impeditur magis, quàm ſi latitudinalis ſectio eſſet, vt loquitur Arnaldus,quia per hanc in arteriæ quauis motione,minus hiaret vulnus.

148.16. *Vt conſuas fiſſuram carnis.*] Integra eſt: quam idcirco appoſui,vt oſtendi. Vide annot.in Gallicæ noſtræ interp.margine originali.

150.4. *Cõtraria imaginatione.*] Sũt qui putent,impreſſionẽ fieri in ſanguine,qua ipſe moueatur,à ſimilitudine ruboris externæ rei. Atq.ea de cauſa morbillis laborantes veſtiũt aut inuoluunt ſcarlatino panno,vel alio rubri coloris, vt ſanguinis feruore erumpentes maculæ & papulæ, magis magiſque aliciantur. Hanc vulgarem nimis opinionem improbat Arnaldus, Auicennæ ſententiam explicans: vbi docet à ſola imaginatione ſanguinem moueri,non colore corpori circumpoſito,& minimè viſo, nam forma repræſentata imaginationi,eſt quæ mouet corpus ſibi coniunctum,& quæ in eo ſunt.

co ſunt. Hinc à cæco, etiam valde ſanguineo, haudquaquam manabit copioſior ſanguis,etſi totus circundetur rubro.virtus naturalis paret nonnunquam animali & imaginatiuæ:facítque ſuas actiones & motus ſecundum imaginationem,quod in fœtus formatione eſt euidentiſſimum.

*Rec.calcadis drac.I.& quar.&c.*]Hæc deſcriptio à nobis emẽdata,in anti 152. 22.
quiorib.cod.valde corrupta eſt,vt ex collatione quiuis facilè deprehendet.

*Aut cũ cauterio.*]Alij legũt aut cũ tenitemo:quæ dictio videtur omnino
corrupta.Nã & Petrus de Argellata eãdẽ ſententiã recitãs ſic habet: Henr. 152.31.
tamẽ dixit,infallacius eſt aperire cutim cũ ferro,vel cauterio,& melius,&c.

*Puluillus ex ſuaui lana.*]Nunquid ſtupata eſt ex ſtupa?an formæ tũ appella 153.9.
tio eſt,vt plumaceolis?Nõ igitur vbique requirit ſtupas, vbi dicit ſtupata.

*Talia ſutura cõgregantur & ſeruãtur.*] Chirurgos multos audias qui refe-
rãt,ſe non raro tendones cõſuiſſe:qui in neruis idẽ experti ſint,ferè nullos. 153.16.
Quippe horũ partes diſciſſæ mox ſuprà infráq; retrahi,& à ſuperpoſitis corporibus occultari ſolẽt.Tẽdines verò per ſuturã coaluiſſe, nõ ſemel eſt viſum:& ex iis permultos functione ſua priuatos haudquaquam fuiſſe.Nã tametſi callus intercedat qui in neruis tranſitum ſpiritus animalis impedire poſſit,id tendonũ miniſterio parũ aut nihil officit.Sufficit enim ad motum voluntariũ,vt muſculus in ſe cõtrahatur.ad id ſequitur tẽdonis retractio,& ex cõſequenti eius partis cui fuerit ipſe alligatus.Neq; eſt neceſſe vt ſpiritus animalis per tendinẽ vſque ad partẽ mouendã feratur.Nã in auib.grandiorib.vt gallis & capis,tẽdones qui digitos pedũ mouẽt,oſſeos planè,haudquaquã permaneat ſpiritus.mouẽtur tamẽ digiti,quãdo muſculi tendones illos,quaſi ligneas virgas corpori mouendo alligatas,contrahunt.

*Hoc tamen Rhaſis de ſtricto vulnere.*]Vulnus ſi iuxta neruum , aut in neruo
fuerit , ſtrictúmque extiterit, inquit Rhaſes , non conſolidetur donec ali- 154.9.
quot præterierint dies,&c.

*Linguæ canis,lanceolatæ.*]Significat duas plantaginis ſpecies.verùm alterã 154.11.
non ſatis rectè linguam canis appellat , quin dicere debuit linguam agni, ex Græci vocabuli imitatione.Eſt enim Arnogloſſum,non Cynogloſſum. Porrò deſcriptio hæc eſt Lanfranci,vt teſtatur Guido in antidotario : quæ quum ſit hîc atque illic non parum deprauata , ſic ex Lanfr.antidotario vtrobiq.ſi placet,reſtituatur: Rec.cõſolidæ ma.& mi.arnogloſſæ, piloſellæ, plant.min.ana m.j.vermes terreſtres lõgos,lib.ß. Omnia tuſa pone in lib. vnã olei communis,& dimitte ibi marceſcere per octo dies. Poſt fac parum bullire,cola & exprime.Infrigidatis adde ſepi arietini à pelliculis bene mundati lib.vnã, picis naualis,lib.ß.picis græcæ,vnc.octo:ammoniaci, galbani,opopan.terebinthinæ,maſtiches, thuris minuti , ana vnc.ß. confice ſic,&c.

*Si ipſa centaurea coquatur cum carne inciſa coniungit eam.*] Hoc prius ſcri- 154.28.
pſerat Dioſc.cap.9.lib.4.

*Si capita neruorum inciſorum.*] Ad cautelam,ait Rolandus, cauteriſetur 155. 10.
vtrunque caput nerui inciſi peroptimè cum ferro candenti . ſed caue ne

labia vulneris calido ferro tangantur. Deinde apponantur vermes contuſi, & pulueres conſolidatiui,vt generetur ibi quoddam reparatiuum, vt oroſbot (id eſt callus)in oſſe fracto.

155.22. *Sicut facit Lanfrancus.*] Hic iubet emplaſtrare totum pedem exemplo de pice, melle & farina fabarum. quod ad Guidonis ſententiam proximè accedit,non tamen idem eſt prorſus.

155.32. *Iuxta linguam Græcorum fracturæ vocentur.*] Græca dictio eſt Catagma, quæ Latinis ſonat Fractura.

159.31. *Et linimenti maſtiches.*] Hoc ſumptum videtur à Lanfranco, qui cranij rimulam ſeu fiſſuram hoc modo probat: De maſtiche facio puluerem, inquit,& cum albumine oui diſtempero ad mellis ſpiſſitudinem, & diſtendo ſupra pannum ſupra rimulam immediatè, dimittens à mane vſque ad ſero, & è conuerſo. Cum autem remoueo,ſi rimula penetret,inuenio veſtigium ſiccum ex oppoſito rimulæ ſuper medicinam, quæ ibi pluſquam alibi deſiccatur,propter calorem ab intrinſeco venientem. Si autem non penetrat, non magis ſupra rimulam quàm alibi deſiccatur.

160.21. *Accidit laxitas in latere vulneris,& ſpaſmus in oppoſito.*] Hippocrates huius ſententiæ autor eſſe videtur, vbi ait: Quum verò iam ſuppuratum fuerit, in lingua puſtulæ oboriuntur, & deſipiens æger moritur, & conuulſio pleróſquecorripit in altera corporis parte: ſiquidem in ſiniſtra parte capitis vlcus habeat, in dextra corporis parte conuulſio corripit: ſi verò in dextra capitis parte vlcus habeat, in ſiniſtra corporis parte conuulſio corripit. An cynicum ſpaſmum denotat Hippocrates, quem plerique ex vulnere capitis morituri patiuntur? Eſt tamen hoc verius paralyſis illius partis quæ vulneratæ ſubiacet,in quam humores ſuperfluos decumbere, veriſimile eſt. Huic verò oppoſita, quę profectò ſana eſt, conuulſione affecta falſò videtur,quia nullo contradicente,illius partis muſculus valde contrahitur:vt ingenioſè annotauit Paulus Ægineta.Atque tunc idē accidit quod præciſo temporali muſculo, cuius oppoſitus, quamuis ſanus,conuulſus dicitur ab Hippocrate, vbi ait: Verùm tempora, & adhuc ſupra tempora, venam quę per tempora fertur,ſecare non oportet.Conuulſio enim corripit ſectum. Et ſiquidem ſiniſtra tempora ſecta fuerint,dextera conuulſio corripit, ſi verò dextra ſecta fuerint, ſiniſtra conuulſio apprehendit. Quis non videt hîc conuulſionem dici impropriè, inſignem eam retractionem quæ fit à muſculo ſano, cuius antagoniſta functione orbatus eſt? Sic enim abſciſſis tranſuerſim muſculis cubitum flectentibus, extenſum & rigidum manet membrum: non tamen rectè conuulſionem tunc pati dicentur extendentes muſculi, quos certum eſt non ægrotare. Plura de hac quæſtione in libro noſtro de curatione vulnerum à ſclopetis illatorum, Gallicè conſcripto.

160.23. *Quando fit vulnus in dextra parte,&c.*] Falſa eſt Gulielmi collectio, ſiquidem Auicenna contrarium affirmat. Hic enim conſentit Hippocrati, conuulſionem putatam in parte oppoſita fieri,paralyſin verò in eadem.

*Quia*

*Quia nerui qui perueniunt ad partem, &c.*] Huius opinionis autor eſſe 160. 24.
videtur Aretæus Capadox, qui περὶ χρονικῶν in hunc modum ſcribit, Si ca- *Lib.1.c.7.*
» put primò in dextra patiatur, ſiniſtra: ſi in læua, dextra paralyſi laborant.
» Hoc ideo euenit, quod neruorum initia permutata ſunt. Neque enim dex-
» tri nerui in dextras partes ſecundum rectum vſque ad extremum progre-
» diuntur, ſed ab initio enati protinus ad oppoſitos tranſeunt, ſe inuicem in
» figuram litteræ X (quam Græci χιασμὸν vocant) permutantes.

*Pileolo è pelle arietina.*] Gulhelmus iubet ſuperponere capellum ſeu bi- 162.24.
retum (hæc enim illius verba ſunt) pellis agninæ nouæ.

*Ille puluis capitalis ex pimpinella, &c.*] Hîc puluis rurſus deſcribetur in 163. 6.
Antidotario, & in chirurgia parua, ſed nullibi prorſus abſq; errore, ſi Theo *Doct.2.c.*
doricus eum ab Hugone acceptum rectè deſcribit. Illius enim puluis ex *1.*
» quinque tantum herbis conſtat, nec betonicã recipit. Sic enim habet: Cõ- *Doct.1.c.*
» ponitur prædictus puluis de his quinque herbis, piloſella, pimpinella, ca- *1.*
» ryophyllata, gentiana & valeriana: omnium radices & folia, de gentiana
» verò radices duntaxat. Ita tamen quod ex his omnibus prædictis recipitur
» per ſe æqualiter: de piloſella verò quantum de omnibus aliis, vel quantum
» de duabus aliis. Porrò eadem herba vocatur Caryophyllata, Oſmunda &
Sanamunda: vt hîc ſit vna dictio ſuperflua, & altera pro gentiana vitio trã-
ſcriptorum vel typographorum inſerta.

*Explantationes neruorum nobilium.*] Sic antea muſculorum temporum 227. 1.
nobilia nuncupauit. *Tract. 1.*

*Aluminis, myrrhæ, olibani.*] Auicennæ codices emendatiores habẽt My- *doc.2.c.2.*
ricen. Guidoni verò magis placere videtur myrrha: atque ſic legendum eſ- 166. 9.
ſe, mihi multa perſuadent.

*Et Theodoricus ad hoc facit.*] Theodoricus ſic docet componere empla- 166. 13.
ſtrum: Sal valde tritum bulliat in optimo vino, deinde adiice puluerem ſe-
quentem, baccarum lauri excort. cymini & aniſi mũdatorum & in teſta ca-
lida exiccatorum, ana ℥ iij. maſtich. & thuris, ana ℥ j. terantur & cribrentur:
poſtea cum furfuris cribratura, & melle quantum ſuff. reducantur ad conſi-
ſtentiam pultis.

*Non audiantur ergo verba illorum, &c.*] Theodoricos appellat Theodo- 166. 31.
ri ſectatores, & Ianuenſes Anſelmi de Ianua. Omnes fracturas capitis abſ-
que chirurgia curabant, vt ſuperius monuit autor, vbi diuerſas medicorum
ſententias in curanda capitis fractura propoſuit.

*Neque ratio conciliatoris valet.*] Ratio eſt eiuſmodi: Poſitæ medicinæ 166. 34.
ſub vmbilico, attrahunt humores à corpore: & retentæ in manu, attrahunt
humores: necnon ſub pede admotæ, trahunt à capite. Ergo emplaſtrum vel
vnguẽtum propoſitum multo melius poterit extrahere, quum ei ſit via per
rimulam, & non procul ſit agens.

*Aut ad figuram cifræ 7.*] Ea ferè eſt trianguli figura, ad quam formari cu- 167. 36.
tis inciſionem præcipit Lanfrancus. Huic ſiquidem non placet cruciata
inciſio, qualis vulgò fieri conſueuit: quin ſufficere putat quartam partem

crucis, vt liquidioribus medicamentis pateat aditus ad fracturam.

168.28. *Et peruenerit ad oculum.*] Hoc eſt, ad imum ſeu profundum, & vltra ſuperficiem. In aliis codicibus perperam legitur, ad oculum. Ego ſic emendaui ex textu Pauli Æginetæ, ad quem integra hæc animaduerſio pertinet. Inquit autem: Cerebri membrana, ſiquidem per ſumma ex medicamentis in id efficacibus nigruerit, mel triplum roſaceo miſcentes, & per linamenta id applicantes, curabimus, deinceps & reliqua admouentes. At ſi nigrities ſua ſponte prouenerit, ídque in imo potiſſimum, cum aliis grauibus indiciis, attingi non debet, vt quæ natiuum calorem emortuum innuat.

170.23. *Quaſi deridendo Galenum.* Rabbi Moyſes Galeni verba imitari cupiens, ſic ait: Vidi quoddam mirabile quod nullus vidit, & eſt hoc: quoniam vbi puero, &c. At non ſcribit alium neminem id vidiſſe vnquam (quis enim iſtud affirmare queat?) ſed ſe antea nunquam videre conſuetum.

170.26. *Si autem ſanguis exiuerit.*] Ieſus Haly paulò aliter habet: nã ſedeng cum modica camphora apponit, ſiquidem exiuerit ſanguis: ſin minus, tuthiam nutritam.

171. 3. *Lactis puellæ.*] Id eſt quo puella nutritur. Mox enim petiit lac mulieris puellam nutrientis.

171. 9. *Recipe ſedeng, &c.*] Hoc quoque aliter à Ieſu proponitur, nam piperis loco plumbum requirit, & margaritas vult eſſe perforatas. In piperis doſi paululum variant codices: ſunt enim qui grana triginta duntaxat requirant.

174.14. *Ponendo ſperam.*] Sphæram voluit dicere, hoc eſt globum.

175.17. *Sanguinis exeuntis nigredo.*] Quî niger eſſe poteſt ſanguis corde vulnerato effluens, quum ruberrimus ſit oportet in cordis ſinubus, ſed maximè ſiniſtro elaboratus? An tantus eſt cordis calor, vt ſanguis ab eo in quodcũque ſpacium effluẽs, id frigidius ſentiat, vnde mox nigreſcat? Eſt enim cor ceu quidam focus aut clibanus: reliqua omnia tepent.

175.33. *Et trachæam.*] Non poteſt vulnerari trachæa intra thoracem, quũ mox ſub clauibus diuiſa pulmonibus diſtribuatur, vbi bronchia nũcupantur illius veluti rami. Et ſi quis velit, in ſuperiore ſaltem parte vulnerari poſſe, id anterius magis patietur quàm poſterius: quum in ea regione adhuc œſophago ſuperpoſita ſit.

178. 8. *Et inflationem ſeu eminentiam.*] In vulgatis antehac codicibus legebatur (ſeu enuncham) quæ dictio mihi diu impoſuit, dum illius quandam ſignificationem ex Narbonenſi & linguæ Occitanæ idiomate confingerem. Sed tandem ex Gulhelmi lectione deprehendi legendum (eminentiam.) & corruptam fuiſſe dictionem ex abbreuiatione tali, eminãm.

179.31. *Nam ſupra vmbilicum ſunt gracilia, &c.*] Hîc apertè hallucinatur Guido, cum maxima ſcriptorum medicinæ πράξεως turba. Nam coli inteſtini maior pars vmbilico ſuperior eſt: & tenuium inteſtinorum magna portio ſub vmbili-

vmbilico ſedem habet.

» *Ponunt cannulam ſambuci.*] Gulhelmus hanc opinionem iamdudum re- 181. 11.
» futauerat, ſcribens: Et non audiatur ſermo dicentium, intus inteſtinum
» antè futuram debere poni cannulam ſambucinam, vel huiuſmodi, & ſuper
» ea ſui inteſtinum vulneratum, eo quod falſus & erroneus eſt. Quia cùm
» inteſtina ſint multæ tortuoſitatis, & huiuſmodi canna inflexibilis ſit, non
» poſſet Natura illud carnoſum ligneum expellere. Et paulò pòſt: Sed ſi de-
» beret ibi poni aliquid, melius eſſet ponere aliquam partem inteſtini alicu-
» ius animalis. Hoc enim eſſet applicabile, & magis Naturæ obediens, vt pa-
» tet. Sed neutrum mihi placet, nec eſt vtile pro certo.

# LAVR. IOVBERTI COMMENTARIVS IN GVIDONIS CAVLIACENSIS TRACT. IIII.

## QVI EST DE VLCERIBVS.

DE *vlceribus prout inſunt membris ſimplicibus.*] De vlce- 184. 16.
ribus externas partes occupantibus hîc tantum aget, quod ea chirurgis relinquantur curanda: oculis ſcilicet peruia, aut ſponte, aut diductis partibus, vt aure, naſo, muliebri pudendo, ano. Intrinſeca verò, vt pulmonis, (vnde phthiſis) & inteſtinorum (vnde dyſenteria) renum, veſicæ, & vteri etiam interioris, quęcunque non licet attingere, ea medici ſunt muneris. Porrò hęc doctrinarum partitio ſat impropriè eſt inſcripta, quum ipſe velit, priorem eſſe de vlcere in vniuerſum vbicunque & quouis membro occurrat: poſteriorem verò, de vlcere in hoc vel illo membro ſpeciatim curando. Itaque non debuit dicere, prout inſunt membris ſimplicibus: quum in quocũque membro fuerit, partem ſimplicem ſeu ſimilarem occupet, nempe cutem vel carnem. Quod enim in capite eſt vlcus, id eius cuti vel carni ineſt: ſicque de aliis. Sed quî eſſe poteſt ſimilaris partis affectus, quum vlcus non ſit intemperies, propria ſimilarium partium affectio: imò morbus organicarum, ſcilicet in quantitatis continuè iactura & diminutione? ſiquidẽ rectè poſthac dicamus, omne vlcus eſſe cũ ſubſtantiæ alicuius deperditione. Reſpõdetur continui ſolutionẽ, (cuius ſpecies vlcus eſt) cõmunem morbum ſtatui: vt præter intemperiẽ, inſit partibus ſimplicibus earúmque functionem labefactet. An hoc falſum eſt, vt aliàs demonſtrauimus: eſtque vlcus in parte ſimilari, tãquam in ſubiecto, cuius proprio muneri haudquaquam efficiat?

quemadmodum obliqua oſſis cruris figura,oſſi vt naturali & ſimilari parti nihil nocet,ſed cruri organo ad ambulationem. Itaque oſſi tanquam ſubiecto,inſidet quidem,non tamen illius morbus eſt figura vitiata, ſed organi.Hic proponi ſolet,quod ſcribit Hipp.omnes morbos vlcera eſſe.Explicatur verò ſatis ex integro eiuſdem contextu:quo reprehenditur nimia feſtinatio in ſolutione faſciarum,& membri extenſione.Hinc enim periculũ imminet doloris,inflammationis & febris Vnde magni admodum momẽti eſt (inquit) hoc documentum,perinde ac quoduis aliud. Cum quo enim maximè opportunorum in medicina hoc non communicet, non ſolùm in vlceribus,ſed etiam aliis morbis?Niſi quis alios quoque morbos vlcera eſſe dixerit,nam hîc ſermo aliquam etiam habet veriſimilitudinẽ. Galenus explicat,quomodo ſit probabile omnes morbos (ſaltem quos dolor comitatur) vlcera dici poſſe. Et hoc quidem vulgi ſententiæ non malè conſentit, quod mali nominè tantum dignatur dolorem : malum autem morbus eidem eſt. Itaque eum nihil mali habere dicit, qui nulla parte corporis dolet.

*Lib.3.de fract.ſect. 34.*

184.22. *Vna vel plures diſpoſitiones quæ conſolidationem impediunt.*] Diſpoſitiones hîc dicuntur affectus præter naturam : videlicet morbi, cauſæ morborum,& ſymptomata, vlcus nullum re vera eſt ſimplex affectus, quum prę-ter ſolutionem continui, in eo ſit ſubſtantiæ deperditio, quæ alter eſt morbus (in magnitudine diminuta ſcilicet vt ſuprà diximus) & ſordes, quæ ſunt de ſymptomatum genere, nimirum in excreto vel excernendo. Dicitur tamen vlcus ſimplex eſſe, quodcunque nihil prętér illa, quæ de eius eſſentia ſunt, habet. Compoſitum verò quod præter ea eſt intemperatum, vel inflammatum, dolorificum, cruentum, cum hyperſarcoſi, aut alio quouis prę̨ter naturam affectu. Porrò vnionem, quam ſolutio continui expoſtulat, impedit ſubſtantiæ deperditio. Hæc etenim prius reſarciri debet quàm fieri poſſit conſolidatio. Debet etiam ſordes abſumi, ad cauitatis repletionem. Sunt qui intemperiem quoque perpetuò adeſſe velint, & ab vlcere inſeparabilem eſſe: de qua nos paulo pòſt videbimus.

184.28. *Tempus nihil facit ad rhombum.*] Prouerbium ab autoritate & excellentia Rhombi piſcis exiiſſe volunt, quando aliquid non eſt comparandum : ſed propoſito argumento non ſatis quadraret adagium, quo ſignificare vult Guido, temporis contemplationem ad rem propoſitam nihil pertinere. Quod ſanè eſt veriſſimum, nam intra ſeptem dies, & eò citius, poteſt eſſe factum vlcus, & perſanatum : tantum abeſt vt antè ſeptimum diem vlcus dici non mereatur. Sit enim furunculus intra duos vel tres dies ſuppuratus, & vomica factus. Hîc, excreto iam pure, vlcus eſt, quod præ ſui exiguitate, vel ſponte, biduo triduóve plenum & prorſus agglutinatum euadet. Ergo quocunque tempore ſordes apparuerit, tunc primum vlceris naturã induit ipſa continui ſolutio:vt ſi pręceſſit vulnus,mox atque ſordis quippiã in eo conſpicitur,ſtatim vulnus eſſe deſinit,

& vlcus

& vlcus dicendum eſt. Malè igitur Henricus expectat immundiciem vltra ſeptem dies perſeuerantem, vt dicat vlcus eſſe: neque illud ex Galeni aduerſus Theſſalum doctrina, rectè colligit. Nec valet, quod idem dixit monente Guidone, antiquos dixiſſe omne vlcus (ſic enim legendum putamus emendato autoris noſtri contextu, hîc valde deprauato) poſtquam tranſit quadraginta dies, ipſum tranſire. quod eſt, iam vlcus non eſſe amplius, ſed alium affectum: nempe fiſtulam. Nam apoſtema (vt ſubiungit Guido) & exitura poſſunt in vlcus tranſire ſtatim atque ſunt aperta, vt non ſit expectandus dies quadrageſimus, ante quem vulnus in vlcus degenerare nequeat. Dum enim fit apertio vel ferro, vel igne, vulnus fit, quod mox excipit vlcus. Fiſtula verò non tam promptè vulneri aut vlceri ſuccedere poteſt.

*Calloſitas, quæ eſt eius differentia eſſentialis.*] Si hoc verum eſt, nulla fiſtula ſine callo erit, contra Galenum libro 1. ad Glauconem. ſed de hoc dubio nos in capit. de Fiſtula diſſeremus. Sequitur in contextu: *Eſt ergo præfata definitio bona ſatis.* Ea verò minimè grata eſt Fallopio olim præceptori noſtro (ſiquidem Fallopij eſt commentarius ille, qui eius nomine in lucem venit Donati Bertelli opera) ídque multis de cauſis, & primũ quod non demonſtret quid ſit vlcus in genere. Aſſumit enim differentias remotiores, vt quæ ſunt ſpecierum vlceris. Sed hallucinatur ipſe potius, quando exiſtimat Guidonem per diſpoſitiones conſolidationem impedientes, ſignificare tumores præter naturã, vel intemp. aliquã, vel dolorẽ, &c. ex quib. ipſe Guido paulò poſt vlcerũ ſpecies conſtituet, tametſi Gal. iſtud nõ probetur. Quænã verò ſint diſpoſitiones vlcus cõſtituentes de Guidonis mente, & reuera, ſup. explicaui. Deinde illud reprehendit Fallopius, quod ſordes & putredo in vlceris definitione ponantur, quum etiam vulnera pus emittant, & quædam vlcera ſint aridiſſima, nihílque prorſus reiiciant, vt in moribundis: quod denique ſordes & putredo quaſdam vlceris ſpecies cõſtituant, vt aliud dicatur ſordidum, aliud minimè: quoddã putridũ, aliud nõ putridũ. Sed hæc quoque vana ſunt, ne dicam ridicula. Nam ſi vulnus iam ſordidè emittat, amplius dici non debet vulnus, vt ſuprà monuimus. Quod autem vlcera quædam nihil emittant, rem non deſtruit, quum quæ in definitionibus ponuntur differentiæ, aptitudinem potius quàm actum ſignificent. Hinc non minus dicitur animal riſibile, homo qui ad ſuppliciũ deductus ridere neſcit, quã qui ex ingenti occaſione cachinno diſſoluitur. Sic vlcus modò accuratiſſimè ac diligẽtiſſimè abſterſum, quãuis nihil prorſus habeat ſordiũ, tamẽ ſorde definitur, quod tale ſit potentia, eáque minimè vana. ſubeſt enim perpetuò quandiu eſt vlcus diſpoſitio quæ ſordẽ gignat. Sordidam verò & putridam quum dicimus aliquam vlceris ſpeciem, intelligimus ſordidã ſupra modũ, & plus quã vlceris ratio expoſtulet. His tandem ſuam definitionẽ ſubiungit Fallopius, quã omniũ abſolutiſſimã eſſe videri vult. Vlcus eſt ſolutio compoſita continui carnoſi, immediatè facta. In qua definitione illud primum reprehendo, quod vulneri potius ea

184.36.

conueniat. Hoc enim fit immediatè: vlcus autẽ vtplurimum vulnere mediante. Ob id forſitan, paulò inferius aliam dat vlceris definitionem, quod fiat ſine ſectione, cum deperdita quantitate. Atque iſtud eſt quod vlcus ſolutionẽ compoſitã eſſe facit. nanque ſolutio continui ſimplex eſt morbus, quũ vnicã corporis conditionẽ labefactet, nẽpe vnionẽ. Vlcus verò cõpoſitus eſt affectus, ex eadem ſolutione continui, & ſubſtantiæ deperditione. Attamen per ſolutam continuitatem potius definitur, quod hæc ad integram vſque morbi ſolutionem, adeóque reſtitutam ſubſtantiam, permaneat. Guido pro ſolutione compoſita dixit, ſolutionem in qua conſiſtit vna vel plures diſpoſitiones, &c. At paulò poſt apertè pronunciabit, vlcera ſemper dici compoſita.

185.1. *Quæ faciat & augeat vlcus.*] Hîc vlcus pro vulnere ſcribit, more Galeni, ex quo hanc ſententiã recitat. verũ quod ait, vulnus carere omnino diſpoſitione antecedente & ſequente, falſum videri poteſt: quum ruptio vaſorũ præ nimia ſanguinis copia ſit vulnus potius quàm vlcus: & tamẽ habeat præcedentem diſpoſitionem, hoc eſt plethoram quæ tenſionẽ fecit: necnõ ſequẽtem, videlicet hæmorrhagiam quæ profectò cõſolidationẽ impedit. Ergo non eſt id ſufficiens diſcrimen vulneris & vlceris: vt nec quod addi ſolet alterũ, vlcus ad vulnus conſequi magna ex parte. nã plerunque fiunt vlcera quę ſunt πρωτοπαθῆ, nec ad alios vllos, præter cacochymiam ſequuntur affectus. Neque illud valet diſcrimen, quod vulnus ab vlcere differat cruore. nam cruenta quoque ſunt nonnulla vlcera. Nulla profectò conditio vlceri tã peculiaris eſt, quã ſordis generatio, vt ſit hæc propria eius differentia. Huic verò obnoxiũ eſt vlcus, ob ſubſtantiæ deperditionẽ: quæ etiã facit, vt vulnus cauũ nunquã ſordis procreationẽ effugiat, quã vulnus ſimplex nõ patitur. Iſtud enim ſolã agglutinationẽ requirit, eámque nullo interueniẽte & prorſus (vt noſtri loquũtur) ſecundũ primã intentionẽ, obtinere poteſt, ſi vulnus ex arte tractetur. Quod verò cũ ſubſtãtiæ aliqua iactura eſt, recens genitæ carnis interceſſione, & per ſyſſarcoſin vocatã cõiunctionẽ, redintegratur: quo in opere eſt ineuitabilis ſordes. Sed vnde hoc? An calor natiuus, quaſi exhalarit nõ modica ſui parte, in apertis ſolutionibus cõtinui, languidior eſt? Hinc enim videmus contuſionẽ abſque vulnere, non tardè reſolui, quod naturalis calor ſub integra cute ſit vegetior. Cõtuſa verò plaga ſuppurationẽ vel putredinẽ patitur, quorũ vtrunque eſt inquinatio quædã. Sic in vulnerib. & vlcerib. omnibus imbecillior eſt calor natiuus: vt nõ malè dicatur, adeſſe iis intemperiẽ. Itaq; affluẽs alimẽtũ copioſius, quo particulæ iactura reſarciatur, ita aſſimilatur, vt multũ ſuperſit excrementi. Hoc non tã accuratè poteſt ab eodẽ calore attenuari, vt fuliginis aut vaporis naturã induat, & per cutis poros tranſpiretur. Craſſius ergo remanet, fitque τὸ ῥύπος καὶ ἰχωρ, id eſt ſordes & ſanies, vt Galen. explicat. Quod ſi calor euadat vegetior ex ſe, vel medicamẽtis adiutus, excremẽtũ hoc coquit & maturat, facítque pus album, lęue, æquale, & minimũ fœtidũ: ſin depauperatus fuerit (vt chirurgi loqui ſolent) liquidius eſt quod ex-

cernitur: idque virulentiam ferè appellant. videndum igitur eſt vt ſordes à pure cautius diſtinguatur.

*Non multum repugnat generali intentioni vulnerum.*] Differentias cuiuſque affectus proprias & legitimas eſſe vult Galenus eas conditiones quæ per ſe & ſeorſum conſiſtentes non ſunt affectus præter naturam, hoc eſt, nec cauſæ morborum, nec morbi, neque ſymptomata, vt in vulneribus & vlceribus differentiæ ſunt, magnitudo & paruitas: vnde dicuntur longa & breuia, lata & anguſta, profunda & ſuperficialia & penes diuiſionis profunditatem, æqualia & inæqualia. Sic à figura diuerſa, recta & obliqua, & tranſuerſa, rotunda, quadrata, capreoli modo retorta, hami ritu vnca, &c. à tempore, antiqua & recentia. Iam illa quoque (ait Galen.) diuulſum quippiam eſſe aliqua ex parte, vel ex toto inciſum: & vbi quod vulnerauit, ſe ſub cutem obliquè dedit, vt vulneris altera portio conſpicua ſit, altera latitet: idque vel ex ſupernis partibus eſſe, vel infernis, vel lateralibus. Omnia hæc (inquam) ſunt propriæ vlcerum & vulnerum differentiæ: non autem cauitas, inflammatio, gangræna, hyperſarcoſis, cruor, ſordities, cacochymia, & eiuſmodi cauſæ morborum, morbi, vel ſymptomata, quæ vlceribus ſi contingant, ea reddunt compoſita, non autem vlcerũ ſimplicium differentias conſtituunt. Hæc enim ſeorſum & per ſe conſiſtere poſſunt: itaque eorum quibus accidunt differentiæ non ſunt, ſed iuncti affectus. Nemo autem ſimiliter dixerit magnum vlcus eſſe compoſitum ex vlcere & magnitudine, aut lacerum vulnus ex vulnere & dilaceratione: quemadmodum rectè dixeris inflammatum vlcus eſſe compoſitum affectum ex vlcere & inflammatione. Quæ omnia Gal. abundè explicat vlt. cap. lib. 3. meth. med. Ergo ſatis impropriè dictũ eſt à Guidone, vlcus ſeu vulnus poſſe habere compoſitionem diſpoſitionum ſibi propriarum & de neceſſitate conſequentium, vt magnitudinem, &c. Non enim cum ſuis accidentibus inſeparabilib. cõponuntur morbi, ſed cum affectibus præter naturam ſeparabilib. & per ſe ac ſeorſim conſiſtentib. Cæterùm indicationes curatiuæ ſumuntur ab iis differentiis propriis. nam aliter atque aliter curantur magna & parua vulnera, rotunda & longa, profunda & ſuperficialia ſinuoſa & aperta: cùm tamen in communi & generali curatione, quæ fit per exiccantia, conueniãt. Ab his enim propoſita intentio non multum repugnat intentioni generali vulnerum & vlcerum, vt monet Guido. Siquidem ſolùm diſcrimen eſt pro ratione maioris & minoris exiccationis, diuerſi coniunctionis labiorum modi, necnon parandi effluxus liberi, & eiuſmodi dextero remediorum vſu. Subiungit, *inquantum vulnera*: hoc eſt, ſimplices affectus. nam qui is componuntur, vt tumores præter naturam, intemperaturæ, dolor, hæmorrhag. & cæt. aliam curationem, & ſæpe contrariam, expoſtulant. ſed hæc prius tollenda veniunt, vt deinceps manens ſolum vlcus aut vulnus perſanetur. Cæterùm illud diſſimulandum non eſt, quod deperditionem ſubſtantiæ & non deperditæ inter diſpoſitiones proprias recenſeat: cùm in vlceribus id de eorum eſſentia ſit,

& alter à ſolutione continui affectus,præter naturam, ſc.morbus in quantitatis diminutione.In vulneribus autem ſimiliter affectus ſit , qui ſeorſum & per ſe ſubſiſtere poteſt.quamobrem vulneris propria differẽtia dici non poteſt.Neque eſt quod quis reſpondeat,hoc de neceſſitate conſequens eſſe,vt cum deperditione , vel abſque ea ſit : nam de quocunque affirmatio aut negatio vera eſt. nam eodem argumento dicam, omne vulnus & vlcus eſſe cum phlegmone,vel abſque ea.

185.9. *Quæ ſeorſum per ſe exiſtere poſſunt.*] Vndecunque manat pus,ſordes vel ſanies,illic ſubeſſe vlcus creditur,& contrà:vt ſit ab vlcere inſeparabile ſymptoma,non minus quàm ſubſtantiæ alicuius deperditio, morbus in quantitate.Hæc igitur quum per ſe ſubſiſtãt,& vt affectus præter naturam ſeorſum conſiderari queant,meritò vlceris differentiæ non dicuntur, ſed velut partes illius eſſentiam conſtituentes : Contrà : ſi non ſunt hæ differentiæ, qua ratione vlceris diffinitionem ingrediuntur ? quum diffinitio conſtet ſolùm genere & differentia.genus verò in hac eſt,ſolutio continui,pro differentiis verò habentur reliqua:nempe diſpoſitio vna vel plures,&c. Reſpondeo , has quidem eſſe differentias quibus vlcus ab aliis ſolutionibus continui differat,nõ vlcus ab vlcere:imò quibus omnia vlcera inter ſe conueniant, & ab aliis differant morbis. Itaque non poſſunt ex his conſtitui vlcerum ſpecies diuerſæ, ſed ex aliis quæ per ſe non ſubſiſtunt, vt magnitudine,figura,tempore, &c. Hæc enim veras & proprias vlcerum ſpecies, cum genere ſuo gignunt,ex legitima Galeni doctrina:non cauſæ & ſymptomata, vt ſtatim proponet Guido. Ex his enim complexus & compoſitio fit affectuum,non vlcerum ſimplicium differentiæ conſtituuntur. Sequitur in contextu: *Quæ in ipſis vlceribus contingere poſſunt.* ῥύπος & ἰχὼρ (id eſt ſordes & ſanies)in quouis vlcere reperiuntur, excrementa aliàs craſſiora, aliàs tenuiora: vnde contingit in quibuſdam gigni ſquamas & cruſtas. Non enim ſunt hæc perpetua, vt illa, quorum etiam variam conditionem ſequuntur.

185.17. *A cauſis ſc.morbis & accidentibus.*] Alij legunt *membris*: ſed cùm vlcera ex iis non perficiantur & componantur, vt ex cauſis, morbis & ſymptomatis, facilè percipitur error. Componuntur verò vlcera ex tribus affectuũ præter naturam generibus,quãdo humor acris & erodens,qui vlceris cauſa eſt, agere non deſinit. Atque inde præter ſolutionem continui, ſimul accidit ſubſtantiæ deperditio,qui eſt alter morbus: cuius occaſione ſymptoma accedit,ſordes nempe ac ſanies. Igitur ſpecies vlcerum pro diuerſitate cauſarum ſic venari oportet: vt alia ſint ex cauſa externa & euidente , quæ iam deſiiſſe poteſt:cuiuſmodi eſt acre medicamentum vel admotum,vel aſſumptum,quod ſit cauſticum ac deleterium . vnde venenoſum vlcus excitetur. Sic contagio ſimplicis ſcabiei, vel luis venereæ : quod etiam contagioſum dicitur vlcus. Alia cauſam internam habent,eámque antecedentem, vt cacochymiam intra vaſa: aut proximam affectui, vt humorem erodentem & exulcerantem. Hinc vlcus eroſum dicitur & erodens , quod ferè vicinas partes depaſcitur. Ad hanc ſpeciem rectè pertinet vlcus virulentum & corro-

corroſiuum: necnon Cancer. Differentiæ verò, ſeu ſpecies vlcerum, pro morbis diuerſis qui de eorum eſſentia ſunt, hoc modo ſumuntur: A cauitate, quæ quantitatis diminutionem ſequitur, ducuntur ſinus (quod eſt vlcus cauernoſum) & fiſtula: niſi quis malit hanc in figura morbum dicere. Non repeto quas ſuperius annotaui proprias vlcerũ differentias eſſe, magnum & paruum in quauis dimenſione: figuratum variis modis, æquale aut inæquale, & ſimilia, quæ veræ ſunt morborum differentiæ. A ſymptomatis verò trahuntur, nempe ſanie & ſordibus variis, quæ ſunt ab vlceribus inſeparabilia: vt ſordidum & putridum vlcus, cruſtoſum, calloſum, & eiuſmodi. Attamen Galenus 2. meth. 2. purum & ſordidum, non à propriis differentiis, ſed ab externis ſymptomatis appellata eſſe profitetur. Et cõm. in aph. 45. libr. 6, vlcus σηπεδονῶδες & νομῶδει. i. putridum & depaſcens, non eſſe differentiam vlceris propriam, ſed paſſionem complicatam ex vlcere & putredine, aſſeuerat. Guido has differentias non ſatis ex arte perſequitur dum ad cauſas refert eas ſpecies quinque famoſas dictas, quæ non minus à morbis & ſymptomatis procedunt, quàm à cauſis. Symptomatis verò peculiariter attribuit, quas Galenus negat prorſus eſſe differentias vlcerum: ſed connexus & compoſitiones varias horum cum aliis morbis, cauſis, vel ſymptomatis.

*Quæ aliquando in gradu diminuto cum vulneribus inueniuntur.*] Horũ quidem nõnulla ſunt vtplurimum in vulneribus remiſſiora, vel rariora, vel penitus nulla: vt intemperies, caro mollis & ſuperflua, tenebroſitas & durities, os corruptum, varices. Alia verò maiora, & inſigniora, vt dolor, apoſtema, contuſio, quibus adde febrem, conuulſionem, delirium, paralyſin, &c. Porrò recenſitæ hîc ſpecies vlcerum communes, ſigillatim deinceps explicabuntur, vbi tractabitur tertia intentio: quæ ſcilicet corrigit accidentia & diſpoſitiones coniunctas vlceribus, vnde rurſus colliges, non eſſe has differentias aut partes vlceris eſſentiales. 185. 24.

*Vlcus virulentum, corroſiuum & ambulans.*] Lanfrancus hæc tria diſtinguit, totidémque vlceris ſpecies facit, nec malè, ſiquidem virulẽtum omne haudquaquam videtur corroſiuum & ambulatiuum: quum virulentia quædam frigida ſtatuatur in ſequentibus. Quicquid verò corrodit acre & calidum eſſe oportet. Cęterùm hæ ſpecies famoſæ vlcerum, deinceps ſingulis capitibus magis explicabuntur, nempe à tertio cap. vſque ad vltimum. De corroſiuo hoc tantum dicam, φαγέδαιναν vocari id quod carnem cum cute, depaſcitur: ſed abſque putredine & febre, vlcus enim putridũ ſimul & depaſcens, νομὴ vocatur, 6. κα. γε. 1. & 9. ſimpl. ca. de terra ſamia. Sordidũ & putrefactum maximè ſequitur ad vulnera ſclopetorum, & alia valde contuſa, vnde eſcharalis vocata caro mortua & fœtidiſſima excernitur, cum tetro & cadaueroſo halitu. Quod verò ait Guido, dimittendo viſcoſitatem, eſt impropriè dictum, pro imprimendo, non enim dimittit & relinquit in parte viſcoſitatem, quaſi ſui veſtigium, quum ipſum vlcus eam non deſerat, ſed adeſſe perſeueret. 185. 28.

185. 34. *Cancer eſt vlcus latum,&c.*] Melius eſt dicere rotundum,vt facit Guido cap.proprio,nam figuram hoc exprimit cancro familiarem, qui non ſemper eſt latus vel amplus. Addi etiam poteſt fœtidum,ex eodem loco : nam hoc maximè differt ab vlcere duro & tenebroſo,de quo paulo pòſt.

185. 42. *Eſt vlcus recidiuum.*] Id eſt,quod recidiuæ eſt opportunum & obnoxiũ. Atque illud eſt in aphor. Hippocratis, quem paulo pòſt citabit, ſignificatum vlcus annuum, aut diuturnius, quod cicatricem nullo modo admittit, vel ſi facta ſit,denuo reſoluitur,tametſi medicus nihil in curatione deliquerit,vt ait Gal. Tunc neceſſe eſt aliquã ſubeſſe paſſionẽ oſſis eo in loco corrupti:niſi tamẽ illud accidat,ex vitioſorũ humorũ influxu, vel diſpoſitione in mẽbro tẽporis longitudine cõtracta ex humoribus qui influxerũt. Si os ſubeſt corruptũ,apparẽs dũtaxat eſt cõſolidatio per inductã cicatricẽ. Non enim pars ima fuit agglutinata oſſi corrupto, à quo tãdẽ rurſus paulatim effluẽs ſanies, inflãmationẽ excitat. Hác puris generatio ſequitur, vnde cicatrix eroditur,& caro exulceratur. Itaq; os vehemẽter exiccãdũ, vt eius pars vitiata abſcedat,quare nõ abſque ratione (ait Gal.) tãtũ fieri cauas cicatrices cõtingit,quãtũ habuerit os quod abſceſſit craſſitudinẽ. Sequitur de vlcere varicoſo,qđ habet venas innaturales craſſas & repletas:hoc eſt,venas pręter naturã dilatatas plenáſque. Non enim ſunt quæ varices vocantur, venæ pręter naturam genitæ, qualis dicta fuit vena meden, ſup. in tractatu apoſtematum:ſed prorſus naturales & à prima conformatione, quæ ſunt duntaxat præter naturam amplificatæ,& ob id dicuntur innaturales.

187. 13. *In ſeminalem & albam qualitatem mutata.*] Num rectius ſemimalam. Sic
Com. aph. enim Galenus in Hippocratem, pus (inquit) ex ſanguine ortum habet, qui
47. lib. 2. ſemimalam habet tranſmutationem. Id eſt & alteratione materiæ ſemicorruptæ.

188. 14. *Et ideò pueros interficiunt.*] Ex Auicẽna hoc tranſcriptum eſt, qui ait : Et
[illegible] 1.c.f. vlcera quidẽ prauæ curationis, ſicut rotunda & eis ſimilia, ſunt interficientia infantes, non tolerantes vehementiã dolorũ & vlcerũ, & difficultatẽ curationis eorũ, & ipſorũ prauitatẽ. Quæ verba non ſunt interpretanda de vlcere duntaxat rotundo, quũ pleraque talia facilè ſanentur. Neque diſplicere debet ſui ratione, aut abſolutè eiuſmodi figura, aut certè noxius eſt (ſaltẽ
Vide A- inutilis) turundarũ vſus. Hæ ſiquidẽ prorſus teretes, rotundã figurã in vlce-
[illegible] re conſeruant. Adde quod, vulnera etiam oblonga, ad rotundam figurã ſo-
97. [illegible] lent reduci, quando ſuuntur ſpatia intermedia, & extremis infiguntur turũ-
1. dæ, à quibus rotunda cauitas fit. An potiùs id reſpexit Auicenna, quod
Lib. de vl- Hippocrates ſcripſit? Ex vlceribus (ait) rotunda, ſi ſubcaua fuerint, exci-
ceribus. dere oportet vndiquaque in orbem ea quæ diſceſſerunt, aut omnia, aut ex dimidiò circuli, ſecundum longitudinẽ naturæ hominis. Quam ſenten-
Lib. 4 me- tiam Galenus interpretatur de vlceribus quæ dura calloſáque labra ſor-
th. med. ca. tiuntur. Inquit enim: Quod ſi labra vlceris dura calloſáque appareant,
5.c.f. etiam ea excidendo. Etenim de his quoque ita ait: Circularia vlcerum, ſi ſubcaua ſint, circulo præcidere quæ abſceſſerunt oportet, vel omnia,

vel

» vel ex dimidio circuli ſecundum hominis longitudinem. Quibus ver-
» bis profecto, nec Hippocrates, nec Galenus damnant rotundam vlceris figuram, ſed calloſa labra quæ à ſubiecta carne receſſerunt, & ſubtus concaua ſunt. Ea enim iubet reſcindere, etiam circulariter: quo modo ſimilis priori figura remanet, & vlcus interim euadit capacius. Sic lib. de vul-
» neribus capitis: Orbiculatiora vlcera (inquit) ac plurimum ſubcaua, ea
» quoque oportet reſecare, circulo diuiſim inciſo ſecundum longitudinem
» pro hominis natura, vt longius fiat vlcus. Quinetiam idem præcipit, vbi os capitis fuerit nudatum carne, ſubcaua autem fuerint vlcera in obliquum, cauitatem quamplurimũ reſecare: vbi ſcilicet non facile eſt medicamentis quocunque peruenire. Quoniam verò infantium tenella ætas huiuſmodi chirurgiam vix patitur, idcircò non iniuria Auicenna prædicat, talia vlcera in infantibus, ſi curationem aggrediaris, eſſe periculi plena & lethalia. Quocirca preſtat non curare, curati enim citius intereunt, vt de cancro occulto pronunciauit Hippocrates. An verius eſt, Guidonem ex Hippocrate & Galeno in epidemiis hoc tranſcripſiſſe? quorum ille damnat vlcuſcula infernarum partium, quæ rotunda fuerint & profunda: quod talia ſint pernicioſa, & maximè puerulis. Sunt verò eiuſmodi maligna admodum, Galeno interprete, & infantibus moleſta: qui ſcilicet ferre nequeant dolores, nec curationem, quin & alioqui (ait) curatu maximè difficilia talia exiſtunt. Rationem eſſe puto, quod rotunda fiant vlcera ex eroſione in circuitu ſerpente. Peſſimum autem eſt eroſionis vitium, acris humoris ſoboles, ad ſanationem multo egens tempore. Corrigi enim malitia illa humoris defluentis ad partem, breui non poteſt. Atque vt pulmonis ab eiuſmodi cauſa, ob viſceris mollitiem & imbecillitatem, ſic puerorũ tenelli corporis, vlcera ſunt curatu difficillima. Vide Gal. lib. 5. meth. med. cap. 14. & lib. 9. cap. 10.

*Li. 6. aph. 38.* *Lib. 6. epid. ſect. 19.*

*Cambil aduſti, & eſt terra rubea.*] Belunenſis pumicem interpretatur in contextu Auicennæ. At in Arabicarum dictionum explicatione idem annotat, Cambil (ex Siraſis ſententia) eſſe ſpeciem mannæ, quæ habet granula ad rubedinem tendentia, alios autem dicere, eſſe grana alkekengi. Guido ſequutus eſt veterem Auicennæ tranſlationem, in qua hæc
» leguntur: Cambil eſt terra rubea minuta, quæ adfertur de Media aut A-
» thenia: & cùm fricatur ſuper manum, ingreditur cutem: de qua fit vnguen-
» tum, & penetrat manum. Sequitur, [*corticis pini*] pro quo in codice veteri Auicennæ legitur (platani.) Belunenſis, (meo quidem iudicio,) melius habet pininam & ſic legit Guido. 191. 36.

*Cauterium actuale poſt omnem raſuram.*] Raſura Lanfranco non pla- 191. 40.
» cet. Inquit enim, Oſſe detecto corrupto non radas, vt plurimi faciunt,
» ſed fortiter os illud ferro calido tangas. Et paulo pòſt: Quoniam eſto
» quod raſpando vel radendo os corruptum cum violentia remoueres, nihi-
» lominus eſt ei neceſſarium quod poſtea Natura ſuperficiem oſſis expellet,

& mundificet aliter. Quare laborem remouendo multiplicas, & mundificationem ad plenum non facis, &c.

192. 22. *Recip. cadmiæ, aluminis, glutinis auri, &c.*] Non parum ab hac variat Bruni deſcriptio. Etenim caret alumine, & typographi culpa in eius locum irrepſit dictio [argenti.] Sic enim habet: Climiæ argenti, & conglutinationis auri. Deinde pro cortice Æris, Brunus habet Æris limaturã. Et vbi hîc legitur, gummi cypreſſi partes quatuor, Brunus habet Curcumæ, cypreſſi, ana drachmas quatuor. Idem autor ſupradictis adiicit ſalis gemmæ partes duas: ariſtolochiæ aduſtæ, & thuris minuti, ana partes quinque.

194.41. *Mundificatiuum factum ex ſucco abſinthij.*] Eius deſcriptio à Lanfranco ſic proponitur: Recipe ſucci abſinthij, vncias quatuor: mellis, vncias tres: farinæ hordei, vncias duas: myrrhæ, vnciam vnam, componantur ad inuicem.

195. 3. *Cum carne piſcium ſalitorum.*] Piſces ij ſunt, de quibus annotauimus ſup. ad finem cap. admin. de form. Sequitur: *Et ariſtolochia, non rotunda, ſed longa:* Theodorici verba hæc ſunt: Et ſcias quòd ariſtolochia longa magis conuenit in vlceribus, quàm rotunda: quoniam eſt magis abſterſiua. Rotunda verò magis conuenit apoſtematibus, quoniam eſt fortioris operationis & ſubtiliationis.

195.8. *Ceræ, olei, ana quod ſufficit.*] Brunus oleum antiquum eſſe vult.

198.1. *Quædam verò in oſſibus.*] Vlcus definitur ſolutione continuitatis in carne. Atqui fiſtula vlceris ſpecies eſt. Ergo oſſibus ineſſe non poteſt. An caries in oſſe anguſtam cauitatem & profundiorem faciens, non ineptè à ſimili, etiam fiſtula nũcupatur? In oſſibus quoque dicetur eſſe fiſtula, quæ eò peruenit, quamuis illius maior pars ſit in carne ſuperpoſita.

198.19. *Quod in oſſe, ex tenuitate, &c.*] Huius rei cauſam eſſe volunt, quòd oſſis denſitas & ſoliditas non ſinat effluere, niſi tenuiores quaſdam partes. An verius dicas, os ſui alimenti parte craſſiore nutriri, vt alimentum alito reſpondeat. ideóque oſſium recrementa eſſe liquidiora: ſcilicet ſuperfluas & inutiles alendo oſſi portiones.

198.21. *Et lotionibus coloratis.*] Lotiones coloratæ iniiciuntur, ex Auicennæ ſententia, quoties fiſtulæ plurima ſunt orificia, cuius eſſe ambigitur (inquit) & neſcitur an ſit fiſtula vna. Tunc enim infundenda eſt in quoddam orificiorum eius humiditas habens tincturam. Et tunc ſi non fuerit fiſtula vna, egreditur ex orificiis aliis color vnus qui eſt fiſtulæ, ſcilicet diuerſus: nempe albus, & tenebroſus, & alius.

205.38. *Diſtillatio ſyrupi roſati.*] Eius verba ſunt: Collyriatio facta ex ſyrupo roſato zuccharino, confortat viſum, & curat aquam in oculum deſcendentem. Certè hoc ſanum eſt & probatum, & ego operor hoc ad confortationem viſus.

206.1. *Quod Auicenna lubans vocat.*] Auicenna legit luber, non lubans.

200.43. *Propter carnoſæ partis tenuitatem.* Aliàs propter partis ſenſibilitatem. vtraque lectio retineri poteſt.

*Et floris æris, quarta parte.*] Sic habet manuſcriptus Rhaſis codex: in impreſſis perperam legitur quinta pars. Cæterùm vtendi modum ſic præſcribit, Fiſtula vſque adeò prematur, vt ſanies tota exeat. deinde ægro in latus oppoſitum iacente, in angulum lachrymalem diſtillentur tres aut quatuor guttæ, longo inter ſingulas tempore interpoſito. Æger per tres horas ſic iaceat. Idem repetendum ſingulis diebus per hebdomadem, & vltra, donec è fiſtula compreſſa nihil maneat. 207.11.

*Aut cochleari argenteo, &c.*] Theodoricus cochlear non appellat, ſed inſtrumentum factum ad modum mediæ teſtæ nucis ſecundum oculi quantitatem, quo ipſe oculus ad alteram partem compellatur, vt ille ait. 207.38.

*Aloes, memithe.*] Hæc deſunt in deſcriptione Theodorici: quorum vice apponit ille piper album & gummi. 208.10.

*Quæ apud Galenum dicuntur Ozæna, apud Auic. alharbat.*] Sunt qui legant *alarnabet*. Bellunenſis ſcribit *alarbian*, quem Polypum interpretatur. Apertè verò hîc fallitur Guido, Galeno imponens, ozænum illum appellaſſe, qui verè eſt Polypus Græcis: nempe caro mollis, polypodis carni aſſimilis iuxta ſubſtantiæ proprietatem (vt ipſe loquitur) tumórque præter naturam in naribus non vlcus, aut cancer. Vlcus ſiquidem fœtidum in naribus, Ozænam vbique vocat: vti prædictam carnem, Polypum. Ab vtroque verò diſtinctus eſt cancer & vlceratus, & abſque vlcere. Hîc autem Guido ſemper dicit Polypum pro cancro, & carnem additam ſiue mollem pro eo quod eſt Polypus Galeno. 207.17.

*Multipes nominatur.*] In omnibus aliis codicibus legi (multiplex) quod etiam habet Auenzoaris litera. Verùm non temerè ſuſpicor, ſcribendum eſſe (multipes) vt reſpondeat dictioni Polypus, quam repręſentare hi voluerunt. 208.26.

*Horribilis & fœtidus, venoſus, non pendens.*] Sic legendum puto, non vt alia habent exemplaria, *venenoſus*. Deſcribitur enim tumor canceroſus, cui hoc conuenit eſſe venoſum, hoc eſt venas tumentes habere in circuitu, quæ in parte ſana conſpicuæ non erant. Et hoc inter cancri connumerauit Guido tract. 11. doctr. 1. cap. v. vbi ſimiliter emendauimus dictionem venenoſus, ſcribentes *venoſus*. 208.34.

*In vaſe de piltro.*] Galenus legit, de ſtanno, Græcè κασσιτερίνῳ: neque optionem dat ſtannei, aut vitrei, vt facit Guido. Integram ſententiam recitab o ex Græco. Primum quidem ex malis punicis. Sint verò paria & numero & magnitudine ex tribus differentiis ſumpta. Illorũ enim quædam ſunt auſtera, alia dulcia, alia acida. Incidere itaque illa (decet) recentia & matura, & vniuerſa exactè confringere, vt exprimi queat ex eis ſuccus: quẽ oportet repoſitum in vaſe ſtanneo ſeruare, vbi parum coctus fuerit, ſi quãdo videatur conuenienti humidius. Quod verò ab iis reliquum eſt ſolidum & craſſum, incidere rurſus exactè, vt poſſit à contuſione rurſus læuigari in pila, & effingi collyriorum ſimilitudine, quæ commenſuratè ſe habeant ad narem eius qui curatur, &c. Quoniam verò toleratu eſt difficile, continere 207.25.

perpetuò collyrium, intermittere oportet eũ qui vtitur, & in quibus[temporibus]id non imponitur, expreſſo ſucco, &c. laborantẽ illinire circa eas partes ad quas perforatur naſus palatum verſus, &c. ídque pennis, vel lana ſpecillo aut nucleo circunuolutis. Probatur quoque in ipſis prædictũ collyrium ex malis punicis confictum, quando aridum fuerit probè inciſum, & cribratum ac læuigatum, deinde inſufflatũ, vel etiam nucleo ſpecilli impoſitum. Omnia verò hæc continuò facere oportet, vt medicamentum nunquam deſerat partem affectam. nam facilè ab humiditate eluitur, &c. « « « « « « « «
Hæc paulò fuſius tranſcribere placuit, quod Guidonis contextui multis modis deprauato, non parum lucis adferre videantur.

210.33. *Polygoni (& eſt virga, vel burſa paſtoris.*] Tria hæc inuicem differunt, polyg. virga paſtoris & burſa.

211.24. *Vinum mellitum, decoctionis chelidoniæ.*] Alij legunt, vinũ mellitum decoctionis chelidoniæ: quod ferè in idem redit.

211.37. *Calycum glandium, cinnamomi.*] In quibuſdam exemplaribus his adduntur, lentes & nux moſchata.

214.14. *Inſtrumentum dictum ſpeculum.*] Non eſt hoc ſpeculum matricis nuncupatum, ſed propriè dictum in quo faciem contemplamur. Sic enim habet Auicenna in loco à Guidone citato: Poſſibile eſt vt perueniatur ad atteſtationem rhagadiarum, ponendo ſub muliere ſpeculum coràm vulua eius: deinde aperiatur vulua eius, & conſideretur illud quod imaginatur in ſpeculo, &c.

*Alumen combuſtum.*] Galenus præſcribit anethum, non alumen. Hoc tamen non minus quàm illud cõuenire poteſt, ſi poſt vſtionem lauetur. Simile remedium præſcribitur lib. 9. κατ. τοπ. ad pudendorum affectiones, vbi ſimiliter anethum requiritur, non alumen.

216.40. *Niſi vna relicta fuerit.*] Aëtius negat eſſe neceſſarium, vnam ſeruari hæmorrhoidem. neque id voluiſſe Hippocratem monet: ſed vtendũ eſſe prophylacticè poſt abſolutam curationem veterum hæmorrhoidarum, ne fortè in hydropen vel tabem incidat curatus: quando humor vacuari ſolitus, iam non amplius per hæmorrhoidas excernitur. Itaque purgationibus & phlebotomiis opportunis, necnon cautiſſima victus ratione præoccupandi ſunt affectus, quos in corpore retentus humor procreare conſueuit: non aliter quàm ſi fiſtulam, aut aliam quamuis antiquam expurgationem curare quis velit, eandémque omnino ſupprimere. Etenim dummodo probè regatur conualeſcens, nulla ſuccedent mala. Quamobrem Aëtius Hippocratis aphoriſmum legit in hunc ſenſum: Hæmorrhoidas ſananti diuturnas, ſiquidem non ſeruetur (ſupple æger, & vtatur prophylacticè) periculum eſt, &c. vt Hippocratis contextus hoc modo habeat: Αἱμοῤῥοΐδας ἰηθέντι, &c. non vt plerique omnes legunt, ἢν μὴ μία φυλαχθῇ.

217.11. *Geyſſæ.*] vulgò *geiſſes, ſont pois plats ou carrés.* Optimè reſpondent Cicerculæ veterum: vt doctiores quoque annotant.

Nec

*Rec.myrobalanorum belliricorum.*] Rhaſes duobus in locis has pilulas de- 217.17.
ſcribit, ſed vbique duobus myrobalanorum generibus, chebulis inquã &
indis, contentus eſt: atque ſingulorum drach. decẽ vſurpat. Idẽ naſturcium
album requirit, & bdellium molle atque pingue. Glycyrrhizam non præ-
ſcribit. Succum porri vno loco, altero caulium aquam vſurpat. Doſin verò
inſtituità drach. vna ad drach. quatuor, vel vt manuſcriptus liber (& rectius
quidem) habet, ad drach. tres.

*Emplaſtrũ ex ſpica.*] Fit ex ſpica, maſtiche, myrrha, cypero, ſchenanto, 217.42.
calamo arom. & croco. Maſtiche & myrrha vino diſſolutis, reliqua in pul-
uerem redacta excipiuntur.

*Retinent ſanguinem inciſionis.*] Verba ſunt Auicennæ, quibus denotat è 218.4.
vulnere cæſim facto ſanguinem profluentem ſiſti eo remedij genere.

*Chryſomelorum.*] Ad verbum ſonat, aureorum malorum. 219.4.

*Rec. olei roſati, vnc. quatuor, &c.*] Gulielmi deſcriptio nonnihil ab hac 219. 7.
diuerſa eſt. nempe (vt aliquoties monui) plerunque ſat eſt Guidoni, præ-
cipua cõpoſitionis ſimplicia vſurpare, & doſin ex propria ſententia metiri.

*Sagimen nitri.*] Eſt axungia vitri. 219.27.

*Vnguentum ruptorium cum capſula.*] Rogerius vult capſulam eſſe de- 219.30.
cera factam.

*Fici, atrices, & condylomata.*] Ficus eſt excreſcentia mollis & fungoſa, 220.5.
cinericij pallidíve coloris, granuloſa, & pediculo ſubtili ad inſtar ficus (à
qua nomen accepit) vtplurimũ inter nates pendens. Emittit nonnunquam
ſubalbum excrementum. Rarò durus occurrit, íſque melancholici humo-
ris ſoboles eſt, vt alter craſſioris pituitæ. Atricus eſt moralis excreſcentia
ex craſſiore bile orta, quæ magnum dolorem infert. Ex rubro purpureus
eſt, capitulis inſignitus ad modum fructus mori. Arnaldus attritum vocat,
definítque ſuperfluã carnem quæ pendet circa anum. Condyloma ex craſ-
ſo & melancholico humore gignitur. Eſt autem carnis excreſcentia callo-
ſa, in ſede aut vteri ore potiſſimum coaleſcens. Ex eo nomen ſortitur, quod
in modum articuli (quem κόνδυλον appellant) promineat.

*Poſtea digito præparato.*] Qualem præparationem hîc requirat, paulò an- 221.26.
tea docuit in ſignis fiſtularum partis huius.

*Imò expedit vt remaneat.*] Theodoricus hanc opinionem valde impro- 222.4.
» bat, quam Guido renouare ſtudet. Inquit enim: Tunc mortifica fiſtulam.
» quia licet quidam dicant, quod non eſt opus mortificare eam, ſed tantum
» incidere & curare cum medicina carnis generatiua, ante tamen videtur id
» tutius. deinde curetur locus, donec ſanetur.

*Lanfrancus verò eſthiomenos vocat.*] Lanfrancus nõ prius Eſthiomenon 222.27.
appellat, quàm membri totius ſubſtantiam occuparit corruptio. Hæc verò
ſi ad os vſque peruenerit, eidem autori Aſchachilos vocitatur. Cancrena
autem illi eſt, vlcus rotundum & turpe, quod fit ex cutis mortificatione.

# LAVR. IOVBERTI COMMENTARIVS IN GVIDONIS CAVLIACENSIS TRACT. V. QVI EST DE FRACTVRIS ET DISLOCATIONIBVS.

223.38. A*EQVALIS & plana.*] Sic vocant fracturam, quę ex tranſuerſo æqualiter & abſque fruſtulis eſt : perinde ac ſi caulem medium rumpas, ex qua ſimilitudine Græci eandem καυληδὸν factam dicunt.

229.2. *Leniendo arosboth æquetur fractura, &c.*] Sententiæ huius verba ſic ſunt tranſpoſita, vt ſenſum diſtorqueant. Hoc modo legendum eſt ex Auicēnæ contextu: Et multoties quidem eſt poſſibile vt curetur fractura malè reſtaurata abſque fractura ſecunda, leniendo arosboth cum eo quod ſcis: deinde æquetur, &c.

229.5. *Melius enim fuiſſet illi ſapienti.*] Verba Halyabb. ſunt: Vidi ſenem 70. annorum, cuius ancha fracta fuit, & reſtaurata ſecundum tortuoſitatem reſtauratione firma, &c. Deinde narrat quo modo reſtauratorij cuidam ſe commiſerit ille: à quo fracta coxa interiit ſenex, antequam opus ſuum abſoluerit reſtaurator.

229.21. *Reducatur ad ſchema ſuum.*] Schema Gręcis, idem quod Figura Latinis.

229.32. *Tempus autem ſuæ firmationis.*] Auicenna docet, os mandibulæ ſtringi (hoc eſt, firmari) ante tres hebdomadas. Ergo hìc legendum rectè iudicaui viginti dierum, non viginti octo (qui terminus eſt quartæ hebdomadæ) vt alij legunt.

229.39. *Sed plurimum attritionem, &c.*] Græcè eſt θλάσις. i. contuſio & caſſatio.

232.1. *Quem modum etiam, &c.*] Hoc referri non debet ad proximè ſcripta de exemplo Iamerij, ſed ad Rogerij modum in reductione cum manibus illitis viſcido medicamento. Theodoricus enim illius emplaſtri non meminit. ſcribit autem, D. Hugonem in hoc caſu conſuetum habuiſſe, patientem ad balneum ducere, & manibus intinctis terebinthina, melle, pice ſeu viſco inungere, & ſuper locum vbi infirmitas erat imprimendo manibus, ſubitò eleuare: ſicque frequenter facere, donec coſta ad locum debitum reuerteretur. deinde apoſtolicum chirurgicum, vel aliud ſimile emplaſtrum ſuperponere.

232.5. *Ex albumine ouorum, &c.*] Gulielmus ſic deſcribit medicamentum: Rec.

» Recipe farinæ cicerellæ, aut robilij, aut fabæ, aut orobi,aut volaticæ fa-
» rinæ molendini, libr.ſemiſs.maſtiches, tragacant.guarab,aloës,ana vnc.v-
» nam : boli arm.terræ ſigill.ana vnc.vnam & ſemiſs.incorporentur cum oui
» album,quant.ſuff.

*Quarum exteriores volebat Gulhelmus.* Huius rationem reddit Gulhel- 232. 40.
» mus, inquiens : Et longitudo ac latitudo earum quæ debent poni in parte
» ſuperiori coxæ, ſit ſatis maior quàm aliarum quæ poni debent inferius ex
» tranſuerſo. Quia coxa propter carnoſitatem inferiorem in nate,cùm inci-
» pit os fractum ligari cum poro ſarcoeide, tanquàm cum eius ligamento,
» tunc grauando vtplurimum reſilit, & inclinatur ad partem ſuperiorem, &
» ad partem ſilueſtrem,& iſtud non fallit. Quare conueniens eſt, vt haſtellæ
» ſuperiores & exteriores ſint groſſiores,& latiores ac fortiores aliis,vt dixi.

*Vt iunctura poplitis.*] Aliàs pollicis,ſed malè:nõ enim facilè aut frequẽ- 235. 5.
ter diſlocatur pollex,ſiue manus,ſiue pedis.

*Vt de pannis calidis dicit Auic.*] De pannis calidis hoc non pronunciat 235. 25.
Auicenna,ſed de ſiccis qui membrum calfaciunt. Illius verba ſunt : Et ab-
» horretur vt membro obuient panni ſicci:quoniam ipſi calefaciunt, & ad-
» dunt in apoſtemate : imò oportet vt ſint infuſi cerato infrigidato,aut vino
» pontico.

*Suſpectæ reductionis.*] Vide praxin noſtram de Angina,pag.4. 237. 4.

*Propter additamenta quæ ſunt illic.*] Significare videtur acromion dictam 237. 24.
epiphyſin ſeu appendicem,& ancyroeidem ſiue coracoeidem:quanquã hęc
interior,magis quàm ſuperior eſt.

*Aut cum mantili,vt ponit Lanfrancus.*] Hunc modũ proponit Lanfran- 238. 17.
» cus,ſi ad partem anteriorem facta eſt diſlocatio. Tunc enim (ait) oportet
» quod vnum manutergium ponatur ex tranſuerſo ægri ſub aſcella, ita quod
» vnum caput manutergij vadat ante pectus, & aliud retro per ſpatulas. Et
» detur manutergium alicui forti ad tenendum. Brachium verò ligetur cum
» alio ligamine retro ſuper cubitum,& detur alij miniſtro forti Et præcipiat
» magiſter vtrique miniſtro, vt vna vice & vna hora trahant : Medicus verò
» conetur cum palmis os ad ſuum locum comprimere.Cùm autem caput ad-
» iutorij ſenſerit medicus eſſe pixidi oppoſitum, præcipiat magiſter mini-
» ſtro qui tenet cubitum, vt illum relaxet : & ſic caput adiutorij reducetur.

*Quia illa plurimum accidit.*] In hac neceſſe eſt olecranon ad anteriora 239. 1.
ferri : quod difficilius videtur, illius eiuſdem retroceſſione ad poſteriora : ídque ob cauitatem valde profundam in poſtica regione. Verùm,quia diſlocatio eius duntaxat fieri videtur,quando quis in olecranon (vulgo cubitum appellatũ) cadit,vnde ad anteriora propellitur,merito hanc frequentiorem eſſe affirmat. Porrò etiam ad latera diſlocatur cubitus, vt vidimus dum hæc ſcriberemus. Puer duodecim annos natus cecidit ex equo : vnde ſequuta eſt fractura ad imam brachij regionem : cum diſlocatione vtriuſque focilis ad partem domeſticam.

*Propter intricationem ligamentorum.*] Rectius Auicenna,propter vehe- 239. 5.

mentiam ligamentorum,& eorum breuitatem,& propter ſuam contrarietatem concauitati.

240.31. *Ad columnam cum torno.*] Alij legunt,cum corio,ſed minus rectè.Rurſus paulo pòſt legunt (ad eandem partem) vbi nos cēſuimus legendum, ad omnem:quod reſtaurationis huius articuli ratio expoſtulare videtur.

# LAVR. IOVBERTI ANNOTATIONES IN GVIDONIS CAVLIACENSIS TRACT. VI.

## QVI EST DE VARIIS AEGRITVDINIBVS.

243.5. Q*VANTVM ad phlegma attinet, ſunt cerebrum & ſtomachus.*] Hæ quidem partes materiam pituitoſam articulis ſuggerere poſſunt : nulla tamen via eſſe videtur ab iis ad articulos,niſi prius venas ſubeat humor. Nēpe vel à cerebro pituita in ventriculū deſtillat, vel in ventriculo ipſo gignitur:& inde per inteſtina ac venas meſaraicas hepar tranſgreditur. Fernelius tamen arthritidis materiam omnem deducit ab externis partibus capitis ad articulos,per ſumma corporis ſub cute.

*Pathol.li. 6 cap. 18.*

243.22. *Vt plurimum autem phlegmaticus.*] Galenus citato à Guidone loco admonet,eiuſmodi humorem,ſi quis exactius loqui velit,non pituitoſum,ſed crudum propriè dici debere, qualis vtplurimum circa arthritidas prædominari ſolet.Eſt autem hic craſſus, (inquit) ad ſimilitudinem puris craſſioris. Vbi verò in ipſis articulis diutius moram traxerit, non ſolùm craſſior, ſed & viſcoſior redditur. Qui igitur calli ſeu tophi appellantur, horum generatio ex his eſt:& poſtquam fuerint producti,ne ſperaueris ad priſtinam conſtitutionē redire poſſe articulū.Nempe illud eſt quod ſcribit Ouidius,

*Soluere nodoſam neſcit medicina podagram.*

244.29. *Et febris & colica commouent eos.* Ab articulorum inflammationi excitari febrem,mirum non eſt,quum vehemens labor & laſſitudo ex ſola earundem cōfricatione,non raro ſimilem affectum producat. A febre autem arthritis fit maximè quibus articuli plurimū incaleſcentes doluerunt.Ad eos ſiquidē fit materię fuſæ & liquatæ,per amplificatos meatus & rarefacta corpora decubitus,autore Gal.in aph.31.lib.4.Aliàs febris ipſa arthritidis materiā abſumens,illius curatio nonnunquam viſa eſt,haud ſecus ac paralyſis. Colicus verò dolor non rarò articularem accerſere videtur : quando ſc. in inteſtinis colligi ſolitus humor facta μεταστάσει, in artus cōmigrat,adeò vt qui

vt qui priùs colico dolori valde fuit obnoxius, iam autem ſoli arthritidi ſit opportunus. verùm aliud eſt commouere, vt loquitur Auicen. nempe idem quod eſſe cauſa.

*Decem aphoriſmos extrauagantes.*] Imò verò vndecim, ſed corũ vnus hîc » negligitur, qui apud ſuum autorẽ eſt ordine quartus, ſub hoc verborũ con- » textu: Hyemalia pira, & mala coctona, caſtaneæ, vuæ brumales, & ſubſtãtiæ » leguminum & raparum, iuncturis omnibus aduerſantur. 245. 22.

*Eorum primus eſt de aere.*] Horum aphoriſmorum ordinem plurimum inuertit Guido, nam quem dicit primum, Arnaldo ſecundus eſt: & qui Arnaldo primus, à Guidone vltimo recenſetur loco. Guidonis verò ſecundus apud Arnaldum quintus eſt: tertius, Arnaldo ſeptimus: quartus verò, ſextus: quintus, octauus: ſextus, decimus : ſeptimus, tertius: octauus, nonus : nonus denique, autori vndecimus eſt. 245. 23.

*Proditionaliter feriunt inferiores iuncturas.*] Arnaldus ſcribit perdicialiter quaſi perditè: ſed puto legendũ proditionaliter, quippe proditionis eſt, ab eo quod amicum videri poteſt, clam offendi. Arnaldus enim dixit vetuſtas, non vetuſtiſſimas, vt ſcribit Guido, quaſi illius ſententiæ interpres. Nemo ſiquidem abſo lutè damnarit gallinas antiquiores, modò non antiquiſſimæ fuerint, & ſaporis iã nitroſi, carnis adeò duræ, vt à ventriculo vix coqui poſſit. Addit verò Arnaldus, eas modico interuallo iuncturas ferire, quod negligi non debet. 245. 25.

*Piſces belluales, & anguillæ.*] Arnaldus verò ſic: Piſces belluales, vt murex & anguilla, iuncturis inferioribus ſemper inimicantur. Sed quid muricis nomine velit Arnaldus, coniicere non poſſum, niſi dicere voluerit Murænam, quæ pro Lampetra à patribus noſtris ſumpta fuit. Nam murex proprie vocatus, in vulgari vſu nõ eſt. Piſces verò belluales appellat, quos Cetaceos dicimus, de quibus Galenus lib. 3. facult. aliment. cap. 36. Sunt duræ carnis & excremẽtitiæ, praui ſucci, vnde crudorum humorum copiam magnã in venis congerunt, vt ille docet. Et quia nec murena, nec anguilla ſunt de cetaceis, opinor in Arnaldi contextu legendum eſſe, &, non vt. 245. 26.

*Minas infert iuncturis.*] Arnaldus ſic: Minas terribiles infert iuncturis læſis & capiti, qui lac animalium cum cibis & vino frequenter ſumit. 245. 27.

*Qui non ſpectat ad iudicium.*] Arnaldus ſcribit, expectat iudicium : ſed melior Guidonis ſententia, aut corruptus eſt Arnaldi contextus, quem ſic autor noſter emendat. 245. 28.

*Omnis fatiga deambulatio.*] Arnaldus ſic habet: Omnis defatigatiua deambulatio lædit eos ( ſupple, pedes ) & maximè ſumpto cibo : prolixáque ſuſpenſio pedum facit idem. 245. 30.

*Extremis artubus.*] Arnaldus addit, naturaliter. 245. 33.

*Et maximè pedum.*] Hoc de ſuo addidit Guido, velut per parentheſin. Eſt tamen ſententia vniuerſaliter vera: tametſi pedes omnium minimè ferant nocentium vſum in notabili quantitate: quod humores excrementiiji ſponte ſua magis inferiora petant. 245. 34.

245.43. *Diacarthamum, quod phlegma & choleram, &c.*] Ex vehementioribus catharticis iſtud eſt maximè benignum: hoc eſt, citra moleſtiam & tormina purgat. Itaque mihi natura bilioſo, & ex accidenti pituitoſo, valde eſt familiare & conſuetũ. Ioannes Falco inſignis medicus, arthritidi plurimum obnoxius, vſitatum habuit electuarium de citro ſolutiuum, quod deſcribetur tract.7.doct.1. cap.2.ſub nomine tabulæ humores omnes euacuantis. Gallis quibuſdam hodie decantatum audio catharticum imprimis vehemens aduerſus arthritidem, quod Caryocoſtinum appellant. Eius compoſitio ſic habet: Rec. caryophyllorum, coſti amari, zingiberis & cymini, ana drachmas ij. hermodactylorum & diacrydij, ana vnc.ß. cum melle roſaceo col. vel melle communi deſpumato ex vino albo, quant. ſufficit. fiat opiata. Cæterùm, Diacartami deſcriptio apud varios autores admodum varia eſt.

246.8. *Alios decem aphoriſmos.*] Verùm ex iis octo duntaxat recenſet Guido. quippe nonus Rhaſis eſt. neque Arnaldi ſequitur ordinem. Nam primus hîc, illic eſt octauus: ſecundus, quartus: tertius, primus, quartus ſecundus: quintus, tertius: ſextus, quintus: ſeptimus apud vtrunque eſt ſeptimus: octauus, decimus.

246.8. *In terris aluminoſis.*] Aliàs in thermis: ſed vtro modo legatur, parum refert. quippe in thermis aluminoſis vſurpari ſolet terra ſeu lutum, quo illinuntur partes arthritide laborantes, ipſique præſertim pedes.

246.12. *Ineffabile iuuamentum.*] Arnaldus habet inextimabile.

246.14. *Proſunt iuncturis.*] Arnaldus ſcribit, poſſunt conuenienter adminiſtrari.

246. 18. *Nonus additur à Rhaſi.*] Huius loco ſunt alij duo aphoriſmi apud Arnaldum à Guidone præteriti: nempe ſextus: Floribus alkannæ laxi pedes fragiles perpetuò roborantur. & nonus: Fomentationes aquæ calidæ ſunt vitandæ, ſed carnoſis eſt vtile balneum aquæ frigidæ.

246. 28. *Vtantur melicrato: & ſi eſſet cum diureticis, &c.*] Auicenna præſcribit quidem
246. 35. vinũ de melle (quod eſt Mulſum) at non melicratum, cum diureticis.

*Et phlebotomia de parte contraria.*] Aetius Philagrij autoritate præſcribit, venam eſſe tundendam è directo membri affecti: videlicet, dextro pede laborante, ſecundam dextri cubiti venam, & contrà. Neque ei aduerſatur Guidonis conſilium ex Auicenna, qui præcipit de parte contraria mittere ſanguinem. nempe intelligit oppoſitam, non ſecundum corporis latitudinem, ſed longitudinem.

*Non ſupra locum tumefactum.*] Hoc verum eſt, antequam facta ſit reuul-
246. 39. ſio humorum per phlebotomiam, aut medicamentum purgans, &c. Nam quando corpus fuerit mundum poſt purgationem (inquit Rhaſis) tunc debes ponere repellentia ſuper iuncturas ad confortandum membrum & claudendum poros, vt non recipiat multa ſuperflua.

247.9. *Et quod proficit in vna hora, nocet in alia.*] Et quandoque vni, non alteri membro confert, addit Auic. Proinde experiri oportet aliud atque aliud, vbi aliquid non reſpondet, monente Celſo. minus tamen remoueatur ſi quid paulum ſaltem iuuat: quia profectus tempore expletur.

*Ammo-*

*Ammoniaci, bdellij.*] Hæc ægritudinis ſpecies (ait Rhaſis) eſt quæ in 247.23.
lapidis duritiem tranſit,& reddit membra iuncturáſque fungis ſimiles.itaque hoc emplaſtrum ab eo præſcribitur.

*Ferruginis,opij,ana.*] Rhaſes ſcribit, ana drach.duas: ſed parum refert 247.32.
in qua doſi accipiantur.Conficit autem ex ſucco myrti duntaxat. valde refrigerat,& ſtrenuè repercutit hoc genus remedij.

*Zurunge,&c.ana partem vnam.*] Rhaſes ponit Zurungen , vnc.ſemiſs. 247 34.
aliorum verò ana drach.duas.

*Aggregentur cum vino dulci,& diſſoluantur cum lacte.*] Hoc eſt,vt Galenus 248.1.
docet,paſſo excipiantur vt fiant paſtilli:quos vſu expetente,lacte diſſolutos cum pennis illine , & ſupra illitionem linteolum paſſo imbutum impone.

*Vnguentum è vulpe.*] Eſt oleum vulpinum Meſuei, quod ab eo paulò 246.26.
aliter deſcribitur.

*Et ſuperiora ſalicis.*] Rhaſis ſcribit fruſta ſalicis: ſed mendum ſubeſſe 246.33.
arbitror.Aliud verò eſt erratum longè euidentiſſimum,vbi ſtatim ſubiungit,coque vſque ad conſumptionem olei. Eſt enim legendum,aquæ, vt hîc habet Guido.

*Rec.terræ formicarum,cum ouis & totum.*] Rhaſes ita ſcribit: Accipe de 249.4.
terra formicarum à loco lympido, vnc.tres. Aliud quoque diſcrimen eſt, ſed leuius, quod ſit contentus farinæ fabarum vnc.dimidia. Atque non eſt negligenda hæc diuerſitas,quod his omnibus addat croci drach.tres,prorſus neglecti à Guidone.

*Ad idem ponit Lanfrancus amylum,&c.*] Si materia pauca eſt,tenuis & 249.25.
acris , hoc remedio vtitur Lanfrancus. Sumit autem amyli & camphoræ partes æquales,terit & cum aqua roſarum conficit.

*Et ad ſpaſmum.*] Spaſmum , inquam ( vt ait Rhaſes ) qui contingit in 250.20.
iuncturis.Sic verò καταχρηστικῶς appellant rigiditatem aut contractionem articulorum,quæ in nodoſa arthritide conſpicitur. Cæterùm,in hac compoſitione obſerua primùm,Rhaſin definire quãtitatẽ rob ad vnc.j.&mellis ad vnc.ß.Deinde pinguedinẽ aquilæ dũtaxat nominare,nõ etiã anguillę,vt facit Guido,quaſi dubitans vtro modo ſit legendum. Poſtremò,pinguedinis vituli vnc.tres ab eo præſcribuntur:& hîc duæ tantum recipiuntur.

*Cum virulentia extrahit.*] Aliàs violentia: ſed neutrum in Galeni hiſto- 250.12.
ria legitur. Guido Rhaſim imitari maluit,qui hoc recitans ſcribit,Et exibat venenoſitas omnis.

*Marmotanæ.*] Corrupta eſt dictio , pro mure montano , vt annotat 250.31.
Mathiolus in Dioſcoridem. Mus eſt cuniculi magnitudinem æquans, & non rarò ſuperans, cruribus tamen breuioribus : capite leporino, ſed breuiſſimo: auriculis quæ vix extra pilos apparent : dentes anteriores quatuor leporinis longiores & acutiores, quibus ſæuiſſimè mordet. Mirum quod multi præter Mathiolum teſtantur ( ego id nondum obſeruaui ) dentes, ſi acutis forficibus ſecẽtur,vna tantum nocte renaſci. Pilo veſtitur vario taſſi modo,& oblongo: cauda breuis, vngues acuti. Hyeme pingueſcit adeò,

vt nonnunquam monſtroſè intumeſcat. Huius pinguedo egregiè emollit contractos neruos. Porrò Taxus vel Taxo, aliud animalis genus eſt, vulgo ſatis notum, cui obeſiores comparari ſolent. Ergo perperam Gallicus interpres habebat, Marmotanæ ſiue Taxonis, quaſi vnum idémque animal eſſe putarit.

251.14. *Cauſatur hectica.*] Non febris illa quæ propriè Hectica dicitur, ſed ἀτροφία, quam vulgus hecticum morbum appellare ſolet. Et Galenus loco citato meminit duntaxat (vt debebat) τῆς ἀτροφίας καὶ φθίσεως.

251.28. *Elephantiam de melancholia, Leoninam de cholera, &c.*] Imò verò vnus idémque morbus diuerſis rationibus, citra materiæ diuerſitatem dicitur Elephas vel Elephantiaſis ob ſimilitudinem elephantis beſtiæ, in magnitudine & inæqualitate membrorum: & Leoninus, quia inſuperabilis: vt leo: & Satyriaſis, ob turpitudinem qualis in Satyro, De his appellationibus conſule Areteum Cappadocem. Porrò Alopecia eſt capillaris affectus propria nuncupatio, non eius morbi quem Lepram, vulgus Ladreriam appellat, & ad D. Lazarum refert. *Lib. chroνιῶν cap. vltimo.*

335.6. *Si ad partem, generantur cancer, &c.*] In alio codice ita legitur: Si ad partem, vel eſt groſſa, & facit duritiem, ſcirrhum, & cancrum: vel ſubtilis, & facit eſthiomenon. aut vadit ad cutem, & facit albaras, morpheam, ſerpiginem, impetiginem, & conſimilia.

*Præcipuè pollicis.*] Gordonius, quem in hoc tractatu maximè imitatur Guido, diſertè monet conſumptionem eſſe muſculi eius qui eſt inter pollicem & indicē. Quod certè rationi cōſonū magis eſt, quàm vt vulgo fieri ſolet, obſeruare muſculos θέναρ (vt anatomes periti vocāt: chiromantiæ profeſſoribus mons Martis nuncupari ſolet) conſtituentes. Nam illius muſculi, ſanè perexigui, cōſumptio minus eſt difficilis, & omniū maximè conſpicua.

253.12. *Imò Lazarum leproſum plus dilexit.*] Lazarum fuiſſe leproſum, non conſtat: ſed vulgaris eſt hallucinatio, Lazarum pro leproſo dicentium.

255.13. *Necnon fucis & aliis decorantibus &c.*] Gummera ſiue Gommera, inquit autor Pandectarum, eſt quoddam epithema ad faciem colorandam. Eius vocabuli primus videtur meminiſſe Almanſor. Eſt quiuis fucus, ni fallor: nā à gūmi quod recipit vel æmulatur deriuationem habuit, quia facies ex eo ſplendet, non aliter quàm ſi gummi aliquo ſeu vernice illita foret. Illius eſt vſus ad explendas cauitates, læuigandas aſperitates, cutem erugandam, & alia cutis vitia aut delenda, aut tegenda. *Tract. 5.*

255.30. *Et ſi paſſio ſedatur, auferatur.*] Hic locus reſtitui debet ex Paulo Æginęta: nam vt ſcribitur in Guidonis codicibus, profectò rationi contradicit. Cur enim ſi morbus lactis vſu minuitur, idem auferri debet? Quin potius contrà, vt prudenter admonet Paulus, ſi remittat morbus, eodem cibo vti debent: ſi remanet, lacte abſtinebunt. Quippe indicio eſt, calorem eſſe valde acrem & vrentem, qui non remittatur lactis temperatione. ideóque verendum eſt, ne idipſum quoque vratur, & corruptum multò deteriorem affectum committat. Errandi anſam Guidoni præbuit Auicenna, qui

qui cùm multa ex Paulo Ægineta clam tranſcripſerit, hoc malè tranſtulit, ſcribens: „ Et quando anhelitus redit ad rectitudinem, tunc melius eſt vt dimittatur lac, & conuertatur ſuper res acuti ſaporis, vt vomat cum eis,&c. Ægineta verò ſic habet, poſt illa verba [ſi remanet, lacte abſtinebunt] acribus autem aſſumptis vomitus cietur à radicula, aut cibis. Porrò vtcunque meretur excuſationem Guido, quòd ex Pauli Æginetæ libris ſextus duntaxat ad illius manus peruenerit, vt ipſemet ingenuè faſſus eſt in capite ſingulari.

*Accelerare minutionem ſanguinis à duabus venis organicis.*] Venæ organicæ ſunt iugulares etiam vocatæ, vt alibi explicabimus. Eas Arabes venas Guidez appellant: de quibus ſic Auic. ad propoſitum inſtitutum. Venarum Guidez apertio fortaſſe neceſſaria eſt in vehementia raucedinis, & præfocationis timore. Porrò plerique omnes abhorrent ab earum phlebotomia, & hanc maximè omnium damnant, quaſi idem ſit quod hominem iugulare. Scilicet fieri poſſe non putant, vt ſanguis citra firmiorem ligaturam ſiſtatur, quæ in collo metu ſuffocationis valde eſt periculoſa. Eius opinionis non fuit Halyabbas: neque ſanè verenda eſt harum venarum apertio, quum in iis ſit longè facillimum vulneri ſtatim prouidere, vt hæmorrhagia cohibeatur, etiam citra ligaturam, hoc modo: Æger collum ad alterutram partem quantum fieri poteſt diſtorqueat erecta ceruice: tum vbi maximè conſpicua eſt vena poſt frictionem, & frontis compreſſionem cum ligamento factam, phlebotomus adigatur. Quando ſufficiens quantitas ſanguinis hauſta fuerit, æger collum reddat priſtino ſitui atque medio: hinc fiet, vt à cute vbi minimè eſt vulnerata, venæ vulnus cooperiatur, occludatúrque, nec ſit opus ligatura ſanguinem compeſcente. vide quod de huiuſmodi phlebotomia ſcripſit Carpus in fine cap. de anat. aliquarum partium colli, & venarum pulſatilium: vbi illam docet aggredi & adminiſtrare. 255.40.

*Donec defectus appareat.*] Hæc propoſitio duobus modis explicari poteſt: vno, vt ſit defectus animi, & ad lipothymiam vſque mittatur ſanguis: quod intellexit Gallicus interpres. Altero, vt ſang. iactura & defectus manifeſtè appareat in partib. capitis, & faciei potiſſimũ, quod pallor indicabit. 255.42.

*Omnium ana.*] Aliàs ſcribitur, ana omnium, vtrunque ex Auicennæ imitatione. at ſatis eſt dicere (ana) vel (ſingulorum.) Id enim ad omnia proximè recenſita referri ſolet. Porrò in hac compoſitione alia duo veniunt obſeruanda. nempe, aloen ſuccotrinam in emendatioribus Auicennæ codicibus vocari Scotrenſem. 256.25.

*Cum aqua vel ſucco fumiterræ.*] Aquam vel ſuccum fumiterræ pro eadem re dicit Guido. quippe Auicenna aquæ tantum meminit, quæ illi ſuccum denotat. Vult autem maſſam ſiue paſtam hãc pilularum ter macerari ſucco fumiterræ, & toties exciccari, vt ſcilicet multum illius ſucci ebibat. 256.26.

*Hieram Ruffi, hieram Logodion, Theodoricum acuatum, &c.*] Auicenna triplicem proponit deſcriptionem hieræ Ruffi. Prima recipit colocynthidem, altera aloen, tertia huic iungit agaricum. Hiera logadion 256.27.

ab eodẽ etiã triplex deſcribitur: vna ex colocynthide,ſcylla,agarico,ſcam-
monia,elleboro nigro,epithymo,aloë,&c.Altera Logodion ſecũdum de-
ſcriptionem Philegrij recipit pulpam colocynth.agaricum, elleborum al-
bũ ſcammoneę,&c.Tertia ſecundum deſcr.Pauli,conſtat pulpa color.cępa
muris,agarice,elleb.nigro,ſcammon.polypodio,epithymo,&c.Idem qua-
druplex Theodoricum medicamentum proponit, quorum nullum recipit
colocynthida, ob id vt efficacius reddatur, Guido rectè monet illud a-
cuendum.

257.42. *Confectiones bederaſuli & alfelude.*] In antiquis Auicennæ codicibus le-
gitur Almuri gilin, & medicamentum aſclideni. Belunenſis verò emendat
ſic:alberzacali,& medicamen alſelache.

258.3. *Et licet Albucaſis ponat ſeptuaginta cauteria pro ipſis.*] Imò,ſi quis rectè ſup-
putet, nonaginta duo cauteria proponi ab Albucaſi deprehendet.

258.22. *Gutta roſa.*] Aliàs roſea,vel roſacea.

258.23. *Et ſapone cum oleo.*] Aliàs cum oleo nucum: ſed hoc non exprimit Ro-
gerius, neque huius exemplar Rolandus.

259.25. *Cantharides cum fermento & aceto.*] Deſcriptio Gulielmi ſit habet: Rec.
cantharidarum drach.vnam: fermenti humidi, vnc.ſemiſs.ſinapis,drach.
tres: aceti fortiſs. quantum ſuff.incorporentur, & fiat emplaſtrum ſatis
ſolidum.

261.12. *Vnguentum album,vnguentum de lithargyro.*] Alij legunt vnguentum al-
bum factum de lithargyro.quo ſignificatur nutritum vnguẽtum ex lithar-
gyro. Quod ſanè candidiſſimum euadit, ſi ex puriore materia fiat: nempe
argentea lithargyro,aceto albo, & oleo roſato diutiſſimè tritis & agitatis
in mortario marmoreo.

*Rec.tartari,plumbi vſti,fuliginis,&c.*] His addit Rogerius vitrum album
& teſtam cucurbitæ vſtam: quæ fortè Guidoni non placuerunt, vel libra-
riorum incuria ſunt prætermiſſa. Tamen nos cinerem cucurbitæ repoſui-
264.26. mus ex vetere exemplari.

265.18. *Betæ, tanaſceti.*] Aliàs tanaceti.vtrunque poteſt conuenire.

*Virtutis diſtributiuæ.*] Ea eſt quam Græcè ἀναδοτικὴν appellat Galenus,
hoc eſt diſtributiuam, quæ cuique parti ſuam alimoniam reddit & impar-
titur.Eandem in diſſeminando, hoc eſt partiendo alimentum, in hectica
265.21. ſeu marcore aberrare,ſuperius ſcripſit agens de lepra.

*Sopitur enim virtus attractiua in quiete.*) Auicenna ſuæ illius ſententiæ
rationem hanc reddit: quoniam membrorum virtutes debilitantur, pro-
pterea quòd motum dimittunt, qui innatum ſpiritum eis defert, qui vitæ
cuiuſque membri inſtrumentum exiſtit.

266.34. *Pachychyma cibaria.*] Pachychymon Græcis, idẽ eſt quod craſſi ſucci.

268.4. *Inciſio lacerti Cordis & ſtomachi.*) Omnia Auicennæ exemplaria habent,
*ex inciſione lateris in corde, aut ſtomacho.* Lacertum verò dici non debere. Cor
ipſum,idem monuit in Cordis anatomia ad finem cap.1.fen.lib.3.

268.29. *Et ſupra locum vult Auicenna quod ponatur iſtud emplaſtrum.*) Emplaſtri
huius

huius formam non dictat Auicenna, ſed tantùm ſimplicia recenſet.

*Reſinæ vnc.ſex:terebinthinæ vnc.octo.*] Gulhelmus iubet accipere, reſinæ & terebinth. ana vnc. ſex: olei communis, vnc. octodecim. Addit prçterea in eadem qua thus & fœnugræcum doſi, myrrham, cyminum, calamentum, origanum, & ſemen rutæ. 269.7.

*Ponatur deſuper farina fabarum cocta.*] Aliàs deſuper faba cocta: quod de farina etiam intelligi poteſt. 269.10.

*Totum membrum balneare.*] Id percommodè fit in vaſe non valde amplo, ſi pes aut manus tantùm combuſtionem patiatur. Quòd ſi alia pars ſit affecta, cui balneum non poſſit facilè accommodari, eius vicem ſupplebũt panni aceto frigidiſſimo imbuti, & non expreſſi, admoti ſæpiúſque renouati, vt monet Theodoricus. Porrò acetum (vt ille ait) dolorem tollit, & veſicari non permittit. Debet verò continuari donec omnis dolor & ardor quieſcat. 270.24.

*Sed quia magna eſt cauſa.*] Magna, inquam, verruca eſt cauſa corruptionis alimenti ad nutriendam partem delegati. Huius etenim complexionẽ ſeu temperiem alterat, & pro naturæ ſuæ conditione immutat. 271.19.

*Cum meditullio capæ ſcyllitice.* Accipe, ait Gulhelmus, corticem medianæ ſcyllæ, & frange ex tranſuerſo: & in loco vnde exit humiditas à ſcylla, vnge fricando porros. 271.29.

*Fermento temperato, & diſſoluto in capitello.*] Eſcoffi, eſt Gall. *cordonnier*, an Gabalitani ita loquuntur. 271.39.

*Meus calcearius.*] Aliàs ſcutifer. Sabaudica dictio eſt, ſcoferius, vulgo *eſcoffi*, Gallicè *cordonnier*. An Gabalitani ita loquuntur. 272.10.

*Vt clyſteribus acribus.*] Rhaſes paſſim dicit ſuppoſitorium pro clyſtere, vt in loco hîc citato. 274.13.

*Cum alchitran, quæ eſt pix nigra.*] Alchitran ſiue alkitran eſt cedria: picis quidem genus, non tamen vulgaris pix nigra. 274.11.

*Granorum harmel, quod eſt ſeminis rutæ.*] In aliis codicibus leg. ſe. cicutç. Antiquus eſt error ſequentium veſtigia autoris pandectarum medicinalium, qui ex corrupto Auerrhois contextu, Harmel cicutam interpretatur. Eſt autem facilis lapſus cicutæ in rutæ dictionem. 276.40. 277.8.

*Et charta combuſta.*] Ex papyro (hodie paucis cognita) parari chartam monet Dioſcorides. Conficiendi rationem tradit Plinius. Papyrus vſta donec in cineres redigatur, medicamẽtum eſt exiccatorium, quod νομὰς, (hoc eſt, vlcera depaſcentia) cohibet, Galeno & Dioſcoridi. Aliàs materiæ duntaxat rationem habuit, qua admouenda medicamenta exciperentur: vt nobis hodie vſitata bombyx, vel captum linteum, ex quibus turundæ & plumaceoli vocati parantur. Eadem laxabantur fiſtulæ, vt nunc ſpongia præparata. Quo modo iſtud fieret, explicat Dioſcorides. Ex ea celebre fuit olim medicamentum aridum διὰ χάρτου, quod variè deſcribitur de compoſ. medic. κατὰ γένη, ad nomas, hoc eſt vlcera putrida quæ vicinas partes depaſcuntur. Ex tredecim verò compoſitionibus eo loco deſcriptis, ſeptima or- Li.1.c.116 Li.13.c.11 Lib.5.cap. 14.

dine (quæ ad medicum Apellem refertur) peculiariter τοῦ διὰ χάρτου nuncupationem meruit.Ea ſic habet:Chartę combuſtæ,plūbi cōbuſti,æris vſti & loti,arſenici,ſquammæ ſtomomatis,ana part.æquales:ſulphuris viui, dimidium læuigatis vtitor,aut cum melle,aut cum roſaceo.

277.27. *Et gumma rutæ agreſtis.*] Hāc paulò poſt interpretabitur eſſe Thapſiam.

*Recipe farinæ ciceris, drag.centum.*] Alij drach.vnam, alij drach.ſemiſs. quæ doſes paruitate ineptæ ſunt.

277.31. *Baurach,panis nitri,&c.*] Ego ſic legere malo, quàm vt alij habent, ſales nitri.

278.6. *Pomorum Cedri,quem Iuniperum vocant.*] Oxycedrus, (in Gallia Narbonenſi Cade appellatus) eſt quem cum Iunipero perperam confundit vulgus herbariorum, ob maximam inter has plantas ſimilitudinem.

278.14. *Aut cum vnguento quod conſequenter deſcribit Apollonius.*] Hoc quidem remedium eſt inter ea quæ ex Apollonio recitat Galenus,attamen non Apollonio,ſed Aſclepiadi attribuitur.Porrò quam hîc ollam Guido appellat Galenus pilam dicit,quod eſt mortarium.

280.19. *Quam in illo iuuene aratore fecit.*] Galenus gymnaſticō dicit,hoc eſt gymnaſiis ſeu exercitiis palæſtræ addictū:quæ profectò erant valde laborioſa.

280.24. Cap.10. *Recipe granorum iuniperi,*] In Galeni deſcriptione, (quæ & citato loco proponitur,& lib.de paratu facilibus) deeſt capillus veneris,qui tamē cōpoſitioni optimè omnium conuenit.

280.35. *Et cicinum.*] Idem eſt cum oleo Ricinino.

280.36. *Et ſpumam maris.*] Sic vertūt quod apud Galenum eſt Adarcium & Adarce.

282.12. *Aliquando quidem in apoplexiam & epilepſiam, &c.*] Galenus his addit veternum,ſomnum profundiorem,& κατάληψιν.

282.25. *Radix alcannæ & indicum.*] Alcanna idem eſt quod liguſtrum. Indicum
Lib.5.cap. verò eſt glaſtum,quod Narbonenſes Galli Paſtellum vocant. Longè aliud
73. eſt indicum Dioſcoridis.

282.36. *Vel cortices pruni cocti ad mellis ſpiſſitud.vel illud nigrū quod eſt in medio pap. rubei.*] Galenus (à quo hæç tranſcripta ſunt) aliter habet,nēpe hoc modo: « Aut corticē radicis ilicis,donec mollis fiat, coquito,eúmque cataplaſmatis « modo imponito:cū aqua verò decocti lauetur. Neq; papaueris rubei nigrū præſcribit Galenus,ſed quod in Anemone intrinſecus nigrū eſt. Eſt verò papauer rubrū, (quod Rhœas à deciduo flore vocatur,) herba ab Anemone viribus longè diuerſa,tametſi flore admodū cōueniat,quæ fuit cauſa hallucinationis vulgo herbariorum,hanc pro illa temerè vſurpantium.

282.40. *Gallæ ad quantitatem libræ fricētur in oleo.*] Rhaſis pręcipit tertiā part. lib. vnius Gallas accipere, oleóque inungere & fricare donec nigreſcāt & findātur.His addit æris vſti & draganthi ana drach.v.ſalis gen. drach. ij. aluminis drach.j.Terit omnia in modum collyrij,deinde aqua calida ad modū mazæ conperſa, quatuor horis fermentari ſinit.

283.11. *Lotio cum ſpuma nitri.* Galenus ſpumam ſalis præſcribit,non nitri.

*Selinuſiæ, quæ eſt ſpuma argenti.*] Apertè hallucinatur Guido in huius nominis interpretatione. nam argenti ſpuma eſt lithargyrus, planè diuerſus à terra ſelinūſia. 283.29.

*Tunc dicitur apud Gul. de Saliceto Butizaga.*] In meo codice Gulielmi lego Buziraga: neſcio vtrum rectius. Idem affectus (eodem autore) vulgo dicitur Aura ceruina, vel Gutta rubea. 287.7.

*Argenti viui extincti ſaliua, vnc. ſemiß.*] Gulielmus extinguit Argenti viui vnc. duas, cum ſulphuris vnc. dimidia: cui miſcet vnc. octo ſucci limonum vel arancij, & ceruſæ quant. ſuff. ad ſuccos inſpiſſandos. 287.38.

*Cum melle & ſucco cæpe fiat troch. &c.*] Theodoricus habet diſiunctiuè, cū melle vel ſucco cæpe: & eodem ſucco vel melle diſſoluit vſus tempore. 287. 40.

*Beneuenutus & Hiſpanus de paucis tractauerunt.*] Significat Petrum Hiſpanum alibi vocatum. Hîc ex medico tandem Pontifex maximus eſt factus, cui nomen fuit Ioanni 22. Scripſit librū de medicina, qui Theſ. paup. inſcribitur. Patria fuit Luſitanus Olyſſiponenſis. Pontifex vixit octo menſes tantùm, circa annum Domini 1276. 288.25.

*Licij, croci, ana drach. tres.*] Meſueus præſcribit drach. duas tantùm. 291.12.

*Et burud purgando oculos.*] Collyrium hoc Burud vocatum, deſcribetur in fine huius ſecundæ partis. 291.21.

*Seu crucis ſignatione, ſi ita debeat dici.*] Hoc. n. improbauit Guido in anat. 292. 14.

*Acephalalgia euenit forti.*] Aliàs conuenit, ſed minus rectè. 292. 22.

*Laudat aquam pulmonis collyrizatam.*] Accipe (inquit Ieſus Haly) pulmonem, & teras eum: & exprime aquam, & nutri cum ea collyrium. 292. 26.

*Verdigenet, ſilac, xere.*] Verdigenet, Silac Auicennæ eſt groſſities in palpebris, proueniens à materia craſſa malæ diſpoſitionis & nitroſa, propter quam rubeæ fiunt palpebræ, & cadunt pili, & adducit vlceratione partium in quibus fixi ſunt pili, &c. Poſſet etiam ſcribi Sulatum, quæ eſt (vt legimus in antiqua Arabicorum nominum expoſitione apud eundem Auicennam) ægritudo oculorum quæ accidit pueris propter fletum, & eſt quaſi ſcabies. Legimus adhuc frequentiùs ſilac. Xere (inquit Ieſus Haly) ſignum eſt quòd æger ſentit antequam accidat ſcabies in palpebra: & quando fricatur cum importunitate, locus apoſtematur. Et ſi quis videt, credit eſſe percuſſionem, vel puncturam alicuius muſcæ, vel cimicis, vel aliorum: & color eius eſt rubeus. 292. 37.

*Ex farina fœnugræci, lib. ſemiſs.*] Gulielmus his addit, farinam hordei, ſemen lini & flores meliloti: eáque cum vino albo maluatico, & decoctione maluarum, calamenti & origani inſpiſſat ad conſiſtentiam emplaſtri. 293. 27.

*Rhaſis præcipit collyrium rubrum, leue.*] Leue hoc nominatur, hoc eſt non mordax, ad differentiam alterius collyrij rubri, quod acutum eſt, ſeu acre, vt Ieſus annotat. 293.33.

*Salis indi.*] In codice Ieſus Haly perperam legitur, folij indici. Eſt autem Sal indum, quod Dioſcorides, Galenus, & alij antiquiores nouerunt ſaccharū, ſponte ex arundinibus ad inſtar gummi defluēs, quantitate paucum, 293.36.

& ſalis marini æmulum quod ad colorem & conſiſtentiam attinet: vnde appellatio. Indum verò fuit cognominatum, quòd ex India peteretur, vbi erat copioſius. Huius loco hodie paratur ſaccharum candum vocitatum, quod rectius cryſtallinum dici queat: eóque ad omnia vti ſolemus, ad quæ veteres ſuum illud Sal indum accommodarunt.

294. 39. *Eſt palpebrarum motionis difficultas.*] Legendum hîc eſt (apertionis,) vt etiam habet Auicenna. Etenim palpitatio non eſt ſecundum naturam, & nulla ineſſe debet palpebris.

295. 30. *Xylon madefactum albumine oui.*] Ieſus præcipit hoc facere cum vitello oui: & prudentius ſanè, meo quidē iudicio, nam emplaſtica omnia hîc nocent, quale eſt candidum oui.

296. 1. *Recipe gummi arabici, &c.*] Ieſus hoc deſcribens annotat, numerum medicinarum eſſe vigintiquinque: etſi tantus in illius deſcriptione, (apertiſſimè corrupta) non reperiatur.

296. 32. *Inunctio ex oleo, aut pinguedine anſeris, in plumbo fortiter fricato.*] Ieſus Haly verba ſunt: vnge digitum tuum cum oleo & pinguedine anſeris: & frica cū eo plumbum forti fricatione: deinde vnge ſupercilia.

304. 12. *Et fluxus fiat difficilis.*] Fluxus (inquam) ſanguinis ex aperta vena, fiat difficilis: hoc eſt, qui de facili ſtringi nequeat, vt ait Acanamuſalus.

306. 3. *Corticibus ouorum recentium gallinarum, decem diebus in aceto temperatorum.*] Sic enim moleſcunt, adeò vt ex iis paſta fieri poſſit. Auicenna explicat recentes, ſicut cadunt de gallina. Iubet autem feruere in aceto, nō ſolum temperari, vt hîc præcipit Guido.

307. 11. *Niſi oculus calefieret.*] Ex acuitate materierum ſcilicet, vt explicat Ieſus.

307. 17. *Linguæ paß. quam Dioſc. vocat Polygoniam.*] Officinis noſtris lingua auis & paſſerina eſt ſiliqua fraxini arboris. Polygonum autem centumnodia & corrigiola vulgo dicitur. Gall. *renouee.* Hirundinaria verò eſt offic. quæ Dioſcoridi Aſclepias. Vide Ramb. Dodon.

307. 19. *Zucchato cando, aut caſſonata.*] Eſt caſſonata dicta, quæ bene reſpondet viribus ſucchari candi.

308. 6. *Recipe maſſacumiæ, & eſt vitrum malè coctum.*] Alij interpretantur vernicem quo vitreantur vaſa. Ob id eius loco peropportunè ſumitur raſura (hîc raſcaturam vocat) vaſorum vltramarinorum, aut noſtratium valde antiquorum. Sūt qui velint, eſſe materiam quandam ex qua fit vitrum, & vulgo vocari maſſam coctam, pro maſſacumia, vt ait Pandectarius.

308. 8. *Baurach, Zucchari, &c.*] Meſueus baurac non preſcribit, ſed eius loco requirit ſal gemmæ aduſtum, æs vſtum & ſal ammoniacum.

311. 36. *Et comeſtio herbæ adhil, quam credo euphragiam.*] Non ſatis conſtare videtur quidnam ſit Adhil, ſeu Adhel, vt ſcribit Pandectarū autor. Hic ſiquidem ait: Adhel neſcitur quid ſit. In Serapione autem Athel, quæ viſui etiam laudatur, ſed mihi videtur quod ſit Euphragia: & ſic eſt ſecūdū veritatem.

311. 43. *Et ſale nitro.*] Auicenna requirit ſal indum, non ſal nitrum, ſed vtrunque poteſt conuenire.

*Herbarum*

*Herbarum viriditas, aquarum paruitas, &c.*] Aphoriſmus ſic habet: Stellarum ſublimitas (quod prætermiſit Guido) gemmarum varietas (ita enim leg. in ſingulari) plantarum viriditas, aquarum paruitas, intuitum refocillant. Guido gemmarum varietatis loco prælicenter dixit pretioſitatem, quum omnibus notum ſit, varietatem non minus, imò verò magis (ſi reliqua ſint paria) viſum delectare. De aquarum paruitate quod ſcripſit Arnaldus, mihi aliquando ſuſpectum fuit, num eſſet potius legendum peruietas, nempe quia certũ eſt oculos peruiarum aquarum, & minimè turbidarum, intuitu maximè recreari. Sed quum paruæ, hoc eſt minus profundæ, eiuſmodi eſſe ſoleant (ampliores enim peruiæ non ſunt) paruitatis dictionem retinendam cenſui. Verumtamen ſi cui magis arrideat peruietatis lectio, ex Ieſu Haly ſumatur interpretatio, vbi ait: Submergat ſe homo in aqua dulci, & aperiat ibi oculos ſuos per longum ſpacium: quia proficit oculo, & dat ei multum de lumine. Idem prius ſcripſerat Auicenna, vt paulò antè recitauit Guido. 311.2.

*Rec. Fellis vaccæ.*] Ieſus ait, fellis capræ aut vaccæ per diſiunctionem, 313.3. ceu optionem dans.

*Et aqua magiſtri Petri.*] Deſcribitur à Guid. tr. 7. do. 2. cap. 2. ſed apud 313.5. autorem eſt amplior, & maioris artificij: nempe in lib. theſ. pauperum cap. 13. non illius Galliæ ſcripti, & Arn. Villanouano, ſed quem habeo alligatum Serapioni & Platerio.

*Rec. cort. myrob. citrinarum.*] Eſt alterum electuariũ alharif. ſed deſcriptio 315.8. nonnihil variat. examinetur. Guido ambas doſes miſcet.

*Parum quid de myrto contrita.*] Sic Galenus. alij tamen Guidonis codi- 317.22. ces habent, parum quid de myrrha, quæ etiam conuenire poteſt.

*Caſtorij, ſcrup. vnum.*] Rhaſes addit euphorbium: & in doſibus nonnihil 317.35. variat.

*Mollificetur aqua calida mellita.*] Significat mulſam, quę Græcis eſt hy- 318.2. dromeli. Emollit, abſterget, & lauat.

*Impletione aquæ, aut impoſitione pilorum.*] Brunus ſic habet: Poſtquam a- 318.30.
" nimal occiſum eſt (quod ſcitur ex ſedatione doloris) fac illud exire cum
" ſternutationibus naribus oppilatis. Et quando fuerit pulex, applicetur au-
" riculæ aliquid ex lana: adhæret enim capillis poſt horam, & egredietur cũ
" eis. Aut proiiciatur aqua in aurem donec impleatur, deinde patiens ſubito
" caput flectat, quoniam exibit cum aqua.

*Et Rhaſis ponit galliam.*] Gallia non eſt ſimplex medicamentum, ſed 314.35. compoſitum, cognomento moſchata.

*Coriandrum præparatum, vt dicit Arnald.*] Coriandrum bullitum in aceto, & exiccatum (inquit) ſi cum cibo ſumitur, orificium ſtomachi roborat & moderatè claudit, fumos aſcendere prohibet, aures à tinnitu, oculos à caligine, palatum à rheumate, gingiuas à putredine, &c.

*Darſeni.*) Darſen vel Darſeni interpretantur cinnamomum craſſum, 314.38. at reuerendi priores Meſuci commentatores volunt eſſe Cinnamomum

Porrò Meſuëus quem hic citat Guido, non legit Darſeni, ſed Darſeſahan qui eſt Aſpalathus Dioſcoridis. vtrunque eſt aromaticum,& hîc conuenire poteſt. ſatius tamen fuerit cinnamomum vſurpare, quum ferè ignotus hodie ſit aſpalathus.

314.39. *Rec.gariophyllorum,galangæ,ana vnc.ſemiſs.*] Auicenna requirit duntaxàt drach.ſemiſs.quæ doſis non bene aliis reſpondet.

316.16. *Vino decoctionis myrrhæ.*] Gulielmus addit etiam maſtichen, & thus.

316.38. *Raſorio argenteo ignito incidendo vratur.*] Lanfrancus præcipit incidere cum inſtrumẽto aureo,non argenteo,facto ad modum inciſorij: quod ponatur in igne,& calefaciendo incidatur,inquit.

317.37. *Ficubus mundis.*] Hoc eſt mundatis à pelle & pediculo, vt pulpa tantum ſeu cremor aſſumatur. Ficuum verò doſis Lãfranco eſt,numerus ſenarius, quot ſunt euphorbij grana: mellis par cum ficubus & euphorbio quantitas.

319.1. *Specificatur vita in ſex,ſecundum Auic.*] Octo res obſeruandas eſſe monet citatus autor, vt incolumes dentes conſeruentur.

320.31. *Ireos,&c.*] Supple,radicis, non extremitatum vt præcedentis.Quippe iris abſolutè dicta in præſcriptis medicorum, de ſola radice intelligitur: quæ & potiſſima & vſitatiſſima totius plãtæ pars eſt.Folia enim & fructus in medicina nullum adhuc locum inuenere.Quod ſi requirantur flores, vt in oleo ab iride Irino vocato,iſtud explicatè ſignificari ſolet.

320.39. *Theriacam è quinque ſpeciebus.*] Theriaca dicitur hoc medicamentum quod etiam aduerſus deleteria,ictus & morſus venenatorum cõueniat. Eſt autem verè opiata, dolorem maximè ſedans, vt theriaca recens, quæ ſex menſes non exceſſit: qua ratione theriaca quoque dici poſſunt,quæcunque ſimili facultate narcotica pollent.

321.4. *Allij ſpicas quinque.*] Spicas dicit, portiones in quas diuiditur allij radix integra,ex multis compoſita capitibus etiam vulgò dictis.

321.22. *Conficiatur cum ſapa coagulata.*] Auicenna ſcribit,cum vuæ coagulato, quod eſt ſapa, vt coniicio.

328.11. *Cera,ammoniaco,aſſa fetida, & id genus.*] Alij legunt, ſale armeniaco, alij calamo aromatico: ſed neutrum congruè ſcribitur.Locus venit emendandus ex Auicenna, qui ammoniaci tantum cum ſuperioribus meminit: ídque iubet cum cera bullire,vt non reſoluatur.

328.27. *Magiſter Petrus.*] Superius annotaui,ſuſpicari me hunc eſſe Petrum de Bonanto cognominatum,quem ſępius vocat abſolutè magiſtrum Petrum.

330.23. *Iubet gargarizare almuri.*] Modum conficiendi Almuri,docet Bulchaſis libro ſeruitoris nuncupato.

330.26. *Rec.roſarum ſiccarum, &c.*] Galenus paulò aliter deſcribit, hîc tamen non minus bene.

332.30. *Quicunque ſunt hibbi,id eſt gibbi.*] Galenus in locum hîc citatum annotat, ὑβὸς, κυφὸς,& κυρτὸς pro iiſdem dici,nempe curuis ſeu gibbis.

334.38. *Vinum dulce decoctionis rhaphani,& radicis feniculi cum furfure.*] Hæc ſunt duo

duo remedia,nõ vnicum,ſi autorẽ quem hîc citat Guido conſulamus.Scribit enim lac creari,ſi rhaphanos cum tritico vino incoctas percoles, & vinum potui afferas.Rurſus idem præſtari, ſi aquam propinaueris cui furfures cum radicibus feniculi incoctæ ſint.

*Si accipiatur cyminum pulverizatum,&c.*] Hoc quoque paulò aliter de- 338.5.
ſcribit Galenus:ſed tamen non malè Guido.

*Sanguinis drach.boli arm.aluminis,aloes,mummiæ.*) Hæc quinque deſunt 338.43.
in deſcriptione quam ponit Brunus. Theodoricus verò de his quinque duo tantùm recipit,primum atque vltimum,ſcilicet.

*Quæ eſt tertia pars vnius groſſi.*] Groſſum vulgo eſt pondus drachmæ 339.11.
vnius,quæ tres ſcrupulos continet.

*Sextus modus eſt, cum filo aureo,& eum facit magiſter Berandus Metis.*] A- 340.7.
liàs Bernardus. Cæterùm quem hîc proponit modum, (vulgo *le poinct dorè* curſores appellant) quidam omnium pulcherrimum atque tutiſſimum eſſe affirmant. Eo ſiquidẽ teſticulus non perit,nec vllatenus impeditur.Nam filũ ex auro tracto tranſmiſſum & intortũ,conſtringit tantum elythroidem, nõ vaſa ſpermatica.Itaque filũ id ſtringitur variè pro ætatis ratione. Siquidẽ in adultis,quia nõ augebãtur partes,id filũ magis ſtringitur quám pueris, quos ſperamus creſcituros. Satis eſt canalem reddere ſic anguſtum, vt nẽ trãſmittat inteſtinũ,vaſa in eo ſint libera. Mod⁹ eſt,ſecatur cutis in pube. acus curua ſub erythroeide trãſmittitur cum filo auri. Id filũ ſupra erythroeidẽ breue cõtorquetur forfice,ita vt nõ pungat ſuis extremis. Vulnus carnis ſuitur,& ſic cõſolidatur.Filũ id nunquam decidit,nec putret.

*Vt Arnaldus & Conciliator teſtantur.*] Illud(inquã)verũ eſſe.Nã Cõcilia- 346.19.
» tor ſe id expertũ dicit,his verbis: Et ego quidẽ fui expertus, figurã leonis
» impreſſam in auro, Sole exiſtẽte in medio cœli cũ corde Leonis, Ioue aut
» venere aſpiciẽte,ac malis & infortunatis cadẽtib⁹,dolorẽ renũ auferre.Ar-
» naldus verò de ſigillis tractans,eiuſmodi ſigillũ facere docet ordine ſextũ. 346.25

*Vti euacuantium & lauantium poros*] Vetus interpres legit,lenientium: ſed minus rectè.ſiquidẽ autor paulò poſt eandẽ dictionẽ repetit,monẽs ab euacuatione tutum eſſe vſum aperientiũ atque lauantiũ.Eſt autẽ lauãs medicamentũ, quod detergens appellant,Græci ῥυπτικὸν: vt aperiens & expurgans,iiſdem eſt ἐκκαθαρτικὸν ϰ ἐκφρακτικὸν: eáque inter ſe pro ratione maioris & minoris differunt,autore Galeno. Lib.5.

*Cuſtodia futurorum laborum.*] Hoc eſt imminentis laſſitudinis.Etenim ſimp.c.12.
κόπον,laborem ſeu laſſitudinem interpretari mos eſt. 347.3.

*Vitri vltramarini combuſti.*] Aliàs nitri:ſed Abenzoaris contextum ſe- 348.30.
qui nos oportuit,ex quo alia multa in hac deſcriptione emendauimus.

*Auicenna ex oleo ſcorpionum.*] Duplex eſt olei ſcorpionũ:alterũ ſimplex, 349.38.
ex ſcorpionibus maceratis oleo amygdalarum amararum : alterum compoſitum, cui præterea incoquuntur radices ariſtolochiæ rotundæ, gentianæ, cyperi, & cortex radicis capparis. Hoc abundè eſt διουρητικὸν, non tamen hîc ab Auicenna requiritur, ſed quod paratum ſit ex oleo

in quo ſub Sole morante poſiti fuerint ſcorpiones albi, qui non ſunt mali valde, vt ille ſcribit.

353.11. *Et albumen æſtate.*) Rogerius accipit cum albumine etiam vitellum: at in hyeme, vitellum duntaxat.

356.6. *Secundum Auicennam quinque aut plures.*] Verba Auicennæ ſunt hæc: Fortaſſe enim in ventre vno ſunt quinque: imò quandoque eſt numeratio maior illa, qui parui ſunt & diuerſi. & quandoque eſt numeratio plurima valde in cyſti vna.

# LAVR. IOVBERTI COMMENTARIVS IN GVIDONIS GAVLIACENSIS TRACTATVM VII. QVI EST ANTIDOTARIVM.

359.2. E*MPIRICA & incantationes.*) Nō dicit, ſe eas prorſus reſpuiſſe aut reieciſſe, quũ nonnulla empirica proſint, & incantationes quādoque iuuent. Sunt enim quędam Empirica ex eo dicta, quod ab indoctis & plebeiis hominibus tractētur, abſque vlla ratione, quum tamen ratione inuenta fuerint aliquando à doctis & peritis medicis aut chirurgis. Dicuntur etiam Empiricè dictata quædam, vt à Dioſcoride anazarbeo conſcripta, quoniam abſque certa limitatione proponuntur. Quinimo etiam Empirica vocitantur, quæ limitata quidem ſunt remedia ac certis morbis deſtinata, ſed non præmiſſa morbi eſſentia, cauſis & ſignis: qualem Empiricam ſuam conſcripſit, omnium minimè Empiricus, ſed imprimis Rationalis medicus, D. Benedictus Fauentinus, olim Bononiæ præceptor meus, longè clariſſimus. Huiuſmodi empirias non damnat Guido, ſed imperitorum quaſdam nugas, vana & ſuperſtitioſa magna ex parte remedia. Porrò incantationes, adiurationes & ſuſpenſiones non rarò profuiſſe viſæ ſunt (de quibus Galeno aſcriptus eſt libellus) ex concepta opinione, firma ſpe & magna confidentia: ſed plerunque tentatis aliis ex arte certioribus remediis: quando poſtremùm na-

tura,

tura, auxilij opinione confirmata & corroborata, alacrior aduerſus morbum iam debilitatum atque refractum, maiore quodam impetu cõſurget.

*Sanguiſuga fuerit vocatus.*] Alij quidam legunt, ſanguinis trepidus: quæ 359.22.
vox reſpondet Græco vocabulo, αἱμάφοβος. Romanus ille, cuius hîc mentio fit, erat diuitis cuiuſdam veri œconomus: qui præ ingenti inflammatione oculos aperire non poterat. Illius curationi præfectus medicus erat Eraſiſtratius, ſtudioſè ſemper à venæ ſectione abſtinens. Galenus poſt viceſimũ ferè diem curandum ſuſcepit, & primum inſtituta phlebotomia, intra triduum perſanauit: ita vt res incantationi cuidam ſimilis viſa ſit. Percontatus igitur diues ille dominus, quænam incantatio curationis fuiſſet, cũ omnia quæ facta ſunt audiuiſſet, ab eo tempore Eraſiſtratium illum medicum αἱμάφοβον nominauit.

*Deinde determinat tempus.*] Guido non obſeruat rectum ordinem, & 359.29.
quem Galenus tradidit. Quippe tempus conueniens, quarto loco eſt conſiderandum, prius quàm vena eligatur per quam faciẽda eſt ſanguinis miſſio, & de menſura euacuationis ſtatuatur.

*Siue ſit ex parte ſanatiua, ſiue ex præſeruatiua.*] Erant qui aſſererent, abo- 359.33.
litionem cauſarum morbos efficientium, non rectè dici curationem, ſed tantummodo præcautionem. Eos Galenus deliros vocat, docétque de nomine ſolùm eſſe controuerſiam, neque de hoc ipſo rectè. Vbi enim cauſam non adeſt quæ efficiat morbum, ſed præceſſit, vt gladius vulneratus, aut ignis vrens, hîc ſola curatio facti relinquitur, vbi verò ea quæ corpori ineſt cauſa, vt plethora vel cacochymia, nondum aliquid facit, ad prophylacticen pertinet huiuſcemodi cauſæ demolitio. At cùm iam aliquid agit, miſtum quodammodo eſt tale opus, ex curatione & præſeruatione. Nam vt protinus à primo inſultu morbi vocetur medicus, aliquid iam factum eſt, cuius ablatio propriè curatio dicitur. Aliud eſt futurum, nempe morbi incrementum: quod quæ inhibet fieri, artis pars præſeruatiua nuncupatur. Miſta hæc functio, nomine proprio caret: proindéque aliàs præcautio vocatur, ne ſcilicet morbus qui iam incipit & genitus eſt, ad complementum ſuum augeſcens perducatur: aliàs curatio dici ſolet, eius reſpectu quod iam præter naturam factum eſt & immutatum.

*Tertia ad attrahendum.*] Vel potius retrahendum, quod eſt reuulſio- 359.42.
nis, Græcè τῆς ἀντισπάσεως dictæ: quam Guido non ſatis rectè à diuerſione, Græcis vocata παροχετεύσει, diſtinguit. Paſſim enim diuerſionem dicit, pro reuulſione: & vt retractionem dicat, ſiue ad oppoſita reuulſionem, attractionis vocabulo vtitur.

*Abſque totius corporis plethora.*] Plethora ex ſe re vera non indicat phle- 360.7.
botomiam, ſed quatenus futuri morbi ac imminentis cauſa eſſe poteſt, vel prꝍſentem morbum adauget. Quod verò ad ictum, vel dolorem ſine ictu, vel partium imbecillitatem attinet, ſcire decet, eam ſanguinis quãtitatem, quæ antè eiuſmodi paſſiones vel diſpoſitiones non erat nimia, iam eſſe incommodam futurámque noxiam. Etenim partes læſæ, vel imbecilliores fa-

ctæ, non ſuſtinent eam quæ priùs iuſta fuerat, vel etiam iuſta parcior, ſanguinis quantitatem, ſed ab ea grauantur. Quemadmodum ventriculus æger ac imbecillus pauciſſimam ciborum, etiam coctu facillimorum & laudatiſſimorum, copiam vix fert indolenter, qui ſanus multam & deteriorum & coctu difficiliorum molem innoxiè & abque vllo grauamine ferebat. Sic ſolitæ veſtes, & conſueta lecti, ſtragula ægrum grauant, quæ ſanitatis tempore erant ſatis leuia. Quinimò caput ipſum, & pedes grauiſſimi ſentiuntur, & decubitu opus eſt, quoniam corpus ſe ſuſtentare nequit. Eodem modo ſanguinis quantitas, quæ ante ictum, aut dolorem ſine ictu, aut partis alicuius imbecillitatem non grauabat corporis aliquam particulam, grauabit deinceps afflictam vel imbecillam: itaque in huius gratiam minui debet. Alioqui verenda eſt inflammatio, Græcis dicta φλεγμονὴ: quæ accidit, ſanguine in partem aliquam expulſo magis quàm attracto, ipſámque grauante, venis illum iam continere nequeuntibus.

360.12. *Aliquando vt antiſpaſticum, id eſt reuulſiuum.*] Significantius dixeris reuulſiuum. hoc enim antiſpaſeos vocabulum denotat, vt ſup. monui. Diuerſio fit ad latera, adeóque vicinna ſatis loca, humore tranſpoſito. At reuulſio, retractio eſt materiæ in oppoſitam regionem, ſiue ea ſit propinqua, ſeu longius diſſita, vt fuſiùs explicauimus Paradoxo vltimo, Decadis prioris.

360.19. *Tempore aſſueti motus.*[ Nempe illud eſt, quod prudentet monuit Auicenna, cùm natura non mouet, moue tu horâ motus eius. Medicus enim, qui ſtudet naturæ rebus, perpetuò debet intentus eſſe illius ordini, motibúſque & ordinariis functionibus, vt ea expleat, quæ natura fracta & debilitata, vel impedita, per ſe exequi non poteſt.

360. 29. *Melius eſt enim præmittere phlebotomiam.*] Præmittere quidem phlebotomiam (quod hîc anticipare dicit) præſtat, & morbo venienti occurrere, quàm factum denique ex plenitudine morbum curare. Dignior quippe eſt præcautio, ſanatione: & doctrina Hippocratis fert, genere eadem eſſe prophylactices & therapeutices remedia. Igitur quæcunque præſentibus iam morbis faceremus, melius eſt vt ea imminentibus anteuertendo præſtemus.

360.39. *Venas groſſas & amplas, habitudinem non multum macilentam.*] Autor eſt Galenus libro ſecundo de temperamentis, quibus latæ venæ ſunt, his copiam ſanguinis adeſſe, eóſque citra noxam diutius cibo abſtinere. Atqui bilioſi venas habent ampliſſimas: calidi enim eſt dilatare: & tamen omnium minimè abſque noxa ieiunium ferunt. quamobrem neque phlebotomiam facilè ſuſtinent. Eodem enim referri videntur, & inter ſe conuenire, famis atque phlebotomiæ eſſe impatientem, quum par ſit ratio detracti & non conceſſi alimenti. Hoc enim tantùm diſcrepant,

quod ſecta vena ſanguis apertè, inedia vero clandeſtinè minuatur. Quamobrem etiam infantes ac pueri, & qui creſcunt omnes, quia plurimum habent calidi innati, ideóque plurimo egent alimento (alioqui eorum corpus abſumitur, vt monuit Hipppocrates) & ieiunium ægrè ferunt, & ſanguinis detractionem. An diuerſa eſt horum, atque bilioſorum conditio? De adultis loquimur, his verò natura bilioſis, venæ quidem ſunt ampliores, ſed quæ parum ſanguinis contineant. Eſt enim is flatulentus admodum & vaporoſus: itaque venas admodum diſtendit, ſed quæ tangentibus molliores deprehendantur, & mox concidant apertæ. Audiuimus non ſemel flatum erumpentem mox ab inciſa vena, quæ pauco ſanguine detracto admodum detumuit. Vnde non mirum, eiuſmodi naturas eſſe famis impatientiſſimas, vt quæ in ampliore cella parciorem habeant victum. At quibus venæ ſunt latæ, & multo ſanguine turgentes, ij tam miſſionem ſanguinis, quàm inediam, patientiſſimè ferunt: præſertim ſi habitus corporis denſior & compactior extiterit, non mollis, rarus & laxus, per quem largior fieri ſolet inſenſilis diſſipatio triplicis ſubſtantiæ. Eiuſmodi ferè ſunt naturâ candidiores, quos etiam vulgus nouit eſſe delicatulos. Eſt autem præterea annotatu dignum, quod Guido hîc admonet, eos phlebotomiam facilius ſuſtinere, qui non ſunt valde macilenti. Nam cùm tenuioribus ſiue gracilibus magis ſanguis, plenioribus caro magis abundet, vt inquit Celſus: illi facilius detractionem eiuſmodi ſuſtinent: celeriúſque eâ, ſi nimium eſt pinguis aliquis, affligitur. At verò ſi quis valde extenuatus, vt à morbo, labore, vel inedia fuerit, quia id ex ſanguinis penuria accidit, ægerrimè phlebotomiam ſuſtinet.

*Aph. 14. lib.1.* — *Lib.2. ca. 10.*

*Et ſecundum iſtam rationem, infantibus non eſt mittendus ſanguis, &c.*] Hic pueros & ſeniores excipit, de Galeni doctrina: & paulò inferius, mulieres quæ vterum gerunt, de Hippocratis ſententia. Sed omnium prudentiſſimè Celſus, illis poſterior ſuadet, nihil ex his eſſe perpetuum: aliáſque potiores obſeruationes adhibendas, ad quas dirigi curantis conſilium debeat. Intereſt enim, non quæ ætas ſit, neque quid in corpore intus geratur, ſed quę vires ſint. Ergo ſi iuuenis imbecillus eſt, aut ſi mulier quæ grauida non eſt parum valet, malè ſanguis emittitur. Emoritur enim vis, ſi quæ his ſupererat, & hoc modo erepta eſt. At firmus puer, & robuſtus ſenex, & grauida mulier valens, tutò curantur, &c. Et præcipua in hoc ars eſt, quæ non annos numeret, neque conceptionem ſolùm videat, ſed vires ęſtimet: & ex eo colligat, poſſit nécne ſupereſſe, quod vel puerum, vel ſenem, vel in vna muliere duo corpora ſimul ſuſtineat. Dubitari verò etiam poteſt, vter ſexus phlebotomiã facilius toleret. Fœmina multò quidem ſanguinem turget, adeò vt ſingulis menſibus portionem eius notatu dignam ſaluberrimè excernat. Quòd ſi viro ſimiliter de- 360.43.

trahatur ſanguis, haud dubiè euadet imbecillimus, ex tã frequenti ſanguinis miſſione. An iuſta non eſt eiuſmodi cõparatio, quum ſanguis diuerſus in diuerſo ſexu deprehendatur? Muliebris ſiquidẽ pituitoſus ac crudus magna ex parte eſt ſanguis, in aliũ vſum quàm ipſius quæ talẽ gignit mulieris alimoniam comparatus. Itaque mulier quæ nec grauida, nec lactans eſt, illius menſtruam iacturam fert ſaluberrimè. Non tamen ſimiliter phlebotomiam ſuſtineret: quandoquidem hac ratione ſine delectu promiſcuè emittitur ſanguis & crudior & elaboratiſſimus. Qui verò per vterum ſponte naturæ ſingulis menſibus excernitur, cum delectu ſecretus eſt inutilis & excrementitius. Proinde vt recta fiat comparatio, ſupponi debet mulier à menſtra purgatione, ſanguinis crudi ac pituitoſi expers. Tunc profectò ſanguinis miſſionem iniquius feret viro fœmina: quod ea ſit corpore minus denſo, molliore, & (vtplurimum) candidiore, ad pueri naturam magis accedens. Vnde etiam glabra eſt cute, & facilè contabeſcit, ſi pariter viro pręter conſuetudinem laboret: nam eius caro eſt facilè euaporabilis, vt loquitur Guido, hoc eſt facile abſumitur, diſſipatur, & contabeſcit.

361.3. *Vt affirmat Rabbi, in primo ad Glauconem, &c.*] Id eſt, vt colligit Rabbi ex principio libri Galeni ad Glauconem. Quod verò atttinet ad conſuetudinem, Hippocrates autor eſt in aphoriſmis, conſuetos labores ſolitos ferri, quanquam ſint imbecilles aut ſenes, non conſuetis fortibus atque iuuenibus ferre facilius, & quæ ex longo tempore ſunt conſueta, quanuis deteriora ſint, inſuetis minus moleſtare. Ergo aſſueti phlebotomiæ, ab ea minus malè afficiuntur. Quæ obſeruatio non eſt vſquequaque neceſſaria, vt ſcilicet eis mittere ſanguinem vereamur, qui non ſunt aſſueti phlebotomiæ, alioquin enim remedij genus hoc nunquam inſtitueretur, quum nemo ei ſit aſſuetus ante primam ſanguinis miſſionem. Nos id tantum volumus, medicum eſſe debere audaciorẽ, & minus αἱμάφοβον, in eo qui ſæpius φλεβοτομίαν expertus eſt. Sed quid ſibi vult, quod vulgo iactatur apud nos, primam phlebotomiam vitæ ſeruatricem eſſe? quaſi ab ea neminem mori contingat. Id quidem verum eſt, quum ſi moriatur æger, ea non ſit dicenda prima, ſiquidem altera nulla eſt conſequuta. prima autem dicitur aliarum quæ ſubſequuntur ratione. Quamobrem rectè dicas, à prima neminem vnquam mori, & non primam eſſe vitæ ſeruatricem, potius quàm ſequentes. Niſi tamen hoc ſtatuamus, in prima (vtpote inſolita) plus eſſe momenti: quoniã ab aſſuetis minor fit paſſio, proindéque alteratio & mutatio eſt obſcurior. Vnde colligas, primam phlebotomiam inſignius eſſe remedium, iis quæ deinceps fient.

*Aph. 49. lib. 2.*
*Aph. 50. lib. 2.*

361.13. *Superfluus coitus.*] Omni euacuationi quæ ſit notatu digna, iuncta eſt virium imbecillitas: quia per eam fit non mediocris ſpirituum diſſipatio. Hi ſiquidem etiam corporis excrementa mala comitantur. Quantò magis ad benigni illius excrementi (quod ſemen dicitur) immodicam iacturam, fiet inſignis virium deiectio: quum ad pauci ſeminis confectionem

multo

multo ſanguine ſpirituoſo opus ſit: vt rectè dictum ſit à veteribus, non minus nocere ſuperfluum coitum, quàm ſi quinquageſies tantundem ſanguinis extraheretur. Contrà, phlebotomiam facilè ferunt (vt ſubdit Guido ex Rhaſis ſententia) qui multa carne conſueuerunt, & rebus nimis dulcibus, hoc eſt fatuis & inſipidis, vel ſaltem non acribus aut ſalſis. Dulcium enim plurima portio in alimentum corpori cedit, & multum alit: vt dicamur dulcibus tantùm nutriri. Hinc accidit πολυαιμία, quæ multum ſanguinis haurire ſinit, quando vſus expoſtulat. Ea de cauſa Galli ſeptentrionales atque his vicini Germani pleniorem & frequentiorem quàm noſtri phlebotomiam ſuſtinent.

*Quartum, per quas venas eſt phlebotomia facienda.*] Quidam nihil intereſſe dicebant, quamcunque venam quis incidere vellet: vt quòd ex vnaquaque æqualis totius euacuatio fieret, ait Gal. de phlebotomia aduerſus Eraſiſtratum. Hoc verum eſſe poteſt, vbi communis eſt toti corpori affectus, vt febris, & nulla pars peculiariter præcipuéve laborat: In hoc etenim caſu habendus eſt venæ delectus, eáque potius tundenda, quæ parti affectæ magis reſpondet: vt promptius auxilium illa ſentiat. 361.29.

*Duæ axillares, duæ cubitales, duæ ſeynales.*] Facilius explicatæ ſunt in tractatu anatomico, vbi ſex recenſentur venæ in ſingulis brachiis: vt ſint duodecim in ambobus. Superior & extima eſt Cephalica dicta: quæ & humeralis & ſpatularis nuncupatur. Infima intimáque eſt Baſilica vocata: quæ etiam Hepatica ſeu Iecoraria, & Aſcellaris ſiue Axillaris vocitatur. Tertia eſt Funis brachij, Cephalicæ progenies, quæ brachium percurrit ad carpum vſque. Eadem cephalica metacarpium ſuperuecta, & indicem pollicémque intercurrens, eò loci cephalica ocularis appellatur: quemadmodum Baſilica ei oppoſita, vbi media fit annulari vicinóque huic digito, Seynalis vel Syelen & Saluatella dicitur. Sexta deniq; eſt vena, quæ Nigra & cōmunis vocitatur, necnō Mediana ſeu media, quod ex Cephalicæ & Baſilicæ ramis exurgens, medio inter illas ſtet ſpatio. Sequuntur venę capitis: inter quas recenſentur Organicę collo inſertæ, quoniā capitis gratia magis factæ ſunt, Arabibus vocātur Guidez, noſtris Iugulares: de quarū ſententiæ olim ſatis vſitata, neque ea admodum difficili ſup. egimus in tract. de lepra, &c. Poſtremò aſſignantur pedibus octo venæ, ſcilicet quatuor in quolibet pede. Prima in genibus, vel ſub poplite, quæ etiā Poplitica dicitur. Altera eſt Saphena, ſub malleolo interno. Tertia Sciatica, ſub externo malleolo. Quarta eſt pectinis ſeu pedij, inter digitum minimum & ei proximum, quam Renalem vocitant. 361.34. 2. 3. 4. 5. 6.

*Tertio quoque anno ſemel, &c.*] Hæc ſententia Ioannis Damaſceni (quæ eſt illius aphoriſmorum centeſimus & vndecimus) valde corrupta eſt: ſed adhuc magis in Articella. Ego ſic reſtituendam cenſeo: "Quibus in iuuentute ſemel tantum in anno phlebotomari conſuetudo affuerit, vbi in ætate quadraginta annorum erunt, tertio quoque anno ſemel, ſupple ſunt phlebotomādi: ſcilicet ipſo quadrageſimo, & rurſus quadrageſimo tertio, atque 363.28.

quadrageſimo ſexto. In quinquageſimo aut ſexageſimo, (hoc eſt, ipſo quinquageſimo, & rurſus ſexageſimo) ſemel tantum conferendum eſt, non, vt hîc legitur, ſexto quoque anno. Cur enim addidiſſet, vlterius ex toto dimittendum quod apertè ſignificat, poſt ſexageſimũ annum minimè vtendũ phlebotomia ad pręcautionem, vt anteactis temporibus. Nã in pręſenti morbo abſtinere ab hoc remedio, non ſuadet Io. Damaſcenus, quum aphoriſmo ſequenti moneat, poſt ſexageſimum annum à baſilica duntaxat abſtinendum eſſe. Ergo tota iuuentute (cui limites ſtatuuntur à viceſimo quinto anno ad quadrageſimum) licet quotannis ſemel haurire ſanguinem & ipſo quadrageſimo anno: deinceps verò non ſingulis annis, ſed aliquot interpoſitis, nempe quadrageſimo tertio, quadrageſimo ſexto, quinquageſimo & ſexageſimo, vt ita ſenſim dimittatur ea conſuetudo.

364.19. *De diebus verò Ægyptiacis.*] Guido Arnaldi imitatione hos dies meritò negligit, niſi quantum vulgo ſuſpecti eſſe poſſunt. « De diebus autem Ægyptiacis (inquit Arnaldus) ſcriptis in antiquo kalendario, dico quod non eſt cauſa naturalis quare fuerunt maledicti, ſed ſupernaturalis. Nec fuerunt maledicti apud omnes gentes, ſed apud illos de regno Pharaonis. Et ſi tempore illo fuiſſet aliqua mala conſtellatio, tamen per temporis proceſſum illa conſtellatio iam mutata eſt. Propter enim opinionem vulgi, quod credit nihil fiendum in talibus diebus, ad honorem feriæ Dei auralis, aliquando à phlebotomia abſtinui, quando non erat neceſſaria: & hoc propterea ne infamiã vulgi incurrerem: tamen in me, & in meis, de talibus nihil obſeruaui, nec obſeruabo. » Quinam verò illi ſint, autor Computi docet. nempe ſingulis menſibus duos ineſſe dies, quos ægros, & malos, & Ægyptiacos nominant. Ægros, quia vulgo creditum eſt eos vix aut nunquam à morbo euaſuros, qui iis diebus ægrotare cœpiſſent. Malos, quod propter eorum malas conſtellationes, iis diebus nefas eſſet aliquod opus aggredi. Ægyptiacos verò, quoniam ab Ægyptiis maximè obſeruabantur. Nam pręter decem plagas his contentas verſiculis,

*1 Sanguis, 2 rana, 3 culex, 4 muſcæ, moriens, 5 pecus, 6 vlcus,*
*7 Grando, 8 locuſtæ, 9 nox, mors prius, 10 orta necans.*

Contigerunt eis plurima mala bis quolibet menſe. Quidam iis diebus ſanguinem humanum Plutoni ſacrificabant: vnde vetitum fuit, ne quis iiſdem diebus ſanguinẽ ſecta vena detrahat, ne videatur Dæmoni ſacrificare. Hoc ſeu vanum & ſuperſtitioſum damnat Auguſtinus inquiens: Calendas menſium, & dies Ægyptiacos non obſeruetis. Hodie nulla eſt prorſus (quod ſciam) eorum apud noſtros obſeruatio: attamen vt curioſis hominibus hac in parte ſatisfaciam, quum non deſint qui quales ij fuerint dies ſcire percupiant, apponam quæ Io. de Sacroboſco ſuper hac re ſcripſit. Dies Ægyptici his quaatuor verſibus continentur.

*Armis Gunſe, Dei Kalatos, Adamare Dabatur,*
*Lixa Memor, Conflans Gelidos, Linfancia Quoſdam,*
*Omine Limen, Aaron Bagis, Concordia Laudat,*

Chijæ

*Chyæ Linkat, Ei Coequata, Gearcha Liſardus.*

Horum verſuum ſingulæ duæ dictiones, ſingulis menſibus reſpondent, exordio ſumpto à Ianuario. Cùm igitur priorem diem Ægyptiacum menſis cuiuſlibet inuenire cupis, ſupputa tot dies ab initio illius menſis deſcendendo, quota eſt in alphabeto litera prima prioris dictionis. illic enim dies eſt Ægyptiacus. Quota verò fuerit litera ſecundæ ſyllabæ dictionis eiuſdem, talis hora illius diei ſuſpecta eſt. Simili modo alter eiuſdem menſis dies Ægyptiacus altera dictione demonſtratur: niſi quod ad eius diei inuentionem ſupputatio fieri debet infernè ſurſum aſcendendo. Sed obſeruabis, H inter litteras non admitti: & menſium dies non eſſe pares memineris. quæ omnia ex ſequenti tabula facilius intelligentur.

| | | | |
|---|---|---|---|
| A·I | | | |
| B·Z | | | |
| C·3 | | | |
| D·4 | | | |
| E·5 | | | |
| F·6 | | | |
| G·7 | | | |
| I·8 | | | |
| K·9 | | | |
| L·10 | | | |
| M·11 | | | |
| N·12·X | | | |
| O·13·V | | | |
| P·14·T | | | |
| Q·15·S | | | |
| R·16·R | | | |
| S·17·Q | | | |
| T·18·P | | | |
| V·19·O | | | |
| X·20·N | | | |
| 21·M | | | |
| 22·L | | | |
| 23·K | | | |
| 24·I | | | |
| 25·G | | | |
| 26·F | | | |
| 27·E | 27·D | 27·C | 27·B |
| 28·D | 28·C | 28·B | 28·A |
| 29·C | 29·B | 29·A | Feb. |
| 30·B | 30·A | biſſext. | |
| 31·A | Apr. Iun. Sept. Nou. | | |
| Ianu. Mart. Mai. Iul. Aug. Oct. Dec. | | | |

Dies.Hora.
D.H.

| | |
|---|---|
| 1 11. ArMis. 25.6. GunFe. | IAN. |
| 4.8. DEI. 20.10. KaLatos | FEB. |
| 1.4. ADamare 28.2. DaBatur. | MAR. |
| 10.20. LiXa. 20.11. MeMor | APR. |
| 3.6. ConFlans 25.10. GeLidos | MAI. |
| 10.6. LinFácia 16.4. QuoſDam | IVN. |

Dies.Hora

| | |
|---|---|
| 13.11. OMine 22.11. LiMen | IVL. |
| 1.1. AAron 30.7 BaGis | AVG. |
| 3.3. CōCordia 22.4. LauDat. | SEP. |
| 3.8. Chilæ. 22.9. LinKat | OCT. |
| 5.8. EI. 28.5. CoEquata | NOV. |
| 7.1. GeArcha 22.6. LiFardus | DEC. |

*Luna vetus veteres.*] Hic verſus etiam citatur ab Arnaldo, qui rationem 364.21.
obſeruationis huius dictat: quia in prima quadra Lunę iuniores fluxũ men- *De reg. ſa*
ſtruum pati conſueuerunt, vt in vltima prouectioris ætatis mulieres: medio *nit. cap. 36*
verò tempore, quæ inter has & illas mediæ ſunt. Quod verò ſequitur, *Circa*
» *medium tertiæ quadræ, &c.* Arnaldus ſic habet: Ætas lunaris in qua minus a-
» quoſitates rheumaticę multiplicantur, aut fluitant, & in qua minus ob di-
» minutionem aquoſitatis denſatur ſanguis, magis eſt phlebotomiæ conue-
» niens. Et aphoriſmo ſequenti: Quum in tertia quadra lunationis mode-
» ratè minuantur aquoſitates, conſtat quod electio in phlebotomia debetur
» ei. Guido vtranque ſententiam paucioribus complectitur: ſcilicet, quando
mediocris eſt aquoſitas, neque rheuma vrget, neque denſior eſt (proindé-
que ad effluendum ineptior) ſanguis.

*De horis motionis humorum.*] Locus eſt cap. 37. de regim. ſanit. At lib. de 364.24.
conſid. operis medic. tract. 1. diſtinct. 2. cap. 3. iſtud argumentum de motio-
ne humorum doctè & fuſè exagitat.

*Ver, æſtas dextrum.*] Legitur Æſtas, ver dextrũ. Additus eſt hic verſicu- 364.29.
lus contextui Guidonis, fortè ex illius margine. Eſt autem regiminis Saler-
nitani circa finem libri, quem verſum explicans Arnaldus, ait dextræ par-
tis venas eſſe tundendas vere & æſtate, quod his temporibus abundet ſan-
guis & bilis: illius verò officina ſit hepar, huius receptaculum veſicula fel-
lis, quæ duo in parte corporis dextra ſedent. Autumno melancholicus hu-
humor gignitur copioſus, qui ſuccedente hyeme haudquaquam minuitur.
Ergo hiſce temporibus aperiendæ ſiniſtri lateris venæ, quòd ea in parte
ſit lien.

*Potus autem augeatur reſpectu cibi, non reſpectu conſuetudinis.*] Ioannes de 365.26.
ſancto Amando hoc recitat ex Iſaaco in diætis, qui ſcribit: Cibus eſt mi-
nuendus eis, & potus augendus reſpectu cibi, non conſuetudinis: imò de-
bent minus potare quàm ante phlebotomiam, quia virtus digeſtiua debi-
lior eſt.

*Cineritius & pauonicus.*] Color pauonicus, eſt quem violetum ſeu vio- 366.7.
laceum appellãt, à colore violæ Martiæ, quæ eſt purpurea. Cæterùm phra-
ſis eſt Italica, eum colorem à pauone paonazzum nuncupare.

*Color autem ſepoſus.*] Aliàs ſeroſus, at minus rectè, meo quidem iudicio. 366.11.

*Auic. vocat eas vicarias venæ ſectionis.*] Etenim cucurbitulæ ad venam 366.38.
colli appoſitæ, ſupplent vicem phlebotomiæ ex mediana ſeu nigra vena, vt
docet Auicenna: & quæ inter ſpatulas, vicem tenent baſilicæ phlebotoma-
tæ: vt quæ eminentiæ capitis poſteriori, cephalicæ apertæ ſunt vicariæ.

*Ponuntur cucurbitulæ in paralyſi ſuper originem neruorum.*] Auicenna quem 367.27.
hîc citat non neruorum, ſed lacertorum capitibus apponit abſque inciſio-
ne, prius tamen facta euacuatione.

*Dixit verò ille in tormentis ſe nullum alterum docuiſſe.*] Gallicus interpres 371.3.
legiſſe videtur, ad textum: alij, ad certum. Ad verum propius accedunt

qui ſcribunt,ad tortum:nam Guidonem ſic ſcripſiſſe per abbreuiationem tormentum, haud vana coniectura ſuſpicor. Etenim ex Galeno hæc tranſcripſit,qui ait veneficum admodum βασανιζόμενον,hoc eſt tormentis examinatum,illa dixiſſe.

371.29. *Sed vt reuellant & euacuent.* ] Galeni verba hæc ſunt: Deſiderant ægri hanc non modò vt quod noxium ſuperuacuum quo vrgentur educat, ſed etiam vt quod tum ad diuerſum trahat, tum vacuet. Vetus interpres græcanicans ſcilicet,dictione antiſparo hîc vtitur,pro reuello.

372.20. *Secundo corpora ſana non debent purgari.*] Qui bene ſe habent corpore,
Aph. 37. lib. 2. difficulter ferunt purgationes, inquit Hippocrates. Prius verò dixerat,qui ſalubritatem corporis habent, per medicamenta euacuati citò exoluun-
Aph. 36. lib. 2. tur,& qui prauo vtuntur cibo. Eodem quoque ſpectat ſententia hæc:Car-
Aph. 16. lib. 4. nes ſanas habentibus,helleborus periculoſus,facit enim conuulſionem.

*Quem conficit circa inſtans in farina hordei.*] Eſt Platearius, qui de ſim-
375.3. plici medicina ſcripſit: & quia illius exordium ſic habet,Circa inſtans negotium,&c.eo modo fuit deinceps cognominatus. Hic verò capite de Titimallo docet panem catharticum parare,in eorum gratiam qui à medicamentis valde abhorrent. Huius panis lacticiniorum prius meminit Guido noſter: ſcilicet tract.2. doctr.1.capite adminicularium de apoſtemate aquoſo.

375.5. *Tabula mea quam recepi à magiſtro Stephano Arnoldi in Montepeſſ.* Eſt electuarium de citro ſolutiuum,vt appellant,nobis Monſpelienſibus medicis vſitatiſſimum, ex Ioannis Falconis potiſſimum commendatione. De hoc elect.ſic Nic.præpoſitus in electuarium de citro non laxatiuum: Apothecarij noſtri vtuntur quodam electuario laxatiuo, quod appellant electuarium de citro,& cõdunt per receptas ſuas.Et eo vtuntur in quibuſdam regionibus, vt in Montepeſſulano. Ego non vidi receptam: ſed poteſt quilibet facere & vti, ſecundum bonam conſuetudinem loci vel regionis.

376.25. *Cõpoſita ſunt ſyrup.acetoſus & oxyzacch.*] Sic legendum eſſe,id apertè docet, quod oxyzaccharæ, non ſyrupi acetoſi deſcriptio ſubiiciatur. Porrò deſcribitur ab Arnaldo in antidotario, aliter paulò quàm recitetur à Guidone. Hîc enim deſiderantur radices feniculi, ruſci, graminis & aſparagi, quas Arnaldus infundit triduum in ſucco granatorum acidorum: quod præcipuum eſt diſcrimen, alia enim facilè negligantur. Sed eſt præterea quod annotationem, vel reprehenſionem potius in hac deſcriptione mereatur: Capillum veneris ab adianto, & ceterac à ſcolopendria diſtingui. Nam verus Adiantus eſt vulgo dictus Capillus veneris: & ſcolopendrion verum eſt Ceterac barbaris vocatum, quod Arnaldus & Guido ignorarunt, infeliciore ſeculo nati, quod ad politiorem litteraturam attinet.

376.32. *Digeritur phlegma cum radicibus quinque.*] Eæ quinque radices ſunt aperientes vocatæ,ſcilicet apij,petroſelini,ruſci,graminis & aſparagi.

*Naturam*

*Naturam mollificare, antequam venter ſoluatur.*] Niſi in eo qui diarrhœæ 377.10.
valde eſt aptus, ſubdit Auicenna. Ex hoc nanque (ait) nihil iſtius eſt facien-
dum, quoniam eſſet cauſa ſuperfluitatis quæ ei accidet.

*Vt os ſtomachi tabefactum per medicinam corroboretur.*] Ne materiam aliun- 377.33.
de recipiat, & per hoc vomitus impediatur, ſubdit Ioannes de ſancto A-
mando.

*Epilepſiæ, maniæ, lepræ, &c.*] Auicenna his addit hydropiſin. 378.4.

*Vt Rabbi in ſexto epidemiarum allegauit.*] Id eſt, ex commento Galeni in 380.9.
lib. 6. epidem. Hippocratis. Sic verò habent illius verba: Cauteriſatio cum
» ferro candenti, vel medicinis adurentibus, debet fieri in locis quibus ad-
» ſunt ægritudines fortes ex fluxu multorum humorum, vel ipſorum malitia,
» quemadmodum ſunt vlcera mala.

» *Vicinis cauterijs adducitur competenter.*] Legendum abducitur, vt habet 380.37.
Arnaldus, quod eſt diuertitur ac deriuatur. Quod verò huic ſententiæ addit
Guido per parentheſin, (aut ſupple, habituatum) non bene conuenit Ar-
naldi aphoriſmo. Nam quum prius, nempe aphoriſmo viceſimo, docuiſſet
manationem innaturalem, (hoc eſt humoris excretionem manifeſtam, vt
differat ab occulta & recondita defluxione) qualis eſt per fiſtulam, ſinum,
aut aliud vlcus, congruè permutari ad exitum naturalem, vt calamos na-
rium, veſicam, anum, &c. ſententiâ modò citatâ monet, ſi diuerti nequeat
ad exitum naturalem, quòd nullus ſit propinquus innaturali manationi,
eſſe deriuandam cauteriis vicinæ parti admotis. Non ergo ad exitum ha-
bituatum, vt ait Guido, quæ eſt manatio innaturalis, ſed ad naturalem
duntaxat moliendam eſſe, hoc aphoriſmo ſuadet. An habituatus meatus,
vt fiſtula diuturnior & ad vitam, pro naturali debet haberi? Itaque ad e-
am prudenter abducetur, quæ fieri incipit manatio, vt loquitur Arnaldus.

*Cauteria rotunda cum oliuari.*] Huius ſententiæ non eſt (quanuis hîc ci- 381.6.
tetur) Lanfrancus, vſurpat enim cutellare, quod ſecundum capitis tranſ-
uerſum imprimere docet.

*Herniam aquoſam & carnoſam.*] Sunt qui legant, aquoſam & ventoſam: 382.7.
quæ non fuit mens Guidonis. Siquidem in curatione herniæ ventoſæ hoc *Tract. 2.*
profitetur, ex Albucaſis ſentẽtia, non viſum aliquem eam curare cum ferro. *doc. 2. c. 7.*

*Gulhelmus de Saliceto ad ſex, vel octo.*] Octo re vera ſunt quæ hîc Gulhel- 382.25.
mus recenſet, quanuis diſtinctionis voculam (ſeu) nõnullis interponat. Ea
ſunt Oliuare, Cultellare, Clauale, Punctuale, Rotundum, Minutum, Radia-
le & Triangulatum. Quibus duo ſubiungit ex auro vel argento cõficienda:
vnum linguale vocatum, & alterũ acutum. Atque hęc duo media eſſe vult
inter cauteria quę fiunt cum ferro, & alia quę cum medicamentis.

*Quæ cõmuniter vocantur ad nodulũ.*] Nodulus eſt globulus ille, ſeu pilula 383.4.
quã vlceri facto vel cauſtico medicamẽto, vel actuali cauterio, imponimus,
vt quãdiu placet nutriatur vlc⁹, & apertũ maneat. Huic ſtatim præferet ſe-
tonẽ, quia nodulus (ait) egreditur, & cadit ſæpe, & indiget ligaturâ tædioſa:

Nempe vt in vlceris cauitate maneat, altiúſque immergatur, alioqui profectò inuitis nobis à carne ſuccreſcente excluditur. Eſt igitur cauterium ad nodulum, forma rotundum,quod ſolum cutem adurit, vt poſt eſcharæ caſum,globulo immittendo pateat locus. Id nos hodie frequentius cauſtico medicamento procuramus,quàm ferro candente.

383.14. *Super humerum, ad gibboſitatem humeralem & dolorificam.* ] Idem ſuperius monuerat Tract.6.doct.2.capite 3. his verbis: Ad vltimum, ſi prædicta non ſufficiunt, cauterizetur cum cauterio circulari, vt docet Albucaſis.

383.15. *Modus autem faciendi.* ] Hoc eſt applicandi ſeu admouendi:aliud enim eſt facere vel componere & pręparare cauteria.

383.31. *Aut aliquo ſepo.* ] Aliàs ſief,quod eſt collyrium:ſed minus rectè.

384.14. *Manatio innaturalis quæ diu manauit.* ] Vt fiſtula, aut aliud vlcus, per quod fluere ſolent excrementa. Vnde, niſi aliò diuertantur, periculum eſt ne ad membra nobilia regurgitent,vel eam partem corrumpant quam ſolita erant permeare.

385.28. *Operatione chirurgicalium.* ] Addidi medicinarum vt ſententia clarior eſſet.

385.37. *Quæ ſuo modo dicuntur ſubſtantiales.* ] Quidam ſupra vulgus chirurgorum doctus & ingenioſus, in Guidonis chirurgia conſummatiſſimus Mõſpelienſis chirurgus, dictionem hanc (ſubſtantiales) dici volebat de medicamentis quæ in humorum ſubſtantiam corpúſve agerent:quando videlicet humorem ipſum repellunt,aut attrahunt aut reſoluendo diſſipant, vel ex eo pus conficiunt,&c. vt complexionales ſeu qualitatiuas facultates, de iis quæ ſuis qualitatibus humorum qualitates oppugnant:ſcilicet, quæ minuunt vel extingunt caliditatem, frigiditatem, humiditatem & ſiccitatem materiæ. Verùm non minus ſecundæ quàm primæ virtutes ſunt qualitatiuæ,expultrix,(inquam)attractrix,retẽtrix,&c.quę ex primis oriũtur & dependent. Ex qualitatibus verò non niſi qualitates produci queunt. Qualitatiuas autem non minus eſſe facultates ſeu operationes ſecundas,exemplum apertè docebit in remolliente medicamento,quod quia in certo gradu calefacit,& exiccat,duro propriè dicto medetur. Quod verò ait Guido,ſecũdas qualitates dici ſubſtantiales,id de conſiſtentia (quam ſubſtãtiam nemo non appellitat) exponi interpretari debet:nempe duritie,mollitie,denſitate,raritate,viſciditate friabilitate,craſſitie,tenuitate, &c.quæ ſunt qualitates ſubſtantiam ſeu conſiſtentiam (vulgo corpus dictam) ſequentes vel facientes. Atque eo nomine ſubſtantiales fuerunt nuncupatę,nõ quòd in humoris ſubſtantiam agant. Siquidem quod emollit,in duritiem, (quę qualitas eſt) agit:& pleraque ſua conſiſtentia ſecundas facultates exercẽt,vt viſcidum ſeu emplaſticum ſuppurat, tenue reſoluit, craſſum ſiſtit aut repercutit, &c.

386.26. *Vno modo in clepſydra habente duo foramina.* ] Vaſa fiunt vitrea,quibus orificiũ eſt ſuperius amplũ, fundus verò foramẽ habet. Hoc etiã aperto,ſi occluſum

cluſum fuerit ſuperius, nihil effluit, quia nō ſuccederet aer. Hinc clepſydræ
nomē, quod liquorem clam & furtim occultet. Eiuſmodi vaſe vtuntur ad
ſeparandam aquam ab oleo de ſpica.

*Aut fœniculi.*] Sunt qui legant *fœnugræci.* & tolerabilis eſt vtraque lectio. 387.12.
vtraque enim ophthalmica eſt aqua.

*Per expreſſionem, vt oleum oliuarum.*] Olea quæ ſola expreſſione fiunt, ſim- 388.3.
pliciſſima ſunt medicamenta, ipſis etiam rebus ex quibus exprimuntur, ſim
pliciora: tantùm abeſt vt inter cōpoſitas medicinas cenſeri debeant, quod
hîc facit Guido. Eiuſmodi ſunt oleum oliuarum, nucum, amygdalarum, li-
ni, & laurinum. An compoſita hoc loco appellat Guido, quæcunque non
ſponte talia proueniunt, ſed arte parata: vt idem ſit compoſitum, & arte fa-
ctum locutione admodum impropria? Alia profectò ratione excuſari poſ-
ſe non video, quod in præparatione medicinarum compoſitarum mentio-
nem faciat oleorum ſimpliciſſimorum.

*Myrthinum, lininum, laurinum, muſcellinum.*] Oleum myrtinum aliud eſt 388.4.
ab oleo myrtillorum. hoc ex baccis myrti, illud ex foliis paratur. Vtrunque
verò compoſitum reuera eſt, quum ad ſui confectionem requirat oleum
oliuarum. Rurſus myrtinum duplex eſt: vnum ſimplicius, modò dictum:
alterum magis compoſitum, quod Nicolaus præſcribit ex foliis myrti, men
tha, croco, maſtiche, acacia, vino & oleo. Muſcellinum quoque, ſeu moſ-
chellinum duplex eſt: vnum compoſitum ex multis aromatis & moſcho,
vnde nomen: alterum ſimplex, quod fit expreſſione glandis vnguentariæ,
quam Arabes vocant *Ben*, & (vt quidam annotat ſupra Nicolaum) Muſcel-
linam. Græcis eſt Myrobalanus & Balanus myrepſica: de qua Dioſcorides
libro quarto. Eiuſmodi oleum hîc ſignificari arbitror, de quo idem autor
libro primo.

*Compreſſura, & ligatura.*] Hæc non ſunt medicamenta, ſed duntaxat in 390.26.
vniuerſum de remediorum ſiue (vt hîc vocat) antidotorum repellen-
tium genere.

*Quia inter operationes ſecundas chirurgicalium medicinarum.*] De hoc con- 389.30.
ſtat ex capite ſuperiore, vbi trifariam diſtinxit operationes medicinarum
chirurgicalium: & ſecundas partes aſſignauit iis quæ habent repercutere,
attrahere, &c.

*Olei roſati partes tres.*] Aliàs quatuor, vt ego vidi in antiq. exemp. manu- 390.28.
ſcriptis: ſed diſcrimen eſt negligendum.

*Ceratum Galeni in primo ſimplicium.*] Galenus loco hîc citato potiſſimum 390.32.
docet, frigidius reddere ceratum aquæ permiſtione: ídque ceratum, non ex
roſaceo, ſed ſimplici oleo parat.

*Nono ſimplicium, capitulo ſecundo.*] In noſtris exemplaribus, ex noua tran 391.18.
ſlatione videlicet eſt ipſius libri procemium.

*Pulegium, maximè ceruinum.*] Ariſtoteles hoc attribuit Dictamno, lib. 391.28
nono hiſt. animalium. Sed nulla eſt repugnantia, quum Dioſcorides anno-
tet Dictamnum etiam vocari à nonnullis Pulegium ſylueſtre.

391.36. *Rec.granorum inuentorum in fructu planta,quæ dicitur Aumeli.*] Ego ſic reſtitui locum hunc ex Auicennæ deſcriptione: quæ præterea piperis albi loco,macropiper requirit.

492.3. *Emplaſtrun apoſtolicum antidotarij Nicolai.*] Deſcribitur in chirurgia parua Guidonis:& eſt forma auxiliorũ numero decima. verùm in Nicolai antidotario non prorſus eodem modo proponitur, nec ſolum in doſibus eſt diſcrimen Guidoni conſuetiſſimum, ſed etiam in aſſignandis ſimplicibus. Nicolaus ita deſcribit: Rec.lithargyri vnc.ſex:ceræ rub. colophoniæ,ana vnc.duas: propolis,viſci querc.ana vnc.vnã: ammoniaci,lapidis calaminaris ana vnc.ſex: maſtiches, olibani, mumiæ, ana vnc.ſemiſs.terebinthinæ, galbani,bdellij,myrrhæ,chalcucecaumeni (id eſt, æris vſti) ſarcocollæ, lapidis calcis,dictami,ariſtolochiæ rotundæ, praſſij viridis, opopanacis,ana drach.tres.Modus componendi ab eodem Nicolao fuſè explicatur, quem ſciens omitto.

492.19. *Non nimis acria enim ſunt hæc,&c.*] Galenus ſic habet: Debent autem non admodum eſſe calida temperie: ſiquidem ea iam acria ſunt, & inhorrere faciunt. Neque item exiccatoria: nam & hæc ſenſibilia corpora colliquant, dolorémque in ipſis excitant. Quam ſententiam recitare placuit, vt rationẽ emendati huius loci haberet lector.Perperam enim legebatur in Guidone (& non nimis acris: acria verò,&c.)Porrò quod profitetur Galenus, exſiccatoria eſſe non debere quæ reſoluũt,id de inſigni exiccatione eſt intelligendum: vt ſuppleatur dictio (admodum) ſuperiori propoſitioni addita.Sic enim conueniet ſibiipſi,qui circa initium capitis ſcripſerat: Rarefacientium natura,tum modicè calida eſt, tum ἥκιστα (hoc eſt minimum) deſiccans,tum tenuium partium.

492.22. *Et ideo Ægyptij ſapientes in ſacrificiis eam dedicauerunt.*] Eſt Galeni ſententia huic loco non ſatis bene accommodata. Non enim quia inter reſoluentia principatum obtinuit chamæmelum, idcirco ab Ægyptiis ad ſacrificia eſt vſurpata, ſed quoniam febribus vnicè mederi crederetur. Nam quum febres, maximè verendi ſunt morbi, plantam quæ illas maximè diſcuteret atque diſſolueret, Apollini ſeu Soli ( quem medicinæ autorem putauit antiquitas) ſacram dicarunt Ægyptij. Sed quales febres & qua ratione eas ſanare poſſit,diſertè explicat Galenus loco à Guidone citato.

493.33. *Adeps caprinus(propriè hircinus.)*] Quia dictio (caprinus)æquiuoca eſt ad caprum & ad capram. Guido iſtud volens diſtinguere, annotat ſua parentheſi,hircinum præcipuè intelligendum eſſe.Vel potius,hircinum adipem eſſe caprino efficaciorem, quod etiam monuit Galenus.Inquit enim, caprarum & gallinarum adipem mediocres durities emollire: gallinarum gallorúmque adipe valentiorem eſſe anſerinum, & caprarum adipe hircinum.Ergo illa dictio (propriè) de efficacia maiore interpretanda.

494.7. *Muſcilaginis althææ & fœnigræci.*] Meſueus addit etiã muſcilaginẽ lini.

494.8. *Muſcilag.althææ.*] Meſueus loco huius præſcribit muſcilaginem paſſularum. Nicolaus præpoſitus quatuor mucilaginibus hîc à Guidone recenſitis,

cenſis,addit paſſulatum mucilaginem.

*Glutinis alcamb.& viſcus eſt.*] Aliàs ſcribitur Alchanach, vel Alkanach: 494.15.
aliàs Alzanach.atque id interpretantur gluten piſcium, quod Græcis eſt ichthyocolla.Sed parum refert vtrum gluten ſumatur,piſcium, an quo capiuntur aues.

*Cum quadā emplaſtica.*]Atqui viſcida nō eſt aqua tepida, quæ tamen dici 495.3.
tur reſuppurare. An ſatis eſt vt cutis poros occupet?Eſt verò neceſſe humoris tenues partes non reſolui,ſed craſſis permiſceri ad ſuppurationem. ſiquidem vera coctio fit miſtione humidi cum ſicco.

*Et non ad corroſiuam, vt dicebat Lanfr.*] Hoc quidem voluit Lanfran- 496.9.
cus,vbi ſimul de corroſiuis & leuiter mundificantibus agit: non tamen illud expreſſit, dum initio capitis ait, Mundificatiuum ſe habet ad abſterſiuum,lauatiuum, attractiuum ſordis, & exiccatiuum, ſicut commune ad proprium. quia quocunque modo per medicinam auferatur ſuperfluum, poteſt dici mundificatio. Quod certè negari nequit. nam id omne meretur mundificatiui appellationem, quod vlcus mundum ac nitidius reddit. Eget verò ſordidum valde ac putridum vlcus, iis quæ peculiariter corroſiua dicuntur. atque ea ſunt eiuſmodi vlceris mundificatiua. Quam obrem non temerè ſub mundificatiuo corroſiuum poſuit Lanfrancus. is tamen, peculiare caput corroſiuis peculiariter dictis aſſignat.

*Rec.terebinthinæ,ceræ albæ,&c.*] In aliis exemplaribus deeſt terebin- 497.6.
thina, quam primo loco ponit Auicenna. Eſt enim huius autoris deſcriptio, ad cuius exemplar nos etiam emendauimus doſin opopanacis & viridis æris ad drach.duas.Olei verò quantitas ab eodem præſcribitur, in æſtate quidem lib.duarum,hyeme autem lib.trium.

*Et ſi decoquatur vſquequo nigreſcat.*] Aliàs quouſque ingroſſetur, ſed 497.12.
minus rectè. Porrò non eſt hoc præcipuum diſcrimen vnguenti apoſtolorum Auicennæ,& Geraſſeos Meſuei: ſed quod præter illa duodecim ſimplicia (à quibus nomen impoſitum emplaſtro nonnulli interpretantur, quia totidem fuerint Apoſtoli) & oleum, vnguento ceraſeos addatur ſarcocolla & aloe, loco terebinthinæ,quam Guido vbique prætermittit, etſi in Auicennæ deſcriptione primum locum teneat.

*Aluminis,vnc.ſemiſs.*] Rhaſes non addit alumen, ſed viridis æris quan- 497.19.
titatem adauget. nam cùm accipiat mellis vnciam vnam, & aceti vnc.ß. addit floris æris (quo intelligit viride æris) drach.tres,quod ſupra proportionem ſubduplam eſt.

*Oleum muſcellinum, balaninum.*] Superius annotaui, idem eſſe muſcel- 499.15.
linum ſimplex, & de ben.Quod ſi eſt, non fuerunt hoc loco (vt nec pagina 410.linea 11.) diſtinguenda, ſed in eundem ſcopulum etiam paulò poſt impinget noſter Guido.Porro alter error vulgaribus codicibus accreuit, qui habent diſſylabum behen, pro ben monoſyllabo. Hæc

enim longè à ſe inuicem differunt, quum Ben ſit fructus glans vnguentaria vocatus, vt prædictum eſt: Behen verò duplex radix,alba ſcilicet & rubra,quæ inter cardiacas & alexiterias imprimis commendatur ab Arabib.

400.20. *Acedulam.*] Eſt acetoſa minor,quam etiam vocant Acetoſellam.

400.34. *Rec.thuris part.vnam, &c.*] Brunus hoc medicamentum recenſet inter Incarnatiua,aítque id eſſe mirabilis conglutinationis. Sed in doſibus nonnihil variat à deſcriptione Guidonis. Sic enim habet: Rec.olibani, part.vnam: ſanguinis drac.partes duas:calcis non extinctæ, part.tres. Lanfrancus verò priorum duorum doſin mutat, vt ſint olibani part.duæ, ſanguinis drac.pars vna.

401.27. *Rec.axungiæ porci vetuſtiſs.*] In hac deſcriptione duo ſunt potiſſimum animaduertenda.Primùm eſt, in veteri codice legi (axungiæ porci ſeu vituli) quod nos emendauimus. Nam quum Galenus ſuillum duntaxat requirat,eúmque antiquiſſimum,ſuſpicati ſumus dictionem(vituli)in locum (vetuſti) irrepſiſſe.Alterum eſt in doſi cuperoſæ, ſcilicet, quum idem Galenus præſcribat Chalcitidis (quæ eſt cuperoſa)vnc.quatuor,hîc quartarius non medicus,ſed mercatorius eſt vſurpandus.

402.16. *Totius ſectæ Theſſalinæ.*] Aliàs Tholoſanæ,ſed minus rectè : nulla enim fuit(quod ſciamus) Tholoſanorum ſecta.Innuit verò amethodicos nõnullos chirurgos Empiricorum ſectatores, nempe Rogerij & Iamerij, quos non ſemel eo nomine donat Guido.

420.20. *Rec.vtriuſque conſolidæ,&c.*] Hæc deſcriptio nonnihil variat ab ea quã Guido ſub eodem nomine propoſuit, vbi de inciſione neruorum agit. Vtrobique meminit Cynogloſſæ ſeu linguæ canis pro Arnogloſſa,vt opinor: quod etiam in locum illum annotauimus. Sed cùm hîc vtraque plantago recipiatur,illa dictio ſuperflua videri poteſt:aut loco plantaginis vtriuſque legendum erit plantag.minoris,vt habet Lanfrancus.Etenim duab.plantaginis ſpeciebus contentus eſſe videtur.

403.5. *Rec.Picis nigræ.*]Aliàs naualis. Porrò huius medicamenti, vtpote admodum vulgaris, frequentiſſimè meminit Galenus,etiam allati pro exemplo, vt lib.primo de elementis, & comm. tertio in librum primum de natura humana,&c.Conſtat cera,pice,reſina & adipe.

403.8. *Secunda formula eſt vnguentum fuſcum,ſecundum Nicolaum.*] A Guidone deſcribitur in Chirurgia parua, ſed paulò aliter quàm fecerit Nicolaus, qui ſic habet,Rec.olei lib.vnam & ſemiſs.ceræ,vnc.tres : colophoniæ,vnc. duas: gummi ſerapini,picis naualis colatæ,ana vn.tres: maſtiches,galbani, terebinth.ana vnc.vnam Confice ſic,&c.

403.19. *Aloes ſarcocollæ,ana tert.partem.*] Alij legunt quartam partem, ſed Meſueus tertia contentus eſt. Hîc præterea ſubiungit ſarcocollæ myrrham, quam Guido prætermittere non debuerat.

403.20. *Rec.ſeminis fœnugr.quart.vnũ.*] Aliàs quart.ſemiſſem. Et mox,vbi legimus donec marceſſat,nonnulli ſcribunt nigreſcat:ſed eôdem redire videntur,quum marceſcendo nigrum euadat.

Berbenæ,

*Berbenæ,lanceolæ.*] Sunt qui legant fauceolę,quod mihi non placet.
*Herba gratia Dei.*] Herba hæc Dioſcoridi, & aliis Græis vocatur Ela- 403.39.
phoboſcus, id eſt cerui pabulum ex Ruellij ſententia. Fuchſius autem vult
gratiam Dei ſeu gratiolam eſſe ſpeciem Geranij. Porrò Elaphoboſco no-
men inditum fuit, quia fama eſt ceruos ea cibatos reſiſtere ſerpẽtum mor- *Lib.3.cap.*
ſibus,autore Dioſc. 80.

*Mundatæ à pelliculis.*] Pelliculas denotat,qualiſcunque ſit ea dictio:e- 405.13.
go mutandam non cenſui ob exemplariorum conformitatem.

*Indi de Baldac drac.ij.*] Eſt quod Dioſcorides appellat Indicum,vbique 405.19.
*Lib.5.cap.*
in ſeplaſiariis venale ſub nomine Indi.Cęrulei eſt coloris:vnde fit vnguen- 67.
tum hoc azurinum, à noſtris iam ſæpius expertũ, optimò ſucceſſu. Baldac
regio eſt,patria Acanamuſali,cuius aliquoties meminit Guido.

*In mortario miſceantur.*] Aliàs additur,& ſit piſtillum calidum,quod cer- 405.25.
tè negligi non debet.

*Ligatura incarnante ligetur.*] Gallicus interpr.legit, ligatura retentiua, 406.2.
ſed minus rectè,ſiquidem illius,vtpote communis omnibus & peruulgatę,
quid eſſet opus meminiſſe?

*Farinæ volatilis,ana part.vnam.*] Brunus reliquorum omnium partes æ- 409.2.
» quales ſumit,vt facit Guido:ſed de farina volatili ( quam ille puluerẽ mo-
» lendini appellat ) ſic ſcribit:Addatur aliquantulum de puluere molendini,
» donec ſit medium inter ſpiſſitudinem & ſubtilitatem.

*Verùm oportet quod minuatur oleum,& augmententur gummæ.*] Lanfranci 409.9.
deſcriptio minus habet olei,quàm iſta,& minus etiam gummi.

*Ad eandem intentionem eſt oxycroceum.*] Deſcribitur à Guidone in par- 409.19.
ua chirurgia iuxta formam à Nicolao traditam.

*Olei communis vncias iiij.*] Lanfrancus oleum antiquum eſſe vult,& me- 410.23.
ritò:ſiquidem tale magis multò emollit quàm recèns.

*Eſt eleuatio qualitatis alicuius complexionalis.*] Complexionales vocant 410.43.
primas qualitates, quòd complexionem, hoc eſt temperiem conſtituant.
Harum verò gradus ſcrutantur medici,non colorum,odorum vel ſaporum
quia omnium primæ vim habent maximam alterandi & immutandi cor-
pora noſtra,quod ſecundis negatum eſt.

*Eſt frigida in primo,& ſicca in tertio.*] In primo quidem gradu frigida eſt, 411.36. *Li.6.ſim-*
quando illota fuerit : nam lota, vt ait Galenus,ſecundi ordinis refrigeran- *pl.*
tium eſt.

*Fæx ceræ,aut aluearis.*] Propolin videtur ſignificare. 414.31.

*Fraxinus,arbor fr.*]Rectius dicas,temperatè cal.& maximè tenuium part.
415.3.
*Fumus terræ herba frigida in primo,&c.*] Sequitur Auicennæ ſententiam. 415.6.
Galenus acrem & amaram pronuntiat:quæ ſunt caliditatis notæ.Calidam 416.18.
& ſiccam in ſecundo ſtatuunt neoterici.

*Lycium,&c.cum humiditate in ſecundo.*]Hoc quidem conuenit mitigatiuo 419.7.
medicamento,at Galenus ſiccum in ſecundo ſtatuit.

*Solum frigidum & ſiccum vltra ſecundum gradum.*] Quum ſint quatuor ſo-

lani ſpecies, ea duntaxat quæ peculiari nomine ἀλικάκαβον Græcis dicitur,
barbaris Alkekangi,hoc loco proponitur,vt ex facultatibus hîc propoſitis
licet aſſequi.

419.39. *Verb.herba frigida.*] Omni dolori capitis antiquo ex frigiditate medetur,
Gal.2.ca.10. de cephalea agens.ergo frigida non eſt.

420.16. *Vzifur,quod eſt rub.*]Eſt cinnabrium, quod Arabicè dicitur *ſedech & v-
zifur*:vel(vt annotat Belunenſis)*zengiufer.*à quo vocabulum eſt corruptum,
420.39. *Vzifur.*

*Quolibet die vnus gobeletus per nouem dies.*] Theodoricus propinat quoti-
die tres paruos cyathos:vnum in prandio pro primo hauſtu,alterum in cœ-
420.38. na,tertium inter prandium & cœnam:ídque per triduum.

*Vnguentum citrinum totius communitatis.*] Deſcribitur in chirurgia parua
Guidonis.

421.22. *Rec.ceruſſæ lotæ,drac.iiij, &c.*] Galeni deſcriptio ab hac nonnihil variat.
quippe ſarcocollam non habet,& cadmiam lotam recipit. Eſt quoque di-
uerſitas in doſi ac proportione ſimplicium. Huic ſimillimam Rhaſi attri-
422.28. buit in ſuperioribus Guido,curam ophthalmiæ docens.

*Flores coralli rubri.*]Coralliũ,ſiue(vt Theophraſtus appellat) Curallium
à nonnullis vocatum eſt *Lithodendron*, quod arbuſcula ſit, & quamprimum
in aerem profertur, lapideſcat. Hinc etiam Gorgonia fuit nuncupatum, vt
ex Plinij hiſtoria conſtat.Frutex eſt mari proprius,qui ſub aqua mollis de-
prehenditur, & colore viridis: quanquam deinceps pro natura ſucci vnde
concreuit,càndidus vel ruber,nonnunquam & niger euadat,rarò ſuam re-
tineat viriditatem. Baccas fert cornis ſimiles forma & magnitudine, mol-
les & candidas,vt refert Georgius Agricola. Dum verò retibus euulſum,
aut ferro præciſum è mari extrahitur, capillitio quodam ceu muſco arbo-
rum illi pertinaciter adhærente & innato circumuolutum apparet. Quod
mihi oculata fide teſtatus eſt vir probus & doctus D.Balthaſar Faber re-
gius medicus,cui hoc non ſemel fuit obſeruatum Seſurnij Prouincialium.
Atque eum eſſe qui vocetur Flos corallij, minimè vana coniectura credi-
derim. Audio aliud eſſe flores coralli,& Gallis vulgò dici *endiues*: non ta-
men eſſe endiuiam.An eſt anagallis flore rubro,quæ etiam corallium dici-
tur à Paulo Ægineta in deſcriptione medicamenti διὰ κοραλλ.quod vere di-
ctum corallium non habet? Vide Manardum lib.3.epiſt.4. Sed cùm acris
ſit & valde abſtergens anagallis, non video quî propoſito affectui rectè
conueniat.

*Ex croco ferri,aut ſquamma eiuſdem cum melle,vt dicit Gal.*] Duo proponit
423.2. remedia, vnum ex croco ferri, alterum ex ſpuma ferri cum melle. Horum
poſtremum tradidit Galenus. Porro ferri crocus arte fit, quam Bulcaſis
(Seruitor cognominatus) his ferè verbis explicat:Accipe de limatura ferri
quantum vis,impone laminæ ferreæ ſuper ignem,donec valde calefiat. Ita
calidam limaturam tere diligenter in mortario ferreo. Rurſus incaleſcat
laminæ ſuperpoſita, & poſt teratur vt ſuprà,ídque viciſſim decies aut am-
plius

plius reiteretur:nam quò frequentius, eò melius. Quando acceperit colorem croci,cuicunque rei adhæſerit,colore ſuo inſeparabili tinget. Exiccat adeò,vt ſi eo inſpergas locũ vnde pilus fuerit euulſus,renaſci omnino prohibeat. Vlcera præhumida & difficilis ſanationis potenter exiccat in vnguentis,ſed potentius per ſe & ſolùm inſperſus.

*Fiat puluis,in quo ſit modicum de alumine.*] Hîc deeſt plus quàm integer 423. 23.
verſus quem reſtituere licet ex parua chirurgia,vbi non duæ duntaxat, ſed *Doct. 7.*
» tres auxiliorum formæ proponuntur.Earum prima eſt hæc,ad cuius finem *cap. 7.*
» ſic ſcriptum legimus:fiat puluis. Vtatur manè & ſero cum aqua aluminoſa.
» Deinde ſequitur:Secunda forma eſt,gargariſma cum aqua ardenti, in qua
» ſit mōdicum de alumine.Poſtremò addit tertiam,quæ hoc loco pro ſecun-
» da ponitur.

## LAVR. IOVBERTI ANNOTATIONVM IN GVIDONIS CAVLIACENCIS CHIRVRGIAM FINIS.

# INTERPRETATIO DICTIONVM D. GVIDONIS DE CAVLIACO, CVM FIguris inſtrumentorum Chirurgicorum in eius opere memoratorum: mutuatis vtplurimum ex operibus Domini Paræi,

*PER ISAACVM IOVBERTVM primogenitum interpretis.*

# INTERPRETATIO DICTIONVM D. GVIDONIS DE CAVLIACO.

## Studioſis Chirurgiæ præfatio.

VNA QVAE QVE *ſciẽtia, vnaquæque ars, & vnũquodque magiſteriũ certa vocabula & voces proprias habet, quæ ante omnia explicandæ & docendæ ſunt tyronibus tanquam elementa vel alphabetum. Aliter ſeu legendo, ſeu loquendo retinentur, coguntúrque diuinari, quid ſibi hoc velit ſignificare: & interim non intelligunt diſcurſum, nec tenorem & continuationẽ rei propoſitæ. Huiuſcemodi autem dictiones & modi loquendi plurimi ſunt in ſcientia medicinæ & arte Chirurgiæ, à Græcis, Latinis & Arabibus mutuati, plurimæ quoque voces & dictiones barbaræ & vulgares, quæ multum laboris præbere poſſunt lectoribus parum vel nihil verſatis in autoribus, qui eas receperunt familiaritérque vtuntur. Hac igitur conſideratione motus, poſtquam decreui & ſtatui re ipſa bene mereri apud chirurgos noſtri temporis, laborẽ fructuoſum ac vtilem ſumere cogitaui (cuius tyrones in Chirurgia mihi gratias agent) exponens & declarans particulatim terminos obſcuriores medicinæ, & Chirurgiæ: eos ſaltẽ quos reperi & animaduerti in recognoſcenda & renouanda D. Guidonis Chirurgia difficiliores & ſcabroſiores eſſe. In hoc autem Galenum imitor, qui in certo libello interpretari & declarare voluit dictiones quaſdam & phraſes Hippocratis (authoris quidẽ omnium noſtrorum bonorum, ſicut ipſe ſæpius eum appellat) quas ipſe propriè & expreſſe Gloſſas nominauit, & non verba aut dictiones. Hanc verò facit differentiam, quòd voces, ſunt communia & vſitata verba (etſi ab omnibus non intelligantur, & explicatione egeant) Gloſſæ verò ſunt dictiones antiquæ, quæ non ſunt amplius valdè in vſu. Dixi autem valdè quoniam quædam etiam adhuc retinentur. Hippocrati verò ipſas attribuit, non quòd ipſe eas inuenerit ac inſtituerit: quinimò ob duas alias rationes: quarum vna eſt, quia Hippocrates illis libenter vſus eſt cum aliis ſui tem-*

*poris:altera,quoniã plures ſunt,quas Hippocrates ſibi attribuit,vel tranſferendo ipſas ab vſu, vel aliam figuram eis accommodando, vel in ſenſu eas immutando. Sic igitur hunc paruum tractatum inſcribo, Interpretationem linguarum.i.Dictionum Guidonis,quamuis alij Medici & Chirurgi barbari ſui temporis eadem pariter ratione ſcripſerint,aut loquuti fuerint: ipſe tamen mihi viſus eſt dignior tali honore,& hoc meo labore. Sunt etiã alia verba & locutiones,quæ non minorem requirunt expoſitionem quàm quæ particulariter linguas appello,licet hodie ſint valde in vſu. Nos autem eas in noſtris annotationibus explicauimus, in quibus reperiẽtur nõnullæ harum etiam. Non eſt tamen ſuperfluum nec vanum, nos hîc eas rememorari: quoniam ſemper faciliùs in hoc reperientur tractatu, qui ob eius optimam diſpoſitionem pro facili inſeruiet indice. Nam vt promptiùs inueniantur,diuidimus ipſum in quatuor partes vel claſſes: quarum prima continebit tantùm dictiones Anatomicas, ſecunda Pathologicas, tertia medicamentorum tam ſimplicium quàm compoſitorum: quarta verò continebit dictiones inſtrumentorum & operationum chirurgicarum. In qualibet autem parte ordinem alphabeti ſemper obſeruabimus,ita vt nullo alio opus erit indice: quo quidem annotationes noſtræ indigerent, ad indicanda verba & ſententias notabiliores, quod Deo fauente aliquando agere poterimus,ſi labor iſte vobis ingratus haud fuerit.*

INTER-

# INTERPRETATIO DICTIONVM ANATOMICARVM.

## A

ACROCHIRON, Ait Guido pro acrochinis, dictio Græca eſt, quæ manũ ſignificat à carpo vſque ad vnguiũ extremitatẽ. *Acron* enim extremitatẽ ſignificat, & *Chir* manum. Videatis in tractatu de Anatomia Doctrina 2, capite 4.

*Acromion*, paruus humerus eſt, vel extremitas humeri, quæ apparet antè ſupra brachii caput. *Acron* enim ſignificat extremitatem, vt dictum eſt, & *omos*, humerum.

*Adiutorium*, vel *os adiutorij*, eſt antebrachiale ab humero vſque ad cubitum. Appellatur autem ſic, meo iudicio, quoniam manui opem fert ad longius aliquid comprehendendum, vel maius onus amplectendum.

*Aiguille* eſt os paruius ac tenuius ex duobus, quæ ſunt in crure. Græci appellant ipſum *Peronim*, Latini *Fibulam*: barbari verò *Aiguille* & *Forile minus*. Videatis 8. caput ſecundæ doctrinę in Anatome.

Os *Aiguilleux*, apophyſes ſunt, vel extuberantiæ oſſium petroſorum, quæ cum auibus aut piſcibus ſimilitudinem habent. Græci appellant ea *Belonoides* ab acu, & *Graphoides* à diſcerniculo. Latini *Stiloides* ab eodem diſcerniculo, vel à ſtilo ad ſcribendum ſuper tabellas. Videatis in anatome Doct. 2. cap. 1.

*Aire des poils*, eſt extremitas cartilaginoſa palpebrarum, ex quibus cilia oriuntur. Græci appellant *Tarſum*, quod ſignificat etiam primam pedis partem, ſicut dicetur ſuper dictione Metarſi.

*Anches*, quas Barbari ancas vocant, vulgum inſequentes, ad ſignificandũ imum ventrem, qui ab vmbilico vſque ad os ſacrum continent antè & retro, ilia, clunes & partes verecundas, ſicut Guido explicat cap. 7. Doct. 2. de Anatomia. Nullum verbum reperitur Græcè nec Latinè, quod ipſi correſpondeat, quod ſciam: niſi quis appellare voluerit totam hanc partem ab eo quod maius eſt, à natibus ſcilicet, quæ Græcè glutia, Latinè verò clunes & nates dicuntur. Namque barbari quoque nominant anchaformes, particulas rotundas cerebri, quæ clunibus aſſimilantur (vnde à Græcis appellantur glutia, & à Latinis nates) veluti ilia & clunes apud barbaros eſſent vnũ & idem.

*Anſes*, inter oſſa temporum, eſt illud quod Græcè dicitur zigome, Lati-

nè verò os iugale,ita nominatum à forma iugi.hæc autem ſunt veluti duo latera capitis,quibus ſubleuari cranium & ſubſtineri poteſt.Barbari appellant etiam oſſa paris,vel paria. Videatis ſuper litera P.

*Apoplecticæ* arteriæ,illæ ſunt,quas Græci Carotides,vel Carotiques appellant : quia cùm vulneratæ, vel compreſſæ,aut obſtructæ ſunt, ſomnum profundum cauſant, qualis apparet in morbo Caros dicto,quem Arabes Subeth appellant.vnde eadẽ ratione has arterias Subethales quoque appellant. Simili quoque affectione Apoſtolicæ dicuntur.

B

*Os Baſilaire* (incongruè baxillare dictum) illud eſt quod in baſe cranij reperitur inter os maxillare ſuperius,& vas capitis. Græci ipſum appellant os Sphinoidis,Latini verò Cuneiforme:quoniam infixum eſt & complantatum veluti cuneus,Græcè Sphen dictum. Nonnulli Paxillare appellant à ſimilitudine parui pali vel paxilli.

*Beccuë* ſiue roſtralis additio vel additio in forma roſtri,illud eſt os,quod Græci Olecranon dicũt,id eſt extuberatio ſiue apophyſis magni focilis brachij,quo partim iũgitur antebrachiali,& ſuper quod cubitus recũbit. Cõmuniter.n. cubitus quoque dicitur.Græci appellant etiã coronatũ,quod ſignificat roſtrũ corui vel corniculæ. Hinc barbari pariter ipſum roſtratum nominarunt. verè etenim apophyſis eſt, id eſt adnaſcentia roſtro ſimilis.

*Bouclier* ſtomachi, appellatur Xiphoïdes Græcè,enſiformis autem Latinè à figura enſis Græcè Xiphos dicti.Cartilago autem eſt quæ pendet à medio pectoris ſupra ſtomacum contra os eius poſita veluti ſcutum. vnde ob hunc vſum ſcutiformis etiam appellata fuit. nam ſcutum Latinè anſile & parmam ſignificat. Guido quandoque appellat huiuſmodi cartilaginem forcellam.de qua re videatis in litera F.

*Cahab* Arabicè ſignificat aſtragalum Græcè, & talum Latinè, oſſiculum pedis eſt ſuper quod innituntur duo cruris oſſa,quę totum ipſum cooperiunt,ex eo luditur ſicut ex talo.Aliud autem eſt talus, id eſt calx & calcaneũ Latinè dictum, pterna verò Græcè,quod valde poſt crus extuberat.

*Caiſſette* cordis, Græcè pericardion, Latinè autem capſula, membrana eſt,vel tunica cor continens veluti loculus.

*Caiſſaux* dents. Videatis in verbo *Duales*.

*Caiſum,chaïſum,chaiaſum vel catheſim*,os eſt colatorium dictum ſupra nares,à Græcis ethmoïdes appellatum, & à Latinis cribriforme : quoniam eſt totum perforatum tanquã cribrum, Græcè ethmos dictum. Hippocrates appellat ipſum os ſpongoide,id eſt ſpongioſum ratione corporis ſpongioſi,quod ipſi adheret ex latere cartilaginis, nares ſeparans. Huic oſſi colatorio adhæret vel continuũ eſt os criſtæ, de quo iam iam loquemur.in hac parte fit obſtructio catheſialis, quæ propoſita eſt 6.tract.Doct.2.c.2.part.4.

*Ceruices*.Guido non bene diſtinguit muſculos corporis, quinimo craſſo modo de illis tractans in ſua Anatome, iuxta id quod proteſtatus eſt,ſe de eis

eis non ſcribere,niſi craſſè & materialiter,ſecat ac diuidit omnes muſculos, qui collum circundant,in tres ſpecies carnis:quorum primos *longos* appellat,& propriè ceruicales. Dicit autē propriè, quum paulò antè longos etiā nominauerat muſculos,qui extenduntur circa colli longitudinem, & rutrum faciunt.

*Chaine du col*,catena colli barbarorum eſt. Dicitur propriè *Chainon*: & nonnulli corrumpentes verbum,dicunt *Chinon du col.* Illud eſt quod Latini appellant *ceruicem*,partem colli poſteriorem.

*Chapeau de la verge*,pręputium eſt,cui metaphoricè inditum eſt hoc nomen,quoniam glandem cooperit:metaphoricè quoque dicitur *teſte*, veluti pileus caput tegens.

*Cheuille du pied*, non eſt os, ſed potiùs protuberationes ſunt & eminentiæ, quas duo cruris oſſa verſus pedem faciunt ab vtroque latere, ac ſi eſſet os tranſuerſim præteriens. Barbari ipſam appellant Cauillam,Græci verò Sphyriam,quæ malleolum ſignificat,ſicut & vox Latina.

*Chorde*, Vocant barbari quod Græci appellant tenon, & aponeuroſim: Latini verò tendonem & tendinem,Barbari dicunt etiam tenantes,imitantes potius Græcum quàm Latinum nomen. Hoc nomen Chordæ videtur potiùs conuenire ligamētis,quæ oſſa & alias partes ſimul ligatas retinent. tendonibus tamen attributum eſt (meo iudicio) quia compoſiti ſunt filamentis nerui & ligamenti ſimul conuolutis, quod dici non poteſt de ſimplici ligamento,quod denominationem ſuam habet ab officio,veluti chorda ab eius artificio.

*Chorda brachij*,à Barbaris dicitur funis brachii, inſignior ramus venæ humeralis eſt. Videatis in tractatu de Anatomia doct.2.cap.4.

*Os claual*,mea ſententia,illud eſt, quod Latini *mammillarem* eminentiam appellant ad Græcorum imitationem,qui maſtoïdem appellant.maſtos enim mammam ſignificat.vnum os eſt ex apophyſibus oſſis petroſi craſſi & ſolidi veluti mamma vaccæ. Corpus ſuper Mundini Anatomiam vult Aiguille & claual.i. os fibulæ,& os mammillare quod ſint vnum & idē. Cui manifeſtè repugnat quod Guido de ambobus ſcribit in 1.cap.doct.2. Anatomiæ,& eorum nominum etymologia. namque Aiguille dicitur ille,qui rectè & agiliter incedit:claual verò ille dicitur,qui eſt craſſus & tardus.

*Cliban*,videatis Furnum.

*Colligatio* à ligamine vel ligamento capta eſt:propriè autē ſignificat connexionem:& ſic optimè reſpondet voci Græcæ ſyndeſine. Namque deſine, ligamentum ſignificat,vnde ſyndeſines connexionem vel colligationem.

*Commiſſure*, verbum eſt quidem elegans ad exprimendā iuncturam,coniunctionē & connexionē:ſed raró vtitur,niſi ad ſignificādas oſſiū capitis cōiūctiones & cōnexiones per ſuturas,harmoniā vel ſquamulas. Hæc poſtrema nota ſupernominatur falſa & mendax.

*Coniunctiua* exterior tunica eſt oculi,vel potius eius ligamentū. Illa enim nō eſt propriè ex oculi tunicis,ſed mēbrana,quę adnectit & cōiungit ipſam

partibus propinquis,vnde ſuum accepit nomen.Græci appellant ipſam *epipephycos*: cui nomini apprimè correſpondet Latina vox *adnata*.

*Cornua* capitis duo ſunt latera frontis, quæ in nonnullis valde eminent & ſurſum eleuãtur, ita vt dicitur eos cornua geſtare. *Corporalis* vena ea eſt, quæ mediana vel media etiam appellatur, quod media eſt inter axillarem vel baſilicam dictam, & humeralem vel cephalicam, compoſita ex ramulo vtriuſque. appellatur etiam nigra, & corporalis dicitur ab eo quòd totum euacuat corpus,nec minus inferiores partes quàm faciat ſuperiores.

*Os criſtæ* ita nominatum à ſimilitudine,quam cum criſta habet,eſt in baſe oſſis frontis intra craneum infixum. Veſalius connumerat ipſum pro oſſe octauo. Ab eo ſcilicet vbi adhæret cartilago illa, quæ nares ſeparat, procedit,& oſſi cribriformi coniungitur:de quo egimus in verbo & dictione caiſum. *Cyſtis* dictio Græca tãtũ valet ac veſica Latinè dicta. Duæ ſunt in corpore, vna ad recipiendam vrinam, quæ abſolutè dicta eſt vrinæ veſica. Altera eſt receptaculum bilis,& appellatur veſicula fellis Latiné. Dicitur etiam cyſtis de ſacculo,qui quorundam apoſtematum materiam continet: quoniam eſt veluti veſica quæ continet humorem ſaltem à principio.

## D

*Didymis* propriè Grecè dicitur quod Latinè geminus appellatur:Gallicè autem *Gemeau,ou beſſon*. Anatomici hoc nomine vocant prolõgationem peritonæi,quæ comitatur vaſa ſpermatica, vel ſaltem tranſitum ipſis præbet vſque ad teſtes,qui etiam eo conuoluti ſunt.Hoc eodem nomine quandoque ſignificantur teſtes,quoniam gemini ſunt.eorum tamen propria denominatio Græca eſt *Orchis*. Prolongatio iã dicta vaginæ ſimilis vires acquirens ſupra ab apophyſi vel proceſſu tendonis muſculi abdominis obliquè aſcẽdentis,qui cremaſterem facit,eſt valde fortis:& ita duplicata meruit didymi nomen. Ipſa impedit ne teſtes ſeſe mutuò obſtruant: & ſi vnus ſit malè affectus,ne alter ab eo lædatur.

*Diploë*,Barbari hoc nomen Græcum corrumpentes,*diſploë* ſcribunt,duplex ſignificat. Anatomici capiunt ipſum pro eo quod eſt inter duas cranei tabulas, ſicut etiam Guido exponit in 3.tract.doct.2.cap.1.ſub titulo, De vulneribus capitis per inciſionem factis cum fractura cranei non penetrante. Latus hoc eſt, in quo apparet craneum duplex eſſe: vnde meruit nomen *Diploë*. Huiuſmodi latus molle eſt ſpongioſum,& aliqualiter medulloſum.

Domeſtica pars membri. Videatis *Syluestre*.

*Duales,ou duelles* ſunt duo primi dentes, qui oriuntur in medietate maxillæ ſuperioris vel inferioris. Latini appellant eos *Primores*, nos autem Gallicè *premieres*. Duo verò qui ſubſequuntur Guido vocat *quadruples*, quoniam ipſi numerũ quaternariũ perficiunt cum duobus prioribus.Et hi quatuor Græcè *tomis* appellantur, Latinè verò *inciſores*, quia incidunt. Sequuntur canini Græcè *cynodentes* dicti,vnus ab vtroque latere,rotundi ambo &

bo & acuti veluti dentes canis à quo nomen aſſumpſerunt. Duo ſuperiores vulgò oculares dentes appellantur:quoniam creditur ipſorum radicem oculis valdè propinquam eſſe.Sequuntur poſtea quatuor vel quinque craſſiores dentes,qui apud Tectoſages vulgò appellantur *Caiſſaus* quoniam ſeruiunt ad res duriores frangendas, ſicuti nuces & huiuſmodi. Latini vocāt ipſos *Molares*, veluti Græci *mylos*, & nos Gallicè *Molaires*, ad ſimilitudinem molæ moletrinæ. Græcè quoque dicuntur gomphii,id eſt clauales, quia infixi ſunt veluti clauus aut cardo portæ vel feneſtræ,qui apud Tectoſages nunc vulgò Gallia Narbonēſis dicta, vocatur *Gouphon* ad imitationē Græci nominis.Guido duos poſtremos molares appellat,quos Latini *Geminos* vocant, & Græci ſophroniſteres id eſt ſapientiores,quoniam ipſi tardè naſcuntur ſicut ſapientia.

F

*Fociles*,duo ſunt oſſa parui brachii,& duo cruris.Magnū brachij focile à Græcis *Cybiros* & *pechys* nominatur, à Latinis Cubitus & vlna:minus Græcè dicitur *cercis*, Latinè radius, qui ſignificat radium textoris,cui ſimiles ſunt hi duo fociles ſimul iuncti, non vnus tantùm:in crure autē focilis maior à Græcis *cneme* vocatur,à Latinis verò tibia:minor autem Græcè *perone* dicitur,Latinè Fibula:Guido acum illum appellat. Videatis dictionem *Aiguille*.

*Fontanelles*, diuerſæ ſunt corporis partes, quibus infiguntur vlcera cum medicamentis cauſticis vel cauteriis actualibus, vt per hæc vlcera ſuperfluitas materiæ aſſiduè deſtillet veluti aqua ex fonte. Locus in quo fieri debet vlcus,per cauterium in capite,eſt vbi ſuturæ ſagittalis ſc.&coronalis ſibi occurrūt: in collo verò eſt in poſteriore parte capitis ſupra primam vertebram:in brachio eſt in capite muſculi epomis dicti, & deltois,vel lambrois: in crure autem eſt ſub genu & poplite in parte externa vel interna inter muſculos,qui cauitatem ibi relinquunt. Guido aliarum duarum fouearum ad cauteria recipienda meminit in tractatu de Elephantiaſi circa finē,altera eſt in inguinibus,altera verò in axillis: addatur tertia ſub auribus,quæ ſunt ad opem ferendam tribus emunctorijs.

*Forcelle & Forculle* diuerſæ ſunt partes, ſicut patet ex textu Cuidonis Cap.5.doct.2.de Anatomia.Forcella eſt ſcutū ſtomachi,de quo diximus in litera B. Furcula eſt clauicula Græcè *cleis* dicta, quæ clauem Latinis ſignificat. Guido eam deſcribit tamquam vnum os tantum ſit,duos habēs ramos, quorum vnuſquiſque humerum habet,ſicut ait in cap.4.doct.2.de Anatomia:inde autem factum eſt,quòd furcula & os forculare appellatum fuerit,quod ſignificat forficulam,& os retortum: reuera tamen hæc duo ſunt oſſa, quæ ex ſeipſis facilè ſeparantur.

*Four*, Latinè clibanus,à Barbaris Anatomicis dicitur,id quod Cræci *thorax* nominant,Latini autem pectus:huius pars anterior Græcè dicitur *ſternon*,nos Galli appellamus *poictrine*, ſub quo nō comprehendimus ilia,dorſum & humeros,ſicut faciunt Græci ſub nomine pectoris. Dicitur autem

clibanus vel furnus ratione eius figuræ,& magnæ capacitatis : ſed magis etiam ratione magni caloris in eo contenti, veluti ignis perpetuus à corde protendens.

*Gargareon* à barbaris vocem corrumpentibus Græcam, *gargarion* dictus, à Latinis gurgulio nominatur,Gallicè autem *laluëtte*,cùm præter naturam longior ſe habet,Græcè appellatur *cion* vel *cionis*,cui voci Latinè correſpõdet columna vel columella,i.columna vel colũnula,ratione eius figuræ longæ & rotũdę.Quòd ſi eius extremitas ac finis gracilis ſit,caput verò & principium valde craſſum ad acini formam, Græcè *ſtaphylis* appellatur, Latine vua aut vuula,vnde videtur formata vox,*de luëtte:* vuula tamen ſemper eſt ægritudo,ſicut etiam columella *cion* vel *cionis* dicta.

*Os greſleus*,Latinè grandinoſum dictum,eſt vnum ex quatuor oſſibus pedis *tarſus* nominatus. Propè talum aſtragalum,vel oſſiculum aut nauicula: tria eius cõparia anonyma ſunt,i.abſque nomine propria.iſtud autẽ Græcè appellatur *cyboides* à figura ſex facierum veluti teſſera. Namque *cybos* vel *cubos* id ſignificat, quod vndique quadratum eſt. Hoc tamen os eſt vndique valde inæquale: & nihil aliud cõmune cum cubo habet quàm quòd eſt ſex facierum. latus quoque eius internum duplex apparet impropriè etiam grandinoſum à grandine appellatum eſt, cùm rotundum communiter ſit: niſi forſan quis ipſum potius dicere voluerit *greſle*, id eſt à grandine percuſſum. quia videtur à malleo ictum vndique eſſe.

*Guidegi, vel Guidez* Arabicè, venæ ſunt colli à Græcis *ſphagoides* appellatæ,& à Latinis iugulares,quoniam aſcendunt per iugulum Græcè *ſphagos* dictum,& iugulum Latinè,ab eo quòd facile eſt aliquem ex ea parte interficere. *Sphatto* enim Græcè interficere ſignificat: vnde prouenit verbum *ſphattin*,quod ſignificat dilaniare, diſrumpere & interficere. iugulares venæ duplices ſunt,externæ & internæ.notandum eſt quòd Guidonis textus non eſt ſatis clarus in colli anatome,vbi videtur dicere,quòd tam arteriæ quàm venæ guidegi & apoplecticæ ac ſubethales appellentur: ſed ita legendũ eſt. Tu quoque contemplaberis magnas venas & arterias,&c. Appellantur autem venæ guidegi & arteriæ Apoplecticæ,profundæ,vel &c.

H

*Hanches,* Videatis *Anches.*

I K L

*Lacertus* & muſculus idem ſunt: vnus à ſimilitudine lacertæ dictus,alter à mure.Hic autem imitatur magis verbum Græcum,quod eſt *mys* vel *mus*, quod Latini retinuerunt,& dixerunt muſculum diminutiuè. Gallicè quoque dicitur *la ſoris*, pro craſſiore parte anterioris brachij, in qua muſculi ſunt magis apparenres:& apud Tectoſages vel in Gallia Narbonenſi ſimiliter appellant hanc partem,*lous muſcles*. Huiuſcemodi verò ſimilitudo ex eo eſt,quòd tam lacerta quàm mus breue habent caput,ventrem craſſiuſculum,& caudam gracilẽ & longam: ſimiliter ſe habet pars illa corporis muſculus, vel lacertus appellata cum ſuo tendone ſumptus.Quod præcipuè intelligen-

telligendũ eſt de muſculis melius formatis, veluti plurimi ſunt in brachiis & cruribus. Alij enim ſunt, qui nullo pacto his animalibus aſſimilantur: muſculi tamen nominantur à digniorum & melius formatorum nomine. A lacerto dicitur caro lacertoſa, ſicut à muſculo caro muſculoſa.

*Lacrymal*, cauitas eſt vel trãſitus naturalis in angulo naſi verſus oculum: vbi glandes ſunt, vel caro ſpongioſa, quæ continent ac retinent materiam lacrymarũ ſic à Latinis dictarum. Cùm hæ glandulæ vel caro conſumptæ ſunt & deprauatæ, oculus ſemper plorat, & hæc affectio Græcè *ryas* dicitur.

*Lacuna* vel foſſicula cerebri, illud eſt quod Græci *choane*, & *pyelos* ac *lenos* appellant, quæ Latinè ſignificant infundibulum, peluim & torcular. Gallicè autem *entonnoir, baſſin & preſſoir.* Cauitas eſt in medio cerebri in formam infundibuli, quæ deſinit in glande iacente in lecto, à Græcis *clinoide* dicto, oſſis vniformis: ac recipit pituitam medij cerebri ventriculi. Cuius officij gratia barbari hanc cauitatem à nomine lacunæ appellant, quæ foueam vel locum imum agri aut pauimenti ſignificat, ad recipiendas & colligendas aquas.

*Os laudæ & laudiforme* à barbaris dictum, os eſt *lambdoidis* ita à Græcis nominatum à ſimilitudine literæ Λ, ab eis *lambda* vocata. Barbari vocem corrumpunt, *lauda* ipſam dicentes. Os illud eſt quod linguam ſuſtinet, aliter dictum *yoides* vel *ypſiloides*, quoniam ſimilitudinem quoque refert literæ ypſilon ſic formatæ Y. Ab eodẽ *lambda* appellatur ſutura cranei, quæ os occipitis circundat, quod etiam nonnulli os laudæ appellant, & *lambdoides* dicitur, & barbari commiſſuram laudæ, vel laudiformam vocant.

*Lepor*, qui propriè gratiam & pulchritudinem ſignificat, à barbaris dicitur ſummitas naſi inter duo ſupercilia: huiuſmodi pars à Latinis appellata eſt glabella: quoniã glabra & abſque pilis eſſe debet. Græci ipſam dixerunt *meſophryon*, quod interſuperciliũ ſignificat. Guido in tract. Elephãtiaſis, inquit nomẽ ſuũ ab hac parte ſumpſiſſe, acſi lepra à lepore veniret. Eius quoque meminit in capite eryſipelatis tract. de apoſtematibus, & in capite Noli me tangere, tract. de vlceribus.

*Longaon* dictus eſt barbarè, pro *longano* per tranſpoſitionem. Craſſum eſt inteſtinum, quod ad Græcorum imitationem inteſtinum rectum dicitur: quia nullas habet plicas aut conuolutiones ſicut alia, imò lõgiùs & rectà procedit: à quo etiam Latinè appellatum fuit longanum: vulgò autem appellatur Gallicè, *boyau culier.*

*Longes, vel longues, aut longales* nominantur à barbaris carnes colli, dorſi, & renum, illæ ſc. quæ circa ſpinæ longitudinem tenduntur. Vulgus quoque id appellant *longe*, dicentes lumbum vitulinum, lumbum veruecinum. Et in quibuſdam regionibus pro lumbo capitur à renibus vſque ad caput: in aliis verò, & magis communiter à renibus infra cum cauda: & ita beſtiæ longitudo pro lumbo capitur.

M

*Mammillares* additiones, quibus odoratus ſenſus fundatus ac ſitus eſt,

quemadmodum ait Guido in primo capite doctr.2.ſuæ Anatomiæ, portio eſt cerebri, quæ in fronte eminet, & verſus nares tendit. aſſimilantur mammis vaccarum. Idem nomen & eadem ratione indictum fuit duabus apophyſibus oſſium petroſorum, quas Græci appellant *maſtoides*.

*Mediana*, vel media, vena eſt brachij, quæ ortum ſuum partim à baſilica ſumit, & per medium brachii tendit poſt cubitum infra. Appellatur etiam nigra & corporalis, ſicut annotauimus ſuprà in litera C.

*Mendoſæ* aut falſæ, ſuturæ ſunt ſeu connectiones oſſium petroſorũ cum lateralibus, vbi vniuntur ac coniunguntur per ſquamas propriè, & nõ per ſuturas: vnde falsò dicuntur ſuturæ.

*Meri* Arabicè tranſitum & meatum cibariorum & potus ab ore vſque ad ventriculum ſignificat. Antiqui Græci appellarunt ipſum œſophagum, & qui ſequuti ſunt poſt Ariſtotelem, nominarunt *ſtomachum*. Latini gulam dicunt. Videatis annotationes noſtras pag.27. linea 30.

*Merinx* & *Myrinx*, vox eſt corrupta à *meninge* Græcè dicta, quæ ſignificat membranam vel tunicam cerebri præſertim quod duas habet, aliam duram & craſſam, alteram tenuem & ſubtilem. Hæc ab Anatomicis pia mater appellatur, altera verò dura mater: quæ ſunt noua nomina conſeruationem & continuationem ſignificantia, vt dicitur, mater vini.

*Metaphrenon*, dictio Græca capitur pro dorſo, quod Græcè dicitur *noton*: Latinè dorſum. *Metaphrenon* etiam dicitur de humeris & præcipuè de partibus dorſi, vt patet apud Guidonem cap.3. doctr.2. de Anatomia.

*Metatarſe*, Barbaris, eſt ſecunda pars pedis à Græcis *pedion* nominata, & planta à Latinis, pedis ſubintelligendum. Eius prima pars, quam nos Gallicè *auant-pied* nominamus, à Græcis *tarſos* appellatur, ab Arabibus *raſceta*, veluti carpos manus. Ex tarſo autem factum eſt *metatarſum* ad ſecundam partem ſignificandam, quæ propriè pecten à Barbaris appellatur.

*Mirac*, Arabicè, eſt id quod Græci *epigaſtrion* dicunt, & Latini abdomen, vulgò appellatur venter. Diuiditur autem in tres partes, quæ ſunt *hypocondria*, vmbilicus & eius partes circumiectæ, & imus vel paruus venter.

*Mitre*, foramen eſt virgæ aut membri virilis, ſicut Guido exponit in 7. cap. doctr.2. tract. de Anatomia. Ego potius dicerem filum ac ligamentum huius partis eſſe, quod id antiquum nomen *mitre* retinuerit, quod à *miſton* deducitur, quod ex filo ſignificat. vel *mitra* verbum eſt corruptum, cùm aliquando malè ſcriptum ſit vrethra, quod eſt vrinæ canalis.

*Le Mol* capitis, pars illa eſt vbi occurrunt ſibi ſuturæ ſagittales & coronales, quam diximus in litera F. foueam cerebri eſſe. Pars iſta eſt valdè molles in puerulis nuper natis, & tactui facilè cedit: vnde vulgò creditur, cerebrum in ea parte detectum eſſe.

*Muſcle*, Videatis lacertum.

## N

*Nuque*, vox eſt Arabica medullam ſpinæ ſignificans, quæ à corde intra vertebras deſcendit.

Os

O

*Os occipitis*, eſt os poſterius capitis à ſutura *lambdoide* definitũ, vt diximus in litera L. Latini appellant Occiput & Occipitium, vnde Gallicè dictum eſt *os occipital*. Græcè autem dicitur *inion*.

*Oſanium* dictio eſt compoſita ab oſſe ani, quod ſignificat os ani, & Græcè dicitur *coccyx*, Latinè os caudæ. Vox Græca tantùm valet ac cucullus auis, cuius roſtro id os ſimilatur.

*Oſſarium* alia res eſt, vt ſuo loco dicemus.

*Oſcheon* Græcè, Latinè ſcrotum, vulgò dicitur burſa teſticulorum. Guido in ſua Anatome cap. 7. doctr. 2. vult *didymum* ſuperiorẽ partẽ eſſe, *Oſcheon* inferiorem. *Didymus* tamẽ ingreditur in burſam teſticulorũ, & non eſt idẽ cum dicta burſa *oſcheon* vocata, ac ſi vna pars duplex haberet nomen in diuerſis locis.

*Os paris* eſt *zygoma* à Græcis appellatum, & os iugale à Latinis, ſicut dictum eſt in litera A. in dictione *Anſes*, quod aliud nomen eſt huius partis. Non eſt autem os particulare, immo fruſtũ ex oſſe petroſo ſuperabundans, & aliud ſimile oſſis illius, quod angulum exteriorem oculi conſtituit. vnde nominatum fuit *Iugale & Zygoma* ab hac coniunctione, vel potiùs ex eo ꝙ aliquã refert ſimilitudinẽ iugi boũ, ſi ambo rectè & in facie cõſiderẽtur.

*Oſſarium*, illud eſt quod dicitur os ſacrum ad Græcorum imitationem, qui nominant *hieron* eius magnitudinis cauſa. Namque referens figuram vertebrarum eſt veluti maxima vertebra. Ita Barbari vocant oſſarium, ſicut vulgus dicit *vn oſſas*, de oſſe magno & craſſo.

*Oulle*, vox eſt Tectoſagorum, quæ Latinè ollæ reſpondet, qua Guido familiariter vtitur ad ſignificandum craneum vel teſtam capitis. Gallicè dicitur *Pot*, ſicut traduxi. Græci appellant *cranium*: Barbari verbum corrumpentes *craneum* dicunt. Nonnulli galeam nominant, quæ ſignificat Pileum ferreum. Illud eſt propriè, quod milites hodie Gallicè *caſquet* appellant, cùm non cooperiat niſi eam capitis partem, quæ craneum dicitur. namque caſſis & galea faciem quoque cooperiunt, quæ non eſt cranei.

P

*Parencephalis*, poſterior pars cerebri eſt, cerebellum Latinè dictũ, quod ſignificat paruum cerebrum. Græcè *encephalos* dicitur, & *parencephalis* tamquam ad cerebrum appropinquans.

*Os parietaux* ſunt oſſa *bregmata* ita à Græcis nominata, & ſinciput à Latinis. In duobus autem capitis lateribus ſunt ipſa veluti parietes & muri qui ſuſtinent, vnde parietaria appellata ſunt. *bregma* verò dicitur ratione eius mollitiei & humiditatis, ac ſi eſſet rore aſperſum, & captum eſt à verbo *brecho*: quoniam ſuperior horũ oſſium pars eſt valdè mollis in puerulis nuper natis, vt diximus in litera M. in dictione *Mol.* vel ſic appellata fuit hæc pars, ex eo quòd propria eſt ad irrigationes recipiendas in affectibus cerebri, quæ *imbrocationes* ab eodem verbo Græco appellantur.

*Os Paris pareils*, Videatis Os paris.

*Pecten* Latinè ſignificat pectinem. Eſt etiam inſtrumentum textoris in ormam pectinis factum ad percutiendam & coarctandam telam. *Metacarpium* manus, & *pedion* pedis huius ſunt formæ. vnde etiam vtrumque à Barbaris *pecten* appellatum fuit. Præterea os pectinis à Latinis hoc nomine dictum eſt, & os pubis.

*Penne & Pennule* ſignificat particulam vel fruſtum, non ex toto ſeparatum, vt apparet in pulmone & iecore in partes diuiſis, quas Græci *lobos* vocant, & noſtri vulgares Tectoſages *penon*: vnde Barbari iſta formauerunt nomina penna, & pennula, quæ propriè ſignificant plumam vel calamum & plumulam: quæ hîc ad rem non faciunt, quamuis metaphoricè & eleganter dicantur alæ pulmonum.

*Pericardion* dictio Græca eſt, ſignificans circa cor. Latinè appellatur *Capſula*, vulgò autem Gallicè *caiſſette*. De qua re iterum videatis in litera C.

*Pericraneum* vox quoque Græca eſt ſignificans circa craneum. Membrana eſt vel tunica, quæ inuoluit & cooperit totum craneum. Barbari appellant *pericraneum* pro *pericranio*, ſicut ſæpiùs nomina corrumpunt.

*Peritoneum*, Videatis *Siphac*.

*Poplitica* venæ, id eſt poplitis, nam poples Latinè hanc partem ſignificat, medianæ brachij reſpondet: cùm ex duobus magnis ramis ad coxas deſcendentibus conſtent, & iungantur in poplitis flexura. Harum loco pro facienda phlebotomia vna ex ſupernis aperitur, & ſæpiùs externa, tribus vel quatuor digitis ſupra genu inter muſculos, qui cauitatem & foueam ibi relinquunt, vbi diximus foueam pro agendo crurum cauterio eſſe. Appellatur quoque *Poplitica*, vena pollicis: quoniam ea eſt ex principibus eius ramulis: & ipſæ ſæpiùs loco magnæ venæ poplitis ea ſecatur.

*Portenarium* à Barbaris dictum eſt, quia Græci *pyloron*, & Latini *ianitorem* appellant, id eſt cuſtodem liminis. Hinc exitus eſt ventriculi ad inteſtina, qui durante cibariorum concoctione clauditur, & poſtea ex ſemetipſo aperitur. Moderni Anatomici nomen Græcum *pyloron* retinent.

*Pulpa digiti*, eſt extremitas digiti magis carnoſa, cui vnguis eſt oppoſita, vt impediat ne inuertatur, cùm quis ea quod præſertim durũ & molle eſt, cõprimit. Quod examẽ Latinè dicitur *palpare*: quamuis multoties ſumptũ ſit pro leniter tangere, & veluti blandiendo. Ex iſta autem dictione Latina Barbari ſuam conſtituerunt *pulpam*, loco dicendi *palpa*. Nam *pulpa* ſignificat propriè carnem abſque oſſe. Vulgò apud Tectoſages dicitur *poupar* quod Latini *palpare* dicunt: vnde vox hæc pulpa digiti deduci potuit.

*Puppis & prora* in capite, ſunt pars poſterior & anterior, metaphoricè & per trãſlationem à naue ſumptã. Ita igitur Barbari à nomine Latino proram anteriorem partem, & puppim poſteriorem capitis partem appellant.

*Pylore*, Videatis *Portenarium*.

## Q

*Quadruples*, ſunt quatuor priores dentes, qui naſcuntur puerulis. Videatis ſuprà

ſupra in litera D.ſuper dictionem *Duales*, vbi nomina omnium dentium explicata ſunt.

R

*Raſceta* Arabicè dicitur quod Græci *carpon* appellant,& Latini *brachiale*, quod nos traduximus Gallicè,*braſſelet*. Guido vocat *raſcetam* etiam primã pedis partem,quæ propriè *tarſos* nominatur,in tract. de Fracturis c.8.

*Retine*, Videatis in dictione ,*Sclirotique*.

*Rodol*,eſt illud quod Græci *meſenterium* appellant, quia eſt in medio inteſtinorum:vel quia occupat ipſorum mediam partem. Latini nomen non habent quod ipſi correſpondeat. vulgò appellatur *rogue*,& apud Tectoſages *rioge*,ſicut & in regione Guidonis, *rodol*, ſicut patet ex eius deſcriptione in cap.de Anatomia ventris,quod eſt ſextum ſecundæ doctrinæ.

S

*Saccus*, inteſtinum eſt Græcè *typhlon* dictum,Latinè cæcum: quæ nomina cæcũ ſignificant, qui nihil videt.Nihilominùs etiam Græci *monophthalmum* appellant,ſicut Latini monoculum, quæ luſcum ſignificant,vel vnum oculum tantùm habentem:vnde inteſtinum id falsò cæcum appellatũ eſt. Neque etiam verum eſt,quod non habeat niſi ſolum oculum: id eſt vnum exitum vel introitum,ita vt quod ingreditur in ipſum , neceſſe ſit eodem foramine exire:quinimò quòd ingreſſus verſus inteſtinum gracile, à Græcis *lepton* dictum,& à Latinis tenue,oppoſitus eſt exitui, qui tendit ad *colon* inteſtinum.Anatomici finxerunt ipſum nõ habere niſi vnum foramen: vnde appellarunt ipſum nunc luſcum,nunc cæcũ. Videatis quæ de eo ſcribit Gal.in 4.de vſu partium ad huius rei confirmationem. Saccus quoque dictus eſt,quoniam ſimilitudinem refert ſacculi & ventriculi potius quàm inteſtini,cùm ſit valde craſſum ratione habita eius paruæ longitudinis.

*Saluatella*,vena eſt brachii à baſilica procedens inter minimum digitum & ſibi proximum.Arabes appellant *ſyelen* vel *ſcyelen*. In longis ægritudinibus,quæ ab obſtructione vel alio affectu hepatis aut lienis procedunt , libentius tunditur.

*Saphena*, dictio barbara eſt, quæ videtur ſumpta eſſe à Græco ad ſignificãdum Manifeſtè: nam *Saphes* Græcè id ſignificat . Sed qui magis Barbari ſunt,id corrumpunt dicentes, *ſophena*, quæ vena apparens eſt in clauiculis pedum,in parte exteriore,quæ ſuos ramulos ſupra pedem diſſeminat.Nonnulli appellant externã , *iſciam* , internam verò *ſaphenam*. Latini vocant ipſam venam malleoli,qui eſt clauicula pedis:ſicut & Græci eandemmet ratione *ſphyritem* vocant.namque *ſphyra* malleum vel malleolum ſignificat ad ſimilitudinem dictæ partis pedis,ſicut diximus in dictione *Cheuille*.

*Scia*,vox eſt corrupta ab *iſchion* Græcè iũcturam coxæ ſuperiorem ſignificante,vel partem oſſis ilij,quod recipit caput coxæ.Ab hac parte vel eius iunctura dicta eſt *ſcias*, quæ eſt ſpecies doloris arthritici Græcè *iſchias* nominati.

*Sclirotique* membrana, vel tunica eſt,quę ante oculum apparet,& ſtatim poſt coniunctiua reperitur. Et quoniam hæc eſt verè oculi ligamentum, ſicut ſuprà diximus in litera C.prima ex eius propriis tunica eſt à Græcis *ſcliros* nuncupata, quæ durum ſignificat: hinc barbari finxerunt ſclirotica: *Cornea* quoque ipſa nominatur, quia eius pars anterior pupillæ oculi oppoſita,tranſparens eſt veluti cornu laternæ: vel quia illa tota diſſoluitur in paruas laminas veluti cortices,ſicut ſcriptum reliquit Galenus in libro de oculis. Alia membrana vel tunica oculi duo pariter habet nomina, vt ait Guido in tractatu de Anatomia,doct.2.cap.2.vnum pro anteriore parte,alterum verò pro poſteriore.Anterius enim appellatur *Vuea*,reſpondens *ragoïdi* Græcè,quæ ſignificat formam acini vuæ :cuius cortici ablata cauda, iſta tunica omnino ſimilis redditur,namque ipſa leuiter anterius compreſſa ſic eſt, & in medio perforata:deinde diuerſicoloris eſt ad cæruleũ & viridem tendens : extra lucida & tenuis,intus verò aſpera, ſicut cortex acini vuæ.In poſteriori parte ipſa vocata eſt *choroïdes* Gręcè,Latinè *ſecundina*:ſicuti pia mater,& contextus arteriarum,qui eſt in anterioribus cerebri ventriculis,*choroïdes* appellantur:quoniam hęc omnia aſſimilantur chorio fœtus, à Græcis etiam *deuterios* nominati ,id eſt ſecundina , eo quòd ipſa geſtat & ſuſtinet vaſa nutritioni deſeruiẽtia.Tertia oculi tunica duplex quoque nomen & ipſa habet iuxta Guidonem,qui vult ipſam omnino occupare anterius & poſterius oculi:& anteriorem partem *araneam* vocant,interiorem autem *retinam*. Sed re vera *aranea* Græcè dicta *arachnoïdes*, tunica eſt particularis, quæ non conuoluit niſi anterius oculi, veluti *retina* (ſic à barbaris nominata , & à Latinis retiformis ad Græcorum imitationem, qui appellant ipſam *amphibliſtroidem* à ſpecie retis *amphibliſtron* dicta) ſolùm poſterius oculi occupat. *Aranea* vel *arachnoides* tunica eſt veluti araneorum tela,vel potius ſicut parua pellicula & cortex cepæ ante humorẽ cryſtallinum obiecta. Retiformis autem non aſſimilatur vnicuique reti, ſed his quæ non referunt niſi dimidium circuli , & pendent ex ſummitate baculi.

*Scutiformis* additio,cartilago eſt enſiformis, quæ ſuperius nominata fuit *Scutum ſtomachi*, & *furcula*. Videatis ibi in litera B & F.

*Sifac* vel *ſiphac* Arabicè,*peritoneon* Græcè dicitur: quæ vox ſignificat circumtenſum:tela eſt abdominis,vt quidam dicunt,qui inuoluit omnes partes in ventre contentas tam ſingulas,quàm omnes ſimul. Nunc appellatur vulgò,*le peritoine*.

*Subaſcella*, ego traduco *ſubaxillam*, vel ſimpliciter *axillam*, eſt pars illa quæ à Græcis vocatur *maſchalis*,vel *maſchale*,& à Latinis axilla.Barbari verbum corrumpentes, dicunt *aſcellam* vel *ſubaſcellam*,quoniam vulgo dicitur *aiſcelle*,& morbus eſt ſub axilla.

*Subethales* arteriæ.Videatis in litera A,ſuper dictionem *Apoplectique*.

*Submenialis* pars ventris,ea eſt quæ ab vmbilico vſque ad inguina continet,à verbo Latino *ſumen* dicta,Græcè verò *epigaſtrion*, & *itron*.

*Silueſtre*

*Silueſtre & domeſticum* ſunt communiter dicta de diuerſis locis partium: nam ſilueſtre, exterius dicitur, domeſticum interius. veluti,ac ſi quis dice ret, applicate emplaſtrum coxæ, parti domeſticæ, intelligitur de parte interiore, quæ alteram reſpicit coxam: & ſi dicatur parti ſilueſtri, intelligatur de externa.

T

*Tarſe*,videatis *Metatarſe*.

*Tenantes*,videatis in litera C.in dictione *Chordes*:nam hæc ſunt nomina ſynonyma.

*Titillic*,vel *chatouilloir*,locus eſt ſub axillis,in quo magis titillatio percipi tur.verbũ eſt barbarum à Latinis ſumptum,titillatus vel titillatio,quæ titil lationem ſignificat.

*Toile*,in aliqua regione peritoneũ ſignificat,ſicut diximus in dictione *Siſac*.Apud Tectoſages autem eſt *epiploon* Græcorum,omentum à Latinis dictum,& à Gallis *coëffe* . Sic itaque Guido loquens in 6.tract.doctr.2.cap.2. tertiæ partis de vnguento citrino,mentionem facit telæ & omenti hœdi, quod Arabes *zirbum* appellant:de quo infrà dicemus.

V

*Velatiua ſubſtantia*,vel ſubſtantia cooperiens,ſicut traduximus in tractatu De vulneribus,doctr.1.cap.1,circa finem in cura paralyſis, ſunt duæ meninges,de quibus loquuti ſumus in litera M. Velatiua idem valet ac cooperiens,vel quod cooperit.

Vena corporalis.Videatis *Corporelle*.

Vena mediana. Videatis *Mediane*,

Vena organica.Videatis *Guidegi*.

Vena poplitica. Videatis *Poplitique*.

Vena ſaluatella.Videatis *Saluatelle*.

Vena ſaphena.Videatis *Saphene*.

X Y Z

*Zirbus* Arabicè,id eſt quod nos telam appellamus, & Galli *coëffe*. Latini omentum dicunt. Græci verò *epiploon* , ab eo quod ab inteſtinis geſtatur, veluti acſi ſupernataret.

*Finis interpretationis dictionum anatomicarum.*

# INTERPRETATIO DICTIONVM PATHOLOGICARVM, id eſt, qui morbos ſignificant, vel cauſam morbi, aut ſymptoma.

## A

*Albaras* vſum communem inſequens, Guido in 3 .cap.doctr.1. ſexti tractatus ait, nihil aliud eſſe, quàm infectionẽ vel maculã in cute abſque aſperitate, ſquamis aut excoriatione, etiã plana, polita, & coloris albi. Creditur eſſe *alphos, leucos* Græcorum, vel ſimplex *leuce*, quæ vitiligini Latinorũ reſpondet, & morpheæ albæ Arabum. Aliqua tamen ponitur differentia.

*Albedſanem*, vt ait Guido in 2. cap.doctr. 2.ſexti tractatus ab Auicenna dicitur id, quod *guttam roſeam* etiam appellat. nos vulgariter dicimus *couperoſe.* morbus hic vtplurimum præcedit lepram & elephantiaſim. Arabes quidam ſunt, qui eam appellant *algazen, algazan*, vel *algada*: quæ nomina Guido cum aliis connumerat, quæ affectiones vel maculas cutis ſignificãt, vbi ipſe de morpheis tractat.

*Alcola* Arabicè, illud eſt quod Græcè *aphtha* dicitur, paruũ eſt vlcus in ore à parua procedens puſtula pueruli præſertim, qui adhuc lactant, huic obnoxij ſunt morbo, cùm lac eſt parum acre.

*Algebra*, Arabicè ſignificat fracturam, à Græcis dicitur *catagma*, quod eſt ſolutio continui propriè in oſſe, ſicut vlcus & vulnus dicuntur de partibus carnoſis.

*Alharbat* in Auicenna, eſt id quod Galenus Græcè vocat *ozænon*, quẽadmodum adnotat Guido in 4.tract.de affectibus narium: vbi ponit differentiam inter *ozænam* & *polypum*, quæ ſunt vlcera occulta, & carne ſuperabundante cooperta. Et illud vlcus propriè dicitur *ozæna*, quòd malè olet: hoc enim refert dictio Græca. eſt etiam *piſcis* è genere polyporum ita nominatus ob eius odorem validum.

*Alihahar* ſecundum Auicennã vitium eſt, cuius ratione nocte quis videt, die verò minimè, eius contrarium eſt *nyctalops*: cuius cauſa quis parum vel nihil videt poſt ſolis occaſum. *Myopie* alia eſt affectio eorum, qui ab ortu non longius vident, nec diſcernere aliquã rem poſſunt à longè: propè autem optimè res etiam minimas diſcernunt, Latini vocant *luſcioſum* illũ, qui ſecundo vel tertio laborat vitio. Primum (quod raò accidit) nomen Latinum non habet, nec Græcum, quod ego ſciam.

*Alin-*

*Alintiſar* Arabicè, illud eſt, quod Græci *mydriaſim & platycoriam* dixerũt, quæ dilatationem pupillæ ſignificat: qua indiſpoſitione & affectus ſeu naturali vel accidentali minus quis videt.

*Alopecia*, dictio Græca, caſum & amiſſionem pilorum capitis vel menti ſignificat. nomen eſt ſumptũ ex *alope*, id eſt vulpe: quoniam hoc animal eſt valde obnoxium *alopeciæ*: vel quia eius vrina corradit, & ſterilẽ reddit eam terram omni plantæ ſuper quam vulpes minxerit, vt nonnulli dicunt. *Ophiaſis* quoque eſt *alopeciæ* ſpecies, à nomine *ophis* dicta, quod Græcè ſerpentem ſignificat. nec ipſa differt ab ea in alio, niſi in figura: nam in *alopecia* pilus hinc inde per areas decidit: in *ophiaſi* verò per circulum & in rotunditatem, incipiendo vtplurimum à parte capitis poſteriore, frontem verſus tendendo in formam ſerpentis. Barbari autem applicant etiam *alopeciæ* nomen cuidam ſpeciei lepræ, quam Guido pro quarta numerat: quod eſt ratione iam dicti ſymptomatis vulpis, quod magis apparet in laborãtibus hac lepræ ſpecies.

*Anthrax*. Videatis *Feu perſien*.

*Aqua*. Videatis *eau deſcendante*.

*Arosbot* vel *orosbot* Arabicè, porus *ſarcoides* eſt à Græcis dictus, à Latinis callus, cuius cauſa oſſa fracta conglutinantur & coniunguntur. Callus vel callum duritiem propriè ſignificat, & eam præſertim, quæ per accidens ex re indurata prouenit. Appellatur autem *ſarcoides*, id eſt carniformis, quoniam mediæ eſt naturæ inter carnem & os: ſpecies. n. eſt carnis induratæ & calloſæ & hæc vox *ſarcoides* videtur addita eſſe nominatim, ne intelligeretur de callo qui fit ex craſſa pituita & gypſea in pluribus noſtri corporis partibus, præſertim in iuncturis podagra laborantium: quæ hoc medio malè colligantur, adhærent, & conglutinantur. Nam hoc non eſt opus naturæ veluti porus *ſarcoides*: itaque nihil etiam proficit, ſed potiùs nocet, cùm ex puro conſtet excremento à calore ſimpliciter exiccãte, non autem coquẽte & aſſimilante, & ad peſſimum finem.

*Aſcachilos*, vox Græca corrupta eſt à Barbaris, loco *ſphacelos* dicta, quæ omnimodum interitum partis in corpore viuente ſignificat. Latini *ſyderationem* appellant, acſi membrum fuerit grandine vel fulmine percuſſum: cui dictio Græca *aſtroboliſmos* correſpondet. *Gangræna* nomẽ Latinum non habens, differt à *ſphacelo* in eo, quòd non habet integram partis mortificationem: quinimo membrnm deperditur, niſi citò auxilium afferatur. Maxima. n. eſt inflammatio, quæ ignis dicitur, media inter *phlegmonem ſalubrẽ & ſphacelum*.

*Aſſaphati*, vel *ſaphati* Arabicè, id eſt quod Græcè dicitur *achor*, nos autem tineam, vel *raſche* Gallicè. Latini vocem non habent ſimplicem ad hunc morbum explicandum: vnde vtuntur nomine compoſito, dicentes, vlcera capitis manantia, id eſt vlcera capitis quæ diſtillant & fluunt. Barbari vulgum inſequentes, tineam appellant, quæ Latinè propriè ſignificat vermem, qui corrodit veſtimenta, libros & huiuſmodi. Gallicè

appellatur *teigne*: & alibi *arne* & *artiſon*. vnde cutis capitis tinea corrupta, vermiculoſa videtur: hinc vulgus metaphoricè ſumpſit hanc appellationẽ.

*Atrices*. Videatis annotationem ſupra tractatum vlcerum, doctr. 2. cap. 7. ſub titulo De ficu in ano.

B

*Birſen*. Videatis annotationem ſuper tractatum apoſtematum, doct. 2. cap, 5. ſub titulo apoſtematum mammillarum.

*Bocium*, vulgò dicitur *gouëttre, ou gouëttron*: Græcè *broncocele*, cui reſpondet hernia gutturis Latiné. Appellatur etiam *boſſe* vulgariter, vel *boſſu*: aliter autem *boſſe* peſtem peſtilentẽ, vel bubonem ſignificat, qui eſt peſſima boſſa ad differentiam aliorum bubonum ſalubrium.

*Bothor* puſtulam ſignificat: vnde etiam quandoque ſcribitur, Puſtula bothoralis. Eſt autem veluti plantæ ſurculus & oculus, quòd ipſa pullulat, & incipit ſua folia vel flores emittere. Nam *Bothor*, *bothoralis* & *bothoratus* eſt veluti ac ſi quis diceret, floccus, aut gemma, floccatus & gemmatus. Quod mirum reperiri non debet, cùm plurima etiam nomina vulgaria ſint ab Arabibus ſumpta, ſicut *ſaffran*, & *algibiz*, qui apud Tectoſages eſt pulcherrima vua, ex qua meliores fiunt paſſulæ, quæ Arabicè eodem modo ſcribuntur.

*Braiſe*. Videatis *Feu Perſien*.

*Bubon* dictio Græca, phlegmonem glandium ſignificat in quauis parte ſit. Videatis annotationem primam ſupra quintum caput 2. doctr. tract. de Apoſtematibus.

*Bubon fugilic*, vel *fugilin*, eſt bubon induratus vel ſcirrhoſus iuxta Auicennam. Videatis annotationem tertiam ſupra caput iam dictum.

*Butizaga*, rubedo eſt faciei, vulgò dicta *coupe-roſe*: quam Gulielmus de Saliceto, plus aliis, nominauit *butizaga*, vel *buziraga*: ſicut annotauimus ſuprà ſextum tract. doctr. 2. cap. 2. ſub titulo de *coupe-roſe*.

C

*Cancrane*, vel *canchrane*, affectio eſt canceroſa, ſic dicta per corruptionem verbi Græci *gangræne*, quia aliqualiter ſibi correſpondent, præſertim in eo quòd magna eſt corruptio in parte canceroſa cum liuiditate aut nigredine, & fœtore.

*Ceinture*. Videatis *Loup*.

*Caro addita*, eſt caro ſuperflua vlceribus ſupercreſcens, cùm non ſunt conuenienter mundificata: ſicut id quod Græci appellant *hyperſarcoſin*, quę ſignificat carnem ſuper carnem: velut *exoſtoſis*, os ſupra os ſignificat. Hanc autem nos vulgariter appellamus carnoſitatem, hodie valde communem & frequentem ipſi canali membri virilis poſt mictum calidum. Huiuſmodi ſuperexcreſcentiæ & carnis ſuperfluitates reperiuntur etiam in oculis, auribus, gingiuis, naribus, teſticulis & aliis partibus verendis poſt ſuppuratam inflammationem, vel leuem excoriationem.

*Carboncle*. Videatis *Feu Perſien*.

*Cataracte*.

*Cataracte*, verbum eſt originem à Græco ducens, quod præcipitationem & deſcenſum impetuoſum ſignificat, veluti alicuius torrentis vel fluminis ab alto deſcendentis, aut vulneris valde rigentis. Eodem etiam nomine appellantur retentiones fluuiorum & riuorum, quæ retinent ac retrahunt aquam pro moletrina, vel pratibus, aut alia re. Similiter dicitur cataracta vel craticula portæ alicuius vrbis vel caſtri, quæ cum impetu decidit, vbi citò interrumpendum ac impediendum eſt iter ingreſſus portæ. Barbari hoc nomen mutuati ſunt ad ſignificandam tunicam & albuginem oculi, vulgò *maille* appellatã, quæ interponitur humori cryſtallino, & impedit viſum. Latini appellarunt ſuffuſionem ad Græcorum imitationem, qui *hypochyma* & *hypochyſis* vocant. Guido in ſexto tractatu doctr. 2. cap. 2. part. 2. ſub titulo, De cataracta & gutta ſerena, docet hunc morbum tria diuerſa nomina habere ſecundum diuerſa tempora. Namque in principio appellata eſt imaginatio vel phantaſia, quia nihil adhuc firmi habet. In medio ſuffuſio & aqua deſcendens: quoniam humor non eſt adhuc valde denſus nec congelatus. In fine autẽ cataracta, quia impedit viſum, ſicut cataractæ cœli impediunt nos Solem videre.

*Condylome*. Videatis annotationem ſuper tractatum vlcerum in 2. doct. cap. 7. ſub titulo ficus, qui eſt in ano.

*Crepatura* vox barbara, bubonoſcelem & herniã ſignificat. Galli quoque *hergne* à nomine Latino appellant, quod ſumptum eſt à duritie, quæ fit in cute ac pelle, poſt inteſtinorum deſcenſum. Hoc tamen nomen commune eſt omnibus tumoribus ſcroti teſtium, quamuis nullum deſcenderit inteſtinum. Latini *ramicem* quoque appellant ob eundem tumorem: & imprimis cùm peritoneum non eſt diſruptum, ſed alia ratione ſcrotum tumeſcit. Plurimæ autem ſunt differentiæ vtriuſque modi, verbis Græcis explicatæ, videlicet *enterocelis*, cùm inteſtinum, Græcè *enteron* dictum, tumorem cauſat: *epiploocelis*, cùm omentum *epiploon* dictum, tumorẽ cauſat. Quòd ſi hæc ambo vnà tumorem faciunt, appellatur *enterepiploocelis*. Quòd ſi aqua tumorem faciat, *hydrocelis* vocatur: ſi flatus, *pneumocelis*: *hydor* enim aquam ſignificat, & *pneuma* ſpiritum. Ita etiam *circocelis* hernia eſt varicoſa *ſarcocelis* carnoſa, & *porocelis* calloſa. Prima harum trium fit, cùm venæ ſcroti tumefiunt, & in varicem dilatantur, à Græcis *cirſos* dictam. Secunda fit ex ſuperfluitate carnoſa teſticulis ſuperaddita, ſicut diximus in dictione *Chair adiouſtee*. Namque *ſarcos*, à *ſarco* deſcendens, Græcè carnem ſignificat. tertia fit ex apoſtemate indurato & tenſo, in ſcroto calloſo: ita appellato à poro & callo, qui duritiẽ ſignificat, ſicut diximus in dictione *Arosbot*. Omnes autem hi ſunt *oſcheoceles*, id eſt humores in oſcheo, quod eſt ſcrotum & burſa teſtium. Sunt etiam tumores in aliis partibus, quibus eadem *celis* terminatio attribuitur: ſicut *bubonocelis*, *omphacelis*, & *bronchocelis*. Prima eſt in inguinibus, qui locus à Græcis *bubon* appellatus eſt, antequam eius inflammatio eodem nomine appellaretur. Secunda eſt in vmbilico, Græcè *omphalos* dicto, tertia in gutture *bronchos* dicto, & Gallicè dicitur

Hhhh iij

*guettre*: de quo loquuti ſumus in dictione *Botium.*

*Cyſt*, folliculus eſt vel ſacculus, qui comprehendit & continet incluſam materiam alicuius apoſtematis. Videatis quæ diximus in dictione *Cyſtis* ſuprà, exponendo dictiones Anatomicas.

D

*Deſudationes*, ſicut ait Guido in fine tertii capitis doctr.1.ſexti tractatus, parui ſunt flocci & tubercula, quæ in partibus ſudori obnoxiis erumpunt, vnde nomen aſſumpſerunt. Auicenna ſic appellauit id, quod Græci *hydroa* appellant, veluti Hippocrates in 3. Aphoriſmorum, quod Galenus exponit dicens, puſtulas eſſe à magno ſudore prouenientes, ſicut nomen portat: nã *hydros* ſudorem ſignificat, quæ aſperam & inæqualem cutem reddunt, vt faciunt vlcera.

*Dubelet* & *Dubellati*, Arabicè, tumores ſunt pituitoſi in formã nodorũ & glandiũ naturaliũ, molles & tenues, veluti *meliceris*, *ſteatoma*, & *atheroma* apoſtemata ſic vocata à materia quam continent melli ſimilem, aut ſepo, aut pulmento, quæ Græcè dicuntur *meli*, *ſtear* & *athera*.

E

*Eau deſcendante*. Videatis *Cataractam*.

*Elephantia*, à Græco ſumpta eſt verbo *elephas* vel *elephantiaſis*, quæ propriè leprã ſignificat, ſicut Barbari eã hoc nomine appellant. Qui dicũt *elephantiaſim* eſſe vnã ex ipſius ſpeciebus, ſicut *Alopecia* eſt altera. Lepra autẽ apud authores Græcos eſt morbus multò minor elephãtiaſi: eſt enim ſcabies valde craſſa, veluti illa quæ vulgò apud nos dicitur *Mal de S. Mein.* Barbari vſurpant quoque hoc nomen *elephantiaſis* ad enormen crurũ & pedũ magnitudinẽ ſignificandam abſque alio affectu, à ſimilitudine cum cruribus & pedibus elephantis, qui craſſos & rotundos habet. Lepra autẽ dicta eſt propriè elephantiaſis, à magna conformitate, quam habet cũ beſtia vocata elephans: ſicut Aratæus diffuſius explicat. Antiqui Græci appellarunt etiam *leontiaſim* & *ſatyriaſim*, de quibus dictionib. ſuo loco dicemus. Aliqui ob eius vim inexpugnabilẽ appellarũt ipſam *Heracleam*. i. Herculeã.

*Emboriſma* & *emboriſmus*, vox eſt Græca corrupta ꝓ *aneuriſma*. Barbari appellãt etiã ipſam *matrem ſanguinis*, ſimili ſignificatione qua vulgò dicitur mater fontis, quæ eſt vbi aquæ ductus dilatãtur, & multũ aquæ cõgregant. Affectio hæc eſt arteriæ (nonnulli volunt etiam venæ eſſe) quæ ſatis declarata eſt à Guidone in tract. apoſtematũ doctr.2.cap.4.ſub titulo De aneuriſmate. Videatis quæ ibi annotauimus.

*Empyma*, vel *empyema* Græcè collectionẽ puris ſignificat, *pyon* dicti, in quauis corporis parte, etiam in apoſtemate ſuppurato. Propriùs autem ita nominatur collectio & accumulatio materiei ſuppuratæ in capite, in pectore, aut in ventre. Magis etiã arctiùs dicitur *empyma* de pure in pectore collecto, quæ eſt eius proprior & magis vſitata ſignificatio. Ob hanc dicuntur *empyes*, vel *empyi*, & ſuppurati vel purulenti Latinè, qui collectum habent pus in pectore.

*Eſſere*, parui ſunt tumores nodoſi in carne, vel potius in cute ac pelle craſſiore cum pruritu: qui ex nimia fricatione & ſcalpatione procedunt, eà calefacta & ſudore cōſperſa: quod accidit ſatis frequenter. Sic ferè etiā definit Guido in fine 3. cap. doctr. 1. tract. 6. Nonnulli appellant, *Saire*, alii *eſſere*.

*Eſthiomene*, dictio Græca, idem valet ac edax. Cognomē etiam eſt tertiæ herpetis ſpeciei, quæ corrodit & deſtruit vicinas partes. Appellatur etiā vlcus *eſthiomene*, quod circa ſe ambulat & depaſcit: & Græcè propriè *nomi* vocatur, ſi putridū eſt & abſque tumore. Nam quod tumet, *phagedæna* dicitur, quod edacem quoque ſignificat. Guido in 2. cap. doctr. 1. tract. 4. corroſiua, ambulatiua, & manducantia vlcera appellat. Barbari verò hoc nomen *eſthiomenis* retinuerunt ad particulariter ſignificandam totalem membri corruptionem, *necroſim* Grece dictā, & noſtro idiomate, mortificationē. *Sphacelos* hic eſt propriè à Græcis appellatus, quē Barbari vocāt *aſcachilum*, ſicut diximus ſuperius. Et quoniā alias corrumpit partes, ipſi nominant etiā *eſthiomenem*, nomen hoc exponentes ac ſi eſſet compoſitū ex hoſte, id eſt inimico, & homine. Guido tamen per *eſthiomenem* intelligit, quod Græci *gangrænam* vocāt, in capite addito ſecundi cap. primæ doctrinæ Apoſtematum. Namque totalē mortificationē, quæ eſt finis, quò definit id quod *eſthiomenem* appellat, non connumerat inter apoſtemata: cùm huiuſcemodi ægritudo aliam curationem non requirit, quàm amputationem, de qua loquitur ſolùm in 6. tract. cap. vltimo, primæ doctrinæ.

*Exituræ*, Secundum barbaros eſt id, quod Græci propriè *apoſtemata* vocāt, Latini verò *abſceſſus*. Duæ autē ſunt eorum ſpecies, vna inflammationū ſuperiorum cùm materia contenta & conuerſa in pus ſegregauerit ſe, & à partibus continentibus retraxerit, vt aliquo in ſinu maneat. Hinc autē dictus eſt abſceſſus ob elongationem & retractionē à dictis partibus: ſicuti etiā apoſtema dicitur ob eandē ſeparationem, quemadmodū apoſtata dicitur ille qui ſe à religione ſeparauerit. Et quoniam huiuſmodi materia exitū requirit, ideò Latini hanc affectionem vomicam appellāt, à vomitione, quæ ſeſe offert, vel præſens eſt, & Barbari *exituram* nominant ab exitu. Alia exituræ ſpecies ex materia pituitoſa eſt, vtplurimum in aliquo loco contenta, cum ſacculo vel ſine, cùm paulatinè locum ſibi acquiſierit, partes ſeparando, quæ tandem formas capit diuerſas & extraneas, ſicut mellis, ſepi, fili, pili, carbonis, lateris contuſi, arenæ, lapillorum & huiuſmodi: quarum tres primæ nomen habent proprium inter Græcos *meliceris* ſc. *atheroma*, & *ſteatoma*, quæ ſunt exituræ, apoſtemata, vel abſceſſus ex genere pituitoſorū, ſicut etiam nodi, glandes, pannus, talpæ &c.

## F

*Fermos*, vox Arabica tumorem durū & abſque dolore ſignificat. Guido in cap. de Scirrho inquit, Auicēnam appellaſſe *Ferinum* illum, qui de membro in membrum tranſmutatur. Videatis ibi meam annotationem.

*Feu perſien* vt facer, pruna, carbunculus & anthrax, ab Auic. prò vno ferè

& eodem ſumuntur , vt ait Guido in cap.adminiculatiuo 2. capitis primæ doctrinæ apoſtematum. Secundum autem communem loquendi modum iſtud verbum *quaſi* à mendacio liberat.nam revera hæ non ſunt voces ſynonymæ, quæ eandem rem barbaris ſignificant: licet omnes hi morbi eandem habeant materiam ſubiectam. Namque inter ſe differunt ratione conſiſtentiæ humoris, ratione magnitudinis combuſtionis, & diuerſitatis colorum ex ipſis procedentium. Nam ſi ſanguis, qui craſſus eſt, tantummodo bullit, morbus dicitur *carbunculus* vel *anthrax*.quòd ſi combuſtus fuerit, & ſubtilior eius pars pleraque conſumpta fuerit, colorem intenſè rubrum reddit, *pruna* appellabitur. Contrà, ſi maior ſubtilis ſubſtantiæ pars aderit, colorem viuum & corruſcum efficiet veluti flamma: tunc *ignis perſicus* vel *ſacer* dicetur, id eſt magnus: quo nomine Latini antiqui *eryſipelatem* Græcorum deſignarunt. Quod autem ad hoc, quod vulgò appellatur *ignis S. Antonij*, vel *S. Marcelli*, aut *Martialis*, aliud eſt, ſicut Guido inferius referet agendo de *eſthiomene* particulariter: quem vult eſſe *gangrænam* Græcorum, & *ignem S. Antonij*.

*Fic*. Videatis meam annotationem ſupra caput 7.doctr.2.tractatus de vlceribus ſub titulo, De ficu, qui eſt in ano.

*Fourmi*. Videatis noſtras annotationes ſuper caput adminiculatiuum in 3. cap.doctr.primæ, tractatus Apoſtematum.

*Fugile*. Videatis ſuperius in dictione *Bubon Fugilin, ou Fugilic*.

G

*Geſſe*, vel *al-geſſe* Arabicè, difficultas eſt motus palpebrarũ tam in claudendis ipſis, quàm in aperiendis cum dolore & rubore abſque humiditate vt plurimum. Guido in 6.tract.doctr.2.cap.2.ſub hoc titulo, De abbreuiatione & reuerſatione palpebrarum, vult *geſſe* ſub hac includi, vel ſpeciem eſſe contentam ſub oculo leporis. Græcè *lagophtalmen* dictam. Sed Auicenna caput particulare facit & longum poſt illud de *geſſe*, de palpebrarum reuerſatione, quã propriè *aſcera* appellat, cuius tres facit ſpecies, in quarum prima, inquit, tota pars alba oculi detecta apparet: in ſecunda pars tantùm, in tertia palpebra ſuperior non poteſt cum inferiori coniungi. Quæ ſunt res differẽtes à *geſſe*, quo oculus aperitur & clauditur: ſed maxima cum difficultate propter tumefactionem & tenſionem palpebrarum. Ex his autẽ tribus ſpeciebus *aſcera* prima naturalis eſt, & ob materiæ defectũ accidit, vnde palpebræ abbreuiantur: vel accidentalis, ſicuti cùm inciſæ ſunt: & tũc propriè eſt affectio illa, quæ appellatur *oculus leporis*, vt vult ipſe Auicenna. Secunda eſt retractio vel contractio palpebrarum ab Auicenna abbreuiatio appellata: quæ eandem habet cauſam cum prima, minorem tamen. Tertia, vitium eſt tantùm palpebræ ſuperioris, quæ non poteſt inferiorem attingere ob cauſas à Guidone propoſitas, ex Auicenna tranſcriptas in capite de *Aſſera*, & non ex capite de *Geſſe*.

*Glandule* vel *glãde*, dupliciter ſumitur. vno modo ex naturæ inſtituto, & ex prima conformatione, corpori ſeruiendo, vel vſum ei præſtãdo, veluti ſunt

illæ

illæ emunctoriorum. Græcè appellantur *adenes*, Latinè glandulæ. Altero modo contra naturam *glans* à Barbaris appellatur,quoniam tumor rotundus eſt, aut oualis figuræ in formam dictarum glandularum naturalium. Huiuſmodi autem non ſunt ex prima conformatione,& ex naturæ inſtituto:ſed ex materia omnino inutili,factæ in locis, in quibus naturaliter nulla ineſſe debet:vel contra naturam genitæ ſunt inter naturales.

*Gutta*,Latinè propriè ſignificat guttam,veluti guttā aquæ vini, olei,&c. Barbari tamen ipſa vtuntur ad ſignificanda quatuor morborum genera.

Primò,illum qui vulgò, *goutte* vocatur, à Græcis *arthritis* vocatus, & à Latinis morbus articularis, qui verbo Græco reſpondet, ſignificanti morbum iuncturarum.Nam Græcè *arthros*, & *articuli* Latinè iuncturas ſignificant.Eius ſpecies ſeu differentiæ nominatæ ſunt à nomine partium. *iſchias* enim Græcè dicta,à Barbaris *ſciatica* vocatur,à Latinis *dolor coxendicus*, qui Gallicè dicitur *ſciatique*. *Gonagra*, *podagra*, & *chiragra* dicitur gutta in genu, in pede,& in manu,à verbis *gony*,*pous*, & *chir*, quæ genu,pedem, & manum ſignificat, addito *ara* quod ſignificat capturam : nam his partibus capiuntur & laborant.

Ex his omnibus videtur guttam dictam eſſe,quoniam humor ad iuncturas deſtillat veluti guttatim.

Secundò gutta dicitur de ſtupore & torpiditate membri : & adhuc magis de extenſione & contorſione intenſè doloroſa muſculorum partis craſſioris aut ventriculoſæ cruris. Et ſic nominatur ob intenſum dolorem,qui inibi percipitur,veluti in vero dolore arthritico.

Tertio vulgò dicitur *gotte roſee*,alii *coupe-roſe* pronuntiant,de quibuſdam ruboribus qui in facie apparent, vtplurimum ſeparati & non contigui, ac ſi eſſent ſanguinis guttæ.

Quartò dicta eſt gutta ſerena , cùm quis nihil oculis etiam ſplendidis, lucidis & pulchris exiſtentibus,videt:quoniam neruus opticus obſtructus vel compreſſus eſt.

*Hæmoroſagia* vox Barbara eſt, ex *hæmorrhagia* corrupta dictione Græca, quæ ſanguinis fluxum ſignificat Latinis, & *flux de ſang* Gallicè : nam *hæma* ſanguinem ſignificat, *rhagia* verò fluxum impetuoſum.vt autē dicatur propriè *hæmorrhagia*,oportet ſanguinem abundāter fluere. Decipiuntur autem illi,qui vocabuli momentum ignorantes, pro fluxu ſanguinis ſignificando *hæmorrhagiam ſanguinis* dicunt, veluti ac ipſum verbū nō ſignificaret fluxū.

Ita igitur duplicatur dictio, cùm dicitur fluxio catharri : nam tantùm valet *catharrus*,quantum fluxio,& contrá.

*Hæryſipila* vox à Græco *eryſipelate* corrupta, quā Barbari imaginati ſunt dictum eſſe,quaſi pilis hærentem : ignorantes dictionem eſſe ſimpliciter Græcam.Melius autem diceretur pelli hærens:propriè enim pelli adhæret & cuti,& eſt eius propria affectio,quādo *eryſipelas* ſimplex eſt & exquiſitū.

*Hernie* vel *Hergne*. Videatis in dictione *Crepature*.

*Herpeſten*, nihil aliud eſt quàm *herpes*:de qua dictione iam ſatis dictū eſt

in annotationibus ſuper caput adminiculatiuum in 3.cap. doctrinæ primæ tractatus de apoſtematibus.

I.

*Ignis perſicus*. Videatis ſuprà in dictione *Feu perſien*. Sic autē dici potuit à verbo *pers*, quod cæruleum ſignificat, namque flamma hunc retinet colorem, potiſſimum illa quæ ex carbone exit accenſo, & imprimis ex carbone petroſo, qui calidior eſt. Ita etiam membrum, quòd eſt valde imflāmatum, colorē habet rubrū ad perſicū tendentē, à Barbaris ſic appellatū, à Latinis cæruleū, quaſi cæluleū, id eſt color cœleſtis, quem Græci *Cyaneum* dicunt.

*Impetigo* Latinè, id eſt quod Græcè *lichen* dicitur. Latini *mentagram* quoque appellant, quoniam plerumque primam menti partem corripit. Scabies quædam eſt & pruritus, qui in deterius tendens fit ſerpigo, ita nominata ab eo, quòd hinc inde dilatatur, vulgari vocabulo dicta *ſeu volage & dartre*, ſicut Guido docet in ſexto tractatu doct. 1. capite 3. ſub titulo *De impetigine & ſerpigine*.

K. L.

*Lentigines*, id eſt lenticulæ, maculæ ſunt rubeæ, quæ oriuntur in facie præcipuè, collo, & in anteriori pectore, ferè naturaliter in illis qui pilos rubros habent, & in aliis qui ſolis ardorem perferunt. Apud Tectoſages vulgò appellantur *panes*, ſicut Barbari *pannos* appellant. ita vt panni & lentigines ſynonyma ſunt nomina, niſi quòd panni appellantur grandiores, lenticulæ verò minores, ſicut ait Guido in 6. tract. doctr. 1. cap. 3.

*Leonine* denominatio eſt elephantiaſis, quam Guido dicit ſpeciem eſſe lepræ ex bile genitam. Sed lepra abſolutè dicta *leontiaſis* cognominata eſt Græcè reſpondens verbo Latino *leoninæ* pro craſſa corrugatione cutis frontis gemmis aſperſæ, veluti eſt pellis ſupercilij leonis.

*Lupie* vel *lupe*. Videatis tertiam annotationem ſuper caput adminiculatiuū nodorū, glandium, & in cap. 4. primæ doctri. tract. de Apoſtematibus.

*Loup*, ſicut Guido exponit in 6. cap. primæ doctr. tract. vlcerum, eſt cancer vlceratus crurium, ſic nominatus ex eo quòd conſumit & corrumpit vicinas partes tanquam lupus vorax: non autem, vt vulgò dicitur, quia quotidie comedat pullum gallinaceum. Namque oporteret potiùs ægritudinem appellatam eſſe vulpem: vel quòd caro, quæ ipſi applicatur, veruecina foret. vlcus quidem eſt verè *phagedænium*, & quod magnam facit deperditionem. Cancer autem exulceratus alias habet denominationes ſecundum naturam membrorum, quæ occupat, vt ait Guido in loco ſuperius citato: in facie enim communiter appellatur *Noli me tangere*, id eſt, ne tangas me. quod vniuerſaliter omnibus cancris conuenit: quoniam morbus eſt odioſus & grauis, ita vt quantò magis tractatur, tantò plus ſæuit, in facie præſertim, quæ eſt pars valde delicata, debilis & ad corrumpendum facilis. In medio autem corporis, *ceinture* vulgò appellatur, Latinè cingulum, ſicut dicit Rogerius, licet Brunus & Theodoricus ſcribant, nullum antiquorum ſic nominaſſe. Verum quidem eſt veteres appellaſſe *zonam* quæ cingu-

lum

lum ſignificat,& *zoſtere* ſpeciem quandam vlceris, quam puto eſſe herpetem eſthiomenem, qui non multum differt à cancro. Quòd ita ſit, Scribonius Largus ſcribit, quòd zona à Græcis *herpes* dicitur. Plinius etiam de ea loquitur dicens, quòd quidam ipſam vocant *circinam*, & quòd ſic corripit. Fiunt enim veſicæ & bullæ veluti combuſtiones, quæ primò in paruo numero rumpuntur, deinde ſtatim multiplicantur: & ſi hominem cingunt, ipſum interficiunt.

M.

*Mal-mort.* Videatis phlegma *ſalé*.

*Morphae*, Arabes ſic nominant, Græci *alphos*, cui vitiligo Latinorum reſpondet, ſicut diximus in dictione *Albaras*. Guido ſatis explicauit quid ſit morphæa in 3. cap. doctr. 1. tract. ſexti.

N.

*Nacta* vel *nata*, aut *napta*. Mihi videtur, quæ ſecundo loco per t ſcripta eſt, ſit melior: poſtquam nomen ſumptũ eſt à natis, quæ clunes ſignificant, vt Guido indicat in cap. adminiculatiuo nodorum, glandium, &c. quod eſt in 4. cap. doctr. primæ apoſtem. Videatis quintã annot. ſupra dictũ caput.

*Naiſſance*, vel *ſuperagnatio*, terminus eſt, quo Guido vtitur, nactam explicando, & reſpondet *naiſsiduro* verbo vſitato vulgò apud Tectoſages, quod dicitur generaliter de omni tumore, antequam verè ſciatur, cuius ſit ſpeciei. Nam poſtea dicitur, furunculus eſt, vel carbunculus, aut nodus, &c. *Saliduro* apud eoſdem vulgò idem ſignificat, niſi quòd propriùs dicitur de paruis tumoribus, quos nos puſtulas vocamus, & in facie præſertim.

*Nodus* ita à figura nominatus eſt. Videatis noſtras annotationes ſupra caput adminiculatiuum nodorum &c.

*Noli me tangere.* Videatis ſuperius in dictione *Loup*.

*Nictalops.* Videatis ſuperius in dictione *Alihahar*.

O.

*Orosbot.* Videatis ſuperius in dictione *Arosbot*.

P.

*Pannarice*. Guido definit explicátque ipſum in cap. 4. ſecundæ doctr. Apoſtematum ſub titulo, *De pannaritio*. Videatis etiam annotationem noſtram ſupra illum. Chirurgi appellant ipſum hodie vulgò *Pannaris*. Dicitur autem ab *onix* dictione Græca, quæ vnguem ſignificat, & à *para*, quæ propè ſignificat. Ego dicerem illud eſſe, quod quidam vulgari ſermone appellant *piſſechin*, niſi Guido Auicennam inſequens in ſuis iudiciis, terribilius deſcriberet, eò quòd *piſſechin* vocatur.

*Panni.* Videatis ſuperius *Lentigines*.

*Peripleumonia*, vox eſt à Barbaris corrupta loco *peripneumonia* dicta, quæ ſignificat inflammationem & apoſtema pulmonis, Græcè *pneumon* dicti. vnde ægritudo ipſa etiam *peripneumonia* dicta eſt, & Latinè pulmonia.

*Phlegme ſalé & mal-mort*, fœdior & craſſior ſcabies eſt, veluti quæ vulgari

nomine appellatur *mal de S. Mein.* Dicitur autem phlegma ſalſum ab eius cauſa, veluti morbi, qui colera, melancolia appellantur, &c. Nam ſcabies hæc ex phlegmate ſalſo & nitroſo procedit, quæ magnum pruritum cauſat, & multū puris phlegmatici reddit, cùm eius vlcera ſordida ſint. In quo à malo differt mortuo, quòd cruſtas craſſas habet, quæ tegunt vlcera veluti eſſent mortua, vnde nomen ſumpſit.

*Planta noctis*, de verbo ad verbum ſignificat plantam noctis: quæ vox ſimiliter corrupta eſt pro planta Barbarè dicta, loco planctus, qui ſignificat luctum & mœrorem. Morbus enim eſt, qui noctu magis quàm die angit & plangere facit. Auicenna ipſum definit dicens eſſe paruas puſtulas cum magno pruritu ob ſudorem retentum vel impeditum propter noctis frigus poros cutis coercens. Eſt autem tanquam impetigo, nec aliud quàm aſperitas in cute apparet abſque notabili eleuatione, cum magno tamen pruritu & dolore, ac ſi ignis ineſſet cum multis ſpinis. Aliquando ego expertus ſum, ac perſentii ſatis grauem in duobus brachiis, & dorſo. Citiùs autem ea me liberaui cum frictione molli ex oleo dulci. Nec poteſt hæc eſſe Græcorum *epinyctis*: puſtula enim eſt hæc craſſitudine fabæ, plena materiæ: quæ vtplurimùm nocte abrumpitur, ſicut nocte incepit: & hinc ſuum aſſumpſit nomen. Quod ſi quis accommodare voluerit planctæ noctis Barbarorum, ſicut quidā homines docti faciunt, dictio erit æquiuoca. id eſt huiuſmodi affectus nomine quidē cōuenient, nō autē eſſentia & natura eadē.

*Pruna*, vox Latina prunam ſignificat, de qua ſuperius mentionem fecimus in dictione *Feu perſien.*

*Puſtulæ* ſecundum Barbaros dicuntur vnumquodque apoſtema paruum, veluti flocculi & veſicæ. Guido tamen nos admonet, quod nomen puſtulæ propriè dicitur de ea, quæ venenoſa eſt: & quod differentia eſt inter veſicam & puſtulam in eo quòd veſica non occupat niſi cutem: puſtula verò nunc ſolam cutem, nunc ſubiectam carnem, ſicut ait Guido in capite Apoſtematum in generali. Latini appellant *papulas* & *puſtulas*, Græci *phlyctænes*, quæ ſunt paruæ variolæ.

## Q R S

*Sang-mort*, dicitur liuor & liuiditas partis contuſæ: Græci appellant *ecchymoſin*, vel *ecchymoma*: Latini *ſugillationem*. Dicitur autē ſanguis mortuus, cùm ſuum natiuum & viuidum colorem amiſit: quod ipſi accidit, ſtatim quòd extra venas eſt, veluti ex contuſione, quæ rumpit & crepat aliquas venas capillares, & ſanguinem ex mediocribus exprimit.

*Sanies* Latinè propriè ſignificat id quod Græci *ichorem* dicunt: ſeroſitas hæc eſt vel aquoſitas ſanguinis aut aliorum humorū, vel totius maſſæ ſanguineæ: ex qua materia exiſtit vrina, ſudor, & lachrymæ. Eſt etiam excrementum ſeroſum vel aquoſum vlcerum, quod ex ſupradicta procedit materia. præter hoc aliud quoque excrementum eſt craſſum & denſum, quod Græci *rypos* appellāt. Latini ſordes: nos verò *ſaleté & ordure* vocamus. Hæc eſt igitur proprietas nominum, quam barbari confundunt, & impropriè vſurpant. Namque frequenter aſſumunt ſaniem pro eo quod Græci

Græci *pyon* dicunt, & pus Latini.

*Saton* pro ſatyro, ait Guido, exponens ſigna vniuoca elephantiaſis. Pro fabula autem habetur quod dicitur de ſatyris hominibus ſilueſtribus, parua cornua in fronte habentibus,& pedes hircinos. Nihilominus ipſorum faciei ſic depictæ cōparatur vultus leproſorū: & idcirco lepra etiā nominatur Græcè ſatyriaſis:& qui hoc morbo laborant,ſunt valde ſalaces,& in actū venereum proni,ſicut & ſatyri à poetis ficti.

*Sciatica*,videatis in dictione *Gutta*.

*Scliroſis*,ſępius Guido ait pro *ſcirrhoſis* affectione dura &ſcirrhoſa.Græci dicunt *ſcleros* & *ſclerotis* per *n*, durum & duritiem.

*Scrofula*,illud eſt quod Latini aliter appellāt ſtruma, nos autem Gallicè, *ſcrouelles*, ſcrofa.n. eſt antiqua porca,quæ cùm ſit valde huic morbo obnoxia, ideo ex nomine eius diminutiuo appellatur, quod eſt ſcrofula. Græci appellarunt *chœras à chœro*,quòd porcum ſignificat,vel ſcrofam.Hoc.n.animal collum habet valde glanduloſum,vt ait Paulus Ægineta ſexto lib.cap. 35. vel quia ſcrofulæ valde multiplicantur, ſicut ſcrofæ, teſte Aëtio in 4.tetrabibli,ſermone 3.cap.5.vel ex lapillis qui in lictore maris in aqua apparent,& à Græcis etiam *chœrades* appellantur.

*Sebel*, nomen Græcum vel Latinum non habet quod ſciam: ſaltem non eſt id quod Latinè vnguis dicitur à ſimilitudine vnguis , nec *pterygion* Græcè,quod ſignificat paruam alam. Nam Guidus noſter Auicennam ſequens optimè diſtinguit vngulam à ſebel. vtrumque particulariter deſcribens in 2. parte, 2. cap. doctrina 2.ſexti tract.& reuera vngula res eſt omnino contra naturam, parua ſcilicet pellicula vel tela, vt nonnulli vocant, quæ in coniunctiua gignitur in angulo oculi, & verſus oculi pupillam protenditur:& eſt coloris albi vel fuſci, quandoque etiam carnoſæ ſubſtantiæ. *ſebel* autem nihil aliud eſt quàm contextus venarum naturalium ipſius coniunctiuæ,quæ præter naturam tumefactæ ſunt, & ibi ſunt tanquam rete coloris rubei,lachrymis & pruritu conſociatum.

*Sephiros*, dictio corrupta à verbo *ſcirrho*, tumore duro & abſque dolore.

*Serpigo*. Videatis Impetiginem.

*Silac*, nonnulli ſcribunt *Sulac*, ſicut Rhaſis in 2.libro Continentis cap. 6. In quo ad reliqua videatis annotationem noſtram ſuper ſecundam partem 2. cap. 2. doctr. ſexti libri ſub titulo, De morbis palpebrarum, &c.

*Soda*, Arabicè eſt ſimpliciter dolor capitis, à Græcis *cephalalgia* dicta,à verbo *cephalo*, quod caput ſignificat & *algo*, dolorem.

*Spina*,id eſt *eſpine*, ſecundum Auicennam eryſipelas verum eſt, certum, exquiſitum,& legitimum. Videatis annotationem noſtram ſuper primum caput primæ doctrinæ Apoſtematum.

*Squinancia* & *Squinantes*,nomina ſunt à barbaris corrupta à ſynāche,vel cynanche. Latini appellant Anginam, & vulgò Gallicè *eſquinance*. Huius ſpecies & differentias explicauimus in anotationibus ſupra tertium caput doctr.2,Apoſtematum.Ratio nominis huius morbi eſt, vt teſtatur Aëtius,

ægrotans habet iugulum & guttur adeo compreſſum & obſtructum, vt cogatur linguam efferre veluti canis qui ſtrangulatur. Nam *anchone* capiſtrũ vel chordam ſignificat ad ſtrangulandum, & *cyon*, canem.

T

*Talpa*, vel *talparia*, alii *topinariam* dicunt, nomen Latinum nõ habet vel Græcum, quod ipſi reſpondeat, niſi reponatur in genere atheromatum, quæ ſunt apoſtemata, in quibus reperitur ſordes & ſanies. Sic autem nominatur à tumore qui fit in capite, ſicut talpa ſub terra.

*Tarſe*, *tarſen* vel *tarſati*, Arabicè ſignificat, quod Græcè dicitur *hypoſphagma* quæ ſpecies eſt *ecchymoſis*, effuſio ſcilicet ſãguinis in oculo ictus cauſa. In principio rubens eſt, deinde fit cæruleus: & niſi reſoluatur, ſed ad ſuppurationẽ veniat, *hypopyon* erit Græcè dictus, & ſecundũ noſtros praxim exercentes, ſanies poſt corneam. Auicenna appellat ſaniem in *ſiphac*.

*Teſtudo* vel *tortue*, ita à ſua figura dicta, non habet Latinum vel Græcum nomen, quod ipſi reſpondeat ad hunc tumorem ſignificandum, niſi reponatur ſub *ſtateomate*, vel *meliceride*. Hæc autem nomina materiam tantùm ſignificant, & non figuram.

*Tinea* nomẽ eſt captum à vulgari *tigne*, quæ *iamier* dici debuit, à tenẽdo, quoniam firmiùs caput tenet: aut à verme tinea appellato. Sicut.n.vermis hic lignũ corrũpit, & carioſum reddit, ita etiã tinea caput corrumpit. Hæc ſunt quæ Guido ſcribit in 1.cap.doct.2.6.tr. Videatis reliqua in dictione *Aſſafati*. Septẽ autẽ ſunt eius genera & differentiæ, tinea ſc.fauoſa, ficoſa, amedoſa, vberoſa, lupinoſa, granoſa, & achoroſa: quæ ſufficienter deſcriptæ & explicatæ ſunt à Guidone in loco iam allegato.

*Tyrie* Arabes *tyros* dicunt vniuerſaliter pro omni genere ſerpẽtis, & aliquando ſpecialiter pro vipera: vnde compoſitio, quę eã recipit, denominatur *tyriaca*, & nõ *theriaca*, ſicut Græci, qui ipſam denominãt à *therio*, animal ſilueſtre & venenoſum ſignificãte: quoniã cõpoſitio iam dicta eam recipit: vel quia contra venenum parata eſt. Ab hoc autem nomine *tyros*, barbari *tyriam* vocant, ad defluuiũ pilorũ ſignificandũ, Græcè *ophiaſim* appellatam ab *ophis*, qui ſerpentẽ ſignificat. Et quoniã elephantiaſis cum huiuſmodi deformitate libenter accidit, conſtituunt *tyriam* vnam eſſe lepræ ſpeciẽ: veluti ac ſiquis nunc diceret, quòd pilorũ defluuium ſpecies ſit variolorum, & luis venereæ: quoniam reperiuntur quædam huius luis ſpecies, in quibus nullum maius malum affertur quàm pilorum caſus: ſicut tractauimus in noſtro tractatu *Luis venereæ*.

V

*Veine meden*. Videatis annotationes ſupra tract.apoſt.doct.2, cap.8.ſub titulo *elephantiaſis* varicarum, & venæ meden.

*Vndimie*, vox eſt corrupta à barbaris ex verbo *œdema*: Arabes *zimia* dicunt. Apoſtema eſt pituitoſum, quod ſibi appellationem aptauit, cùm antiquitus, & Hippocratis tempeſtate vniuerſaliter vnumquemque tumorem ſignificauerit, quæ eſt eius propria ſignificatio: nam *œdema* tantum valet ac

let ac tumefactio. Sed quoniam maiores tumores pituitoſi ſunt, non abſque cauſa meruerunt nomen *œdematum.*

X

*Xere.* Videatis annotationem ſupra ſecundam partem ſecundi cap. 2. doctrinæ 6. tr. ſub tit. *De ægritudinibus palpebrarum* &c. *De ſcabie palpebrarum.*

Y Z

*Zimia.* Videatis ſuperius in dictione *Vndimia.*

*Finis interpretationis dictionum pathologicarum.*

# INTERPRETATIO DICTIONVM PHARMACEVTICARVM,

## Et primùm de medicamentis ſimplicibus.

*Acedula*, parua eſt oxalis, quam herbarij appellant etiam *acetoſellam*, diminutiuum ab acetoſa. Græci & Latini *oxalidem* vocant, vnde videtur tractũ vulgare nomen *ozeile*, ſicut ab acetoſa nomen *aigret* apud Tectoſages.

*Acus muſchata*, Gallice *aiguille ou eguille muſquee* dicta, à Græcis *geraniõ* appellatur, quod roſtrum gruis ſignificat, quia in ſummitate caulium habet veluti parua capita gruis cum longo roſtro. Aſſimilatur acui: & quoniam herba bene redolet, ideo *acus muſcata* etiam appellatur. Pes autem columbinus, & herba Roberti Latinè ſic vocata habentur ab herbariis pro ſecunda & tertia ſpecie *geranij*. De qua re Guido dubitans, dixit has herbas eſſe ferè eiuſdem generis.

*Adhil.* Videatis primam annotationem ſub titulo cataractarum, in ſecunda parte ſecundi capitis ſecundæ doctrinæ ſexti tractatus.

*Aldabac* à Guidone exponitur ſub tit. De medicamentis attrahentibus, in 5. cap. primæ doctr. ſeptimi tract. ſtellio & lacertus. Mathiolus in 4. capite ſexti libri Dioſcoridis ſuſtinet ſtellionem & lacertum diuerſa eſſe animalia. Ita etiam qui dictiones Arabicas librorum Auicennæ expoſuit, non dicit *aldab* lacertum eſſe, ſed animal ſimile lacerto.

*Alfeſur* & *alfecera*, Bryonia eſt, Gallicè *couleuree* nominata, à Græcis *ampelos leuce*, à Latinis vitis alba, quę ſignificat *vigne blanche* ob ſimilitudinem ſuorum foliorum.

*Albaſſe*, Guido exponit *ſtoccadem* vel *hyſopum* hortorum in 5. parte 2. cap. ſecundæ doctr. ſexti tract. ſub titulo De paralyſi, & oris titubantia.

*Alkali*, vulgò *ſalicor* dictus, cinis eſt herbæ marinæ, Italicè *ſoda* appellatur quæ fornacibus vitrariis inſeruit ad vitrum lucidius reddendum. Appellatur *ſal alcali*, & *alumen catinum*.

*Alkanna*, vel *alcanna* dictio Arabica eſt, liguſtrum Latinè ſignificans, & cypros Græcè. Galli appellant *troëſne*.

*Alkitran*, Arabicè, gũmi vel rheſina cedri eſt, Græcè & Latinè *cedria* dicta. videatis annotationem poſtremã ſuper vltimum caput primæ doctr. ſexti tractatus.

*Alumen fæcis vini*, ex eo fiunt panes, ſaléque exſiccati comburuntur, donec albi euadant.

*Alum iaſmen*, vel *iamen*, ſecundum Dinum ſuper Auicennam eſt alumen ſciſſile, quod hodie non eſt amplius in vſu, & pauci ſciunt quid ſit.

*Anabula*, ſpecies eſt tithimali, vt ait Platearius: ante quã has tres ponit, *eſulam*, *laureolam*, & *cataputiam*. Alij putant hanc eſſe volubilem maiorem à Græcis *ciſſampelos* appellatam.

*Arthanita*, videatis *Buchormarien*.

*Aumeli*, apud Auicennã planta eſt *chamælæa* à Dioſcoride dicta, & *mezereon* ab Arabibus. eius ſemen appellatur *coccum gnidium* Græcè. nomen *chamælæa* paruam vel humilem oliuam ſignificat: vnde herbarij quoque vulgò *oliuellam* vocant, ob ſimilitudinẽ foliorum præcipuè.

*Batitura æris*, ſquamæ ſunt æris, quæ ab eo ſeparãtur & decidũt cùm malleo tunditur ad ipſum dilatandum, vel formam ei dandam. & ideo *batitura* vocatur, quoniam fit contundendo.

*Baurach*, id eſt, quod Græci *nitrũ* appellãt, cuius loco hodie ſumitur ſal petræ, pręſertim ĩ medicamẽtis exterius applicãdis. A *Baurach* dicitur humor & ſapor *baurachinus*, id eſt nitroſus. Aliud aũt eſt *borach*, à Græcis *chryſocolla* nominata. quæ diuerſis etiam fit artificijs, ſicut eſt illa qua vtũtur aurifices.

*Bec de gruë*, videatis in dictione *Acus moſchata*.

*Ben* monoſyllabũ fructus eſt, quem Græci *balanum myrepſicam*, & *myrobalanum* dixerunt: ad quorum imitationem Latini *glandem vnguentariam* appellarunt, id eſt ad fumigandum. *Been* duarum ſyllabarum planta eſt, cuius duæ ſunt ſpecies, vna alba, & altera rubea, ratione ipſarum radicum, quæ ſolùm ſunt in vſu, & cordiales valde reputantur: hæ autem ſunt *been rubrum*, & *album*.

*Buchormarien*, Arabicè, ſignificat vaporem vel ſuffumigium Mariæ. Alij ſcribunt *bothormarien*, quod eſt *floccus mariæ*. id autem eſt quod aliter *arthanita* appellatur à Græcis, & à Latinis *cyclaminus*, ab herbarijs *panis porcinus*, & *herba mariæ* ad imitationem Arabum. Ego tamẽ reperio, quod *arthanita* dicitur de prima ſpecie cyclaminis, quæ eſt *panis porcinus*: & *bothormarien* de ſecũda vulgò appellata, *ſigillum S. mariæ*. interpres Rhaſis lib. 9. ad Almanſ. cap. 4. euidenter diſtinguit *Bothormarien* & *Arthanitam*. Videatis Ruellij ſententiam, quam Mathiolus refutare conatur.

*Bugia* radix ſpinæ vinetæ, quam barbari *berberim* nominant. Hæc planta à Græcis & à Latinis *oxyacãtha* eſt appellata, quæ acutam ſpinam ſignificat.

## C

*Cadmie*, Græcè eſt quod barbari verbum corrumpentes, *clymiam* & *ca-*

*chimiam*

hoc verbo Arabico, quod *pompholygi* Græcorum correſpondet, vt idem met Guido exponit pagina 296. linea 30, in quinto capite 2. doctr. tract. de vulneribus.

*Calcadis* & *Colchotar* Arabicè, id eſt quod Græci *Chalcitim* appellant, vt inquit author Pandectarum.

*Cambil.* Videatis annotationem noſtram in pagina 324. linea 15. quæ eſt in capite primo doctr. prima tract. de vlceribus.

*Cepa muris*, Gallicè *oignon du rat* dicta, quoniam mures interficit, eſt *Scylla* Græcorum & Latinorum.

*Chryſomeles, abricots* Gallicè dicuntur, cuius oſſa & nuclei expreſſi oleum reddunt in *hæmorrhoïdibus* commendatum. *Chryſomele* de verbo ad verbum pomum auri ſignificat. appellatur etiam *pomum armeniacum.*

*Cimolea* à Guidone deſcribitur in 7. tract. doctr. 1. cap. vltimo inter ſimplicia medicamenta, quorum gradus explicat, dicens terram eſſe molam fabrorum ferrariorum, quod eſt falſum. Nam *Cimolea* ſpecies eſt cretæ, cuius loco hodie nobis incognitæ ſubſtituuntur raſuræ & comminutiones lapidis molaris quo ferrum acuitur, quæ reperitur in fundo aquæ, per quam mola tranſit.

*Cinc* vel *cincib*, Gingiber eſt vel *zingiber* Græcè & Latinè, quod Barbari ſic breuiter ſcribunt, *Cinq*, vel *cincib* loco *cinciber.*

*Condiſum* nonnulli modernorum exponunt *ſaponariam*, quæ eſt ſtruthion Græcorum. Ego autem interpretor *ſauoniere.* Dinus verò ſuper Auicēnā in cap. de cura ſcrophularū, inquit elleborum album eſſe, vel eius internam partem.

D

*Darſeni, cinamomum* craſſius à quibuſdam interpretatur: ſed reuerendi patres qui Meſuem commentati ſunt, oſtendunt id eſſe magis perfectum: & ideo nos traduximus Gallicè, *cannelle fine*, in penultima recepta quartæ partis ſecundi capitis doctr. 2. tract. 6. ſub titulo De fœtore oris.

*Darſiſahan*, Arabicè id eſt, quod Græcè *aſpalthos* dicitur, Latinè ſimiliter *aſpalthus*, & nos etiam Gallicè *aſpalthe.*

*Dragontea* eſt quod Græci *dracontion* vocant, Latini *dragunculum*, nos verò Gallicè *ſerpentine*, temporibus præteritis errauerunt valde, accipientes radicem *biſtortæ* pro hac, quoniam radix *biſtortæ* eſt contorta in formam ſerpentis. Ipſarum autem qualitates & vires ſunt omnino contrariæ. *Serpentina* verò eſt ſic nominata, à forma caulis, & non eius radicis.

E

*Eſcume de mer.* Videatis ſpumam maris.

F

*Ferrugo* Latinè, rubigo eſt præſertim ferri.

G

*Geneſtra* Barbari dicunt, pro *geniſta*. Græcè *ſpartion* dicitur, Gallicè *geneſt*

*Gratia Dei* vel *gratiola*, Gallicè *grace-Dieu.* Videatis annotationes noſtras

ſuper 6.cap.1.do.Antidotarii ſub tit. Medicamentorũ carnẽ regenerãtium.

*Guma* rutę agreſtis, *thapſia* eſt Græcorũ, ſicut ipſemet Guido exponit ſub titulo De alopecia in cap. primo 2.doctr.tract. 6.

H

*Harmel*,& *harmala* Arabicè, *peganon agrion* Græcorum eſt, & ruta ſilueſtris Latinorum, non autem cicuta,vt quidam & malè interpretati ſunt. Nos dicimus Gallicè, *rue ſauuage.*

I

*Iarrus* vel *iarus*, nomen corruptum ab *Aron* Græcè quem Latini arum dixerunt.Arabes *luf*,vel *luph*,appellarunt:Herbarij *Aaron*,dragonteam minorem,& ſerpentariam minorem:Galli,*vid de chien*,à forma caulis, & *pied de veau*,à foliorum figura.

*Indicum* dictio Græca ſignificat id quod nos vulgò appellamus *inde*,& color eſt pictoris inſeruiẽs & medicinæ : naturale reperitur,vt ait Dioſcorides.Quod nos habemus ex glaſto eſt,à Tectoſagis dicitur *Paſtel*:Latinè glaſtum,id eſt ſcuma quam reddit,cùm lanæ inficiuntur.

*Iſopus* Barbaris ſignificat,quod Græcè dicitur *oiſipos*, Latinè *œſipus*, & Gallicè *ſuin*, & eſt vnctuoſitas, vel pinguedo lanæ immundæ , quæ vulgò *ſurge* dicitur, Latinè *ſuccida*. Quidam ex Barbaris ſcribunt *Hyſopum*: & vt diſtinguant ab herba *hiſopo* nominata,addunt *humidam*: quoniam immundicies & pinguedo illa humida eſt & mollis. Et ad herbam ſignificandam ſcribunt *hyſopum ſiccam*,non quòd, vt nonnulli putant, ab eo quod herba exiccet, & œſipus humectet.

K

*Karabe* Arabicè,ambra vel ſuccinum luteum eſt,ex quo orbiculi *pateноſtres* vulgò dicti, conficiuntur.Barbari vocem corrumpentes, *cacabre* dicunt.Eſt autem *electron* Græcè dictum, & *ſuccinum* Latinè.

*Kerua* Arabicè, eſt id quod Græci nominant *cici*, Latini *ricinum*.herbarij *palmam Chriſti* ,& nos Gallicè *paume Dieu.*

*Kitran*.Videatis ſupra, *Akitran.*

L

*Lacticinia* herbæ ſunt lac reddentes.Galli nominant omnes tithymalorum ſpecies.

M

*Malum terræ, Ariſtolochia rotunda eſt*: quæ Græcè ſignificat quam optima ad partum. Galli appellant eã vulgari nomine *ſarazine* & *fortele*,vel *foterne*.

*Marſilium*,author Pandectarũ inquit eſſe fabam lupinam ſimilem elleboro nigro.Guido ponit eam in numero pattæ lupi pag. 424.& pag. 241.

*Memitha* Arabicè,*glaucios* Græcorum eſt.

*Mezereon*.Videatis in dictione *Aumeli.*

N O

*Oſmunda,regalis* cognominata,ſpecies eſt filicis,id eſt aquatica.

P

*Patta lupina*, alij ſcribunt *planta*, alij *panta*.Ego autem puto hos velle dicere *pauta*. Nam apud Tectoſages *paute* ſignificat pattam . Aconiti ſpecies eſt,Gallicè nominata *patte louuine.*

eſt,

*Polemon,* Guido pagina 182. lib. 10. ſecundum Arnaldum interpretatur *pulegium ceruinum,* & *chelidonium* ſecundum Mundinum.

*Prauenca,* vox barbara ſumpta à nomine vulgari prouentr, Latini appellant *vincam peruincam,* Græci *clematem daphnoidem.*

*Pix humida,* pix eſt naualis, vt ait Dinus ſuper Auicennã folio 45. colũna 3

Q R S

*Sal indum.* Videatis annotationem ſuper paginã 502. linea 14.

*Salamũda,* herba eſt quæ aliter vocatur *cariophyllata,* Gall. *benoiſte* dicitur.

*Scebram* vel *aſcebram,* ſpecies eſt tithymali, *eſula minor* dicta.

*Scedengi,* vel *ſedeng* aut *ſedengi,* lapis eſt Græcè *hematitis* appellatus, Latinè *ſanguinalis.* & nos id ſequentes Gallicè appellamus, *pierre ſanguine.*

*Scrofularia,* duplex eſt, vna minor, altera maior eſt. maior abſolutè *ſcrofularia* nominatur: minor eſt *chelidonium minus* appellatúrque *ſcrofularia,* quæ ſcrofuloſum ſignificat, ex eo quòd ſcrofulas ſanat, vel quia eius radices ſcrofulis ſimiles ſunt.

*Senatio,* non eſt *Senecio,* Gallicè *Seneſſon* dictus, à Græcis *erigeron* vocatus, qui ſenem in primo vere ſignificat: imo *ſenetio* eſt herba, quam Græci *ſion* appellant, Latini *lauer,* herbarij *ſenecionem aquaticam.* Gallicè *berle.* Videatis annotationem noſtram ſuper paginam 103. linea 36. tamen ego traduxi *ſiſymbrium* alicubi, quia in eadem recepta ingreditur *berle.*

*Seniſſum,* vel, vt alij ſcribunt, *ſunizi,* verbum Arabicum eſt. Guido inquit eſſe nigellam cap. 7. primæ doctr. tract. 6. Græci appellant eam *gith,* & *melanthium,* ſicut etiam herbarij *nigellam,* Galli *nielle poiurette* vel *piperelle.*

*Setargi,* vel *ſcitargi* Arabicè, *iberis* eſt & *lepidion* à Græcis & à Latinis appellatus. Guido autem pro *thapſia* aſſumit pag. 242. linea 23. in cap. 3. primæ doctrinæ tractatus ſexti.

*Spuma* maris, eſt petra *pumex* dicta à Latinis, & à Græcis *ciſſeris,* vt Dinus exponit ſuper Auicennã. Barbari *ſpumam maris* appellant, quoniam affertur, & ſupernatat aquæ maris ſicut ſpuma, ob eius leuitatem & raritatẽ ſpõgioſam. Alij volunt *ſpumam maris alcionium* eſſe, cuius quinque conſtituunt ſpecies Dioſcorides & Galenus. Theophraſtus tamen ſcribit *Alcionium* & *pumicem* Græcè *ciſſerim* dictam, idem eſſe. Expoſitio igitur Dini optima erit & hæc tria erunt *ſynonyma, ſpuma maris, alcyonium,* & *pumex.*

T

*Tunix vel tunica,* videtur verbum à Barbaris corruptum loco *betonica* ſcriptum: non ea, quæ vulgò *betoine* dicitur, ſed ſpecies *leucoye* aut *violæ,* quæ ſilueſtris eſt & parua. Nonnulli appellant eam *vetonicam:* vnde nomen tunicæ potuit eſſe ſumptum.

*Tutia.* Videatis ſuperius in dictione *Cadmiæ.*

*Tyri* vel *thiri* à Barbaris ſerpentes dicuntur, & viperæ potiſſimum. Videatis in dictionibus pathologicis, *tyrie.*

V

*Viticella,* veluti ſi diceretur parua vitis, ita à Barbaris appellata eſt *brionia* à

figura ſuorum foliorum & viticulorum vel pampinorum.

*Vſnea* à barbaris vocatur quæ Gallicè dicitur *mouſſe*, Latinè *muſcus*, Græcè verò *bryon* appellatur.

*Vzifur*, *cinnabaris* eſt, vt exponit idemmet Guido in fine capitis graduũ medicamentorum, quod eſt vltimum primæ doctrinæ antidotarij.

X

*Xilocaracta*, dictio eſt corrupta à *xylocerata* Græcè dicta, quæ ſiliquas Latinè ſignificat: Gallicè *carrouges* dicuntur, apud Tectoſages *carrobies*. Antiqui Græci *ceratia* appellarunt, quæ parua cornua ſignificant. Recentiores deinde *xylocerati*a vocarunt, quæ ſunt parua cornua lignoſa vel lignea. Appellarunt etiam *carrouuies*, vnde ſumptum eſt vulgare nomen *carrobies*.

Y Z

*Zegi*, vitriolum eſt, vt Guido exponit ſub titulo de Ranunculo, in quinta parte cap. 2. doct. 2. tract. 6.

*Zurunge*, creditur *hermodactylos* eſſe, vt ait Guido agens de podagra, vbi tradit tertiam formam repercutientium materiam calidam. Prætereo multa alia nomina ſimplicium medicamentorum, barbarorum & Arabicorum, quoniam iam ſunt magis cognita & familiaria quàm vulgaria. Sicuti etiam prætermitto infinitas alias dictiones Græcas & Latinas, quæ interpretatione non indigent, cùm res ſint melius cognitæ ſub huiuſmodi nominibus antiquis, quàm ſub modernis. Satis mihi eſt explicaſſe ea prçcipuè quæ minus vſitata ſunt à practicis noſtri temporis, qui Latina delectantur elegantia, cùm bonis literis inſtituti fuerint. Admonitio hæc inſeruire debet quatuor partibus huius tractatus: in quo non inquiro nec examino niſi ſcabroſiores dictiones, quæ nouo chirurgo ac tyroni laborem afferre poterunt.

*De compoſitionibus medicamentorum compoſitorum.*

A

*Alcofol* vel *alcohol* quamlibet puluerem pro oculis præſcriptam ſignificat, ſicut Ianuenſis exponit. Et quoniam valde ſubtilis eſſe debet abſque aſperitate aliqua craſſitudinis vel inæqualitatis, quando ſcribitur, fiat puluis ſicut *alcohol*, ſubtiliſſimum ſignificat, ita vt, inquit ille, puluis ſit impalpabilis.

*Albarif*, Guido interpretatur confectionem boni ſaporis in fine 2. Partis cap. 2. doct. 2. ſexti tract. ſecundum Meſuem, à quo tranſcribit ſecundam deſcriptionem parum aliter quàm Meſue dictauerit.

*Almuri* ſic à *Bulcaſi* cognomento Seruitore deſcribitur. Recipe farinæ hordei partes duas, ſalis partem vnam cum aqua incorporētur, & fiant placentæ abſque fermento, applicentur igni & dimittantur donec comburantur intus & extra. Extrahantur ex furno, & ſingula in tria vel quatuor fruſtula rūpantur. Deinde in magna olla munda ponantur, & aqua cooperiantur, addendo manipulam ſummitatum palmæ. Locetur autem olla in furno, &

no,& per diem naturalem ibi maneat: vel ad ignem bulliat vſque ad conſumptionem mediæ partis aquæ. Deinde addatur mel ad ſalſedinem auferendam, coletur, & reſeruetur. Scribunt hanc eſſe muriam attenuantem, detergentem & exiccantem, ſicut *garum* Græcorum.

B

*Blanca*, pro alba dicta, compoſitio eſt laxatiua, quam Nicolaus deſcribit & dicit illam nominatam eſſe *blancam*, quoniam ipſa humores albi purgantur, qui phlegmatici ſunt.

*Burud*, vel *Buruch*, quoddam *collyrium* eſt à Guidone deſcriptum in fine primæ partis doct.2.tract.6.

C

*Calidicon* trochiſci ſunt ita nominati à *cali* vel *alcali*, quã recipiunt, vulgò *ſalicor* dictus, vt iam diximus in dictione *Alkali*. Guido deſcribit ipſos ſub titulo medicamentorum corrodentium in 6.cap. doctr.primæ, tract.7.

*Capitel*, à capite dictum eſt, caput ſignificans: quoniam primò præſcriptum fuit pro ablutione capitis in his, qui conſueti ſunt caput lauare, ſicut plures viri & fœminæ in aliquibus regionibus faciunt. Eſt autem commune lixiuium barbitonſorum ex cineribus ſarmentorum paratum. Deinde hoc nomen *capitel* retentum fuit ad ſignificandum acrius lixiuium, quod duarum eſt ſpecierum, ſicut Guido docet in loco proximè citato 7.tract. & 6.doctr.2.cap.1.ſub titulo *De ablutione capitis*.

*Ceroneum, cerotum, ceratum*, vel *cerotarium*, dicitur de forma medicamenti, quod mediam habet conſiſtentiam intra vnguentum & emplaſtrum, multum ceræ recipiens, à quo eius ductum eſt nomen. Græcè dicitur *ceroton*, Gallicè *ceroine*. Sæpiùs tamen hoc nomen mutuatur ad emplaſtrum exprimendum.

D

*Drageta*, & tragea puluis eſt craſſiuſculus & ſaccaratus, qui in fine paſtus ſumitur veluti tragemata. Poſteriores Græci *drangeam* appellarunt. Nonnulli dicunt *trageam*, & deriuant à Græco nomine *tragema*, quod ſignificat quidquid poſt paſtum ſumitur.

E F G

*Gumera* Barbari dicunt pro fuco & figmento, deducendo verbum hoc à *gumma*: quoniam vultus fucatus videtur gummoſus tam ex eo quod lucet, quàm quod politus & tenſus apparet. Ita Græci à verbo *commi*, quod gũmam ſignificat, commoticam dicunt, artem ſc. fucandi. Coſmetica autem aliud eſt, videlicet ars conſeruans vel afferens naturalem pulchritudinem. vnde ego traduco Coſmeticam pulchritudinã afferẽtem, & Commaticam, fucantem, in prima parte 2.capitis doctr.ſecunda tractatus ſexti.

H

*Huille Benedict*, oleum eſt factum ex lateribus deſtillatum oleo valde antiquo infuſis. Appellatur quoque oleum de lateribus, & oleum philoſophorum, ſapientiæ, diuinum, ſanctum, & perfecti magiſterij.

*Huille de ben*, illud eſt, quod aliter *balaninum* appellatur: ſicut fructus

appellatur *balanus mirepſica*, & *myrobalanon* à Græcis. Videatis ſuperius in dictione *Ben*.

*Huille fiſticin*, ex piſtachiis fit, quæ Barbari *fiſticos* appellant, à verbo Græco *piſtacia* corrupto.

*Huille muſcellin*, vel *muſcatelin*, aut *muſcat*, oleum eſt ex multis aromaticis compoſitum, inter quæ eſt muſcus, qui ipſi nomen tribuit.

I K L M

*Maſſacumia*. Videatis annotationem ſuper paginam 516. linea 17. in 2. parte 2. cap. 2. doctr. ſexti tractat. ſub titulo, De ægritudinibus corneæ, &c. De maculis.

N

*Naſale*, Barbari dicũt pro eo, quod Græci *errhinum* vocãt, quod eſt medicamentum naribus applicandum, vt nomen indicat, ad euacuandas cerebri ſuperfluitates. *Naſcale* Genus eſt aliud remedij, flocculus ſcilicet goſipij, puluere aſperſus, qui inditur in vuluam virginis ob quaſdam ægritudines loco peſſariorum, quæ pro mulieribus iam nuptis præſcribuntur.

*Pain* herbarum lacticinarum. Videatis annotationem noſtrã ſuper pag. 626. lin. 10. in cap. 2. primæ doctr. Antidotarij.

*Pigment*, vel *pument*, aliter à Barbaris *claretum* dictum, vinum eſt compoſitum ex aromate vehementi & melle, & eſt vinum hippocraticum communis vulgi. Pigmentum Latinè propriè fucum ſignificat & colorem: ſed Barbari vtuntur hoc nomine ad ſignificandum vinum medicinale: veluti illud quod in aliquibus locis *vinage* appellatur vulgari vocabulo, quæ eſt decoctio herbarum in vino ad bibendum, & ad ſananda vulnera & vlcera.

Q R S

*Scief* vel *Sief* Arabicè, idẽ valet ac *collyrium* Græcè & Latinè dictũ, ſicut hodie cõmuniter accipitur pro remedio oculis appropriato, præter id quod *collyrium* eſt in forma liquida, vel in puluere ad applicandum parato. *Sief* autem eſt in forma trociſci pyramidalis, qui baſim latam habet, & in cuſpidem deſinit, ſicut panis ſacchari. Chriſtophorus de Honeſtis ſuper Meſuæi Antidotarium, trociſcorum formam comparat latrunculorum pediti. Antiquitus *collyrium*, vel potius *coloure* figura medicamenti erat in formam ſuppoſitorij, quod eſt veluti cauda conciſa & mutilata verſus graciliorem partem, ſicut nomen Græcum indicat: & diuerſis applicabatur particulis pro diuerſis morbis. *Suffuf* alia res eſt à *ſief*: dicitur enim de omni puluere compoſito & valde ſubtili, ſicut *alcohol*, de quo ſuperius mentionem fecimus. *Sparadrap*, vel *Spadadrap*, forma eſt emplaſtri in linteo veluti tela Galterij. Linteolum eſt materia emplaſtri liquefacti imbibitum, ſicut tela cera linita.

T V X Y Z

*Finis interpretationis dictionum Pharmaceuticarum.*


INTER-

# INTERPRETATIO DICTIONVM CHIRVRGICARVM,


## *ET PRIMVM DE INSTRVmentis chirurgicis.*

L*Aiguille* pro conſuendo optimè deſcripta & explicata eſt à Guidone in primo capite tractatus vulnerum, vbi docet modum & qualitatem conſuendi ea. Hîc autem depicta eſt cum eius cannula & recta & curua.

A. Acus recta.
B. Cannula recta.
C. Acus curua.
D. Cannula curua.





*Arbaleſte*.i. baliſta, à Guidone quidem nominata, ſed minimè deſcripta: inſtrumentum eſt aptum ad trahendum aliquid quod noſtris manibus diuelli non poteſt, quantumuis arctè forcipibus ſit arreptum, quod baliſtæ




iam dictæ alligandum eſt. Tagautius huius loco pingit arcum, qui poſitus eſt contra telum fixum in coxam veluti ad impellendum ipſum ab altero latere. Integram hîc baliſtam nos depingimus, cum forcipibus telum ſarripientibus, matratio alligatis: quod ipſas cum telo auferet, cùm baliſta fuerit laxata.

BBB. Figuram quam hîc damus, repręſentant.


AAA. Figuram à Tagautio pictam referunt.




*Argalie* vel *Syringa*, vt Guido declarat ſexto tractatu, doctrina ſecunda,

cap. ſeptimo ſub titulo, de artificio mingendi per inſtrumenta: eſt longa & ſubtilis cãnula veluti Catheter: de quo nos loquemur in litera C. in hoc autẽ differunt, quòd Catheter eſt ſolidus & plenus : cannula verò eſt concaua, ſicut nomẽ cannulæ & ſyringis requirit, in cuſpide & à lateribus perforata, veluti infundibulũ & cãnula ad inijciendos clyſteres. Ad cuius ſimilitudinẽ ipſa quoque ab altero capite lata eſt ſicut infundibulum : cui adalligari poteſt burſa coriacea vel veſica, vt fiat iniectio , veluti fit de burſa ad clyſteres iniiciẽdos. Cuius loco hodie libentius omnes vtuntur *ſyringa*, veluti etiam ad iniectiones faciendas in veſicam. Appellantur autem omnes *ſyringæ*, id eſt fiſtulę, quæ ſunt corpora longa & vacua ratione cãnulæ præcipuè. Intus ſyringa verò locatur virgula aut filũ argenteũ, vel ferreum, aut æneũ, vel filum laneũ, vt ait Guido, quod vrinam impedit quominus exeat, donec ipſum retrahatur. Hoc interim etiã impedit, ne quis humor viſcoſus, ſanguis, pus aut lapillus ſyringę foramen obſtruat antequam vrinæ occurrerit.

A A A A Syringæ diuerſarum magnitudinum.





*Biſtorie*, non eſt vox à Guidone vſitata: ſed quoniam aliqualiter refert figuram falcis, nos vnà delineabimus ipſas ſub nomine falcis.

Cannula feneſtrata ad conſuenda vulnera à Guidone cõmemorata, ſuperius depicta fuit cum ſua acu tam recta quàm curua: vt melius accõmodari poſſit omnibus partibus.


Eſt alia quoque Cannula feneſtrata ad cauterizandũ in exciſione vuulæ, quam nos hîc figuramus: in hoc autem notanda eſt differentia: namque foramen vel feneſtra illius, quę inſeruire debet vuulę, non ſolùm maior debet eſſe, ſed etiam figuræ rotundæ aut oralis ad recipiendam vuulam, quæ incidenda eſt quæ rotunda eſt, & maior quàm natura ſua ſe habeat. Cannula autem ad conſuendum non requirit apertionem & foramen amplum:

ſatis eſt vt ſit longum. Ecce cannula hæc dicta cum forficibus cauterizantibus ad incidendam & extirpandam vuulam : deſcripta ab eodem Guidone in ſexto tractatu, doctr. 2. cap. 2. part. 5. ſub titulo, De paſſionibus labiorum, gingiuarum & vuulæ.


A. Cannula.
B. Forfex cauterizans intus cannula.
C. Forfex cauterizans.
D. Cannula vacua.





Cannula vel ſyringa ad ſugendum, qua pueruli vtuntur, à Guidone commemorata in 6. tract. doctr. 2. cap. 2. parte 3. eſt calamus craſſioris paleæ, vel paruæ cannæ. Ecce hîc aliæ arte paratæ plurimarũ ſpecierũ, & ad diuerſos vſus: De quibus videatis quid dominus Pareus ſcribat.



*Cannula* vel *ſyringa* ad ſuffumigia facienda loco proximè citato commemorata, eſt infundibulum longioris caudæ rectæ, vel curuæ aut cubitalis prout eſt pars, quæ ſuffumiganda eſt & fouenda: veluti auriculæ, hæmorrhoides, anus &c. Cauda iam dicta, eſt à Barbaris propriè appellata *traiectorium*, quoniam traſmitttit, & exitum fumo vel vapori præbet. & eſt vaporarium particulare. Fiunt autem huiuſcemodi alia deſeruientia toti corpori in lecto cubanti, arcum ſupra ſe habenti longum & latum iuxta hominis magnitudinem ad ſuſtinenda ſtragula. Infundibulum autem, quod magnũ vel paruum pro ratione particulæ faciendum eſt, eſt hîc particulariter & ſeparatim expreſſum, & poſitum ſupra vas, quod igni admouendum eſt. Os quoque eius collocatum eſt intus capacitatem arcus, qui cooperit hominem in lecto cubantem.








*Catheter*, vox Græca, à Guidone in 6. tract. doctr. 2. cap. 7. ſub titulo, De artificio mingendi per inſtrumenta, interpretatur *intromiſſorium*. Differt autem à ſyringa, vt iam dictum eſt, in eo quòd non eſt concauus. Vnde poteſt etiam appellari *catheter* candela cerea, filum plumbeum, iuncus & huiuſmodi alia, quæ inſeruiunt ad inueſtiganda & contanda vulnera. Guido ipſum comparat bolidi, qua (ſupplendum eſt) perſcrutantur vlcera & vulnera. *Catheter* autem videtur propriùs pro veſica. Ecce figura vnius, qui habet nodulum in cuſpide, ſicut appellat Guido: & alterius æqualis craſſitiei per totum veluti filum plumbeum.

A. Catheter argenteus.


B. Catheter plumbeus.





*Cauterium*, dictio Græca, ſignificat quidquid comburit ſiue ferueat, ſiue ardeat: veluti oleum feruens, aut lignum comburens, vel metallum caudens. Hæc autem appellata ſunt cauteria actualia: namque ſtatim & reipſa comburunt. Sunt etiam cauteria potentialia dicta, quæ medicamenta cauſtica ſunt, ideſt comburentia: aliter appellata ruptoria & veſicatoria. Videatis annotationes noſtras ſupra caput cauteriorum in Antidotario.

*Cauterium cultratum*, id eſt in formam cultri formatum, duorum generũ eſt, vt ait Guido: quorum vnum dorſale dicitur, quoniam non incidit niſi ab altero tantùm latere: alterum verò enſale, ab enſe dictum, qui vtrinque incidit. Vtriuſque autem hîc habes figuram.


A· Cauterium cultratum ſeu dorſale.
B.Cauterium cultratum enſiforme.




Cauterium oliuare, vt Guido exponit, dictum eſt à forma non oleæ & minus eius folij, ſed potius à forma eius nuclei, veluti hîc eſt depictum.




Cauterium dactilare, ideſt in formam nuclei dactili, craſſius eſt oliuari, in reliquis quàm ſimillimum, ſicut hîc eſt depictum.




Cauterium punctuale habet caput rotundum ad pellem tantùm cauterizandam, & vlcus inducendum in quo imponatur pilula. Ideóque appellatur cauterium in formam noduli, vt poſſit in eo locari aliquid rotundi. Guido præſcribit ipſum cum reſta & plata. Aliud quoque infigit cum cãnula, planum & longum in formam virgæ.

A. Cauterium punctuale.
b.Reſta, quæ frigida applicatur, dum reliquum eſt quàm feruens.
c. Caput rotundum punctualis cauterij.
B. Plata cum ligulis ad eam adalligandam.
C C C. Pilulæ, vel noduli imponendi in vlcere poſt eſcharæ exciſionem.





D. Cauterium punctuale planum & longum veluti virga.
E. Cannula dicti cauterij.
F. Cauterium iam dictum in ſua cannula.





Cauterium ad ſetonem eſt acus craſſior, triangularis poſt ipſius medietatem vſuqe ad cuſpidē veluti acus illorum qui merces in faſcem componunt. Frigida vel ardens tranſmittitur per medias forcipes perforatas, poſtquam comprenderunt cutem carnoſam, per quam filum vel cordula per foramen acus traiecta tranſire debet. Ecce autem figura acus & forcipum.

A. Acus in formam ſetonis.
B. Forcipes ad idem.



Nonnulli cum his forcipibus vtuntur cauterio triangulari vel quadrangulari in eius cuſpide: & formant acum pro ſetone veluti bolis abſque cuſpide. Ecce autem eius figura.


C. Acus pro ſetone, quæ traiicitur poſt cauterium.
D. Cauterium ex ſetone.




Cauterium circulare eſt quinque floccuum & nodulorum, vel cauteriorum punctualium, vt vna vice fiant quinque cauteria. Huius autem hæc eſt figura cum ſua plata, ſicut Guido præſcribit, in qua ligulæ ſunt affixæ ad firmius eam retinendam ſupra locum cauterizandum.

EE. Cauterium circulare cum quinque nodulis.


FF. Plata quinque habens foramina.




Forfices ad dilatandum vulnus, cùm fuerit nimis paruum, deſcribuntur à Tagautio: & vnuſquiſque approbat figuram & formam quam ipſe exhibet, nóſque hîc eam pinximus. Sunt etiam alia organa ad dilatanda vulnera abſque inciſione: quorum alia ſunt in forma forficum vel forcipum, quæ è contrario dilatantur: alia verò ſunt alterius artificij, ſicuti hîc inferius apparebunt.


AA. For-

AA. Forcipes inciſoriæ Tagautij.





*Dilatatorium* eſt, vt diximus, inſtrumentum ad dilatanda vulnera vel vlcera abſque inciſione. Cuiuſmodi ſunt hæc ferramenta.


BBB Dilatatoria vnius modi.




C. *Volſcelle*, ſeu roſtrum gruis ad extrahendum ferrum.




D. Dilatorium clauſum pro lapide veſicæ.
E. Idem dilatorium apertum.




F.Roſtrum cigni dilatatorium.





*Elmadac* Arabicè,eſt acus qua albugines ex oculis auferuntur. nec ipſa indiget foramine, per quod traiiciatur filum, ſed bene manubrio in latere ac parte craſſiore ad firmius eam retinendam. Eius autem cuſpis ſit optimè acuminata parumque plana.


A.Elmadac cum manubrio.
B.Elmadac ſine manubrio.
C.Manubrium Elmadac.




*Eleuatoria* ſeu ſuſpenſoria ad eleuandum oſſa trapano perforata vel depreſſa,plurium ſunt generum & figurarum,ſicuti hîc apparent.
AAA.Eleuatorium cum tribus pedibus.
BBB.Plures ac diuerſæ cuſpides,quæ ipſi poſſunt inſeri.





C. Eleuatorium alterius rationis & artificij, cuius acies notatæ ſunt. D D.




E E. Eleuatorium ad erigenda oſſa cuius etiam duo brachia notata.


FF. Deſeruiunt pro eleuatorio.




G H. Aliud eleuatorium M. Ambroſij Parei fig. 91.




I.K. Alia eleuatoria ſeu ſuſpenſoria.




*Falx* ſeu *falculá*, organum eſt proprium in ani affectibus, vt ait Guido, in capite proprio. eſt veluti biſtoria, quam nonnulli appellant *Gamau*, in eo quòd curua eſt, & habet latus obtuſum, & non incidit niſi ab vno latere ſicut nouacula, qua inciduntur muſculi circa oſſa, quæ ſecanda ſunt in amputatione alicuius membri. Hinc videtur falculam non differre à nouacula, niſi in magnitudine: nã ipſa quàm minima eſſe debet, nouacula verò magna.


A. Biſtoria.

A.Biſtoria.
B.Nouacula ad incidenda membra.
C.Falcula.



*l'Impulſoire*,id eſt propulſorium cauum,& propulſorium ſurdum, id eſt ſolidum,quod nõ ſonat,nec reſonat veluti illud quod cauum eſt, non ſunt à Guidone deſcripta,ſed tantùm propoſita. Paulus Ægineta qui Græcè ipſum appellat *diopter*, cauum appellat *impulſorium fœmineum*, ſurdum autem *impulſorium maſculinum*:quorum nominum ratio eſt ſatis apparens.


A.Impulſorium ſeu impellens cauum & fœmininum.
B.Impulſorium ſeu impellens ſurdum & maſculinum.




*Intromiſſorium* eſt *catheter*,de quo ſuperius loquuti ſumus.

*Lancette*,id eſt ſcalprum chirurgicum,inſtrumentum eſt ad mittendum ſanguinem aptum,ita nominatum à ferro lanceæ: Latini appellarunt *ſcalpellum*. Communiter autem appellatur *phlebotomum*, id eſt inſtrumentũ ad mittendum ſanguinem. nam phlebotomum germanicum, quod alij *ſagittam* vocarunt,vulgò *flammette* non eſt valde in vſu apud homines, niſi in aliquibus regionibus ſeptentrionalibus.

A A A. Scalpra chirurgica ſeu ſcalpella.
B B.





*Lenticulaire* eſt forfex in forma gladioli ſeu ſcalpri librarij, ſic nominatum, quòd loco aciei habet veluti lenticulam rotundam & planam. Poſterius percutitur ac propellitur, vt anterius incidat. Ecce eius figura.



*Maillet* ſeu malleus, qui ex plumbo conſtare debet ob cauſas à Guidone adductas, melior eſt figuræ cubę, id eſt quadratæ ſex facierum, veluti teſſera ad percutiendum indifferenter à quatuor lateribus. Fiunt etiam mallei longi, qui è duabus percutiunt extremitatibus, & ex duobus quoque lateribus, cùm ſint plana.


A . Malleus figuræ cubæ, id eſt quadratæ. B. Malleus

B. Malleus figuræ longæ quadratæ.




*Pincecarolæ* à barbaris ſic dictæ, à Latinis vulcellæ, vel volſellæ appellatæ, diuerſarum ſunt rationum & artificij: quarum longiores appellantur etiã roſtrum gruis.

A A. Roſtrum gruis & volſcellæ.
B B. Vulſcellæ.








*Proba* à barbaris dicta, à Latinis *ſpecillum* appellatur. Ad id bolis reducitur, quam barbari appellant taſtam: præter id quod hæc particulariter dicitur ex eo quòd ponitur intra vulnus aut vlcus ad faciẽdam ſuper illud inciſionem. Hîc autem erunt diuerſæ figuræ. vos verò videbitis ſpecillum commune ſub dictione ſpathulæ.

B.Specillum alterius artificij.
C.Taſta.
D.Specillum apertum ad incidendum calculum qui eſt in veſica.




*Piulcum* ſignificat trahens pus: & nihil aliud eſt quàm genus ſiryngæ, quæ cùm vacua intromittatur, ſugit & attrahit materiam liquidam & viſcoſam, quæ ſibi occurrit: veluti pus contentum in pectore in empyicis. Hæc eſt eius figura.




*Raſoir*,id eſt nouacula,à Latinis ſic dicta,communiter accipitur pro inſtrumento vulgari,quocum pili abraduntur:à Græcis autem *chinos* dicitur. Aliquando

Aliquando tamen Guido ea vtitur loco ſcalpri raſorij. Dictio quoque Græca hoc refert: & dictum eſt vulgò raſorium, id eſt culter tonſorius, à radendo & ſcalpendo. Reperitur autem paruus culter tonſorius vtrinque incidens ad ſimilitudinem folij myrti, qui ſatis bene correſpondet *ſmilioni* Græcorum.

A Nouacula communis.

B. Paruus culter tonſorius vtrinque incidens delicatus veluti gladiolus.


A



B



*Rugine*, ſcalprum à Latinis, à Græcis verò *xyſter* dicitur, id eſt abraſorium. Scalprorum quædam ſunt caua, veluti ſcalpra fabrorum lignariorum, quibus Guido ea comparat, quæ *gouges* ab ipſis appellantur. Græci appellant *cycliſcos*, vulgus autem *cortels* vel *tortels*. Horum autem plura tibi dantur genera.




vlceris vel vulneris foramen,cùm opus eſt trapanis & terebellis primi generis, quibus plurima fiunt parua foramina circa partem quæ eleuanda & euehenda eſt.Forfex iam dictus planus eſt vel cauus, vnde inſeruit etiam ad ſcalpendum & abradendum.Guido duo huius genera ponit,vnũ rectum, alterum curuum,quod ab altero latere deſeruit pro leuatorio.Hic autem ſunt ambo deſcripta.

AAAA.Forfices ſeparatoriæ planæ.

B.Separatoria forfex curua,quæ ſeruit etiam pro eleuatorio.

C.Forfex ſeparatoria caua.





*Seton* vitta eſt ſerica, vel filum & cordula, quæ cum acu traiicitur, ſicut dictum eſt ſuperiùs, cùm loquuti ſumus de cauterio cum ſetone inducto. Sic autem dictus eſt ſecundum quoſdam,à verbo *ſerico*,quod vulgò dicitur *ſeta*,etſi rarò ex eo fiat. Alij volunt vt ſcribatur *ceton*, dicentes vocem hanc ſumptam eſſe à *centan* Græco verbo, quod ſignificat perforare: vnde *paracenteſis* dicta eſt punctio illa & perforatio,quæ fit in ventre hydrope laborantium.Sic itaque nomen *ceton* cõueniret potius acui quàm vittæ aut filo. Videatis ſuperius figuras huius, vbi de cauterio ex ſetone loquuti ſumus.

*Spathula* diminutiuum eſt à *ſpatha* verbo Græco, quod ſignificat ligulam vel ſpathulam deſpumatoriam , veluti illa aromatariorum, qua vtuntur ad miſcenda & capienda vnguenta & oppiatas ex vaſibus. Chirurgi pa-


gi pariter habent ſuas ſpathulas ad miſcenda, extendenda & applicanda vnguenta & cataplaſmata, quibus ab altero latere vtuntur pro ſpecillo: & hæ propriè Græcè dicuntur *ſpathomili* per duo *n*. & ſi earum altera extremitas gracilis fuerit, & ſubtilis paruum habens caput, appellatur ex eo latere *Pyrin milis*, id eſt nucleus ſpecilli: ſi adunca eſt, *agra milis*; ſin autem caua fuerit, veluti auriſcalpium, *cyathiſcos milis*.

A. Spathula.
B. Cyathiſcos milis.
C C. Pyrin milis.
D. Agra milis.





*Speculum*, id eſt *Miroir*, ſignificat inſtrumentum, quocum cauitatates naturales amplificantur, vt interius ac profundius perſpici poſſit: veluti intra nares, os, hemorrhoides, anum & vterum. Reperitur etiam ſpeculum ad retinendos oculos apertos, & prohibendum ne cõniueant & claudantur. operatione durante. Hîc autem ſunt figuræ & delineationes plurimorum ſpeculorum diuerſis corporis partibus inſeruientium, ſicut literis notata ſunt.

A A. Speculum ad dilatandas nares, quod etiam ſeruire poteſt in ano.





BB. Speculum


B B. Speculum pro ore.
C C. Aliud ſpeculum pro ore ad aperiendos dentes.




D D. Speculum matricale vel vterinum.
E E. Aliud ſpeculum vterinum ad formam tibiæ inſtrumenti muſici quo cæci præcipuè vtuntur.




FF. Speculũ ad oculum apertũ retinendum depictum à domino Paræo.
GG. Aliud ſpeculum pro oculo domini Iuberti.




*Stilus curatiuus* ſimplciter eſt auriſcalpiũ, quemadmodum traduximus ob cauſas ſuperiùs dictas.

Tract.2. doct.2.c.2. part.3.

*Stupha* à barbaris ſic dicta, Græcè *Hypocauſtum* appellatur, ſi ex inferiori parte calefit, ſicut nomen indicat. Aliter appellari poteſt à nomine generaliori *thermarum*, quæ ſignificant quemlibet locum valde calidum & ad ſudandum aptum. A *ſtupha* dicitur barbarè *ſtuphare*, quod eſt vaporem


eſt vaporem alicuius liquoris calefacti ſumere. Huiuſcemodi ſtupha appellari poteſt *Vaporarium*, quamuis hæc vox ãtiquitus diceretur de furno per quem hypocauſtum calefiebat. Fiunt hodie *ſtuphæ* diuerſis rationibus, quas non opus eſt hîc lineamentis referre. Superiùs enim habetis vnam relatam ac pictam ſub nomine *cannulæ ſuffumigatoriæ*.

*Trepanum* vulgò dictũ vel *tariere*, Græcè autem *trypanum*, terebram vel terebellum ſignificat. Duæ ſunt eius ſpecies, quarum aliæ ſunt in forma cõmunis terebræ, quibus plura parua foramina fiunt: deinde cum forfice ſeparatoria inciditur os ab oſſe, vt iam dictum eſt, ſcalpendo, vel percutiẽdo cum malleo, ſicuti quandoque faciunt fabri lignarij: à quibus omnes poſſunt addiſcere, veluti etiam vſum ſcalprorum didicerunt. Alia trepani ſpecies circularis eſt in forma terræ rotundæ veluti pixis dentata, quæ à Latinis *modiolus* appellatur, ex eo quòd eſt figuræ parui modioli, exceptis

A. Terebellum pro agendis pluribus paruis foraminibus.


ſerræ

A




ſerræ dentibus. Cùm autem apponitur circulus ſupra mucronem circumcurrens, qui impedit ipſum, ne profundiùs quàm quis voluerit, penetret, appellatur Græcè *abaptiſta,* id eſt, non ſubmergens. Frequentius & his temporibus magis conſuetum, eſt *trepanum* quod dominus Paræus quàm optimè explicuit & depinxit. Dominus Bottalus poſtea aliud reperit, quod eſt valde tutum, minoríſque artificij & laboris.


B. aliud terebellum ad idem met.




C C C C. Partes ac fruſta diuerſa trepani abaptiſtæ diſſoluti.



DDD. Trepanum abaptiſta.
E E. Alia genera trepani.
E E. Trepanum domini Bottali.





*Tariere*,id eſt trypanum rectum ad dilatandum os, id eſt ad amplificandum foramen,in quod ferrum ſagittæ eſt infixum,vel quid aliud,quod extrahere oportet, eſt communis artificij, vel ſicut doliare terebellum. Reperiuntur etiam in forma cocleæ & cannulæ, & nudæ atque etiam clauſæ.



*Tariere*.i.trypanũ conuerſum, vel terebra reuerſata, vt appellat Guido, ad arripiendũ ferrũ vno tractu ab eodẽ propoſita pro quarto inſtrumẽto,

difficilè intelligi poteſt,quomodo ſit. Tagautius deſcribit vnam, quæ ſeruire poteſt in locum huius.




*Tenalles*. i.*tenaculæ*,ſic dictæ à barbaris,Latinis autē forcipes,inſtrumētū ſunt ad retinendū vel attrahendum quod capi vel retineri,attrahi & diuelli non poteſt à noſtris digitis,vel quia calidum,vel nimis tenue, aut profundum,vel tenax valde.Quæ ſi fuerint valde tenues,communiter appellātur *pincettes*.

*Forfices* vulgò appellantur *ciſeaux, ou forces* ad incidendum. Hæc autem duo inſtrumenta,duo habent brachia vel crura,quæ ſibi occurrunt. Præter id,eſt forfex & ſecelum vel ſcalprum incidens & inſculpēs, cùm vnicum ſit manu vel malleo impulſum:cuius plures figuras & delineamenta ſuperiùs dedimus.Reliquum modò eſt proponere,& explicare diuerſas rationes & formas tenacularum.

*Tenaculæ* ſeu forcipes Auic. dentatæ ſunt & in forma lunæ dimidiatæ,ait Guido,cùm legerit in textu Auicennæ,capita vt lunæ:vnde tranſcripſit *ſemilunares*. Tagautius ſecutus eſt Auicennæ exemplaria cōmunia, vbi habetur,capita vt limæ. Ego autē non reperio magnum in hoc artificium, cùm lima non ſignificet aliquam figuram,vt luna,& ſemiluna. Ecce autem,meo iudicio,earum forma.

*Tenaculæ*




*Tenacula* ſiue forcipes Albucaſis in forma roſtri auis, quę etiam dentatę ſunt, illæ eſſe poſſunt, quas Tagautius depinxit: & illæ quoque, quas dominus Paræus ſub nomine roſtri coruini dentati, roſtri gruis cubitati, & roſtri gruis recti, quorum delineamenta ſunt hæc:


AA. Roſtrum coruinum.

B. Roſtrum gruis cubitatum.

C. Roſtrum gruis rectum, quod ſeruit pro forficibus.




*Tenaculæ*, id eſt forcipes cannulatæ pro extrahendis ſagittis barbatis, depictæ ac deſcriptæ ſunt à Tagautio in tertio & quarto loco: quibus ego opto longiorem cannulationem, ſicut in illis quas hîc delineo ac refero, Namque oportet vt ſagitta intus comprehendatur, & ipſæ tenaculæ inſeruiunt pro cannula ad impediendum quominus barbæ ſagittæ carnem lacerent, cùm extrahitur telum ac diuellitur. Verè autem ſunt roſtra anatis.




*Tenaculæ dentatæ*, illæ ſunt quæ dentes habent ad melius comprehendendum, ſicuti forfex vulgò *dauiet* dicta, & *pelicanus*, quę ſunt tenaculæ aptæ ac propriæ ad euellendos dentes. Illæ autem ſunt hîc extractæ ex figuris domini Paræi. Tenaculæ autem quas Guido ait, in titulo De auulſione dentium, ſimiles eſſe illis, cum quibus dolia ligantur, ſunt eædem met forfices quas doliorum confectores vulgari nomine *dauid* appellant.


A. Forfex

A.Forfex.
BBB.Pelicanus.





*Ventouſe*,id eſt cucurbitula, tàm Græcè quàm Latinè nomen cucurbitæ refert, *ſicya* ſcilicet & *cucurbita*. Ipſa comprehendit etiam *cornicula*, quæ ita ſunt appellata, tàm ratione materiæ ipſorum, quæ vtplurimum eſt cornea, quàm ratione figuræ formæque ipſorum.

A A A A A A. Cucurbitulæ.
B B. Cornicula.




*Vncinus* vox Græca eſt, à qua deducitur vncus Latinè, qui ſignificat hamulum. Huius plures ſunt ſpecies magnæ & paruæ, & faciunt ad extrahendum aliquid extranei & nocui ex corpore, ſicut pilas plumbeas archibuſorum, lapidem ex veſica, puerulum ac fœtum mortuum in ventre matris. Horum autem dominus Paræus pulchras exhibet figuras. Adſunt etiam alij valde parui, qui deſeruiunt veluti hami hamulati ad retinendum, aliqua durante manuali operatione, vt ſunt hi.



*Finis interpretationis dictionum pharmaceuticarum.*

DE OPE-

# DE OPERATIONIBVS chirurgicis.

Operationes Chirurgicas hîc generaliter appello omnẽ chirurgi tractationem, ſicut hodie communiter exercetur: quamuis aliqua reperiatur operatio, quæ non eſt ei propria, ſed communis cum pharmacopola, veluti embrocatio, ſaccellatio, & ſinapizatio: non minus quàm applicatio vnguentorum, emplaſtrorum, cataplaſmatum, &c. quæ magis conuenit pharmacopolæ, quàm chirurgo. Nam vt propriè loquamur, illæ tantùm operationes merentur dici chirurgicæ, quibus ludendum ac operandum eſt cum gladiolis, vt dicitur, & ferrum aut ignis requiruntur, vel alia inſtrumenta cum manuũ agilitate. Veluti in diſlocationibus & fracturis ad extirpanda membra corrupta, ad extrahendas res extraneas, ſuperfluas recidendas, abſceſſus aperiendos & huiuſmodi. Itaque Celſus optimè conſtituit limites Chirurgiæ, dicens, Huic medicinæ parti relinquo morbos, quorum vulnus medicus curare non ſuſcipit, ſed potius facere: & tam vulnera quàm vlcera, pro quibus plus manu quàm medicamento operatur. Similiter etiam quidquid oſſibus attinet.

## A

*Apophores* Barbari dicunt, dictionem Græcam *epaphæreſis* corrũpentes, quæ detractionem ſupple ſanguinis reiteratam ſignificat. vulgari idiomate appellatur *ſecondation.*

## B C

*Caraxatio* à Barbaris capitur pro agili pellis & cutis inciſione in eius ſuperficie, veluti ſcarificatio (dicunt ipſi) eſt profunda inciſio craſſioris cutis vel carnis etiam, qualis in gangrænis & mortificationibus fit. vnde Arnaldus de Villa noua carmẽ citat, quod huic rei reſpondet, Summa caraxamus, ſed infima ſcarificamus. Sed reuera idem eſt: nam Græcè dicitur *caraxare*, quod nos *ſcarificare* dicimus. Videndum modò eſt ne decipiamur ob tranſpoſitionem literæ vnius, ne dicamus ſacrificare, ſicut barbitonſor domini Henrici Stephani: quoniam ſic legerat in Guidone ob impreſſorum errorem, ſatis facilè cognitum.

*Contra aperire*, vel oppoſitam partem aperire, eſt cum ferro incidere vel cauterio actuali, aut potentiali vlcus ſemotum in alia parte ab eius orificio, vtplurimum oppoſita.

*Coquere*, dicunt barbari, quod ſignificat *cuire* Gallicè, pro cauterizare, & *coſtion* pro vſtione aut cauterizatione.

D E

*Embrocatio* Græcè ſignificat propriè irrigationē vel aſpſionē, quādo leuiter pars aliqua madeſit aliquo medicamēto liquido, veluti aqua, vino, oleo, decoctione &c. ſi ab alto effunditur, *embrocatio* quoq. appellatur: proprius autē *catæoneſis* vel *catantlaſis*, qua potius vtuntur in balneis naturalibus, quàm alibi.

F G H I.

Illaqueatio. Videatis laqueationem.

L

Laqueatio vel illaqueatio, Guido de vulneribus magnis loquens, quibus ſutura non ſufficit, ait pro vnione & compactione labiorum vulneris cum fibulis & hamulis, quæ eſt quarta ſuturarum ſpecies propoſitarum in capite generali vulnerum. Latini appellant fibulas, Græci *ancteres*, & ſunt veluti hamuli quibus vtuntur tonſores pannorum. Qui autem voluerit propriè vti Illaqueationis verbo, applicare ipſum debet quartæ formæ ex ſex quas Guido proponit ad occurrendum pilis palpebrarum inuerſarum qui oculum pungunt. Nam Græci hanc operationem appellarunt *anabrochiſmem*, quæ Latinè illaqueationem ſignificat.

M

Minuere, id eſt diminuere, communiter ad venas refertur: vt quando dicitur, minuere cephalicam, pro venam ſecare, phlebotomare. Hoc enim venæ non diminuuntur, ſed ſanguis in eis contentus. Figuratè igitur loquitur, continens pro contento aſſumendo: vel ſupplere oportet verbum ſanguinis: ita vt cùm dicitur minuere cephalicam, ſit ac ſi quis dicat, diminuere ſanguinem ex cephalica.

N O P

Picare, Gallicè ſignificat *poiſſer*, id eſt pice linire, quod antiquitus erat valde commune ad reficienda & replenda membra malè nutrita, & valde gracilia. Actio dicta eſt picatio, quæ Gallicè diceretur *poiſſement*.

*Preparer*, Guido ſæpe dicit pro curare & tractare vlcera aut vulnera. Communiter hæc actio dicitur Gallicè *panſer*, & *abiller*. Præparare tamen magis ſignificat apparatum rerum facere, quàm eas applicare.

*Pyria*, Guido vtitur aliquando hoc verbo Græco, quod ſignificat omnē fomentationem ſiccam vel liquidam. Videatis inferiùs in dictione *Sacellatio*.

Q R

*Remutare*, Gallicè *remuer*, eſt iterum curare, & quæ applicantur innouare Et ſic dicitur prima innouatio ac immutatio, ſecunda, & tertia: vel primus apparatus, ſecundus &c.

S

*Sacellatio*, applicatio eſt ſacculorum, & eſt fomentatio ſicca. Nam cùm fit cum aliqua re liquida, communiter fomentare: vulgò autem vocem corrumpendo *fomenter* dicitur: apud Tectoſages verò plebs ait, *caudegear*, tàm

de ſicca quàm de humida fomẽtatione, Græco verbo *pyreuo* correſponden te, à *pyr* dicto, quod ignem ſignificat.

*Sanguinatio* quandoque à Guidone dicta eſt, pro phlebotomia vel miſſione ſanguinis, vtplurimum tamen vtitur voce Græca *phlebotomia*, quæ inciſionem venæ ſignificat, veluti arteriotomia inciſionem arteriæ.

*Sinapizatio*, applicatio ſinapiſmi eſt, quod propriè medicamẽtum eſt ex ſinapi factum, Græcè ſinepi, & Latinè ſinapis dicta. Veſicatorium vel rubificatio eſt antiquitus valde vſitata. Nunc autem abutuntur hoc nomine, ſinapiſmum & ſinapizationem appellando aſperſionem cuiuſcunque rei in formam pulueris veluti intingendo: Græci id appellant *diapaſma*.

## AD DOMINVM PARÆVM CONSILIARIVM ET PRIMARIVM Regis chirurgum.

*DOMINE mi, veſtras figuras & picturas mutuatus ſum quoad inſtrumenta chirurgica, vt perfectior reddatur interpretatio dictionum Guidonis, quam dominus Ioubertus pater meus pro nouis chirurgis & tyronibus compoſuit. Certum autem habeo, id te non ægrè laturum, cùm tam liberalis ſis ad communicandas & publicandas tuas pulchras & excellentes conceptiones, inuentiones, obſeruationes, tuámque raram profundámque ſcientiam: cùm verè natus ſis pro Reipublicæ bono magis quàm pro tuo particulari profectu, vt communiter homines faciunt. Nullam verò probationem requiro, quàm teſtimonium magni tomi tuorum operum, qui theſaurus precioſiſſimus eſt, argumentum certum tuæ admirabilis affectionis ad bene de omnibus hominibus merendum vſque ad conſummationem ſeculi. Nihil enim vereor tua opera fore immortalia, & quòd quam citiſſimè in linguas extraneas conuertantur: nec ſolùm Latinè, ſed etiam Italicè & Hiſpanicè: ſicut intellexi iam præ manibus ea quoſdam habere. Precor igitur Deum, vt omnia alia inſtituta tua tantum fortunet, quantum videre ſpero hunc fructum ineſtimabilem ſtudiorum & laborum adeò exoptatum, ac vnquam fuerint Hippocratis labores.*

Tuus humilis & ex animo ſeruus,
ISAAC IOVBERTVS.

# INDEX RERVM ET VERBORVM CAPITVLO SINGVLARI CONTENTORVM.


ABdomen vide Venter.
Acrochiron. 35
Acromium. 35
Acualia oſſa. 28
Acus, eſt paruum focile. 49
Ad inquirendam veritatem quis ſit aptus. 6
Additamentum roſtrale. 36
Adiutorium os. 36
Anus pars longani. 46
Anatomia omni medico neceſſaria. 19
Anatomiæ quatuor ſunt commoditates. 19
Antiquorum ſcripta iudicanda. 8
An neruus ferat ſenſum & motum ſimul, & an radiatiuè, aut ſubſtantiuè. 24
Anchæ quid ſignificent. 44
Anchæ diuiſæ in partes continentes, contentas, & procedentes. 44
An ſterilitas oriatur ex inciſione alicuius nerui aut venæ ponè aures. 31
Anchæ. 44.47
à Nucha præcipuè oriuntur nerui motores. 29
Animalia anatomiæ apta. 21
Anatomia in corporibus exſiccatis. 20
Anſa pars temporum, eiuſque vſus. 31
Anatomia prodeſt cognitioni, prædictioni & curationi. 20
Anatomia ſumitur principium totius curationis. 19
Anatomia maximè neceſſaria chirurgo. 19
Anatomia vnde dicta. 20
Anatomiæ definitio. 20
Anatomiæ imaginatio breuior eſt re ipſa. 20
Anatomia craſſioris mineruæ à Guidone docetur. 20
Anatomia nõ ſatis docetur per libros & picturas. 20.21
Anatomia quatuor lectionibus demonſtrata. 20
Anatomia acquiritur duob' modis. 20
Anatomia exercetur in corporibus mortuis. 20
Amygdalæ partes oris. 32
Amygdalæ ſeu vuula. 32
Aorta aſcendit retro pulmonem. 39
Apollo & Aeſculapius primi inuentores medicinæ. 5.29
Apoplecticæ venæ & arteriæ, dictæ Subetales & Giudegi. 33
Arteria venalis. 38
Artes practicæ continent tria. 9.32
Arnaldus de villa noua multa præclara opera fecit in chirurgia. 6.29
Araneoſa tunica. 30
Arteria quid ſit. 25
Arteriæ earúmque origo. 25
Arteria nulla reperitur ſine vena. 25
Arteriæ & venæ ramificantur vſque ad extrema corporis 25
Aſtragalus vel Cahab. 49
Accidentia aliquando ſuam cauſam ſuperant, & totam curam.
Auicenna valdè ordinatè de chirurgia

tractauit. 6.12.13
Audacia in rebus ſecuris, timiditas in periculoſis commendatur. 9
Auaritia in Chirurgo ſordida. 9.20
Augetur fides eorum quæ ſcribuntur, ex narrantium concordia. 8
Audacia in rebus ſecuris, timiditas in periculoſis. 9
Accidentia ſuā cauſam ſuperant. 8.40
Aurium hiſtoria. 31
Anniculæ cordis. 38
Auaritia non decet Chirurgum. 9. 20.3.19
Axungia. 23
Axungia proprie quid. 23
Axilla. 35

B

Balanus finis virgæ.
Baſilica vena. 35
Betrucij modus anatomizandi. 20
Boni medici officium. 3
Brachium, ſeu magna manus. 34
Brachiorum & manuum vſus. 34
Brachij parui deſcriptio. 35
Brunus ſatis diſcretè in chirurgia ſcripſit. 161.2
Breuitas obſcuritatem parit, prolixitas faſtidium. 1.16
Bruni ſecta. 7

C

Catalogus operatorum in chirurgia. 5
Cahab, vel aſtragalus. 49
Cæcum prōptius deſcēdit in Oſcheū, quàm alia inteſtina. 41
Cahab, eſt Aſtragalus. 49
Capſula cordis. 38
Calcaneus. 49
Carpus, aut raſceta. 36
Cartilaginum natura & ſubſtantia. 25
Cartilaginum triplex vſus. 26
Cartilagines neruis carentes. 24
Caua vena. 43
Carnis tres ſpecies. 23
Caro pura & ſimplex vbi īueniatur. 23
Caro muſculoſa frequens vbique. 23
Caro glanduloſa ſeu nodoſa, quid. 23
Carnes glanduloſæ multę ſine neruis. 24.
Caro colli triplex. 33
Carnes colli dictæ ceruices. 33
Carnes linguæ glanduloſæ. 32
Cephalica vena. 35
Cephalica ocularis. 35
Cerebri ſubſtantia, color, & figura. 27
Cerebrum in quo differat à medulla. 22.
Cerebrum natura calidum eſt. 22
Cerebrum maius in homine, quàm in cæteris animalibus. 27
Cerebri vnuſquiſque venter duas habet partes. 29
Cerebri carnes glanduloſæ. 29
Cerebri emunctoria vbi ſint. 31
Cerebri vulnera periculoſiſſima. 29
Colli ligamenta. 33
Colli morbi. 34
Colli inciſiones vt faciendæ. 34
Collum propriam requirit ligaturam. 34.
Colon inteſtinum. 40
Colicæ remedia vbi applicanda. 41
Cōmiſſuræ cranij ad quid proſint. 27
Commiſſuræ ſerratiles veræ & falſæ. 28.
Cranium cur ex diuerſis oſſibus. 27
Cranij vulnera periculoſa. 29
Crus & coxa idem. 47

Cryſtal

Cryſtallinus humor. 30
Crepatura ſeu ruptura. 47
Curationes omnium vulnerum, potionibus, oleo, lana, cauli. 7
Cura peruertitur ab accidentibus. 8
Curæ malæ & falſæ promiſſiones fugiendæ. 3
Cura larga, aut præſeruatiua, aut palliatiua in tribus caſibus. 3
Cum anatomia cognoſcendus eſt vſus & vtilitas. 19
Curatio ſine cognitione cauſæ eſt fortunæ. 8. & 39.
Cur à capite incipiatur anatomia. 46
Cutis ſubſtantia & vſus. 23
Cutis duæ ſpecies. 23.
Cutis propriè dictæ quina ſpecies. 23
Coniunctiua tunica. 30
Cutis eſt media totius ſubſtantiæ. 21
Cura diuerſificatur ſecundum diuerſas partes. 19
Cyſtis fellis deſcriptio. 43
Chordæ & tendones idem ſunt. 25
Chordæ & ligamenta deſcendunt à muſculis. 23
Chordæ & ligamenta ad iuncturas dilatantur. 23
Chordæ punctura ſpaſmum & mortem inducit. 24
Chirurgia Albucaſis. 6.6
Chirurgiæ etymologia. 3.22.
Chirurgia inter artes mechanicas numeratur. 2.42
Chirurgia dicta eſt ſciẽtia & ars. 2.40
Chirurgia eſt duplex 2.39
Chirurgia eſt tertium inſtrumentum medicinæ. 2.26.9.1
Chirurgia eſt ars practica. 9.11.
Chirurgia ſtricte conſiderata. 2.25
Chirurgia large conſiderata. 2.26.
Chirurgus debet tenere principia medicinæ theoricæ & practicæ. 9.4
Chirurgi ſeparati à medicis poſt tẽpora Auicennæ, & quare. 6.14.
Chirurgus debet eſſe expertus. 9.9
Chirurgia ars mechanica. 6
Chirurgia dimiſſa in manibus mechanicorum. 6
Chirurgus debet eſſe ingenioſus. 8
Chirurgus in Montepeſſ. 6
Chirurgus debet eſſe expertus 8
Chirurgia Albucaſis dicta. 6.6
Circa commiſſuras operationes ſuſpectæ. 29
Clyſterũ inuentio in paſſionibus inteſtinorum. 41
Cordis dignitas, forma & ſubſtantia. 37.38.
Cordis colligatio. 38
Cor à phyſicis dicitur temperatum, aut calidum & humidum: à medicis calidum & ſiccum. 22
Conditiones quæ requiruntur in chirurgo, vt operetur artificioſè. 8
Conditiones quæ requiruntur ab infirmo. 9
Conditiones quæ requiruntur in quolibet chirurgo. 8
Conditiones extrinſecus venientium. 9
Conditiones aſſiſtentium. 9
Conditiones quæ requiruntur in infirmo & aſſiſtentibus. 9
Confidentia in infirmo neceſſaria. 9
Conſuetudo & authoritas non ſufficiunt ad cognitionem. 7.32.
Collum veſicæ, & eius muſculi. 45
Conſeruans facultas vbi ſit. 29
Collum eiuſque vſus 32
Colli partes continentes & cõtẽtæ. 32

Collum veſicæ eſt ſine reflexione in mulieribus. 45
Comparatio Chirurgi ignorãtis anatomiam. 20
Complexiones membrorum à philoſopho naturali recipi debent 21
Concoctio tertia & quarta vbi fiat. 42
Colatoria narium. 28
Corporis humani definitio. 21
Coſtæ veræ & falſæ 37
Cor vnde ſit calidum. 22
Cor clibano igneo aſſimilatur. 22
Cor nõ põt diu ſuſtinere paſſiones. 38
Cogitatiuę & rõnalis faculta. ſedes. 29

D

De anatomia q pluribꝰ egerint. 21
Decet Chirurgũ gnarum eſſe aliquantum aliarum artium. 9. 4. 5.
Deſcriptio oſsis coronalis. 27
De arteriis & venis ſimul debet tractare chirurgus. 25
Deſcriptio oſsis Baſillaris ſiue Paxillaris. 28
Dentes, eorum natura & numerus. 31
Dentes vnde ſentiant. 31
Diſlocatio accidit ſolis iuncturis, aliis ſeparatio. 28
Diſlocatio brachij difficillima quæ ſit. 36.
Diaphragmatis operatio & iuuamentum. 39
Diaphragma eſt muſculus. 39
Diaphragmatis compoſitio. 38
Digiti quot habeant oſſa. 36
Diuiſio inteſtinorum. 40
Diſtinctio complexionum eſt pelagus in quo non licet medico nauigare. 21
Diſtributio libri in ſeptem tractatus. 9
Dogmatica doctrina perficitur ratione & experimento. 7
Dotes tum corporis tum animi in Chirurgo neceſſariæ. 9. 4
Dorſum quid. 32
Dorſi partes. 32
Duodenum inteſtinum, & eius nominis ratio. 41
Duæ ſectæ à Galeno reprobatæ. 7
Duo colla vnita in cyſti fellis. 43

E

Ecphyſis inteſtinum. 40
Munctoriorum caro glanduloſa ſeu nodoſa. 23
Emunctorium cordis. 35
Epiglottis, gula, guttur, idem ſunt. 32
Epiglottidis ſubſtantia & vſus. 32
Epiploon, eius diſcriptio, & nominis ratio. 40
Epiploon facilè alteratur, & cur. 40
Epiploon non incidendum, & cur. 40
Epiglottidis ligamentum. 32
Ex ligamentis rotundis deſcendunt muſculi. 23
Experientia medico neceſſaria. 8
Exercitatio requiritur in artifice. 3

F

Faciei particulæ. 29
Finis & intentio Chirurgiæ. 3. 25
Foramen verſus inguen. 49
Fouea & ventriculi cerebri. 37
Frontis os eſt de coronali. 29
Frontis os videtur duplicatum. 29
Frontis partes. 29
Furculæ deſcriptio. 34
Funis brachij, vena. 35

G

Galenus in cã fuit cur omiſsi fuerint libri Hippocratis. 5
Galenus fuit maximus in ſcientia demonſtratiua. 5

Galen-

Galenus operator in chirurgia. 5
Genarum oſſa nouem. 31
Genæ. 31
Gilbertus ſcripſit fabulas. 6
Grandinoſum os. 49
Guttur,gula,& epiglottis,idẽ ſunt.32
Gula ſiue œſophagus. 37
Guidegi venæ,ſeu apoplecticæ & ſubetales. 33
Gulielmus de Saliceto operator in chirurgia. 6
Gulielmus de Saliceto & ſecta eius.6
Gulielmus de Saliceto in chirurgia bene dixit. 6
Guido per multa tempora operatus eſt in multis regionibus. 7
Guido inſeruiuit papis. 7
Guido Lugduni praxim exercuit. 6
Guido habuit omnes libros Galeni in vtraque tranſlatione. 7
Guido quo tempore, & vbi vixerit. 7

H

HAly abbas magiſter in chirurgia. 6
Haly abbas operator in chirurgia. 6
Hepatis deſcriptio & eius colligatio. 42
Hepatis præcipua pars quæ ſit. 42
Hepatis viæ propriæ & colla. 42
Hepatis pãniculus habet neruum. 42
Hepar vnde ſit calidum & humidũ.22
Hepar ſplene calidius. 22
Hepatis remedia qualia & vbi applicanda. 43
Henricus de Hermondauila Theodorirum & Lanfrancum matrimonio iungere nititur. 6
Hiſtoria de matrice. 46
Hiſpanus ſcripſit fabulas. 6
Hippocrates quandiu vixerit. 5
Hippocrates multa ſcripſit de chirurgia. 5
Hippocrates primus duxit ad lucem perfectam medicinam. 5
Hippocrates operator chirurgiæ. 5
Hæmorrhoidales venæ quinque. 46
Humerus, Spatula, Omoplata, idem ſunt. 34
Humores in hepate duplices. 42
Humores non naturales, quales, & quò mittantur. 42
Humorum diſtributio. 42.43
Hugonis de Luca fabulæ. 6
Hugo de Luca operator chirurgiæ. 6
Hydropiſis vnde fiat. 43
Hypochondria. 39
Hydropicus debilis non debet perforari. 5
Hydropicus in quo latere debeat perforari. 5
Hydropici aqua paulatim extrahẽda.5
Hydropici cur purgentur. 5
Hydropiſis confirmata ſine punctione non poteſt curari. 5

I

IAnitor ſeu pylorus. 41
Iamerij chirurgia brutalis.6. 19
Ieiunum inteſtinum vnde dictum. 41
Ilium oſſa vnde dicta. 45
Ilion os, femur, & pecten ſunt partes eiuſdem oſſis. 45
Iliacæ remedia vbi applicanda. 41
Ilia. 39
Ileon inteſtinum, eiúſque deſcriptio. 41
Ileon inteſtinum gracile. 41
Imaginatiua facultas vbi ſit. 29
Inciſiones in capite quomodo faciendæ. 29

Inciſiones frontis & ſuperciliorum vt faciendæ. 29
Inciſiones in brachiis vt faciendæ. 36
Incommoda veſicæ fellis oppilatæ. 43
Inciſio pro calculo veſicæ. 45
Inſania venerea veritatis. 8
Inteſtinum cæcum, monoculũ, & ſaccus, idem ſunt. 41
Inteſtinum cæcum an bene dicatur, & cuius ſit magnitudinis. 41
Inuentores medicinæ. 5
In oſſibus baſillaribus & petroſis Guilielmus Lãfrancus & Henricus errarunt. 28
Inteſtinorum anatomia. 40
Inteſtinorum gracilium vulnera non ſanantur, craſſorum aliquoties. 41
Inteſtinis quomodo conueniant clyſteres. 41
Inteſtinum rectum ſeu longanum. 44
Incipiendum ab inteſtino recto. 41
In perinæo ſutura. 47
In pede magno quot oſſa ſunt. 48
In mẽbro organico vna pars ſimplex eſt principium omnium. 22
In oĩ mẽbro nouẽ conſideranda. 22
In diſtribuendis neruis tres intentiones. 24
In anchis duo modi oſſium. 44
Inſtrumenta ferrea communia & propria. 3
Inſtrumenta ferrea quæ ſecum portare debet chirurgus. 4
Inſtrumenta chirurgorum communia & propria. 3
Inſtrumẽta medicinalia chirurgo neceſſaria. 3
Intentio curandi vnde ſumenda. 4
Intentiones curandi noſſe debet chirurgus. 4
Intentiones paucæ & concordes facile perficiuntur. 4
In multis & contrariis intentionibus quid conſiderandum. 4
Inuentarium chirurgiæ. 2
Intentiones poſſibiles & impoſſibiles diſtinguendæ. 4
Innata eſt nobis via à communioribus ad ſpecialia procedere. 2
Inteſtinorum ſubſtantia & vſus. 40
Inteſtinorum numerus. 40
In Montepeſ. Chirurgus, filius Lanfranci, magiſter Bonetus. 6.40
In ſectis ita ſe ſequuntur vt grues. 7
Initium methodi curatiuæ. 4
In dogmatica doctrina inueſtigantur res, & refutantur voces. 7
In quolibet capitulo ſunt tria. 104
Ioannes de Parma chirurgus Auenioni ſocius Guidonis. 7
Ioannes de Parma operator in chirurgia Auenioni. 7
Iunctura propriè dicta. 26
Iuncturis propriè accidit diſlocatio. 26
Iuncturarum vulnera cur periculoſa. 24
Iudicium diſcenti neceſſarium. 8

L

Laringis cartilagines & muſculi. 32
Laxa bona: cruda vero mala. 7
Lacertus vnde dictus. 23
Lacuna cerebri. 29
Lambdoïdis commiſſura. 28
Lanfrancus, eiuſque ſecta. 7
Lanfrancus omnia ferè à Guilielmo recepit. 6
Lanfrancus operator in chirurgia. 6
Ligamenta brachiorum. 36
Lingua eiuſque deſcriptio. 32

Linguiformis additio. 32
Linguæ nerui vnde ſint. 32
Linguæ muſculi. 32
Ligamentorum natura. 23
Ligamentorum ſpecies duæ. 23
Ligamenta ſunt media inter oſſa & neruos. 23
Ligamenta ex oſſibus naſcuntur. 23
Longales carnes colli. 33
Longæ,& maſculi,eorúmque vſus. 33

M

Magiſter Peregrinus operator in chirurgia Bononiæ. 6
Magiſter Petrus de Argenteria operator in chirurgia Pariſiis. 6
Materia capituli ſingularis.2. 39
Metatarſus. 49
Metacarpus & pecten idem ſunt. 36
Meſenterium. 41
Medicus non poteſt ſemper ſanare. 3
Membra diuerſi generis quæ ſint. 33
Membra principalia quatuor. 22
Mirach & Siphac. 46
Mitra foramen virgæ. 47
Modus extrahendi Hydropicorum aquam. 5
Mundinus doctus anatomicus. 20
Muſculi duplices mouentes caput. 33
Muſculi mouentes caput & collum. 33
Muſculi inferioris maxillæ. 32
Muſculi largugis. 32
Muſculi ventris ſeu abdominis. 39
Muſculi rectores ſuperfluitatum. 39
Muſculi brachiorum & manuum. 35
Muſculi pedum. 48
Muſculi temporales. 31
Muſculi oculorum. 30
Muſculi genarum & labiorum. 31
Muſculi linguæ. 32
Muſculi maſticatorij. 33
Muſculorum totius corporis numerus. 24
Muſculi deſinunt in tendones,& tendones in muſculos. 23
Muſculus ſemper præcedit iuctnnram. 23
Muſculorum ſituationes quatuor. 24
Muſculi differunt quinque modis. 24
Muſculus vnde componatur. 23
Muſculus eſt ſimplex ſenſu, & reipſa compoſitus. 23
Muſculus vnde dictus & quid. 23
Muſculus & lacertus idem ſunt. 23

N

Nates. 47
Nares. 30
Naſus. 30
Nerui auditus inſtrumenta. 31
Nerui guſtatorij mouentes linguã. 32
Nerui pertinentes ad muſculos maxillæ. 31
Neruorum ex collo deſcendentium vſus. 31
Nerui recurrentes. 33
Nerui brachiorum quatuor notabiles. 35
Nerui renum in ventre. 44
Nerui ſuſpenſorij teſticulorum. 47
Nerui omnes à cerebro oriuntur. 24
Nerui anterioris partis cerebri in quo differant à neruis poſterioris. 24
Nerui optici non cruciantur. 30
Nerui optici ſunt perforati. 30
Nerui non nudi incedunt. 29
Neruus ſine comite vbi ſit. 24
Neruis quæ partes careant. 24
Neruus quid. 24
Nerui pedis. 48
Nerui dentibus inſeruntur. 24
Nicolaus Catalanus operator in chi-

rurgia T holoſæ. 6
Nicolaus Catalanus chirurgus Tholoſæ. 6
Nicolaus de Regio Calaber primus Gal.è Greco in Lat.tranſtulit. 6
Nucha cerebri vicaria. 24
Nullum membrum eſt calidius & ſiccius pelle. 22
Nulla pars otioſa. 22
Nucha ſeu medulla dorſi. 29
Nuchæ origo. 29
Nucha ſimilis cerebro,aut parti ei⁹. 29
Nucha inuoluta ſicut cerebrum 29
Nuchæ ſymptomata ſimilia ſympt.celebri. 29

O

OCulorum compoſitio & vſus. 30
Oculorum muſculi. 30
Oculorũ quartus humor ſeƈt. Gal. 30
Oculorum carnes ſpongioſæ. 30
Odoratus inſtrumenta. 29
Oeſophagus. 32
Oeſophagus qua deſcendat. 44
Ollæ capitis partes cõtinentes & contentæ. 27
Ollæ capitis colligatio, quantitas, & figura. 26.27
Ollæ capitis morbi. 29
Ollæ capitis ſubſtantia & cõplexio. 26
Ollæ capitis oſſa præcipua. 27
Olla capitis. 26
Omnia vulnera vnguentis & emplaſtris dulcibus curare. 7
Omnia ad ægri vtilitatem ordinãda. 9
Omoplata,ſpatula,humer⁹,idẽ ſũt. 34
Operatores tempore Guidonis. 5
Optimum in re propoſita adducere teſtimonia. 8.9
Operationes chirurgorum ſunt tres. 3
Oportet vt chirurgus cognoſcat præcipuè Anatomiam. 8. 32
Operatiões chirurgorũ ſunt tres.3. 30
Organa ſenſus cur geminentur. 28
Ordo & diſpoſitio totius operis. 9
Orbita eſt pars coronalis,& oſſis temporalis. 30
Oſſa parietalia. 27
Oſſa Paris cuius partis ſunt. 28
Os lambdoide nõ eſt ſupra baſilare. 28
Oſſa Bregmatis,ſiue parietalia. 28
Os occipitiale. 27
Os Baſilare ad collũ non pertinet. 28
Oſſa cranij quot ſunt. 27
Oſſium vſus diuerſus. 25
Oſſa claualia. 28
Os coxæ. 48
Oſſa omnia craſſiora ſunt in iunƈturis quàm in medio. 26
Oſcheum ſeu burſa veſicæ. 47
Os ſacrum ſeu amplum. 33
Oſſa paria temporum. 31
Oſſanium. 32
Os cuneiforme ad quid pertineat. 28
Os nauiculare. 49
Oſſa cur ſint vltima in anatomia. 25
Oſſium natura. 25
Oſſium differentia. 25
Oſſium totius corporis numerus. 25
Os diƈtum criſta, diuidens colatoria narium. 27
Os coronale in nonnullis commiſſurâ diuiſum. 27
Os cordis cartilaginoſum. 38

P

PArtes chirurgiæ generales ſunt duæ:ſpeciales quinque.3. 26
Patria & conditio Guidonis. 7
Paul⁹ Aegineta operator ĩ chirurgia. 6
Patella genu. 48
Panniculus eſt cutis mẽbrorũ internorum. 23

Paria neruorum in ſumma quot. 29
Partes, vide, Membra.
Palatum. 32
Palati tunica vnde ſit. 32
Parencephalidis origo. 29
in Paralyſi brachiorũ remedia vbi applicanda. 37
Panniculi cordis. 38
Pedis planta tota ligamentoſa. 47
Pericranium vnde oriatur. 28
Pecten, & metacarpus, idem ſunt. 38
Pectus ſeu thorax. 37
Pectoris partes. 37
Pectoris oſſa. 37
Pectoris oſſa quot ſint. 37
Pectus habet tres panniculos internos. 38
Pectus quot habeat muſculos. 37
Peritonæum vnde dictum. 39
Peritonæi ſubſtantia & vſus. 39
Petroſa oſſa cur ſic dicta. 28
Petroſorum oſsium deſcriptio. 28
Pedis ligamenta. 48
Pedis oſſa triplici ordine. 47
Pes magnus, ſeu magna tibia. 47
Pes magnus tripliciter diuiſus. 47
Pedis venarum & arteriarum diſtributio. 47
Pecten in pede. 49
Pericardium. 38
Pectinis os. 45
Perinæum. 47
Pericranium quid apud Gal. 27
Pericranij ſubſtantia. 27
Pericranium vnde oriatur. 27
Pedis difficillima diſlocatio quæ ſit. 49
Petrus de Arelata magiſter operator in Chirurgia Auenioni. 6
Petrus de Bonanto operator in Chirurgia Lugduni. 6
Pecten, Ilium, & os femoris partes ſunt eiuſdem. 4
Pes magnus, ſiue tibia magna. 47
Pharynx & trachæi arteria idem ſunt. 32
Phlegma & medulla ſunt partes frigidæ & humidæ. 21
Picturæ anatomicæ Henrici damnantur. 21
Pili cur inter membra recenſeantur. 21
Pilorum vſus. 25
Pinguedo inter membra annumeratur, & cur. 21
Pinguedinis duæ ſpecies. 23
Pinguedo propriè dicta. 23
Pinguedo quid proſit. 23
Pleura. 38
Præputium. 47
Præcordialis pars ventris. 39
Principium à gratiarum actione. 1
Principalia membra quæ. 22
Prolixitas moleſtiã parit, breuitas, obſcuritatem. 1
Præuaricant & peruertunt. 8. 40
Pulmonis ſubſtantia & vſus. 38
Pulmonis quinque lobos. 38
Pulmonis vaſa triplicia. 38
Pulmo calidus & humidus. 21
Pueri in collo gigantis. 1
Pulmo calidus humidus. 21
Pulmo ſanguine ſubtili alitur. 21
Pyxides Iliorum. 45

Q

Quæ artes ſint neceſſariæ Chirurgo. 9. 6

Quærendum quibus & quomodo intentiones compleantur. 4
Quærere à medico demonſtrationem, eſt quærere à traulo ſermonem. 3
Quandiu ante Hippocratem ſiluerit medicina. 5
Quo tēpore fuerit Galenus & quandiu vixerit. 5
Quatuor magiſtri operatores in chirurgia. 6
Quantitas, ſituatio, & ligamenta virgæ. 47
Quinque ſectæ tempore Guidonis. 7
Quæ Hippocrates ſeminauit Galenus excoluit & auxit. 5
Quatuor magiſtri multa empirica ſcripſerunt. 6
Quæ ſint oſſa in magno brachio. 36
Quomodo æſtimari debeat ſalarium chirurgi. 9
Quantitas ventriculorum cerebri. 29
Quomodo dicat̃ cor in medio eſſe. 37
Quot paria neruorum oriantur à cerebro. 24
Quot paria neruorum oriantur à nucha. 24
Quid cogat differre curationem, aut omnino omittere. 4
Qui omnes ægros ad ſanctos relegant. 7
Quot radices habeant dentes. 32
Quinque oris particulæ. 31

R

Rationalis virtus vbi ſit. 29
Raſceta ſeu carpus. 36
Raſis operator in chirurgia. 6
Ratio ſituationis ollæ in capite non pertinet ad chirurgum. 27
Radices & elementa curationis. 20
Redol vulgò meſenterium. 41
Renum pinguedo & conſenſus. 44
Renum tunica vnde conſtet. 44
Retina membrana. 30
Rete mirabile. 27.29
Retis mirabilis vſus. 29
Renes calidi & humidi. 44
Renes minus calidi quàm ſplen. 44
Renum deſcriptio. 44
Renum præcipuæ affectiones. 44
Roſa Anglicana fatua. 6
Rolandus operator in chirurgia. 6

S

SAccus vnde dicatur ieiunum inteſtinum. 40
Saluatella vera. 35
Sanguis ſpiritualis vinculum virtutum & animæ. 37
Sanguis mutatur in varios ſpiritus. 38
Sanguis, ſpiritus & humiditates naturales mēbra ſunt calida & humida. 21
Sanguinis maſſa muſto aſſimilata. 42
Sāguificatio propria hepatis actio. 42
Secundina tunica. 30
Scutiformis cartilago. 37
Seminales venæ ſub auribus reprobantur. 31
Scientiæ fiunt per additionem. 2
Secta Guilielmi de Saliceto. 7
Secta Bruni. 7.11
Selirotica tunica. 30
Secta Lanfranci. 7
Secta theutonicorum militum. 7
Scientia requiritur in chirurgo. 9
Secta mulierum & idiotarum. 7

Secta

Secta Theodorici. 7
Senſus communis vbi ſit. 29
Siphac quid ſit. 39
Siccum ſano eſt propinquius. 7
Sola doctrina quæ exercitando habetur, artifices reddit. 3.1
Solo vino omnia vulnera deſiccari. 7
Spondyli oſſis caudæ quot & quales. 33
Spatula, omoplata, & humerus idem ſunt. 34
Spatula duobus oſſibus conſtat. 34
Spatula & os ſpatulare. 34
Spatulæ nerui, venæ, & arteriæ. 34. 35
Spondylus quid. 33
Spondylorum colli, metaphreni, & renum numerus. 33
Spatula & metaphrenum idem ſunt. 33
Splen patitur fortiora remedia quàm hepar. 44
Spatula cum tribus additionibus. 34
Sperma quid. 45
Sperma quomodo deſcendat ex toto corpore. 45
Sperma ſapit naturam principalium partium. 45
Spermatica vaſa eorúmque natura. 45
Spermatorum vaſorum deſcriptio. 45
Spermatica vaſa in viris ſunt exterius, in mulieribus remanent intus. 45
Spermatica vaſa duplicia ſunt. 46
Spermatica vaſa deferentia. 46
Spermatica vaſa differentia. 46
Spermatica vaſa expellentia. 46
Sphincteres in ano duo. 46
Spondylorum ligatura. 33
Spondyli dorſi. 33
Splenis deſcriptio. 43
Splen calidus & humidus. 21
Splenis meatus vtriuſque vſus. 43
Splen remittit melancholiam ad ſtomachum & cur. 43
Splen purgatur propriè per ventrem. 44
Stomachus duplici calore vtens. 41
Stomachi remedia vbi applicanda. 42
Stomachalis pars ventris. 39
Stomachus. 41
Stomachus ſeu venter. 41
Stomachus pro ventre, & pro œſophago. 39
Stomachi quantitas. 42
Stomachus triplices fibras habet. 42
Stomachi partes, compoſitiones, figura, &c. 42
Stomacho inſeruientes partes. 42
Subiectum chirurgiæ. 3. 24
Superciliorum natura & vſus. 29
Subſtantia virgæ. 47
Subetales venæ, ſeu apoplecticæ & Guidegi. 33
Sufficit facere quod ars præcipit. 37
Superciliorum forma vnde. 29
Superciliorum vſus. 29
Subſtantia teſticulorum. 46
Siringa vtendi modus vnde. 45

T

Tarſus. 49
Tempora. 31
Teſtimonia non ſunt contemnenda. 8
Teſticulorũ burſa, oſcheum dicta. 46
Teſtes ſunt membra principalia & inſtrumenta. 46
Teſtium caro eſt glanduloſa & nodoſa. 23
Tendones & eorum origo. 24
Tendones ſunt medij inter neruos & ligamenta. 25
Tendones magis accedunt ad neruos quàm ad ligamenta. 25

Tendones accipiũt ſenſum & motum à neruis. 25
Tendones interni flectunt, externi extendunt. 25
Tendone altero trahente alter relaxatur. 25
Theodorici & Lanfranci matrimonium. 6
Theodoricus fabulas ſcripſit. 6
Theodoricus operator in chirurgia. 6
Theodoricus omnia fere ex Bruno tranſcripſit. 6
Theutonici milites, eorumque curationes. 7
Tractatus diuiſus & ſubdiuiſus. 9
Tachææ arteria & pharynx idem ſunt. 32
Trachæ diſcriptio. 32

V

VAria lectio delectat, certa prodeſt. 1
Veſica vrinaria. 45
Venarum, arteriarum & neruorum notabilium brachij numerus. 35
Venarum parui brachij diſtributio. 35
Vena ſaphena. 48
Vena ſciatica. 48
Vena renalis. 48
Vena poplitica. 48
Vena quid. 25
Venæ oriuntur ex hepate. 25
Venæ arteriæ, & nerui motores oculorum. 30
Veſica cur obnoxia calculis & oppilationibus. 45
Vena ſiue arteria vbi reperiatur. 25
Venæ cauæ aſcenſus. 38
Vena arterialis. 38
Vena pulſatilis. 38
Venæ pulſatilis (i. arteriæ aortæ) origo. 38
Ventris ſituationes. 39
Ventris pars vmbilicalis, ſeu ſuminis. 39
Ventris partes tres. 39
Ventris partes continentes & cõtentæ. 39
Ventris muſculorum vſus, numerus, origo. 39
Vẽtris vulnera vbi periculoſiſſima. 40
In ventre ſutura vt fiat. 40
Venæ & arteriæ differũt quoad principia, ſed communionẽ habent. 25
Veritatem ne cognoſcamus quid impediat. 8
Veritas omnino amanda. 8
Venæ communes inter mammillas & matricem. 46
Veſica fellis multis modis oppilata. 43
Vena corporalis ſiue mediana. 35
Ventris ſignificationes. 39
Vermiformis cerebri. 29
Vertebrum. 32
Virga dicitur agricultor. 47
Virtus duplex in vnoquoque cerebri ventriculo. 29
Virga habet duos canales præcipuos. 47
Vitreus humor. 30
Virtus membrorum compoſitorum vnde oriatur. 29
Vlnæ oſſis deſcriptio. 34
Vlna & adiutorium idem ſunt. 35
Vlna. 34
Vnguenta, quæ ſecum portare debet chirurgus. 4
Vnde dicatur Dydimus. 46
Vnaquæque pars medicinæ indiget reliquis. 8

Vnguentum baſilicum ad quid. 4
Vnguentum album ad quid. 4
Vnguentum Apoſtolicum ad quid. 4
Vnguentum dialthæ ad quid. 4
Vnguentum aureum ad quid. 4
Vnuſquiſque poſſet breui eſſe medicus, niſi aliis artibus indigeret. 10
Vngues cur recenſeantur inter membra. 21
Vna curandi ratio, eáque vera. 3
Vnde doceatur capitis ligatura. 29
Vnguium vſus. 26
Vritides ſeu vreteres. 45
Vrbanus Papa quintus. 7
Vtilitas commentariorū & collectiorum. 1
Vulua. 31
Xirbus ſeu omentum. 40

# INDEX RERVM ET VERBORVM PRIMO TRACTATV QVI EST DE ANATOMIA CONTENTORVM.

AD remouendas oculorum ſordes. 92
Alius modus perforandi in aſcita. 112
in Amputatione membri conſideratio. 67
Amputare membrum quid cogat. 67
Aneuriſmatis curandi modus tertius. 101
Anginę cauſa. 96
Anginæ iudicia & prognoſtica. 96
in Anthrace, qua parte ſanguis mittēdus. 64
Anginæ ſanādæ mirum emplaſtrū. 98
Anginæ duæ ſpecies ſenſum latentes. 95
Anthracis ethymologia. 63
ad Anginam maturatam rumpendam varia artificia. 98
Anthracem maturantia. 65
Anginæ ſpecies quatuor. 95
in Angina triplex phlebotomia eodē die. 79
in Anthrace conuenientiſſima eſt theriaca. 64
Anginæ ſigna bona & mala. 96
Anginæ gargariſmus maturans. 98
Anginam quid ſua inſita virtute ſanet. 98
Anginæ induratæ cura. 99
Angina quid. 95
Angina critica cur mala. 97
Aneuriſma quid, & quomodo fiat. 101
Anaſarca eſt minꝰ periculoſa aliis. 110
in Anaſarca ſepeliendus ager in arena calida ad ſolem. 113
Anaſarcicum ſepelire in arena calida, aut in furno ponere. 113
Antiſpaſis quid. 56
Anthrax prompto eget auxilio. 63
Anginæ nocet ſomnus. 97
Anthracem maturās & rumpens em-

plaſtrum. 65
in Angina quales reuulſiones & deriuationes faciendæ,& ſubitò. 96
Anginæ reſolutionis, permutationis, collectionis,& mortis ſigna. 96. 97
Anthrax eſt morbus acutus & contagioſus. 63
Anginæ frigidæ cura. 99
Anaſarcæ curatio. 112
Anaſarcam reſoluentia. 112
Anodynum optimũ eſt lac & caſſia. 98
in Anthrace non omittenda epithemata cordis. 64
Anthraci quid applicandum. 64
in Anthrace conſolida maior miraculoſa. 65
in Angina dolor fortis ſedatus. 97
Anginæ incipientis, creſcentis & declinantis remedia. 98
Anthrax morſu ſanatus. 64
Anthracis materia,cauſa,ſigna, & indicia. 63
An ſanguis ad mammillas conuerſus maniam efficiat,& cur. 107
Animaduerſio in apertione apoſtematis dorſi. 100
Anginæ ſupperantis cura. 98
Anthracis non admodũ acuti cura. 64
in Angina quid applicandum intrinſecus & extrinſecus. 98
Antrax quid differat à carbunculo. 63
Anaſarca & eius ſigna. 110
Anthrax qui rubet minus mortalis. 63
Anginæ maturatæ remedia. 98
Anthracis curatio. 63
Anthrax niger ſemper mortalis. 63
Angina in quo conueniat cum aliis apoſtematibus quoad curam, & in quo differat. 97
Angina quænam peſſima, quæ minus mortalis,quæ lõgior,quæ tutior. 96
Anginæ quinta ſpecies ſtrumoſa dicta. 96
Anginæ extrinſecus quid applicandum. 98
Aneuriſmatis duplex curatio. 101
Anginæ ſigna & ſymptomata varia. 96
Angina ſtrumoſa. 91
Apoſtemata vera ſæpè reſoluũtur. 62
Apoſtematum in genere curatio, & vbi de ea agatur à Galeno. 54
Apoſtematum indicationes curatiuæ, quales & vnde ſumantur. 54
Apoſtematis prima curatio quæ ſit. 56
Apoſtematis curatio vbi incipiẽda. 56
Apoſtematum curatio quomodo varietur. 56
Apoſtomatis remedia pro vnoquoque tempore. 57
Apoſtemati conueniunt repellentia ab initio. 57
Apoſtematum differentia ex materia. 53
Apertio in iuncturis cur anticipari debeat. 100
Apoſtema quo in genere magis peccet,& quæ ſit eius ratio magis. 54
Apertio rotulæ genu quomodo faciẽda. 116
Apoſtemata ſimplicia & cõpoſita. 54
in Anginæ maxima anguſtia gutturis apertio. 99
Apoſtematum verorum ſpecies quatuor. 53
Apoſtemata ancharum. 113
Apoſtematum ſanguineorum ſpecies quot. 58
Apoſtema eſt aggregatio trium morborum.

borum. 50
Apoſtematum differentiæ, & ſpecies vnde ſumantur. 51
Apoſtemata tibiarum. 117
Apoſtemata dorſi cur periculoſa. 100
Apertiones quibus medicamentis melius fiant. 58
Apoſtema ventoſum. 53
Apoſtematum nõ verorũ quatuor ſpecies. 54
Apoſtemata humorum naturalium & non naturalium. 53
Apoſtemata non vera, impropria, incerta & non vniformia. 52
Apoſtematis aquoſi locus frequentiſſimus. 76
Apertio apoſtematis quomodo faciẽda. 57
Apoſtemata hydropiſim efficiẽtia. 110
Apoſtematis veri & non veri ſigna. 57
Apoſtematum indicia. 61
Apoſtematum materia quæ ſit. 52
Apoſtemata vera comprehenduntur ſub ſanguineis. 54
Apoſtemata maligna & fraudulosa. 55
Apoſtemata ſingularia vix ſunt pura: plæraque non vera, pura ſunt. 54
Apertio apoſtematis in capite qua figura fieri debeat. 88
Apoſtemati qualia reſoluentia conueniant & quando. 56
Apoſtemata digitorum, eorúmque cauſa & curatio. 102
Apoſtomatum verorum ſpecies quatuor. 59
Apoſtemata ani quomodo aperianda. 116
Apoſtemata ani. 116
Apoſtematis duri emollitio. 80
in Apoſtematibus ani commendatur taxus barbatus. 116
Apoſtematum verorum nomina propria. 53
Apoſtemata phlegmatica quo tẽpore & q̃bus materiis multiplicẽtur. 71
Apoſtema verum, proprium, certum, & vniforme. 51
Apoſtemata vera non ſunt pura. 53
Apoſtematum cauſæ generales. 56
Apertio in parietibus ſuppuratis pectoris. 108
Apoſtematis ſynonyma. 50
Apoſtemata magna & parua quæ dicantur. 55
Apoſtemata habẽt periodos, paroxyſmos, & criſes ſecundùm ſuos humores. 58
Apoſtemata habent quatuor tempora. 59
Apoſtematum temporis triplex diſtinctio. 58
Apoſtematis quatuor tẽporũ ſigna. 58
Apoſtematis iam ſuppurati ſigna. 59
Apoſtematum ſigna. 57
Aquoſo apoſtemati quid applicandum. 76
Aquoſum apoſtema. 51
Aquoſum apoſtema ita curatur vt verum œdema. 76
Aquoſi apoſtematis diæta. 76
Arcenici noxia. 81
Arcenici applicandi quantitas. 81
in Aſcite corroborãdum iecur intrinſecus & extrinſecus. 111
Aſciti conducit vrina ægri. 111
Aſcitis materiam euaporantia. 111
Aſciti conducit aqua diſtillata ex corticibus ſambuci. 111
Aſcites eſt peſſima ſpecies hydropiſis 110

in Aſcite cauteria qualia, quod, & vbi. 112
Aſcitem cantharides præparatæ. 111
Aſcites hydropiſis. 110
Aſcitis perforatio fuſe tractatur. 112
Attractionis cauſæ. 53
Aurium apoſtematis ſuppurātis remedia. 95
Aurium apoſtematis calidi remedia pro augmento, & ſtatu. 95
Aurium apoſtematum indicia. 93
Aurium apoſtematis frigidi remedia. 94
Aurium apoſtemata in iunioribus periculoſiora, & cur. 93
Aurium apoſtemata profunda admittunt repellentia, non quæ in radicibus ſunt. 46
Aurium apoſtematis tā profundi, quā ſuperficialis curatio. 94
Aurium dolorem ſequuntur grauia accidentia. 93
Aurium apoſtemata calida extremè doloroſa. 93
Auriū apoſtematis externi curatio. 94
Aurium apoſtematum diuiſio. 93
Aurium apoſtematis curatio. 93
in Aurium dolore medulla vitulina probata eſt. 94
Aurium dolor ſedatus. 94

B

Botij p chirurgiā duplex cura. 100
Birsē reſoluitur ad apoſtema māmillarum ſeu pleureſim. 8
Botij curabilis & incurabilis ſigna. 99
Bona buba cur cognominetur anthrax. 63
Bothores qui ſint. 53
Bothores ſæpiſſime ſunt venenati. 54
Botio curando res probatæ. 100
Botij per medicamenta curatio. 100
Botium quid & cuius materiæ. 99
Botium eſt morbus regionis hæreditarius. 99
Bubonis indicia. 104
Bubo non patitur repellentia neque fortia emollientia. 105
Bubonis cura non critica 105
Bubonis ſuppurantis cura. 105
Bubonis febres ſunt malignæ, exceptis ephemeris & cur. 104
Bubo fugilinus eiuſque materia. 77
Bubo tribus modis accipitur. 103

C.

Carbunculi deſcriptio. 62
Carbunculi eſchara qualis. 62
Carbunculi materia. 62
Carbunculi ſigna & indicia. 62
Carbunculi ſunt venenoſi. 62
in Capitis affectibus quæ repellentia permittantur. 87
Cācer quid differat ab eſphiomeno. 65
Cancer eſt particularis lepra. 85
Cancer eſt duplex affectio. 85
Cancri apoſtomatis deſcriptio. 85
Cancrorum materia. 85
Cancri, varices, & lepra ſunt eiuſdem materiæ. 58
Cancrorum loco frequentiora. 85
Cancri apoſtematis ſigna & indicia. 58
Cancri principium eſt obſcurum. 58
Cancri apoſtematis curatio. 86
in Cancro ſæpe reiterāda purgatio. 86
in Cancro quid applicandum. 86
Carbunculi ſequuntur peſtem. 62
Carbunculos plerunque ſequitur febris. 63
Carbunculi deſinunt in vlcera. 62
Cauſæ, ſigna, & iudicia Apoſtematis aquoſi. 76

Capitis

Capitis apoſtematum indicia. 87
Capitis apoſtema ſuppurans, ſubitò aperiendum. 87
Cauſæ herniæ carnoſæ & varicoſæ. 115
Carbunculo quid applicãdum pro diuerſis temporibus. 63
Cauterium remouet omnem corruptionem. 102
Capitis ægri diæta & purgatio. 87
Carbunculi maligni cura. 63
Caput obnoxium varijs apoſtematibus. 87
Calidũ latè captũ ꝓ putrefactione. 51
Carbunculo conueniens diæta. 63
Carbunculo qua parte mittẽdus ſanguis. 63
Cancri extirpatio. 86
Cancros euellere nõ ſuadet Guido. 86
Cancro ſæpe ſufficit palliatio. 86
Carbunculus eſt plegmon. 62
Carbunculo emplaſtrum duorum granatorum, & aliud ficuum. 63
Cãcros occultos nõ curare meliꝰ eſt. 86
Cancer confirmatus non curatur niſi extirpatione. 85
Carbunculus, pruna, ignis Perſicus ſeu ſacer idem ſunt. 62
Choleræ naturalis deſcriptio & quæ propriè ſit. 67
Cholera nigra qualis. 69
Chiragræ deſcriptio. 101
Cholera quot faciat ſpecies apoſtematum. 68
Choleræ deſcriptio, & eius ſpecies. 67
Chiragia naturalis non curatur. 101
Chiragræ cauterizatio. 101
Chiragræ chirotheca ſeu burſa plena lixiuio. 101
Chirapræ propria remedia. 101
Cholera non naturalis & eius differentiæ. 67
Cholera citrina, vitellina, æruginoſa, & praſſina vnde. 67
Cholera æruginoſa & praſſina extremè maligna. 68
Cibi quot horas in ventre morentur, & quoties in die cibandum. 65
Cibi melancholiam generantes. 84
Coniunctæ. 57
In cibo nihil medicamentoſum miſcendum. 64
Conſtructio ad euellendas ex creſcentias. 79.80
Contra aſcitem ius Iridis. 111
Conſideratio in aperiendo. 58
Conditiones apoſtematis aquoſi 75
Coxarum apoſtemata. 116
Communis apoſtematũ generatio. 53
Contra cancrũ cancri fluuiatiles. 86
Conditiones definitiõis eſſentialis. 50
Congeſtio & deriuatio ſunt cauſæ omnium apoſtematum. 52
Congeſtionis aptiſſima materia & cauſæ. 52
Congeſtionis apoſtemata conſtant factis & fluxis. 52
Colli apoſtemata duplicia. 95
Conſolida minor miraculoſa in Anthrace. 65
Crepatura non eſt vera hernia. 113
Cura bubõis ab extremorũ dolore. 105
Cura bubonis critici, aut expulſi à parte nobili. 106
Cura bubonũ q̃d differat ab alijs. 104
Curatio bothorum in auribus. 94
Curatio apoſtematum brachiorũ quomodo differat à curatione communi. 100
Cura apoſtematis brachij ex ſanguinis miſſione. 101

Cubiti apoſtemata quomodo ſint tractanda. 101
Curæ non falſæ tres intentiones. 58
Cura ſimplicium morborum proponitur,licet vix inueniatur. 54
Cura apoſtematis maturi, mutati, & fixi. 56
Curatio generalis quot modis mutetur in particularibus. 87
Curatio variat pro cõplexione, compoſitione, vnitate, proprietate & ſituatione. 87
Curatio aquæ in capitibus puerorum 88.
In Cubiti apoſtemate vbi ſit apertio commoda. 101
Curatio apoſtematis aquoſi 76
Cura carbunculi. 62
Cura herniæ humoralis maturatæ. 113
Curatio herniæ carnoſæ per pharmaca. 116

D

DEriuationis cauſæ. 52
Definitiones & deſcriptiones apoſtematis. 50
De cholera non naturali diuerſæ opiniones. 68
Defluxionis cauſæ. 56
Defluxionem ſedantia. 56
Deriuatio & congeſtio ſunt cauſæ omnium apoſtematum. 52
Diamoron & dianucum quales compoſitiones ſint. 97
Diacalamintha,Gal.contra glandulas. 79
Diuerſæ res contentæ in exituris, & vnde oriantur. 52
Differentiæ à materia ſumptæ magnæ ſunt & principales. 51
Differentias à materia ſumptas quid ſequatur. 51
Diuretica in aſcite. 111
Diarrhœa ſanat oculorum morbum. 90.
Diæta in apoſtemate ventoſo. 74
Diſpoſitio morbi quid contineat. 55
Dolor proſternit vires & curationem impedit. 61
Dolor diligenter mitigandus. 61
Dolor à ſpiritu flatulento, aut humore incluſo ſedatur. 95
Dolor à cauſa calida ſedatus. 94
Dolor ſedatur phlebotomia. 56
Dolor cogit vti narcoticis. 86
Dorſi apoſtemata non patiuntur fortia repellentia. 100
Dolorem mitigantia. 61
Dolorem mitigans optimum. 69
Dorſi apoſtemata ſuppurantia ſubitò aperienda. 100
Dolor oculorum quid ſignificet. 89
Dolor ſuperans cauſam. 103
Durante fluxu repellendum, ceſſante euaporandum. 53
Dubelles,corúmque materia. 72

E

EFficientes. 56
E gremio naturæ prodeunt quantitas & qualitas. 50
Eius peſtis cura præſeruatiua & curatiua. 105
Eiuſdem peſtis duæ ſpecies. 105
Elephantiæ deſcriptio. 116
Elephantiæ triplex curatio. 117
Elephantiæ cauſæ, ſigna, indicia. 117
Elephantiæ cura. 117
Emplaſtrum,potio,& puluis ad curandum botium. 100

Eminentia non eſt vera hernia. 113
Embuba ad extrahendas verrucas. 70
Emplaſtrum ſcrofulis cõueniens. 78
Eriſipelas verum & certum ſpecies eſt phlegmonis. 68
Eriſipelatis accidentia aliquando ſuperant cauſam. 68
Eriſipelas duplex. 68
Eriſipelas ſæpius accidit faciei & lepori naſi. 68
Eriſipelatis tempora. 68
Eriſipelas ſequitur motũ tertianæ. 68
Eriſipelatis nõ veri, ſed vlcerati materia. 67
Eriſipelas nõ vlceratũ vocatur phlegmon. 68
Eriſipelatis vlcerati generatio. 67
Eriſipelatis veri cauſæ. 68
Eriſipelatis veri & certi materia. 68
Eriſipelas penè adhærens pilis. 67
Eriſipelas exquiſitum dictum ſpina apud Auic. 51
Eriſipelas phlegmonodes, œdematodes, ſcirrhodes. 68
in Eriſipelate plus refrigerandũ quàm in plegmone. 69
Eriſipelatis veri diæta. 68
in Eriſipelate vero phlebotomia & purgatio. 68
Eriſipelas verum vult humida refrigerantia. 69
Eriſipelas nomen commune apoſtematum cholericorum. 67
Eriſipelas non dicitur quòd ſit ex cholera non laudabili. 67
Eriſipelatis veri ſimptomatum curatio. 69
Eriſipelatis veri curatio reſpondens curæ phlegmonis. 69
Eriſipelatis veri terminatio & cura. 68
Eriſipelatis vlcerati curatio. 69
Eriſipelatis veri ſigna vnde ſumantur. 68.
Eriſipelas paſſio cutis. 67
Eſthiomenus tractatur vt puſtulæ malignæ. 65
in Eſthiomeno quomodo purgãdũ. 66
Eſthiomenus requirit cauſtica, & cauteria, & quando. 65
Eſthiomeno cõducit phlebotomia. 66
Eſthiomeno quid applicandum. 66
Eſthiomenus Grecè gangræna. 65
Eſthiomeni mundificatiuum. 66
Eſthiomeno conuenit Aegyptiacũ. 65
Eſthiomenus eſt effectus puſtularũ. 65
Eſthiomenus vult cordialia, vt eſt theriaca. 66
Eſthiomenus, lupus, & cancer differunt. 66
Eſthiomeni cauſæ. 65
Eſthiomeni etymologia ſeptiſſima. 65
Eſthiomeni cauterizati curatio. 66
Eſthiomeni diæta. 66
Eſthiomenus eſt phlegmon. 65
Eſthiomeni curatio. 66
Eſthiomeni generatio. 65
Eſthiomeni ſigna & indicia. 65
Euacuatio eiuſdem partis quo tempore conueniat. 56
Euacuationi omni coniuncta eſt virtutis debilitatio. 111
Euacuatio materiæ coniunctæ apoſtematum. 55
Exituræ incipientis curatio. 53
Exiturarũ p medicamẽta tractatio. 53
Excreſcentiarum cura ſextuplex. 78
Excreſcentiarum cura, & diæta. 78
Excreſcentiarum differentiæ, cauſæ, ſigna & indicia. 77. 78
Exiturarũ phlegmaticarũ ſpecies. 77

Exiturarum phlegmaticarum materia. 72
Excreſcentiarum inciſio & eroſio quo in loco periculoſa. 78
Excreſcentiarum phlegmaticarũ variæ ſpecies & appellationes. 77
Excreſcentiarum corroſio & mundificatio. 80
Excreſcentias reſoluentia. 79
Exitura quæ chirurgiam requirat. 53
Exiturarum artificialis apertionis incommoda. 52
Exitura laudabilis. 52
Exiturarum duplex terminatio. 51
Exituræ non ſunt vera apoſtemata. 51
Exitura ſuſpecta, & malæ maturatio. 51
Exiturarum indicia. 51
Exiturarum apertio quæ tutiſſima. 53
Exituræ magis peccant in qualitate, quàm in tumore. 50
Exituræ aliquando per chirurgiã curantur. 51
Excreſcentiarum exciſio. 79
Exitura quid. 51
Ex pro in & pro ab. 58
Exituræ apertæ curatio. 52
F
FActum & fluxum ſumuntur ex principalibus indicationibus. 52
Factum & fluxum in apoſtematibus. 52.
Fiſtulæ in pectore generatio. 108
Fiſtula facilè generatur iuxta anum. 113.
Fiſtularum materia. 72
Fiſtularum materia. 108
Fluxus vt inhibeatur. 53
Formica non habet eſcharam. 69
Formica definit in vlcus. 70
Formica in muliere Romana. 71
Formicæ deſcriptio & eius duæ ſpecies. 69
Formica eſt herpes non verus, ſeu vlceratus. 68
Forma apertionis apoſtematis mammillarum ſuppurati. 108
Formicæ bothoralis remedia. 70
Formicæ conducit emplaſtrum de arnogloſſa. 71
Formicarum materia. 69
Formicarum inciſio & cauterizatio. 71
Formica vnde dicta. 69
Formicæ vlceratæ remedia. 71
Formicæ ſigna & curatio. 70
Formica & herpes malignus idem. 69
Formicæ quid applicãdum ante vlcerationem. 70
Fugilicum apoſtema quid. 107
Fugilici apoſtematis cura. 107
Fugilici apoſtematis cura diſplicet Guidoni. 107
Furunculus non eſt puſtula maligna. 62.
Furunculus Rhaſi eſt carbunculus. 62
Formica apud Auic. quid. 69
Furunculi curatio. 62
G
GEneratio bubonis. 103
Gibboſitas cuius partis, & cuius generis mali ſit. 100
Glandulæ aurium & ſcrofulæ. 95
Guidonis opinio in vſu repellentium in apoſtematibus. 56
H
HErpetis miliaris putridi remedia. 71
Herpetis vlcerati remedia. 71
Herpes miliaris. 69
Hernia varicoſa. 115

Heruia humoralis quid. 113
Herpes eſt eriſipelas puſtulatum & vlceratum. 70
Herniarum varicoſarũ & carnoſarum extirpatio. 115
Herniæ humoralis calidæ curatio. 113
Herniarum varicoſarum per chirurgiam cura. 115
Herpes eſthiomenus. 69
Hernia quale apoſtema. 69
Hernia per ſimilitudinem. 113
Herniæ propriè dictæ ſpecies quinque. 113
Herpetis indicia & cura. 70
Herniæ varicoſæ chirurgia. 116
Herniæ varicoſæ tractatio per cauſtica. 115
Herpes eiuſque deſcriptio. 69
Hernia in teſticulis quid. 78
Hernia carnoſa. 115
Hernia ventoſa. 114
Hernia aquoſa. 114
Herniæ varicoſæ ſigna. 115
Herpetis materia. 69
Herniæ carnoſæ ſigna. 114
Herpes minus indiget phlebotomia. 70.
Herpeti miliari purgatio conueniens. 71.
Herpes requirit refrigerantia ſicca. 70
Herniæ humoralis frigidæ cura. 113
Herniæ humoralis induratæ cura. 113
Herniæ aquoſæ duæ ſpecies. 114
Herniæ aquoſæ & ventoſæ rarò ſinceræ. 114
Herniæ aquoſæ & ventoſæ cura. 114
Herniæ aquoſæ non ventoſæ conuenit chirurgia. 114
Herniæ aquoſæ per chirurgiam curatio. 114
Hernia aquoſa recidiuæ obnoxia. 114
Herniæ omni ligatura conueniens. 114
Humores naturales & non naturales qualeſt & quomodo differan. 52
Humor rheumati magis obnoxius. 69
Humorum non naturalium paſſiones & effectus. 52
Humores eorúmque diuiſio. 52
Humores non naturales denominantur à naturalibus. 52
Hyoſciamus ſedat dolorẽ & maturat apoſtema. 69
Hydropiſis ſigna communia. 110
Hydropiſis eiuſque etymologia. 110
Hydropiſis ſpecies quæ peſſima. 110
Hydropiſis definitio. 110
Herbæ purgantes ſanguinem. 83
Hydropiſis indicia. 111
de Hydropiſis cura parum promittendum. 110
Hydropiſis ſpecies & cauſæ. 110
Hydrops idẽ cũ apoſtemate aquoſo. 75
in Hydropiſi ſemper malè habet iecur, & quid patiatur. 110
in Hydropiſi hepar dupliciter refrigeratum. 110
in Hydropiſi calida hepar frigidum quomodo intelligendum. 110

I

IGnis Perſicus, ſeu ſacer pruna & carbunculus idem. 62
Ignis ſancti Antonij ſeu Martialis, idẽ 65.
In Anaſarca iecur roborandum. 112
In ſtatu. 92
In declinatione. 92
In quo differat curatio apoſtematum ollæ capitis ab alijs. 87
In ſcirrho phlebotomia. 83
Inciſiones ĩ axillis, inguinibus, auribus

vt faciendæ. 103
In anthrace ſomnus prohibendus. 64
In glandularũ inciſionibus, &ſcrofularum iuxta aures quid obſeruandum. 87
In vẽtris apoſtematibus cauteria punctualia. 109
Inciſiones in facie quomodo faciendæ. 73
In talpa cranio adhærente quid faciendum. 87
In ſcrofulis amputandis quid obſeruandum. 81
In illiꝰ peſtis periculo fuit Guido. 105
Inflationis materia & eius ſedes diuerſæ. 74
Inflatio & œdema quid differant. 74
Inciſiones in fronte, palpebris, ponè aures, & in maxillis vt faciendæ. 88
In aſcite vis ſolis eſt miraculoſa. 112
Ius gallinarum reparat naturam. 81
In excreſcentijs variæ res cõtentæ. 78
In glandula cranio adhærente quid faciendum. 87
In angina deplorata guttur inciſum, & vulneris curatio. 99
Inepta curabilis anthracis probatio. 65
In ſola aſcite admittitur chirurgia. 112
In aſcite cauteria claualia. 111
In augmento. 92
Inciſio pro capitis apoſtemate qualis eſſe debeat. 88
Inflatio non curatur vt œdema. 74
In inflationibus lixiuiũ cõmendatũ. 75
Inciſiones in fronte non faciendæ ſecundum rugas. 88
Inflationis ſigna. 74
Inflationi remedia applicabilia. 75
Indicatio compoſitionis partis. 87
Indicatio complexionis partis. 87
Indicia herniæ carnoſæ & varicoſæ. 115.

L

Lactis coagulatio tribus modis differt ab apoſtemate mammillarum. 108
Lac anodynum optimum. 98
Lepra particularis eſt cancer. 85
Lepra, cancer, varices ſunt eiuſdem materiæ. 85
Limaces in emplaſtro aduerſus ſcrofulas. 78
Loca magis obnoxia aneuriſmati. 101
Lupus quid differat ab Eſthiomeno. 64
Lupia quid & vnde dicta. 78
Lupiæ materia. 72
Lupias reſoluendi modus. 80

M

Mammillarum apoſtemati incipienti quid applicandum. 108
Mammillarum apoſtematis ſuppurantis curatio. 108
Mammillarum apoſtematis indurati curatio. 108
Mammillarum apoſtemati cancerati curatio. 108
Materia & forma herpetis miliaris. 70
Mammillarum apoſtemata alia propria, alia per ſimilitudinem. 107
Materia aquoſi apoſtematis. 75
Maſſa ſanguinis quid. 47
Mammillarũ apoſtematis curatio. 108
Materia formicæ ficalis, & puſtulæ, & remedia. 70
Materia & forma herpetis eſtiomeni. 69
Mammillarum apoſtematum ſigna propria. 107

Mammil

Mammillarum apoſtematum indicia. 107
Maſſa ſanguinis quid. 53
Mammillarum apoſtematis frigidi curatio. 108
Melancholiam purgantia. 83
Medicinales res per relationem dicuntur. 49
Medicamenta quæ multum promittunt, parum præſtant. 99
Melancholia quis humor ſit, & quot ſpecierum. 82
Melancholia naturalis qualis humor ſit. 82
Melancholia non naturalis qualis humor ſit & quot ſpecierum. 82
Melancholia quot apoſtematum ſpecies faciat. 82
Morbus idem dicitur compoſitus, cõſimilis & organicus. 53
Moleſtiſſimum omnium ſymptomatum eſt dolor. 89
Modus impediendi reditũ materiæ. 70
Morbus indicat contrarium, pars verò ſimile. 87
Modus regendi cauteria non poteſt deſcribi. 81
Mundificantia apoſtema apertum. 57

N

Narcoticorum vſus quando differendus vſque ad ſyncopen. 87
Nacta eſt diuerſarum formarum, & diuerſa habet nomina. 77
Narcotica ſaporoſa cui parti applicari poſſint. 86
Narcotica quibus ſomnus prouocatur. 86
Narcoticorum applicatorum incommoda, & eorum correctio. 86
Nacta quid. 77
Nactæ materia. 77
Neceſſitas non habet horam. 64
Non ſoli plethoræ conuenit phlebotomia. 105
Nodus quid & vnde dictus. 77
Nodorum materia. 77
Nomen generale apoſtematum cholericorum. 67
Nodi duri & nodi leues. 77
Nomina ſunt negligenda. 77
Non omnis tumor apoſtema eſt, & ſi præter naturam. 51
Noui medici taxantur. 52

O

Oculorum dolorẽ mitigantia. 90
Oculo qui colores grati. 90
Oedema maturantia. 73
Oedema quale apoſtema ſit. 71
Oedema quomodo dicatur ſine dolore. 72
Oedematis indurati remedia. 74
Oedema duplex. 71
Oedematis veri materia. 71
Oedematis cauſæ & ſigna. 71
Oedematis tempora quatuor. 71
Oedematis terminatio. 72
Oedematis curatio. 72
Oedemati nocet ſomnus. 73
in Odemate phlebotomia. 73
Oedema phlegmonodes, eryſipelatodes, & ſcirrhodes. 72
Oedemati pro diuerſis temporibus quid applicandum. 73
Oedematis diuerſa remedia pro diuerſa terminatione. 73
Oedema repellentia & reſoluentia. 73
Oedemate maturato non expectandum vt aperiatur ſua ſponte. 74
Oedematis ſuppurantis & aperti cu-

ratio. 74
Oedematis doloroſi remedia. 74
Ollæ capitis materia coniuncta vt tractanda. 87
Olei roſacei duplex facultas. 60
Omoplatæ apoſtemata quid differant ab aliorum cura. 100
Omnis hernia apoſtematoſa minatur teſticulis. 114
Orificij ſtomachi indurati remedia. 110
Ophthalmiæ maturationis ſignum præcipuum. 92
Ophthalmiæ periodus quis lõgior. 90
Ophthalmiæ nocet magna coena. 90
Ophthalmiæ à pericranio ſigna. 89
Ophthalmiæ collyria conueniẽtia. 91
Ophthalmiæ frontale reſtringens. 90
Ophthalmiæ indicia. 88
Ophthalmiæ tempora quatuor & vniuſcuiuſque ſigna. 89
in Ophthalmia febris cùm augetur quid denotet. 89
Ophthalmia eſt paſſio coniunctiuæ per ſe, oculi per accidens. 88
Ophthalmiæ cauſæ quid differant ab aliis. 88
Ophthalmiæ cauſæ primitiuæ. 88
Ophthalmiæ ſtomachalis ſigna. 89
Opio ſapienter vtendum. 92
Ophthalmiæ capitalis ſigna. 89
Ophthalmiæ aliquarum venarum inciſio. 90
Ophthalmiæ quo tempore non conueniant pulueres. 92
Ophthalmiæ quando noceant pulueres applicati. 92
Ophthalmiæ periodi & proxyſmi. 90
Ophthalmiã contumacẽ q̃ facãit. 90
Ophthalmiæ frigidæ quid applicandum. 93
Opium quantum noceat oculis. 92
Ophthalmiæ valde obnoxius eſt plethoricus. 89
Ophthalmiæ ſanguineæ, cholericæ, pthlegmaticæ, & melancholicæ ſigna. 89
Opium non applicandũ niſi in extremo dolore. 92
Opium nocet viſui. 92
Ophthalmiæ maturæ curatio. 92
Ophthalmiæ menyngarum ſigna. 89
Ophthalmia quid. 88
Ophthalmia duplex. 88
Ophtxalmiæ ſpecies tertia. 88
Ophthalmiæ ſigna in genere. 88
Ophthalmiæ curatio particularis. 90
Ophthalmiæ calidæ quid applicandum in principio. 92
Ophthalmiam malè curatam quæ incommoda ſequantur. 90
Ophthalmia eſt morbus cõtagioſus. 88
Ophthalmiæ quo tempore conducat ſarcocolla. 91
PAnnaritij deſcriptio. 102
Pannaritij indicia. 102
in Pannarito defenſiuum. 103
Panis de eſula. 76
Pannaritio quid pro diuerſis temporibus applicandum. 103
Pannaritij ſuppurantis cura. 103
Pannaritij vlcerati cura. 102
Papæ Innocentis ſexti tempore redijt peſtis, & quos potiſſimum interfecerit. 105
in Pannaritio dolorem ſedans. 102
Pannaritij ſimptomata grauia. 102
Pannaritij eſthiomeni, & ſphaceli cura. 103
Panis ex hordeo & lacte tithimalli. 76
in Pannaritio dolor grauiſſimus. 102
Parotides

Parotidis vocantur emunctoria cerebri. 94
Papæ Clementi ſexto ſeruiebat Guido 104
Parotidum cura ſecundum Galenum. 107
Pannaritij cura. 102
Papæ Gregorij tempore peſtis. 104
Pannaritij cum oſſe corrupto cura. 102
Per medicamenta curantur. 56
Peſtis antidota. 105
Peſtis illius hiſtoria. 104
Pectoris apoſtemata rite repellenda. 105
Peſtium contagioſarum alia ſpecies. 105
Peſtis ferè vniuerſalis. 105
Peſtis illius cauſæ. 104
Peſtis à Guidone recitatæ cum aliis omnibus collatio. 104
Peſtis tempore Hippocratis & Galeni 104
Phlegma naturale quod. 72
Phlegmaticorum apoſtematum ſpecies. 71
Phlegmones diæta. 67
Phlegmones putridæ remedia. 69
Phlegmoni quid applicandum in ſtatu & declinatione. 68
Phlegmonem repellentia & refrænantia. 67
Phlegmone eryſipelatodes, œdematodes, & ſcyrrhodes. 59
Phlegmonis duplex ſignificatio. 58
Phlegmoni incipiēti & creſcēti quid applicandum. 68
Phlegmones ſuppurantis cura. 68
Phlegmones tempora quatuor. 67
Phlogmone dicitur omne verum apoſtema. 58
Phlegmen pro omni inflāmatione. 58
Phlebotomia qua parte facienda pro diuerſis temporibus. 105
Phlegmones ſigna. 67
Phlegma quis humor. 71
Phlegma vitreum ſubiicitur acido. 72
Phlegma quot genera apoſtematum gignat. 72
Phlegmone generis nomen ſumēs. 67
Phlegma ſequitur ſanguinē in generatione & quantitate. 71
Phlegmones curam quid impediat. 68
Phlegmones cauſæ. 67
Phlegmatis non naturalis ſpecies. 72
Phlemones terminatio quadruplex. 67.
Phlebotomia triplex eodem die ad ſquinantiam. 97
Phlegmone reſoluitur, ſuppurat, putreſcit aut lapideſcit & quid demonſtret. 67
Phlegmone requirit phlebotomiam, etiam nomine plethorico. 68
Phlegmones ſummaria curatio. 55
Phlegmone vt degeneret in ſcyrrhum. 82
Phlegmone eſt paſſio cutis. 67
Phlegmones particularis cura quibus intentionibus perficiatur. 67
Phlegmones incipiētis, creſcentis, vigentis, & declinantis ſigna. 68
Phlegmoni quid conueniat, pro variis temporibus & diuerſo proceſſu. 68
Phlebotomia ſiſtit fluxionem & ſedat dolorem. 105
Phlegmones induratæ mollificatio. 68
Phlegmone vera & non vera. 67
Phlebotomia vnde indicetur. 105
Phlegma duplex. 71

Plumbũ cõmendatum in apoſtematibus cancroſis. 86. Pectoris apoſtemata. 103
Prima concoctio quot horis perficiatur. 64
Pruna, carbunculus, ignis Perſicus, ſeu ſacer, idem. 62
Prognoſtica & indicia eryſipelatis. 68
Puſtula cruſtacea. 70
Puſtula quid. 59
Puſtula maligna cholerica. 69
Purgantia pro aſcite. 111
Puſtularum & carbunculorum eſcharæ. 65
Puſtulæ cruſtoſæ. 62
Purgatio formicæ conueniens. 70
Puſtula mala & corrupta. 50
Pus vt occultetur. 57
Puſtulæ bothorales. 80
Purgatio aquoſæ humiditatis. 76
Puſtulæ ſunt parua apoſtemata cutis. 51
Puſtulæ cholericæ deſinũt in vlcus. 69
Puſtulæ & exituræ qualia apoſtemata contineant. 51
Puſtularum malarum materia. 62
Puſtularum cauſa coniuncta. 62
Puris laudabilis indicia. 58
Puſtularum corroſiuarum materia. 69
Purgatio cacochymiæ debetur. 58
Puſtulæ non ſunt ex congregatione humorum naturalium. 62
Purgatio aquoſi apoſtematis quòd nõ poteſt reſolui. 76
Puſtularum cholericarum duæ ſpecies generales. 69

Q

Qualitas ſumitur pro omni diſpoſitione. 50
Quale apoſtema fit bubo. 103
Quadruplex terminatio apoſtematum quænam ſit optima, quæ abſolutè mala. 61
Quid in aſcitis perforatione obſeruandum. 111
Quid faciat ad generationem, & curationem apoſtematum mammillarum. 108
Quid conducat aquæ, hoc eſt, cataractæ non confirmatæ. 93
Quadruplex terminatio apoſtematis præforatiui. 61
Quot res diſſuadeant repellentia in apoſtematibus, variæ opiniones. 63
Qua figura & quàm citò apertio apoſtematis ſuppurat in teſticulis. 113
Quos potiſſimum occideret illa peſtis. 104
Quid miſcendum omnibus ventris apoſtematum remedijs. 110

R

Reuulſio cui tempori fluxionis conueniat. 56
Repellentia ſæpe mutanda. 69
Refrenantia ſunt repellentia late accepta. 88
Repellentia propria quando conueniant apoſtematibus, & quot caſus diſſuadeant. 56
Repellentia late quibus exceptis conueniant apoſtematibus. 56
Reuulſio quid. 56
Repellẽs quod diſſoluit & exſiccat. 69
Repellentia euacuant. 56
Repellentia ſunt duplicis naturæ propria & latè capta. 87
Repellentia quæ capitis apoſtematibus conueniant. 87
Repellentiũ vſus quando apoſtematibus non conueniat. 54

Rheumatis interceptio. 100
Rheuma in opthalmia vnde. 88
Rheumatis cauſæ. 69
Rhaſis audax in laxantibus. 79
Ruptura non eſt vera hernia. 113
Ruptorium ex calce & ſapone. 58

S

Sanguinis naturalis deſcriptio. 58
Sanguis naturalis vnam apoſtematis ſpeciem facit, non naturalis tres. 86
Sanguinis corruptio duplex. 58
Sanguis per ſe non naturalis mixtus eſt. 58
Sanguis non naturalis quis. 58
Saniei præſentis ſigna. 54
Sanguis nutritiuus quis ſit. 52
Sanguinem repurgantia. 62
Sanguinis deſcriptio. 58
Schirrhum in cancrum mutari quid prohibeat. 84
Scirrhi à congelatione ſigna, indicia, cura, & remedia. 84
Scirrho à congelatione quid proſit aut noceat. 85
Scirrho à congelatione prodeſt aceti vſus, cautè tamen. 85
Scirrho quid applicandum. 83
in Scirrho tractãdo vulgus decipit. 84
Scirri ſuppurantis & aperti cura. 84
Scirrhi cura secũdum Auicenam perficitur duabus reuolutionibus. 84
Scirrhi veri deſcriptio. 82
Scirrhi mollificantia ſec. Galen. 84
Scrofularum amputatio. 8
Scrofula quid, & vnde dicta. 77
Scirrhus verus & non verus. 82
Scirrhi ſanabiles & inſanabiles. 8
Scirrhus terminatur in tres ſpecies. 83
Scholæ Monſpelienſis mentio. 51
Scabioſæ virtus miraculoſa in apoſtematibus internis. 65
Scirrhus glandulæ eſt apoſtema fugilicum Auicennæ. 107
Scrofulis ſunt obnoxij qui habẽt frontem curtam & cur. 78
Scirrho conueniunt medicamenta mixta. 84
Scrofularum multitudo &c. ſunt germina internarum. 77
Scrofulę, curantur potu aquarum mineralium 78
Scirrhi pilus malus. 83
Scirrhi curatio & diæta. 83
Scrofularum materia. 77
Scrofularum vlceratarum materia. 72
Scirhus, Sclirosis, ſeu Sephirus. 53
Scrofulis bonus puluis turbits. 78
Scirrho conuenit vapor aceti. 85
Scirrhus cautè tractandus. 83
Scrofulis obnoxij ſunt maximè pueri, minùs ſenes. 78
Scrofularum internarum curatio. 72
Scrofulis quandoque conducit phlebotomia. 78
Scrofulas ſanat rex Franciæ ſolo tactu. 79
Scrofulis cõueniẽtes purgationes. 79
Scirrhi in lapidem conuerſi cura. 84
Scirrhi non veri materia. 78
Scirrhus phlegmonodes, eryſipelatodes, & œdematodes. 82
Scirrhi veri materia. 82
Scirrhi cauſæ, ſigna & indicia. 83
Scirrhi mutabilis formæ. 83
Sex nomina apoſtematum ſimplicium & infinitorum ex compoſitis. 54
Setonis applicatio & vſus. 114
Serpiginis materia. 63
Signum apoſtematis, quod recurrit ad

interiora,quod reſoluitur,quod ſuppuratur,,& quod putruerit. 60
Signa Aſcitis. 110
Somniferus pulũis ex corticibus ouorum. 97
Spina eſt verum & certũ eriſipelas. 51
Splenis indurati remedia. 109
Suppuratiua excreſcentiarum. 80
Sunt tumores naturales. 50
Suppurationis ſymptomata. 53
Sub Papa Clemẽte ſexto fuit crudeliſſima peſtis. 104
Sub Papa Innocente ſexto peſtis grauiſſima. 104

T

Talpa vlcerata in prora capitis cũ oſſium corruptione vſque ad menyngas. 87
Talparia quid. 77
Teſticuli ſunt mẽbra nobilia & principalia. 113
Teſtudo quid & vnde dicta. 77
Teſticuli patiuntur repellentia. 114
Temporis duratio quid indicet. 79
Teſtudinis differentiæ. 77
Teſtudinum materia. 77
Teſticuli difficiles curatu,& cur. 113
Teſticuli corrupti ſigna eſt extirpatio. 113
Teſticulorum apoſtemati propria. 113
Theriaca qua hora exhibenda. 64
Theriacam eſſe inter corpus & venenum quomodo intelligendum. 65
Theriaca prodeſt anthraci, eſthiomeno, vẽtoſitatibus malignis, & glãdulis internis. 62
Trachææ arteriæ inciſæ exempla. 99
Tractatus de bothoribus oculi. 93
Trochiſci caludicon, alandaron, & aſphodelorum. 71
Tumor pro genere & pro accidẽte. 50
Tumor obſeruari debet quò tendat, quotieſcunque curatur. 59
Tumor eſt ratio magis ſenſibilis in apoſtemate. 50
Tympanites media inter hydropiſis ſpecies. 110
Tympanites hydropiſis ſpecies. 110
Tympanitis hydropiſis ſigna. 110

V

Varicũ cauſæ,ſigna,& indicia. 116
Vapores vt generentur. 47
Varicum alia chirurgia, eáq; duplex. 116.
Varices earúmque deſcriptio. 116
Variolæ plerunque venenoſæ. 54
Variæ hominum de illa peſte opiniones. 55
Varicum cura. 116
Varicum inciſio. 116
Veſicarum oculi cura. 90
Veſicæ occupant tantum pellem. 54
Venæ meden ſecundum Albuc.extractio. 116
Veſicationes magis peccant in qualitate quàm in tumore. 51
Ventoſitatis fumoſæ & malignę curatio. 75
Ventris apoſtematibus incipientibus & creſcẽtibus quid applicandũ. 110
Vena meden eſt cum inflatione, veſicatione, ac dolore. 116
Veſicationes non ſunt vera apoſtemata. 51
Ventris apoſtematis ſuppurantis remedia. 110
Vermes terreſtres qui verſantur in vrciei ſedant dolorem aurium. 95
Ventris apoſtematum induratorum cura. 110

Ventoſitati

Ventoſitati malignæ prodeſt theriaca. 75
Venæ meden cura. 116
Ventoſitatis noxia. 74
Ventoſitas ſine aqua vix reperitur, & contra. 74
Vena meden Guidoni nunquam viſa neque Galeno. 11
Verruca & formica in quo cōueniant & differant. 70
Vētoſitas fumoſa & currēs peſſima. 74
Ventoſitatis malignæ diæta. 75
Ventoſitatis cauſæ. 74
Ventris apoſtematum cura. 110
Venę medē cauſæ, ſigna, & indicia. 116
Vena meden eſt regionalis & hæreditaria. 116
Vena ciuilis. 117
Vena famoſa. 116
Virgæ & vuluæ apoſtematum curatio in quo differat à cura teſticulorum 114
Virtus balſami mirabilis in ſanie retro aures. 94
Virtus arſenici commendata. 81
Virtus concoctrix vt roboretur. 75
Virgæ apoſtematum cura. 116
Vt virgæ apoſtemata bene tranſpirent & mundificentur. 116
Virgæ quæ ligatura conueniat. 116
in Virgæ & vuluæ apoſtematibus doloris ſedatio. 114. 116
Vena meden eiúſque deſcriptio. 117
Vniuſcuiuſque hydropiſis ſpeciei propria ſigna. 110
Vuluæ apoſtematum cura. 116

X

XIſciti conducit ſeto in ſcroto. 111

Z

ZImia & œdema. 72

# INDEX RERVM ET VERBORVM IN TERTIO TRACTATV, QVI EST DE VVLNERIBVS, CONTENTORVM.


Accidentia ſuam cauſam ſuperātia curationis ordinem prȩuertunt. 13
Accidētia communia vulneratorum. 132
Accidētia communiter accidunt vulneratis intra ſeptem dies. 132
Acus ad vulnera ſuenda. 128
Accidentium vulneris capitis correctio. 176
Aeneuriſmatis cauſæ. 149
Agglutinans ſeu conglutinans medicamentum quale debeat eſſe. 143
Albumina ouorum commendata in cruentis oculi vulneribus. 170
Alienationis per ſympathiam cauſæ. 137
Alfeſur quid, & cui morbo proſit. 138
Alienatio quale ſimptoma. 137
Albuminis oui effectus. 139
Alienatio duplex. 137
Alienationis cura. 138
Alfac & ecchymoſis idem ſunt. 144
Alabaſtrum ad neruorum contractionem. 135
Ancharum ligatura. 183
An materia quæ reſtat in ventre ſit negligenda. 183
Ancharum vulnera eorúmque differentia & cura. 183
Apoſtema in vulneribus capitis vnde oriatur. 168
Apoplexia paralyſis in quo differant. 135
Apoſtematis ex vulnere orti curatio. 132.
Apoſtematis vulneris capitis ſigna. 160.
Apoſtematis puncturæ nerui remedia. 152.
Aqua ardens promptiſſimum remedium recenti vulneri. 140
in Arteria vulnerata potius habenda ratio fluxus ſanguinis, quàm vulneris. 147
Arteriæ in quibus corporibus conſolidentur. 148
Arteriarum colli vulneratarum cura. 149
Arteria in latitudinem ſciſſa citius conſolidatur, quàm in longitudinem. 147
Arteriæ vulneratæ ſigna. 147
Arſenicum in fluxu ſanguinis commendatum. 149
de Arteriarum vulnere. 147
Alteriæ an ſui debeant. 148
Aſperitates & fruſtula cranij auferenda. 164
Attritionis ſeu conquaſſationis neruorum cura. 155
Aurium vulnera quomodo ſuat Albucaſis. 172
de Aurium vulneribus. 172
Arteriæ vulneratæ curatio. 142


B

Baliſta

Baliſta ad extrahenda infixa. 126
Brachium vulneratum variè ſuſpenſum. 174
Brachij vulnera, eorum differentiæ, & quid proprij habeant. 173

C

Capitis vulnerati quæ mala accidentia. 160
quæ Capitis vulnera tantum tractarunt Galenus & Auic. 158
apite vulnerato paralyſis in altero latere, conuulſio in oppoſito. 160
Capite vulnerato tumor quis probetur, quis verò non. 160
in Capitis vulneribus quomodo caueatur à frigore. 162
Capitis vulnus quoties in die curandum. 162
Caput quibus humectandum vt radãtur crines. 162
Capitis per inciſionem vulnerati ſine fractura cranij curatio. 163
Capitis vulnera oleum roſ. cur requirunt. 163
Capitis vulnerati per inciſionem cum fractura cranij non penetrante cura. 164
Capitis per contuſionem ſine fractura vulnerati cura. 165
Capitis per contuſionem cum parua fractura vulnerati cura. 165
Carnem regenerans quale eſſe debeat. 143
Capitalis puluis Galeni. 158
Capitis ligatura. 162
Cauda equina in quibuſdam vulneribus validè commendata. 181
Capitis vulneribus conuenit oleum roſaſeum. 164
Capitis vulnerum iudicium differtur ad certos dies. 159
Capitalia medicamenta. 168
Capitis vulnerum cauſæ. 159
Cannula feneſtrata ad ſuenda vulnera. 128
Capitis emplaſtrum vbi & cur perforandum. 165
Capitis vulnerum cura quæ magis placeat Guidoni. 161
Capiti vulnerato ſpongia cur applicanda. 160
Capitalia inſtrumenta triplicis magnitudinis. 169
Capitis vulnerati ſitus coueniens. 162
Caro quid comprehendat. 119
Calx ſola ſanguinem reſtringit. 150
Canis rabidi venenũ q̃diu lateat. 145
in Capitis vulnerum cura nouem documenta obſeruanda. 161
Capitis vulnerum accidentium correctio. 168
Calceare omnes vna calcei forma. 143
Capitis vulnerum differentiæ. 158
Capitis vulnerum cura eſt controuerſa. 160
Capitis vulnerum accidẽtium correctio. 166
Capitis vulneribus ſimplicibus conuenit ſutura. 163
Cerebri & ventriculorum eius vulnera quare mortalia. 121
Cerebri vulnus cum deperditione ſubſtantiæ ſanatum. 122
Cerebrum gallinarum ad hæmorragiam cerebri vulnerati. 166
Cerebri vulnerati hæmorragiæ remedia. 166
Cerebri vulnerati ſigna. 159
Centaurium minus in neruis inciſis commendatur. 154
Chirurgiæ diuiſio, in carnem aut oſ-

ſa. 119
Chirurgus quid obſeruare debeat in ſuis diſpoſitionibus. 120
Cicatrizantia alia per ſe, alia per accidens. 143
Cicatrizans medicamẽtum quale debeat eſſe. 143
Cicatricum reparatio. 143
Conuulſio in capitis vulneribus ex oppoſito. 161
Conuulſio & paralyſis quomodo differant. 135
Conuulſionis ab inanitione cauſæ. 134
Cõuulſionis & epilepſiæ differẽtia. 135
Conuulſionis inanitionum ſigna. 134
Conuulſionis compaſſiuæ ſigna. 134
Conuulſionis indicia. 134
Conuulſionis ſiccæ curatio, & præcautio. 134
Conuulſionis humidæ cura. 134
Conuulſionis compaſſiuæ cura. 134
Conuulſionis tertia cauſa. 133
Conuulſionis cauſa duplex. 134
Contuſio definita. 144
Contuſionum potiones. 145
Conuulſio quid ſignificet. 133
Conuulſionis à repletione cauſæ. 134
Conuulſionis per conſenſum cauſæ.
Conuulſionis ſigna communia. 134
Conuulſionis à repletione ſigna. 134
Conuulſio quando ſubitò occidat. 134
Conuulſio ab inanitione confirmata incurabilis. 134
Conuulſionis ſiccæ diæta. 134
Conuulſioni prodeſt ephemera. 135
Conuulſioni humidæ oleũ liliaceũ. 124
Colli vulnera & eorum differẽtiæ. 172
Colli vulnerum curæ quid proprium. 173
Contuſioni quid applicandum. 145
Contuſio ſine vulnere. 145
Colli vulnerum indicia. 172
Cordis vulnerati ſigna. 175
Contuſionis cura. 145
Conſolidatiuum medicamentum quale eſſe debeat. 140
Conſolidantia, conglutinantia, & ſanguinolenta eadem ſunt. 140
Contrà, apertio in vulneribus quãdo neceſſaria. 141
Contrà, aperti vulneris tractatio. 141
Contuſionum indicia. 144
Contuſionem quid comitetur & ſequatur. 144
Conuulſio vniuerſalis quid. 133
Conuulſiones particulares. 134
Cordis vulnera cur mortalia. 121
Conuulſio quid. 133
Coxæ vulneris cura. 183
Colli arteriarum & venarum notabibilium vulnera cur periculoſa. 173
Cranij fractura parua & nõ penetrans curatur vt vulnus ſine fractura. 163
Cranij fracti cura quid differat ab aliorum vulnerum cura. 164
Cranij fracti ſigna. 164
Cranio rupto qualis porus, & quando fiat. 162
in Cranij conſolidatione bonum ſignum. 162
inter Cranium & menyngas quid ponendum. 164
Cranij fractura magna à contuſione pertinet ad chirurgiam tribus de cauſis. 166
Cranij fracti duæ curæ Galeni. 164
Cranij fracturæ chirurgia Galeni. 167
Cranij fracturæ per inciſionem penetrantis ſine deperditione ſubſtãtiæ, differentiæ & cura. 164

Cranij fracturæ paruæ per contuſionem ſecundum Auicen. cura. 165
Cranij fractura in parte oppoſita. 165
Cranij fracti ſignum certiſſimum. 164
Cranij contuſio in qua os ceſſit. 159
Cranio ſubſtituta portio pateræ, vt putatur. 165
Cranij fracti indicia. 164
Cranij fiſſura. 160
Cura capitis vulnerati per contuſionem cum parua fractura non differt à contuſione ſine fractura. 165
Cubiti plicaturæ vulnera cur periculoſa. 174
Cura fracturæ cranij magnæ non penetrantis, pro diuerſis capitis partitibus. 163
Cutis regeneratio impoſſibilis, & quid ſubſtituatur. 144
Cute ſeparata & pendente quid faciēdum. 145
Cyſtis fellis vulnera cur læthalia. 122

D

De vulneribus faciei. 169
De cerebro læſo duæ hiſtoriæ ex Galeno. 121
Demõſtrationes quales medicis conueniant. 164
Dentes cur regenerari poſſint in omni ætate.
Deriuationis & reuulſionis differentia. 149
Diæta vulneratorum in ſeptem primis diebus, & poſtquam ſecuri ſunt ab apoſtemate. 131
Diploe quid. 164
Diaphragmatis vulnera incurabilia quæ. 123
Diaphragmatis vulnerati ſigna. 175
Diaſpermatõ, ad pectoris vulnera. 176
Diſcraſia calida & eius ſigna. 133
Diſcraſiæ frigidæ ſigna. 133
Digitorum ligatura & ſuſtentacula. 174
Diaſpermaton Auicennæ quid. 176
Diſcraſiarum vulnera ſequentium cura. 133
Differentia membrorum infixa habētium. 126
Dolor quantũ noceat vulneratis. 132
Dolor quibus ſedetur. 132
Dolor fortis quid ſignificet. 132
à Dolore in vulnere ſimplici potiſſimum cauendum. 139
Duplex effluxus vulneris profundi. 141.

E

Empyematis cauterizatio. 178
Empyematis apertio cur ſuſpecta. 178
Empiematis apertio vbi magis conueniat. 178
Empyematis aperti cura. 178
Epilepſia qualis ſpaſmus ſit. 133
Experientia periculoſa. 159
Emphorbium conuenit neruo puncto non denudato. 152

F

Faciei vulnerum tractatio. 169
Faſciarum & panniculorum materia & magnitudo. 129
Febris ex vulnere ortæ cura. 126
Fiſtulam thoracis quid ſignificet. 178
Figura apta ad duas intentiones. 150
Figura apta vulneribus profundis. 140
Fortuitorum eſt etiam ars curandi. 125
Forcipes triplices. 126
Frigus quibus partibus potiſſimum ſit inimicum. 161
Fractura propriè quid. 155

Frigus nocet vulneribus & vlceribus. 124

G

GEnu vulnera cur periculoſa. 183
Gloſſocomium in neruorum vulneribus. 155
Gloſſocomium in inciſione oſſis. 156
Guidonis opinio de ligatura naſi. 172

H

HAEmorragiam ſiſtit eſchara craſſa & profunda. 149
Hæmorragiam ſiſtētia cauſtica qualia eſſe debeant. 149
Hæmorragia ſedata ſutura,plumaceis, ſectione venæ,& ligatione. 148
Hæmorragiæ primum remedium eſt apponere digitum. 148
Hæmorragiæ ſiſtēdæ cauſæ locales. 148
Hæmorragiæ nocet inſpicere ſanguinem & alia rubra. 148
in Hæmorragia ſiſtenda quid obſeruandum. 147
Hæmorragiam ſequūtur mala ſimptomata. 147
Hepſema,ſiræū, & vinū coctū,idē. 155
Hæmorragia exuſtione reſtricta. 149
Hæmorragia medicamentis reſtricta. 149.
Hēmorragia duob.modis auertit. 147
Hæmorragiæ iudicia. 147
Hæmorragiæ tres ſpecies. 147
Hæmorragiæ cura tres habet intentiones. 147
Hæmorragiæ cauſæ. 147
Hepatis vulnera læthalia quæ. 123
Hæmorragiæ principales differentiæ 146.
Hepatis vulnerati ſigna. 179
Hydropicorum vlcera non facilè ſanantur. 124
Hydrophobus non ſanatur. 146

I

Il piede al letto,prouerbium. 184
Impellentia concaua,& ſurda. 126
In inueniendis incarnatiuis quid cōſiderandum. 141
Indicationes particulares & artificioſæ. 120
Indicationes quot ſumantur ex natura partis. 120
Indicationes quæ ſumantur ex organicis & ſimilaribus. 121
Indicationes cauſæ primariæ nō pertinent ad curationem. 121
Indicationes curatiuæ à quibus differentijs ſumantur. 138
Intētiones curatiuæ ſunt æquales diſpoſitionibus. 145
Indicationibus contrarijs exiſtentibus quid faciendum. 131
Intentiones omnes in extrema imbecillitate negliguntur. 131
Inteſtinorum vulneratorum ſigna, & quæ ſint vulnerata. 179
Inteſtinis è vulnere egreſſis promptè ſuccurrendum. 179
Inteſtinorum,vulneratorū, quæ facilè,quæ difficilè & quæ nullo modo ſanentur. 279
In inteſtino vulnerato nihil imponēdum. 180
Inteſtinum egreſſum & inflatum quomodo reducatur. 179
Infixa extrahendi modus. 126
Infixa attrahentes medicinæ. 127
In omni conuulſione quid obſeruandum. 134
In conuulſione deſperata neruus reſcindendus. 134
In contuſione ſubito mittendus ſanguis

guis. 145
Intentiones primæ & ſecundæ quæ ſint. 125
Inteſtini vulnerati cura. 180
Infixa in corpore manentia abſque nocumento. 126
Inciſoria inſtrumenta. 126
Infixa quomodo præcipuè trahãt̃. 125
Inteſtinorum gracilium vulnera cur læthalia. 123
Indicationes primæ non ſunt artis. 120

L

LA mã al petto, prouerbium Italicum. 184
Labiorum vulnera quomodo ſuantur ſecundum Albuc. 172
Labiorum vulneratorum cura. 172
Lenticularis vſus. 169
Lenticularis forma. 169
Ligaturæ capitis diuerſæ, pro diuerſis intentionibus. 161
Ligatura cum multis capitibus quid proſit & quomodo fiat. 162
Ligatura incarnatiua cui cõueniat. 127
Ligatura incarnatiua quomodo fiat in collo. 172
Ligatura incarnatiua vulnerum thoracis. 175
Ligatura incarnatiua in faciei vulneribus difficilis, & quomodo ſit facienda. 170
Ligatura expulſiua cui conueniat, & quomodo fiat. 127
Ligamentorum vulnera. 150
ad Ligaturas bene faciendas quæ requirantur. 127
Ligatura retentiua in vulneribus brachiorum. 174
Ligatura retentrix medicamentorum quomodo fiat in collo. 172
Ligatura retentiua medicamentorum in vulneribus thoracis. 176
Ligatura pro apoſtemate axillarũ. 177
Ligatura triplex. 127
Ligatura incarnatiua vulnerum omoplatæ. 174
Ligatura quæ conueniat cranio perforato. 167
Ligatura incarnatiua in facie. 170
Ligatura incarnatiua eſt valde defectuoſa in capite & facie. 169
Ligatura vulnerum ventris. 180
Ligatura expulſiua cranio fracto nihil prodeſt. 161
Ligatura vulnerum naſi in controuerſia. 171
Ligaturæ auferendæ modus. 128
Ligatura pro membris inaqualibus ex inuentione Guidonis. 127

M

MAteria in thorace contenta quomodo extrahatur per chirurgiam. 177
Matricis vulnera cur læthalia. 120
Matrix vulnerata, eius ſigna & curatio. 183
Matricis duræ quæ nigredo mala. 167
Malleus ad percutiendum lenticulare cuius materiæ debeat eſſe. 169
Manus vulneratæ ligatura & ſuſtentaculum. 174
Magnum vulnus tripliciter dictũ. 120
Membra quæ iudicentur maleficiata & impotentia. 123
Menynges ne aſperitatibus cranij lædantur. 165
Membra æquiuoce dicta. 120
Membra quæ iudicentur mortalia. 121
Medulla inciditur in totali inciſione oſſis, ſine mortis periculo. 156

Membrum æquiuoce dictum. 120
Metallica cur lauanda. 154
Membra quæ maleficiata & impotentia iudicentur. 123
Modicum ſanguinẽ ex plaga effluere prodeſt. 139
Morſus duplex, venenoſus & non venenoſus. 145
Modus extrahendi infixa per incantationes improbatur. 127
Mel miſcendum omnibus medicamentis vlcerum internorum. 177
Modus extrahendi quæ facile extrahi non poſſunt. 126
Morſus venenati ſigna. 145
Myrrha tegit oſſa denudata. 157

N

NAſi vulnera diuiſa. 171
Naſi vulnerati ligatura in controuerſia. 172
Naſus abſciſſus non reunitur. 171
Naſi vulnerum curatio. 171
Naſi vulnera vt ſuãt ab Albucaſi. 171
Naſi vulnera ſuta. 171
Naſi os intra. 18. dies reſtauratur. 172
Naſi contuſi curatio. 172
Naſi cartilaginis ſeparatæ curatio. 172
Naſus quas ſolutiones patiatur. 171
Naſus tarde auferendus, etiam ſi inutilis. 172
Natium vulneratarum cura. 183
Neruorum recurrentium inciſio perpetuæ raucedinis cauſa. 173
Nerui perfecte conſolidati. 153
Nerui vulnerati ſymptomata, & vnde oriantur. 151
Nerui punctura penetrans eſt ſine periculo. 152
Neruorum, tendonum, & ligamẽtorũ curæ in quo cõueniãt & differãt. 151
Nerui poſſunt & debent ſui. 153
Neruorum quorundam inciſio exiſtimata ſterilitatis cauſa. 173
Nerui an reuniãtur & quomodo. 124
Neruoſarum partium vulneratarum differentiæ. 151
Neruo inciſo quid applicandum. 153
Nerui vulnus cur periculoſius. 151
Neruoſarum partium curatio in quo differat à cura carnoſarum. 151
Nerui contuſi. 155
Neruoſarum partium vulneratarum cauſæ. 151
Nerui vulnerati ſigna & iudicia. 151
Neruo denudato medicamẽta applicabilia. 154
Nerui an reuniantur, & quomodo. 152
Non omnes cranij fracturæ ſanari poſſunt ſolis potionibus. 166
Nuchæ vulnera cur periculoſa. 173

O

OCulorum macula ſanguinea, tarſen dicta. 171
Oculis propinqua vulnera viſum lædunt. 170.
Oculorum humoribus effuſis cæcitas ineuitabilis niſi in pueris. 170
Oculi vulnerum cura. 170
Oculi vulnera cur periculoſa. 170
Oeſophagi vulnera difficulter ſanantur. 121
Oeſophagi vulnerati curatio. 173
Oleum roſatum quibus vulneribus noceat, quæ verò emendet. 163
Olei roſ. vſus in vulnerib⁹ capitis. 164
Omoplatæ vulnerum cura. 174
Omoplatæ ſutura. 174
Omoplatæ vulnerum iudicia. 174
Omoplatæ vulnerum differentia. 174
Omoplatæ vulnera quid habeant proprium

prium. 173
Organicæ partes cur non reunian-tur. 124
Os cur non reuniatur ſecundum pri-mam intentionem. 155
Os fractum ſeu inciſum quomodo conſolidetur. 157
Oſſis inciſio totalis cur periculoſa. 157
Os puerile reunitur, & quomodo. 155
Oſſis inciſi ligatura. 157
Oſſis fragmenta vi non extrahen-da. 156
Os ſolum non poteſt vulnerari. 156
Oſſi vulnerato quid applicãdum. 156
Oſſis vulnerati cura. 156
Oſſis inciſio, ſeu vulnus quid. 154
Oſſium vulnera, eorum differentiæ, & iudicia. 156
Oſſi denudato eryſipelas. 156
Oſſe vulnerato ſuenda caro. 157
Oxymel in vulneribus capitis. 168

P.

PAralyſis quid. 133. Paralyſis vniuerſalis & particularis. 133
Paralyſis externę & internæ cauſæ. 133
Paralyſis curabilis, vix curabilis, & incurabilis ſigna. 134
Paralyſis à cauſa interna cura. 134
in Paralyſi quæ partes præcipuè tractandæ. 136
in Paralyſi vnctio ſpinæ commendatiſſima. 136
Paralyſis vniuerſalis cauſæ. 133
Paralyſis particularis cauſæ. 133
Paralyſis quæ vulnera ſequatur. 133
Paralyſis iudicia. 134
Palpebrarum vulneris cura. 171
Paralyſis ob vulnus capitis ex eadem parte, conuulſio autem in appoſita. 160
Pars vulnerata vt præſeruetur in ſua ſubſtantia ab accidentibus. 129
Peſtis magna & inaudita Auenioni tempore Guidonis. 105
Palpebrarum vulnerum ſutura. 171
Pedis ligatura. 183
Periculum plures habet ſignificationes. 120
Pigmentum fortiſſimum in vulneribus capitis & thoracis improbatum. 131
Pigmẽta, ſeu potiones vulnerariæ. 131
Plagæ cum deperditione carnis quot ſint affectiones, & quot intentiones. 141
Plagarum ex morſu, & venenatarum curatio vulgaris. 145
Plagæ venenatæ & non venenatæ curationes in quo conueniant, & quid differant. 145
Plagæ carnoſæ cura quid habeat proprium. 138
Plagæ magnæ & ſuperficialis cura. 139
Plagæ non ſanantur donec earum accidentia ſint correcta. 132
Plagæ quæ per ſe ſanentur, & quæ diuerſis egeant remediis. 130
Plagæ labia quomodo iungantur & coniuncta teneantur. 123
Plagæ thoracis cùm materia intra deſcendit cura. 177
Plagis quibus conueniat purgatio. 130
Plagarum thoracis differentiæ. 174
Plagæ aliæ differentiæ. 120
Plagæ definitio & eius explicatio. 119
Plagæ thoracis non penetrantes ſunt ſine periculo. 175
Plagæ thoracis penetrantis ſigna. 175
Plagæ thoracis penetrantes à parte dorſi periculoſiores aliis. 175

Plaga pulmonis cum deperditione ſubſtantiæ extrinſecus ſanata. 177
Plagæ cum ſuperflua carne curatio. 144.
Plaga thoracis non debet ſini aperta etiam ſi pauca ſit materia. 176
Plagæ plegmonoſæ cura. 144
Plagæ venenatæ cura ſecũd. Galenũ. 146.
Plagæ cauæ cura vſitata. 141
Plagæ cauitas vt replenda. 141
Plaga thoracis non penetrans ſine turunda ſanatur. 176
Plumaceorum materia. 129
Plagæ quæ ſint obnoxiæ diuerſis accidentibus. 131
Plagæ thoracis penetrantis cum læſione partiũ internarum cura. 176
Plagæ cõtuſæ, alteratæ, doloroſæ. 144
Plagæ alteratæ labia renouanda. 144
Plagarum thoracis cura. 175
in Plagis internis medicamentorum electio. 176
Plaga & vlcus idem ſunt & differunt. 119.
Plagarum ſanabilium diuiſio. 120
Plagarum mortalium diuiſio. 120
Plagæ plærunque mortales. 121
Plagæ penetrantes cur læthales. 121.
Plagam ſuperficialem nihil ingredi debet. 139
Plumaceorum figuræ tres. 129
Plaga carnoſa quid propriè. 138
Plagæ carnoſæ differentiæ. 138
Plagæ & vlcera in quibus corporibus facilè, in quibus difficile ſanentur. 120.
Plaga ſimplex quomodo tractãda. 139
Plagæ ſuperficialis apparatus. 140
Plagæ thoracis quæ nõ penetrant habent aliquid proprij. 175
Plagæ ſuperficialis primus & ſecundus apparatus. 140
Plagarum thoracis cura eſt in controuerſia. 175
Plagæ duæ magnæ differentiæ. 119
Plagæ omnino ſanabiles quales ſunt & cur. 121
Plagæ plærunque ſanabiles quæ & cur. 121
Plagæ neceſſario læthales quæ & cur. 120.
Plagæ non neceſſario læthales quæ & cur. 120
Plagæ profundæ & occultæ cura. 140
Plagis quibus conueniat phlebotomia & qua parte. 130
Plagarum thoracis penetrãtium cura. 176.
Plumaceorum vicarij. 129
Plaga cõſolidãda nõ eget turũda. 124
in Plagis tres ſunt ſiccatiũ gradus. 143
Plagarum tres termini. 121
Plagarum ſigna. 120
Plumacei vnde dicti. 129
Plagæ ſimplicis & paruæ cura. 139
Plumacei quot & quomodo applicandi. 129
Plagæ pulmonis plærunque incurabiles. 123
Plagæ cui ſola cutis deeſt cura. 143
Plagarum recentium cauſæ. 120
Plagæ contrà apertæ cura. 142
Plagarum curæ indicatio. 122
Plumaceorum vſus. 129
Plagæ cauæ cura. 141
Plagæ cauæ apparatus. 142
Plagarum iudicia vnde ſumantur. 120
Plenilunium in trypanando timendum.

timendum. 167
Plaga & vulnus idem. 119
Plagæ cauæ apparatus. 141
Plagæ læthales etiam tractandæ. 124
Potio oſſis fruſtula extrahens. 163
Potiones vulnerariæ ſeu pigmēta. 130
Porus Sarcoides vnde fiat. 124
Poſt infixa extracta curatio. 127
Pro contuſione reſoluētia, aliter euacuantia. 145
Præcautio hæmorragiæ à ſagitta infixa. 149
Puncturæ nerui, tendonis, ſimptomata, & cauſæ. 151
Punctura neruorum dilatanda ferro, aut medicamentis. 131
Punctura duplex venenata, & non venenata. 145
Puncturæ neruorum cura. 151
Puncturæ neruorum quid applicandum. 131
Pulchritudo cicatricum in facie obſeruata. 150
Puncturæ venenatæ ſigna. 146
Pulmonis vulnerati ſigna. 175

Q

QVod oculum ingreſſum eſt extrahere. 170

R

RAtio eorum qui damnant ligaturam in vulneribus naſi. 172
Reuulſio per rectam lineam. 147
Refrenantium diuerſæ formæ. 147
Remittere in ventrem ea quæ per vulnus prociderunt. 182
Renum vulnera cur læthalia. 121
Renum vulneratorum ſigna. 179
Reſolutiuorum ſex formæ. 145

S

SAgittę & alia infixa vt extrahenda. 125.
Sagittarum ſeu infixorū differētia. 125
Sarcotica ſimplicia. 142
Sarcoticum quale ſit. 142
Scalpella cur plura habenda. 164
Scalprorum forma & vſus. 169
Sciſſuræ neruorum cura. 153
Scalpella ſeu nouaculæ. 164
Setonis vſus ī vulnere cōtrà aptio. 141
Separatoria duplicis formæ. 164
Sedengi commendatur in ſanguinolento vulnere oculi. 180
Setonis applicatio. 142
Solutionis continui ſpecies. 119
Sedes parua fractura cranij. 165
Sedes quæ fractura capitis ſit. 165
Signa thoracis vulnerati, quòd ſanguis intrat. 175
Solutionis continui cura. 124
Solutio continui quis morbus. 119
Solutio continui propinquior eſt ſimplicibus quàm compoſitis. 119
Solutionis continui malè curatæ damna. 123
Solutionis continui cauſæ. 121
Splenis vulnera cur periculoſa. 121
Splenis vulnerati ſigna. 179
Stomachi vulnera qua parte ſanabiliora. 179
Stuellus ſeu turunda. 141
Stomachi vulnera cur læthalia. 123
Stomachi vulnerati ſigna. 179
Stomachi vulnera cur læthalia. 179
Sutura incarnatiua multiplex. 129
Sutura conſeruatiua quomodo fiat, & cui conueniat. 129
Sutura cum formicarum capitibus reprobata. 181
Sutura triplex. 129
Sutura incarnatiua cui conueniat. 129

Sutura ſanguinem reſtringens cui cõueniat,& vt fiat. 129
Sutura in faciei vulneribus pro varijs locis varia. 171.172
Suppuratiua medicamenta quæ ſint. 143.
Superior pars membri quæ. 123
Sutura palpebris conueniens. 171
Sutura conuenit fiſſuræ quę non eſt in vertice capitis. 161
Suturam tollẽdi tempus,& modus.129
Sutura in vulneribus naſi,aurium & labiorum. 172
Syringotomum inſtrumẽtũ quale. 182
Syncope quid. 137
in Syncopa præcautio. 137
Syncopes cauſæ. 137

T

Tarſen quid. 171
Tarſen diuerſæ curationes. 171
Tendones ſuere iubemur. 172
Tendonum vulneratorum iudicia. 151
Teſticulorum vulneratorum cura. 183
Tendonum vulnera. 151
Terebra recta. 126
Terebra inuerſa. 126
Thoracis vulnerati cauſæ. 174
Thus in diuerſis naturis diuersè operatur. 141
Tibiarum vulneratarum cura. 184
Trypana Bononienſia, forma lãceæ. 169.
Trypanorũ forma à Pariſienſibus excogitata. 169
Trypanorum forma ſecundum Galenum. 169
Trachææ arteriæ vulnerum cura. 173
Trachææ arteriæ vulnera cur periculoſa. 173
Trachææ arteriæ vulnera cur rarò ſanentur. 121
Trachææ arterię & œſophagi vulnera cur periculoſa. 173
Trachææ arteriæ vulnerum cura. 175
Trypanationis cauſa & neceſſitas.166
Trypanorum vſus. 169
Trypanatio aut alia inciſio cranij quàm cito ſuſcipienda. 166
in Trypanatione octo documenta neceſſaria. 167
in Trypanatione fugiendæ commiſſuræ. 167
in Trypanando quæ inciſio ſufficiat. 167
Trypanandi locus cõuenientior. 167
Trypanationi tẽpus incommodũ.167
Trypanationis modus & ratio. 167
eius qui Trypanatur obturandæ aures. 168
Turũdæ in vulneribus naſi quales.172
Turundæ quomodo applicentur. 130
Turundarum materiæ diuerſæ ad diuerſum finem. 130
Turunda quæ conueniat euacuandæ materiæ thoracis. 176
Turũdarum forma qualis eſſe debeat. 130.
Turunda neceſſaria in punctura nerui. 154
Turũda in octo caſib⁹ requiritur. 130
Turundæ requiruntur in octo caſibus. 130
Turunda quibus cranij fracturis conueniat. 169
Turundæ non conueniunt vulneribus pectoris penetrantibus. 177
Turunda in quibus vulneribus neceſſaria. 176
Turundæ vt applicentur. 130
Turunda quæ conueniat euacuandæ

thoracis

thoracis materi e. 176
Turundarum materia diuerſa ad diuerſum finem. 130
Turundarum vſus in contuſionib. 144
Turunda qualis debeat eſſe. 130

V

VEnarum organicarũ vulnera cur incurabilia. 122
Veneni extrahendi varius modus. 145
Ventris vulnerum differentiæ & cauſæ. 179
Ventris vulnerum penetrantium & non pene rantium ſigna. 179
Vẽtris vulnera quæ periculoſiora ſint pro partibus diuerſis. 179
Ventris torminum remedia. 182
Ventris vulnerum penetrantiũ egreſſis inteſtinis cura. 182
Venæ & arteriæ non poſſunt vulnerari ſolæ. 147
Ventris ſuendi modus. 180
Venarum vulneratarum cura. 148
Venæ vulneratæ ſigna propria. 147
Veſicæ vulnera, ſigna, & curatio. 183
Venæ an conſolidentur. 124
Ventris ſutura quadruplex. 180
Vermes quantùm proſint neruis inciſis. 154
Ventris vulnerum penetrantium cura. 180
de Venarum vnlneribus. 146
Venarum colli vulneratarũ cura. 146
Venæ & arteriæ vulneratę ſigna communia. 147
Ventris vulnerum non penetrantium cura. 180
Ventris vulnera quomodo dilatanda. 181.
Ventris vulnerati diæta. 18
Venæ an ſuendæ. 147
Vena læſa primùm habenda ratio hæmorrhagiæ. 146
Ventris vulnerum iudicia. 179
in Ventris vulneribus quid accipiendum. 181
Ventris vulnera penetrantia amplificata. 180
Veſicæ vulnera cur lethalia. 121
Vinum quod poſsit dari vulneratis. 131
Vini facultates pro diuerſis ætatibus. 140
Vinum conuenientiſsimum omnibus vlceribus. 140
Vinoſa diæta vulneratis non probatur. 131
Vnio in quibus partibus fieri poſſit, in quibus non & cur. 124
Virgæ vulnerum cura. 183
Vnio completur ex duobus. 124
Vulneratis quid plerũque accidat intra ſeptem dies. 132
Vulnerariæ potiones nõ poſſunt conuenire recenter vulneratis, & quibus permittantur. 132
Vulnerariarum potionũ materia, forma & adminiſtratio. 131
Vulnerariarum potionum ſermones fabuloſi. 131
Vulnerariæ potiones, quibus capitis vulneribus permitti poſſint. 161
Vulnerariarum potionũ promiſſa vana. 161
Vnde cauitas repleatur quid oſtendat. 141.
Vulnus quatenus vulnus, quid. 140
Vulnerati pedis cura. 183
Vulnerati pedis ſituatio. 183
Vulnera venenata. 145

Z

Zirbi ex ventre exeuntis & alterati ſigna. 179
Zirbi ex ventre exeuntis cura. 179
Zirbus exiens ex ventre citò corrumpitur. 179

# INDEX RERVM ET VERBORVM IN QVARTO TRACTATV, QVI EST DE VLCERIBVS, CONTENTORVM.

A Cancro non vlcerato, fit cancer vlceratus. 201
Alcola, vlcus oris. 211
Alteratio triplex. 186
Ancharum vlcerum diuiſio. 214
Ancharum vlcerum cauſæ, ſigna & iudicia. 214
Aphthæ quæ vlcera ſint. 211
Aquæ aluminoſæ virtus. 194
Arſenicam commendatum. 194
Atrices ani. 214
Atrices ſeu carnes additæ. 214
Atricum virgæ, ani, aut matricis cura. 214.
Atharbat (id eſt) ozæna. 208
Auenione vlcera tibiarum difficilius curantur. 188
Aurium vlceris cum dolore aut ſine dolore cura. 212
Aurium vlcera. 212

B

Bene ſc ndens inſtrumentum. 221
de Brachiorum vlceribus. 213
Butyrũ appellatũ ſuccus plumbi. 219

C

Cancer cur ſic appellatus. 200
Cingulum quid. 201
Cancri differentiæ, & ſpecies vnde ſumantur. 200
Capitis vlcerum iudicia. 205
Cancri vlcerati cauſæ & iudicia. 201
Cancer quid. 185
Cãcer quomodo pallietur carne gallinarum. 203
Cancri montificati ſigna. 202
Cancrum extirpare quæ vetent. 202
Cancri vlcerati duplex extirpatio. 202
ex Cancri eſſentia quæ ſint. 201
Cancri herba quæ ſit. 202
Cancroſorum vlcerum, coxarum, tibiarum, & pedum cura. 122
Cancro quid occulta proprietate vtile ſit. 202
Cancro quomodo proſit quod appẽſum eſt. 202
Carduus fullonum. 213
Cancroſitates in gingiuis. 211
Cancri vlcerati ſigna. 201
Cancri vlcerati cura palliatiua. 202
Cancri variæ palliationes. 202
Cancri ſigna. 200

Cancer

Cancer vlceratus quid. 200
Cancer cur dicatur noli me tangere. 204.
Cancer eſt polypus ſecundum Auicennam. 208
Condylomotarũ virgæ & matricis cura. 219
Carnes additæ in virga & matrice. 214
Carſof commendatum. 213
Cancroforũ vlcerum, coxarum, tibiarum & pedum cura. 222
Carnis ſuperfluæ cura. 191
Condylomata ani. 219
Coxarũ ligatura quæ eſſe debeat. 222
de Colli vlceribus. 212
Caro alba. 187
Cornea ruptura. 206
Corneæ & coniunctiuæ vlcera quid differant. 206
Corruptio, & diſruptio oſſis, propriè ſunt vlcera. 184
Craſſitiei quæ ſub virga eſt poſt inciſionem præputij cura. 215
Cruſta in vlceribus quid. 187

D

DOlor primum ſedandus. 190
Dorſi vlcera. 212

E

EMunctorium ex aſſuetudine naturæ factum. 220
Eſthiomenus pro cancro tibiæ. 222

F

FAciei vlcera. 203
Falx quale inſtrumentum ſit. 221
Ficiani. 220
Fiſtula per ſimilitudinem. 187
Fiſtulæ natura quid requirat. 184
Fiſtula quod vlcus minetur. 187
Fiſtula quid. 197
de Fiſtulæ eſſentia quæ ſint. 197
Fiſtula & vlceris cauernoſi differentia à cauſa efficiente. 197
Fiſtulæ ſpecies, cauſæ, ſigna, & iudicia. 198.
Fiſtula quam partem attingat. 198
Fiſtulæ viuentis quæ claudi poteſt ſigna. 198
Fiſtulæ lachrymalis chyrurgia. 207
Fiſtulæ lachrymalis differentiæ, cauſæ, & ſigna. 206
Fiſtula incurabilis remiſſa ad D. Eligium. 200
Fiſtula quomodo pallianda. 200
Fiſtulæ cura palliatiua. 200
Fiſtulæ lachrymalis origo. 206
Fiſtulam lachrymalem præcedit Garab. 206
Fiſtularum ani chirurgia. 221
Fiſtularum ani duplex inciſio. 221
Fiſtularum ani palliatio. 220
Fiſtula ani eſt loco Hæmorrhoidum. 220.
Fiſtulæ curatio. 198
Fiſtularum mortificatio. 198
Fiſtularum ani differentiæ & cauſæ. 220.
Fiſtularum ani ſigna & indicia. 220
Fiſtulæ ani quæ ſanandæ, quæ verò non. 221
Fiſtularum ani per ligaturam cura. 221
Fiſtula ani reſtricta mortificanda. 220
Fiſtulæ ventris tantum palliãdæ ſunt. 213.
Fiſtularum pectoris curatio. 213
Fiſtula viua & extincta. 197
Fiſtulæ extinctæ ſigna. 218
Fiſſuræ labiorum cura. 212
Fiſtulæ lachrymalis cura. 207

Fiſtulæ lachrymalis corroſio. 207
Ficus in ore. 211
Ficus in virga & matrice. 214
Ficorum ani, virgæ, & matricis cura. 220.
Fiſtularum ani curatio. 221
Fiſtulæ inciſio ſine cauterizatiōe. 199
Fiſtulæ dilatatio. 199
Fiſtulæ vera mortificatio & cura. 199
Fiſtulas quid mortificet. 199
Fiſtulæ in pectore curatio. 213
iſtulæ in vente palliandæ. 213
Fiſtulæ lachrymalis ſigna & iudicia. 206.
Fluxus ſanguinis naturalis quis. 214
Fluxus ſanguinis è naribus. 210
Fluxus ſanguinis ex vlceribus pudendorum. 215
Foraminum præputij & virgæ cura. 225.
Foraminum virgæ ſeu præputij cura. 215.

G

GAngræna eſt cancer in tibiis. 222
Gingiuarum fiſtulæ inoſſatæ cura. 211

H

HAEmorrhoïdales venæ. 215
Hæmorrhois ſignificat partem & malum. 216
Hæmorrhoides quomodo fiant. 216
Hæmorrhoides non fiunt ex cholera. 216.
Hæmorrhoides quomodo & quando auferendæ. 216
Hæmorrhoidum dolor acutiſſimus ſedatus. 216
Hæmorrhoidum vualium, verrucaliū, & moralium dolor ſedatus. 216
Hæmorrhoidum reſtrictio. 216
Hæmorrhoidum reuulſio. 216
in Hæmorrhoidibus ſanguinis fluxus quomodo intelligendus. 215
Hæmorrhoidum etymologia. 215
Hæmorrhoides morales, verrucales, veſicales & vuales vnde dictæ. 216
Hæmorrhoides in ore. 211
Hæmorrhoidum reuulſio. 218
Hæmorrhoides quæ ſint. 215
Hæmorrhoidum ſpecies, & differentiæ. 216
Hæmorrhoidum cauſæ & ſigna. 216
Hæmorrhoidum per inflammationē doloris cura. 216
Hæmorrhoidum doloris à duritie fæcum cura. 219
Hæmorrhoidum dolor mirabiliter ſedatus. 218
Hyperſarcoſis & eius cura. 191

L

LVbans.apud Auic.quid. 206
Lupus quid. 203. Lupus cur ita dictus. 203
Lupus eſt cancer in libiis. 203

M

Materiæ calidæ, & frigidæ ſigna. 195
Matricis atricum ficorum & condylomatum cura. 220
Malum mortuum quid & in quo differat à cancro. 222
Matricis rhagadiæ, fici, & carnes ſuperfluæ. 215
Menſtruus fluxus quomodo dicatur naturalis. 217

N

NAſi vlcera & eorum differentiæ. 208.
Naſi vlcerum cauſæ, ſigna, iudicia, & cura. 208

Naſi

Naſi vulnerum virulentorum cura. 209.
Naſi vlcerum cruſtaceorum & ſordidorum cura. 209
Naſi vlcerum corroſiuorum cura. 209
Naſi vlcerum cum magno dolore ſeu calore, cura. 209
Naſi vlcerum ſiccorum cura. 209
Naſi Rhagadiarum cura. 209
Naſi ſuperfluæ carnis chirurgia. 209
Noli me tangere quid. 204
Noli me tangere cur ſic dictum. 204
Noli me tangere ſedes, origo, & natura. 204
Noli me tangere ſigna, iudicia, & cura ratio. 204

O

OLei lentiſcini virtus. 212
Omoplatæ vlcera. 213
de Oris vlceribus corroſiuis & cancroſis. 211
Oris vlcerum differentia. 211
Oris vlcerum cauſæ & ſigna. 211
Oris vlcerum iudicia. 211
Oris vlcerum cura. 211
Oris vlcerum doloris cura. 212
Oris vlcerum putridorum curatio. 211
Ori additæ carnis curatio. 211
Oris bothores virulenti. 211
Oris vlcerum virulentorum cura. 211
Oſſis corruptio vſque ad medu lã. 192
Ozæna quid. 208

P

PAriſijs capitis vulnera difficilè curantur. 188
de Pectoris vlceribus. 213
Plumbi ſuccus quid ſit in Rabi Moyſe. 119.
Plumbi virtus in vlceribus virulentis. 193
Plumbea lamina in qua ſit virtus argenti viui. 194
Polypus quid. 208
Polypus vnde dictus. 208
Polypus dictus ab Auic. cãcer, & multipes. 208
Polypus eſt ex genere cancri occulti. 208.
Polypus & ozæna differunt. 208
Polypus propriè & latè dictus. 201
Polypus propriè dict' incurabilis. 208
Polypi cura. 208
Præputij inciſio quæ mala afferat. 215
Pudendorum cum dolore & ardore vlceratorum cura. 244
Pudendorum vlcera difficilè curantur multis de cauſis. 214
Pudendorum vlcerum recentium & virulentorum cura. 214
Pudendorum excoriatorum & calefactorum cura. 214
Pudendorum ligatura. 222
Pudẽdorum cum dolore & ardore vlceratorum cura. 219
Pudendorum vlcerum, veterum, putridorum, & cancroſorum cura. 215
Pudendorum vlceratorum cura. 214
Pudendorum vlcerum malignorum cura. 218

R

RHagadiæ ani. 215
Rhagadiarum ani cura. 215
Rhagadiarum virgæ cura 215
Rhagadiæ virgæ & matricis. 215
Rhagadiarum matricis cura. 215

S

SAnies ex qua materia & quomodo fiat. 187
Saniei cauſa prĩcipalis & coadiuuans. 186.

Sanies abſolutè dicta eſt in vulneribus & vlceribus. 187
Sordium ſpecies tres.] 187
Sanies quid. 187
Sanies dupliciter ſumitur. 187
Sanies abſolutè dicta. 187
Sanies & putredo quid cõtineant. 187
Sanies cur alba. 186
Signa vlcerum. 186
Simplices affectiones cur curẽtur. 187
Squammæ quid. 187

T

Talpariæ chirurgia. 203
Talparia ſub fiſtula comprehenditur. 203
Talparia tegens cranium. 203
Talpa ſinuoſitas. 195
Talparia. 203
Tempus nil facit ad rhumbum. 184
Teſtudiaria. 203
Teſtudinaria ſub fiſtula comprehenditur. 203
Teſtudinariæ chirurgia. 203
Tibiarum ligatura quæ. 222
Tibiarum vlcera. 222
Turundarum ad dilatandas fiſtulas materia, forma & modus applicandi. 199
Turunda cannulata conuenit vlceri cauernoſo. 197

V

Virgæ ficorum, atricum, & condylomatum cura. 220
Virulentia quid & eius ſpecies. 192
Vlceris corroſiui maligni cura. 194
Vlceris corroſiui vſtio. 194
Vlceris corroſio cogẽs amputare mẽbrum. 194
Vlcus putre & fraudulentum. 194
Vlceris ſordidi & putris differentiæ. 194.
Vlceris ſordidi & putris cauſæ. 194
Vlceris ſordidi & putridi cura. 194
Vlceris ſordidi vſtio. 195
Vlceris putredo cogens incidere mẽbrum. 195
Vlceris cauſam ſuam habentis cura duplex eſt. 186
Vlcus alentis cauſæ cura. 186
Vlcerum compoſitorum cura. 188
Vlcus profundũ & cauernoſum. 185. & 195
Vlceris eſthiomeni conditio. 185
Vlcerum curatu difficilium ſpecies quinque. 185
Vlceris cauernoſi conglutinantis ſe ſigna. 195
Vlceri cauernoſo turunda an conueniat. 196
Vlceris cauernoſi emplaſtrorum figura. 195
Vlceris cauernoſi ligatura. 197
Vlceris cauernoſi cura cum medicamentis. 196
in Vlceris cauernoſi inciſione tria obſeruanda. 196
Vlcera rotunda cur interficiant pueros. 187
Vlcus non terminatur certo dierum numero. 184
Vlcera ſemper ſunt compoſita. 184
Vlcerum cura duo proponit. 188
Vlcerib' aer quis præcipuè noceat. 189
Vlceribus quomodo accommodanda medicamenta. 189
Vlcus ſemp reqrit exſiccationẽ. 289
Vlcus ſuam cauſam præſentem habens quid requirat. 189
Vlceris nimium deterſi iudicium. 189
de Vlceribus optimè omnium egit

Auic. 185
Vlceris cauernoſi inciſio. 196
Vlcus cauernoſum debita ſituatione ſanatum. 196
Vlceris cauernoſi cura. 196
Vlceris cauernoſi ſigna. 195
Vlceris cauernoſi cauſæ. 195
Vlcus cauernoſum pro fiſtula. 195. & 197.
Vlcera ventris. 213
Vlcerum oculorũ varia nomina. 204
Vlcerum oculorum ſpecies. 204
Vlcera oculorum vnde oriantur. 204
Vlcerum oculorum cauſæ. 204
Vlcerum oculorum ſigna. 204
Vlcerum oculorum iudicia. 205
Vberis ſpecies communes ſunt ex accidentibus. 185
Vlceris cauſæ antecedentes & coniunctæ. 186
Vlcera non ſunt à cauſa primitiua. 186
Vlcera extremitatum efficiunt apoſtema in emunctorio. 187
Vlcera ex apoſtematibus quæ naſcantur. 187
Vlcerum oculorum cura. 205
Vlcerum ani cura. 215
Vlcus corroſiuum. 185
Vlceris diſcrati cura. 189
Vlcus ſordidum. 185. 194
Vlceris varicoſi cura. 191
de Vlceribus & cancroſitatibus, veſicis ruptis, & eleuatione vueæ oculorum. 104
Vlcus ambulatiuum. 193
Vlcus cum tenebroſitate & duritate quid. 185
Vlcera cum oſſe corrupto, coxarum, tibiarum, & pedum. 222
Vlceris ſpecies quinque principales ſunt ex cauſis. 184
Vlceris ſpecies vnde ſumantur. 184
Vlcus diſcratum quid. 185
Vlcus cauernoſum, figura apta & inepta ad curationem. 195
Vlceris virulenti & corroſiui differentia. 192
Vlceris virulenti & corroſiui cura. 193
Vlceris virulẽti & corroſiui cauſæ. 193
Vlcus cum oſſe corrupto. 191
Vlcus manducatiuum. 193
Vlceris definitio. 184
Vlcus difficilis conſolidationis cum proprietate. 186
Vlceris eiuſdem cura. 192
Vlceris cum tenebroſitate & duritate labiorum cura. 191
Vulneris & vlceris differentia. 191
Vlcus dolorificum quid. 185
Vlceris contuſi cura. 189
Vlceris calidi, frigidi, humidi & ſicci ſigna. 187
Vlcera coxarum. 222
Vlceris apoſtemoſi cura. 189
Vlcus cum carne ſuperflua quid. 185
de Vlceribus capitis. 203
Vlcus virulentum. 185
Vlceris dolorifici cura. 189
Vlcus apoſtemoſum. 185
Vlcera ſanioſa. 194
Vlceris definitionis membra explicata. 184
Vulnera ſunt ſimplicia reſpectu vlcerum. 185
Vulneris diſpoſitiones ſeu differentiæ propriæ. 185
Vulneris & vlceris curationes in quo differant. 186

# INDEX RERVM ET VERBORVM IN QVINTO TRACTATV, QVI EST DE FRACTVRIS ET DISLOCATIONIBVS, TVM IN GENERE, TVM IN SPECIE, contentorum.


ADiutorij fracti remutatio. 231.
Adiutorium fractum. 230
Adiutorium quot diebus firmetur. 231
Adiutorij fracti cura. 230
Adiutorij fracti ſituatio. 231

B

BRachium fractum quot diebus firmetur. 231
Brachium fractum. 231
Brachij fracti ſituatio. 231
Brachij fracti cura. 231

C

CAlcaneus cur non frangatur. 233.
Coxæ diſlocationis modi in controuerſia. 240
Coxæ diſlocatæ ſigna. 240
Coxæ diſlocatæ reductio. 240
ad Coxam diſlocatam reducẽdam inſtrumentum. 240
Coxæ reductæ confirmatio. 241
Coxæ diſlocationis antiquæ cura. 240
Coxæ diſlocatæ remutatio & firmatio. 241.
Coxæ fractæ reductio & cura. 232
Coxæ fractæ remutatio & firmatio. 233.
Coſtarum fractarum cura controuerſa. 231
Coſtarum fractarum remutatio & firmatio. 232
Coxæ fractura rarò eſt ſine claudicatione. 232
Coxæ fractæ ſituatio controuerſa, & qualis debeat eſſe ſec. Guidonem. 233.
Contorſio impropriè dicitur diſlocatio. 234
Colli fractura. 229
Coſtarum fractarum cura ſec. Guidonem. 232
Coſtarum fractarum differentiæ, & ſigna. 231
Cubiti diſlocati variæ reductiones. 239. 239
Cubiti diſlocatio reducitur ſtapede & calcaneo. 239 Itẽ pede, & genu ibid.
Cubiti diſlocati remutatio & firmatio. 239
Cubiti diſlocationis ſpecies, ſigna, & iudicia. 238
Cubiti reducti conſeruatio. 239
Cranij fractura. 229

D

DEclinatio eſt diſlocatio. 234
Diſlocatio quid. 234
Diſlocationum quatuor modi 234
Diſlocationis ſigna vnde ſumantur. 234

234.
Diſlocationis cura. 235
Dislocatio impropriè dicta. 234
Dislocationis cauſæ. 234
Dislocationis reductæ ſigna. 235
Dislocationes quæ faciles, quæ veró difficiles. 335
Digitorum manus fractura. 231
Diſlocationum reductio. 235
Dislocationis reductæ cõſeruatio. 235
Dislocationis cum vulnere cura. 235
Digitorum manus dislocatio. 239
Dislocationis cum dolore & apoſtemate cura. 235
Dislocationis cũ fractura curatio. 235
Dislocatio dicta angina. 237
Dislocatio propriè dicta. 234
Dislocationis differentiæ. 234
Dislocationis iudicia. 234
Dislocationis antiquæ cura. 235
Documenta ſex obſeruanda in reductione fracturarum. 225

F

Ferulas quot reqrat os brachij. 231
Ferulæ in fractura quales ab initio, & ſeptima die. 226
Ferulas quòd requirat coxa fracta. 233
Fracturarũ reductionis apparatus. 225
Fracturæ reductio quomodo fiat. 125
Fracturæ reductæ per ligaturam conſeruatio. 225
Fracturæ iudicia. 224
Fracturarum cura. 225
Fracturarum ſanationis terminus. 225
Fracturæ conglutinationem quid retardet. 224
Fracturæ in longitudinem ſigna. 224
Fracturarũ remutationis tempus. 226
Fracturæ reſtauratione quid teſtet. 225
Ferularũ materia, q̃titas, & figura. 225
Fracturæ accidentium correctio. 228
Fractura quid. 223
Fracturæ differentiæ. 223
Fracturæ regimen in generatione pori. 227
Fracturæ cum vulnere cura. 228
Fracturæ in longitudinem cura. 228
Fracturæ cauſæ. 224
Fracturæ ſigna. 224
Furculæ fractæ differentiæ & iudicia. 230.
Furcula fracta quo tpe firmetur. 230
Furculæ ſeparatæ cura. 238
Furculæ fractæ duplex reductio. 230

G

Gahen dislocationis ſpecies. 234
Genu rarò frangitur. 233
Genu fracti reductio. 233
Genu facile dislocatur. 241
Genu non dislocatur in anteriorem partem. 241
Genu dislocati cura. 241
Gibboſitatis cauſa. 237
Gibboſitas omoplatæ. 237

H

Hancha rarò frangitur. 232
Hancharum fracturę differentiæ & iudicia. 232
Hanchæ fractæ reductio. 232

I

Indicatio curatiua vnde ſumat. 223
In generatione pori quæ remutatio. 228

M

Manus & digitorum diſlocatorũ ſigna. 239
Manus & digitorum diſlocatorum reductio. 239
Manus & digitorum dislocatorũ conſeruatio, remutatio, & firmatio. 240

Mandibulæ diſlocatæ differẽtiæ,ſigna, & iudicia. 236
Mandibulæ fractæ cura. 229
Manus fractura. 231
Mandibulæ diu diſlocatæ cura. 236
Mandibulæ reductæ remutatio & firmatio. 236
Mandibulæ diſlocatæ ſituatio & diæta. 236
Mandibula tribus modis diſlocatur. 236
Mandibulæ fractæ ligatura. 229
Membri fracti ſituatio. 226

N

NAſi fractura. 229

O

OMoplatæ diſlocatæ iudicia. 237
Omoplata variis modis diſlocata. 237
Omoplatæ reductæ conſeruatio & ligatura. 238
Omoplata diſlocata quinque modis reducitur. 237
Omoplatæ diſlocatæ ſigna communia & propria. 237
Omoplatæ fractura. 230
Omoplatæ diſlocationis antiquæ cura. 238
Omoplatæ diſlocatæ remutatio & firmatio. 238
Omoplatæ partes non diſlocantur. 238
Os brachij quot requirat ferulas. 232
Oſſa coniunguntur quatuor modis. 234

P

PEdis digitorũm fractorũ cura. 234
Pectoris partium fractarum differentiæ. 231
Pedis diſlocati ſigna. 241
Pedis diſlocatio facilis,firmatio difficilis. 241
Pedis diſlocati remutatio & firmatio. 141
Pori correctio. 228
Pori generati ſigna. 227
Pro plumaceis vtendum ſpleniis. 226

R

RAſceta pedis rarò frangitur. 233
Raſceta fracta quo tempore ſanetur. 231
Raſcetæ cur rara eſt fractura. 231
Raſceta manus diſlocata. 239
Raſcetæ pedis fractæ cura. 233
Raſcetæ fractæ remutatio. 231
Raſcetæ fractæ cura. 231
Rotula dislocata & reſtaurata. 241

T

TIbiarum fracturæ diuiſio. 233
Tibiarum fracturæ iudicia & cura. 233

V

VErtebrarum dislocationum ſpecies. 236
Vertebrarum fractarum iudicia & cura. 229
Vertebrarum colli fractura. 229
Vertebrarum dislocatarum reductio. 237

# INDEX RERVM ET VERBORVM IN SEXTO TRACTATV, QVI EST DE OMNIBVS MORBIS, QVI NON POSSVNT REFERRI AD APOSTEMATA

neque ad vulnera,neque ad vlcera,neque ad oſſium paſſiones:de quibus tamen conſulitur Chirurgus.


Achor apud Gal. & Auic. quid. 276
Ad calculum eremor cicerum Arnaldi. 347
Ad lendes vnguentum. 276
Adhil ſeu euphragia commendata. 311
Ad amputationẽ conſopiendus æger. 273.
Albedines in oculo quot habeant nomina. 306
Alphi. 271
Albedſaner,hoc eſt,gutta roſacea. 287
Albara. 258
Algada. 258
Algaze. 258
Alihabar nyctalopi contrarius affectus 314.
Albula oculi. 306
Alopecia. 275
Alopecia quid. 278
Alopecia vnde dicta. 279
Alopeciæ cauſæ & ſigna. 279
Alopeciæ cura. 279
Alopeciæ recentis & incipientis cura. 279
Alopeciæ à cauſa calida cura. 281
Alopeciæ malignæ curia. 281
Alopecia ſola purgatione ſanata. 280
Alopeciæ antiquæ cura. 280
Ameda. 276
Amigdalarum inflatarum & auctarum cura. 331
Ancharum ægritudines quæ ad chirurgum pertineant. 336
Anhelitus fœtidi iudicia. 320
Anhelitus fœtidi cura. 320
Anhelitus fœtidi palliatio. 320
Anhelitus fœtidus quid & vnde. 319
Anhelitus fœtidus vnde veniat ſigna. 319.
Aqua deſcendens & gutta quando dicatur cataracta. 309
Aquæ deſcendentis cura. 311
Arſenicum commendatum. 341
Argenti viui,quod dentes & gingiuas læſit,correctio. 263
Arthritis quid & vnde dicta. 242
Arthritis & gutta idem. 242
Arthritis vnde dicta. 242
Argenti viui rectus vſus ne noceat. 263.
Argentum viuum quibus partibus noceat. 273
Argenti viui vnguentum, eius effe-

ctus & vſus. 263
Arthuitis eſt gutta cuiuſcunque partis ſit. 242
Acrochordones. 271
Aſſifati quid. 276
Aſſifati cauſæ. 276
Aſſifati cura. 276
Aurium tinnitus & ſibilus. 315
Aurium morbi. 315

B

Balſamum optimum medicamentum ad calculum. 348
Balbutiei cauſæ, ſigna, & iudicia. 323
Balbutiei cura. 323
Balbuties vnde oriatur. 322

C

Cataracta à cauſa priuata, & communicata. 308
Cataracta vnde dicta. 308
Cataractarum differentia. 308
Cataractarum cauſæ. 309
Cataractæ confirmatæ & non confirmatæ ſigna. 309
Cataractæ à cauſa priuata, ſeu per idiopathiam, & per communicationem ſigna. 309
Cataractæ à cerebro infecto ſigna. 309
Cataracta nigra idem facit quod gutta ſerena. 309
Cataractæ nimium teneræ ſigna. 210
Cataractæ nimium duræ & antiquę ſigna. 310
Cataractæ maturæ, & acui ſubiicibilis ſigna. 310
Cataractæ nulla cura eſt tuta. 310
ad Cataractam deijciendam acus. 111
Cataractæ non confirmatæ curatio per medicamenta. 311
Cataractæ non confirmatæ remedia. 311.
Cataracta confirmata quomodo deiiciatur. 312
Cataractæ deiiciendæ tempus commodum. 312
Cataractam ſugere periculoſum. 312
Caſſotus, quid obſeruare debeat. 254
Caſus & offenſio quid differant. 267
Caſus curatio. 268
Caſus capillorum remedia. 276
Capillorũ regeneratio quomodo fiat 279. 279
Caluities propria & impropria. 178
Caſus ſimptomata & iudicia. 267
Caſu mortui ſigna & iudicia. 269
Capillorum paſſiones. 278
Capillorum caſus cauſæ. 278
Caluitiei cauſæ & ſigna. 279
Cataracta quid. 308
Cataracta pro diuerſis temporibus diuerſa nomina habet. 308
Cataractarum varij colores. 309
Cataractæ & guttæ ſerenæ differentia. 309
Cataractæ iudicia. 310
Cataractarum cura. 311
Cataractæ qui cibi noceant. 311
Cataractæ confirmatæ diæta. 312
Cataractæ deiectæ cura. 312
Caſſotus quid. 154
Catheter quid & eius forma. 350
Caſtrandi modi duo. 355
Canities quid. 281
Canitiei ſpecies, cauſæ, iudicia, & cura. 281
Canitiei temere curatæ incommoda.

Cantha

281.
Cantharides ſapienter datæ ad calculum. 347
Capitellum. 347
Caſus quid. 267
Capitis paſſiones propriæ. 275
Calcanei doloris cauſa. 357
Cæſar ex matre mortua extractus. 356
Caſtrati an generare poſſint. 340
Caluities. 275
Cadaueris conſeruatio. 272
Caſeus antiquus ad tophor. 250
Capitis purgatio. 283
Cancri materia. 251
Ceruſſa præparata & dealbata. 285
Chiragra quid. 242
Cicadæ ad calculum cautè dandæ. 348
Circumciſionis vtilitas, & modus faciendi eam. 355
Cionis, ideſt, Columella. 320
Cicatricis oculi ſigna. 307
Cornuum cura. 271
Corruptorum membrorum iudicia. 272.
Corpus craſſum ſeu membrum quomodo dictum. 272
Colorum variorum in cute cauſæ. 284
Corneæ ruptæ incommoda. 295
Combuſtionis accidentia, qualia & vnde. 270
Combuſtionis cura. 270
Combuſtioni vnguentum ex calce lota. 270
Corneæ & coniunctiuæ vlcera quid differant. 306
Colli morbi proprij & attributi. 332
Coniunctiuæ tunicæ quot accidant mala. 303
Corneæ morbi quot ſint. 306
Cornua verrucarum ſpecies. 271
Colorem bonum quæ faciant. 284
Curationis & præſeruationis remedia ſunt ſimilia. 347
Cutis infectionis qualiſcunque remedia. 277

D

Dentes quid attrahat ſine ferro. 328.
Dentium eradicandorum modus & ratio. 328
Dentis aucti præter naturam diminutio. 329
Dentium commotorum & debilitatorum cauſæ. 327
Dentium commotorum iudicia & cura. 327
Dentium limoſorum & fœdi coloris cura. 328
Dentium ſtupidorum & cõgelatorum cura. 328
Dentium omni dolori conuenit acetum. 327
Dentium paſſiones quot ſint & quales. 324
Dentes an patiantur apoſtema. 324
Dentium paſſionum cauſæ & ſigna. 324
in Dentium paſſionibus diæta. 324. 325
Dentium doloris pro diuerſitate cauſarum cura. 325
Dentium doloris, per alterationem & reſolutionem cura. 326
Dentium doloris cura per ſtupefactionem. 327
ad Dentium dolorem conſilia. 325
Dentium putridorum, corroſorum, & perforatorum cura. 328
Dentiſta. 325

Derbes. 260
Dentium doloris iudicium. 324
Dentes an ſentiant. 324
Dentium paſſionis cura. 324
Dentibus an noceat acetum, & quomodo. 326
Dentiſta quæ inſtrumenta habere debeat. 329
Dentes commoti. 329
Dentium vermium cura. 328
Depilationis iudicia. 279
Decoratiua pars medicinæ. 284
De maleficio. 353
Digitorum agglutinatorum cura. 333
Diſpoſitionis ſeu præparationis ad lepram iudicium. 252
Diſtenſio & cõtuſio quid differãt. 267
Diſtenſionis cura. 269
Diſtenſio ſeu extenſio quid. 268
Duritatis prædictæ cura. 249
Duritas quæ ſequitur podagram vix ſanatur. 249

E

ELephantia vnde dicta. 251
Elmadac ſeu acus in cataractis. 311
Eſſer quid. 264
Extenuatio corporũ & membrorum. 265.
Extenuationis cauſæ & iudicia. 265
Extenuationis cura. 265
Extentio & eius cura. 268

F

FAciei color vnde manet. 284
Faciei puſtulæ. 285
Faciei expurgatio excellens. 184
Faciei diſpoſitiones diuerſæ quid requirant. 284
Faciei decorandæ modus. 284
Faciei decoratio. 284
Fiens & factum. 288
Filum linguæ abſciſſum. 322
Foetus quot concipi poſſunt. 356
Foetus mortui ſigna. 356
Fœtus mortui extractio duplex. 356
Foetum extrahere ex matre mortua. 356.
Formicæ verrucales. 271
Fœniculum commendatum. 311
Furfures apud Auicennam quid. 276
Furfurum cura. 276

G

GEnuum tumor non eſt podagra. 232.
Geſſe. 294
Gonagra genuum tumor. 232
Genæ quomodo rubefiant. 285
Gibboſitatis iudicia. 332
Gibboſitas cauterizata. 332
Gibboſitas & eius cauſa. 332
Gibboſitatis ſigna & cauſæ. 332
Gibboſitatis pro cauſarum diuerſitate cura. 332
Grilli aduerſus calculum caute dandi. 348.
Gingiuarum paſſiones. 329
Guttę cui⁹ materię ſint octo ſigna. 243
Guttæ roſaceæ iudicia. 287
Gutta roſacea quomodo fiat. 287
Gutta vnde plerunque incipiat. 43
Guttæ roſaceæ cura. 287
Gummi rutæ ſilueſtris apud Auicennam quid. 280
Guttur liberatum re temere deglutita. 331
Gutta quibus temporibus magis moueatur. 344
Gutta ſerena vnde dicta. 244
Guttæ ſerenæ iudicia. 243
Gutta ſerena quid differat à cataracta. 244

Guttæ

Guttæ roſaceæ materiæ ſigna. 287
Guttæ roſaceæ cum puſtulis recentibus cura. 287
Guttæ roſaceæ cum puſtulis antiquis cura. 287
Guttæ roſaceæ pertinacis cura. 287
Guttæ ſigna. 242
Guttæ recidiuæ cauſa. 243
Guttæ materia quibus diuertatur. 246
Guttæ quando conueniat phlebotomia. 246
Guttæ quid applicandum & vbi. 246
Guttæ frigidæ quid applicandũ. 246
Guttæ calidæ quid applicandum. 246
Guttæ mixtæ quid applicandum. 246
Guttæ doloris mitigatio duplex. 246
Guttæ dolor ſedatur aqua frigida. 246.
Gutta fit ex ſola intemperatura. 242
Guttæ ſymptomata. 243
Guttæ calidæ & frigidæ ſigna. 243
Gutta impropriè dicta. 242
Guttæ ſpecies & differentiæ. 242
Gutta quomodo ſit apoſtema. 242
Guttæ cauſæ. 243
Guttam facientes humores. 243
Guttæ generatio. 243
Guttæ materia quomodo non faciat conuulſionem. 243
Guttæ iudicia. 243
Guttæ cum ventoſitate iudicia. 243
Guttæ iudicia vbi fallantur. 244
Guttæ terminus. 244
Gutta cur hæreditaria. 244
Gutta cur ſana. 244
in Guttis, varices & tumores boni. 244
ad Guttæ præcautionem aphoriſmi decem. 244
in Guttæ curatione triplex regimen. 245.
Guttæ regimen præſeruatiuum. 245
Guttæ regimen curatiuum. 245
in Guttæ curatione diæta. 245
Guttæ regimen reſumptiuum. 245
ad Guttã membrorũ confortatio. 246
à Gutta præſeruant diuretica. 246
Guttæ diuretica quando conueniant. 246

H

Hectita quibus generetur. 251
Hermaphrodiſis ſpecies quot. 355
Hermaphroditarum curatio. 355
Hernia compoſita ex zirbali & inteſtinali. 336
Herniæ ventralis ſeu vmbilicalis & aneuriſmalis cauſæ ſigna, & iudicia. 336.
Hernia vmbilicalis curata per medicamenta. 337
Hernia zirbalis & inteſtinalis curata ferro. 337
Herniæ ventoſæ, aquoſæ & carnoſæ cura. 337
Herniæ ſpecies. 335
Hernia inteſtinalis. 335
Hernia aneuriſmalis ſanguinea. 335
Hernia zirbalis. 335
Hernia ventoſa. 335
Hernia ventralis. 335
Hernia oquoſa. 335
Hordeolus quid & eius cura. 296
Hydropiſim quæ generent. 251

I

Idiopathia. 288
Ignis volagius. 260
Impetigo quid. 258
Impetiginis cauſæ. 260
Impetiginis, & ſerpiginis antiquæ & fortis cura. 261
ad Impetiginem ſaliua hoīs ieiuni. 261

261
Impetiginis cura. 260
Immerſio ſeu ſubmerſio quid. 267
de Infrigidatione. 353
Infrigidationis & maleficij differentia. 353
Infrigidationis corporis vitio ſigna. 353
Infrigidationis propter rem diuinam aut malum animum ſigna. 354
Infrigidatio propria viris. 354
Infrigidationis iudicia. 354
Infrigida i quomodo examinandi. 354
In euellendo dente corrupto quid cauendum. 328
Incraſſationis cura. 265
Incraſſationis cauſæ & iudicia. 265
Iuncturarũ duritas quomodo emẽdetur. 249
Iuncturarum duritas ſequens guttam eſt incurabilis. 249
Infectiones omnes cutis vnguento ſanatæ. 263
Incidendi ob lapidem modus & ratio. 350
Incraſſatio corporum & membrorum. 265

L

Lapides propter quid in corpore humano generati. 243
Lapides generati ex pluribus partibus noſtri corporis. 343
Lapidis in renibus ſigna. 344
Lapidum renum & veſicæ differentia. 344
Lapidum renum & veſicæ iudicia. 344
Lapidis cura prӕſeruatiua. 345
à Lapide præſeruatio per diætam. 345
Lapides quibus cibis generentur. 345
Lapidis curatio duplex. 345
Lapidis curatio per medicamenta duplex. 345
Lapis deſtruitur & generatur attenuãtibus. 345
Lapis veſicæ cuius quantitatis inciſionem requirat. 345
in Lapidis inciſione quid obſeruandum. 345
à Lapide præſeruatio per medicamẽta. 346
Lapidis præſeruatiuũ remediũ ſuperſtitioſum. 345
vomitus à Lapide præſeruat. 346
Lapidis curationi conueniunt aperientia duplicia. 346
Lapidem frangentia quando tutius dentur. 348
Lapidis remedia, virtutes quot, & quales habere debeant. 348
Lapidis remedia qualia & quando applicanda. 348
Lactis ad palliãdos leproſos commẽdatio. 256
ob Lapidem quo loco incidendum. 350.
Lapis quot annos in feudo veſicæ manere poſſit. 350
Lapidis veſicæ extractio. 350
Lapidis in mulieribus extractio. 353
Lachrymarum differentiæ, cauſæ, ſigna, & diuerſæ materiæ. 290
Lachrymarũ inuoluntariarũ cura. 290
Lachrymarum origo. 390
Lachrymæ inuoluntariæ. 290
Labiorum paſſiones. 329
Lazarus leproſus habitus. 253
Lapis quo calore gignatur. 343
Lapidis veſicæ ſigna. 344
Lac quomodo attrahatur & reſtringatur. 334

pro

pro lachrymis cauterizatio. 290
Lachrymarum inuoluntariarum iudicia. 290
Lachrymalis caro abſciſſa & diminuta 290.
Lepræ cura triplex. 254
Lepręmateria. 251
à Lepra præſeruatio. 254
Lepræ confirmatæ palliatio 254
de Lepræ palliatiõe octo capitula. 255
Leprofis quæ phlebotomia conueniat. 255
Leproſi purgatio notabilis. 256
Lepræ conuenit ſulphur. 256
Leprofis quæ cauteria conueniãt. 258
Leonina lepra vnde dicta. 252
Lepræ etymologia. 251
Lepra vnde oriatur. 251
Lepræ definitio. 251
ad Lentigines delendas. 285
Lepra eſt morbus & accidens. 251
Lepræ tres cauſæ. 251
Lepra ex qua melancholia fiat. 251
Lepræ ſigna & iudicia. 251
Lepræ accidentia varia. 252
Lenticula in oculo. 306
Lepræ iudicia. 254
Leproſorum examen. 253
Leproſi cautè examinandi 253
Leproſorum vrina qualis. 253
Lepræ diſpoſitio & actus. 252
Lepræ ad mortem declinatio. 252
Lepræ principium, augmentum, ſtatus,& declinatio. 152
Leprarum pro malignitate differentiæ. 254
Lepræ non confirmatæ cura. 254
Lepræ palliandæ diæta. 254
Leproſi ſatyri facies. 252
Leproſi curatio à Rhaſi facta. 256
Leproſi purgatio cum præparatione. 256.
pro Leproſis caputpurgia. 256
Lepræ ſignorũ cõmunium diuiſio. 252
Lepræ ſigna æquiuoca qualia & quot. 252.
Lepræ ſigna vniuoca quot & qualia. 252
Leproſorum iudicia. 253
Leproſorum ſanguinis examen. 253
Leproſi damnandi & abſoluendi. 253
Lepræ actus in quatuor tempora diuiſus. 253
Lepra morbus triplex. 251
Lepra eſt cancer vniuerſalis. 251
Lentigo quid. 260
Lepra quando dicatur error virtutis aſſimilantis. 251
Leucæ. 271
Lithotania ſeu inciſio pro calculo. 350
Languæ morbi. 321
Liuor & eius curatio. 286
Linguæ inflatæ & auctæ cura. 321
Linguæ retractæ cauſa. 322
Lingua per ſpaſmum retracta & curuata. 322
Linguæ retractæ ſeu curuatæ cura. 322
Lupiæ palpebrarũ& earũ curatio. 299

M

Maculæ oculi ſpecies. 306
Maculæ oculi cauſæ. 306
Maculæ oculi ſigna. 306
Maculæ oculi quid differat à catarractis,ſanie, albedine cryſtalina, vlceribus, & bothoribus albis. 306
Maculæ oculi iudicia. 306
Maculæ oculi cura. 307
Maculæ recentis cura. 307
Maculæ antiquæ cura. 307
Maculæ adipoſæ & niualis cura. 308

Maleficij à corpore orti ſigna. 353
Maleficij & infrigidationis differentia. 353
Maleficij propter rem diuinã aut malum animum ſigna. 353
Maleficium viri proprium. 353
Maleficij iudicia. 354
Maleficiorum examinandorum modus. 354
Matricis clauſæ paſſiones. 355
Mammillarũ nimis auctarũ cura. 334
Mammillarum nimis auctarum in viris cura. 334
Mammillarum papillæ nimis profundæ cura. 335
Mammillarum paſſiones. 334
Malum mortuum & eius curatio. 357
Matricis clauſæ cura. 355
Macula oculi. 306
Macula petialis & cicatrizalis. 306
Matricis amplificatæ cura. 35
Matricis exitus cura. 357
Membrorum ſuperfluorum duæ ſpecies. 272
Membrorum ſuperfluorum cauſæ & ſigna. 272
Membrorum ſuperfluorum cura. 273
Melancholia quæ mala ſequatur pro diuerſitate partium. 252
Morphea. 158
Morphea albaroſa & lepra idem. 258
Morphea continet omnes cutis infectiones ſine vlcere. 259
Morpheæ ſpecies duæ. 258
Morpheæ duæ cauſæ & ſigna. 259
Morpheæ curabilis & incurabilis ſigna. 259
Morpheæ albæ cura. 259
Morpheæ albæ palliatio. 259
Modus amputandi membra. 273
Morpheæ materia. 258
Modus & ratio vtendi arſenico. 341
Mortis ex veneno ſigna. 272
Morborum oculi cauſæ, ſigna, & iudicia. 288
Mortui conſeruatio facie detecta. 274
Morborum oculi diuiſio. 288
Morbilli ſeu variola. 204
Mola matricis. 357
Molæ ſigna & cura. 357
Mora palpebrarum. 303
Mirobalani commendati. 282

N

Narium morbi. 318
Nephritis in principio parũ differt à colica paſſione. 344
Nuctalops quid & vnde oriatur. 314
Nubes oculi. 306
Nuctalopis remedia. 314

O

Oculi morborum cura. 289
de Oculi morborum numero diuerſæ opiniones. 288
in Oculorum cura octo documenta obſeruanda. 289
de Oculorum eminentia. 291
Oculorum eminentiæ cura. 291
Oculorum maciei & profunditatis cura. 292
de Oculorum diminutione. 291
Oculus cicatrizatus. 306
Offenſio quid. 267
Offenſio & concuſſio q̃d differãt. 267
Offenſio & caſus quid differant. 267
Offenſionis ſimptomata & iudicia. 268.
Offenſionis cura. 268
Offenſionis in ventre cura. 268
Ophiaſis vnde dicta. 279
Opilatio catheſialis. 319

Opila

Opilationis cathesialis ſigna. 319
Oris morbi. 121
Oſchei mollificationis, & eius elongationis cura. 355

P

PAni quid. 258
Palpebrarum ſcabiei cura. 293
Palpebrarum moræ & verrucæ cura. 303.
Palpebrarum pili denigrati. 296
Palpebrarum duritatis cura. 296
Palpebrarum pili eorúmque cura. 296
Panorum facici ablatio. 286
Partus difficilis regimen. 356
Partus non difficilis regimen. 356
Partus naturalis & non naturalis. 356
Partus difficilis cauſa. 356
Palpebrarum morbi. 292
Palpebrarum inuerſionis cauſa, cura, & chirurgia. 293
Palpebrarum ſcabies quadruplex. 292
Palpebrarum depilatio duplex. 293
Palpebrarum ſcabiei cauſa, ſigna, & iudicia. 293
cum palpebrarum ſcabie quid concurrat. 292
Palpebrarum agglutinatio. 295
Palpebrarum grauedo & eius cura. 295.
Paſſiones matricis. 355
Palpebrarum relaxationis chirurgia. 294.
Palpebrarum mora & verrucæ quid differant. 295.303
Palpebrarum pilorum ſuperfluorum cura. 295
Palpebrarum caſus & relaxatio. 294
Palpebrarum caſus & relaxatiõis cauſa & curatio. 294
ad Pediculos remedia. 276
Peduculorũ materia & cauſa. 258.264
Pediculorum iudicia & cura. 264
Pediculorum materiæ ſigna. 264
ad Pediculos necandos cingulum inũctum. 264
Pediculi. 258
Pediculos quid necet. 264
Perniones in calcaneo. 358
Pernionum in calcaneo cauſæ. 358
Perniorum in calcaneo cura. 358
Perla oculi. 306
Petia oculi. 306
Phlegmonum partium carnoſarum & neruoſarum terminus. 244
Phlegma ſalſum ſeu malum mortuum. 357
Phlegmatis ſalſi cura. 357
Picatio, & modus eam faciendi. 267
Pili & eorùm generationis cauſa. 278
Pilorum cauſæ quot & quales. 278
ad Pilos ruffos faciendos. 283
ad Pilos ruffos & criſpos faciendos. 283.
Pilos auferendi quinque modi. 283
Pilos renaſci quid prohibeat. 283
Pilorum generatio. 281
ad Pilos denigrandos ſine nocumento. 282
Pilorum tinctura. 282
Pilorum deformitas. 2 5
Plancta noctis. 264
de Pilis problemata quinque. 279
Porrorum & verrucarum ſpecies. 271
Podagra quid. 242
Pruritus capitis remedia. 275
Præputij clauſi cura. 354
Priapiſmus. 354
Priapiſmus à ſatyriaſi quid differat. 354.
Priapiſmi cauſæ, ſigna, & cura. 3 4

Pruritus ſcabiei ſpecies. 261
Pruritus quomodo excitetur. 261
Pruritus capitis cura. 276
Pruritus cauſæ,iudicia,& cura. 262
Pruritus cura. 262
Pſilothris vtendi modus. 283
Pſilothra. 283
Punctum oculi. 306
Puluis Nabatinus. 307
Pupillæ dilatatio & anguſtia. 308

Q

Qvatuor item alia ſigna. 243

R

RAnula. 321
Ranulæ per medicamenta curatio. 322
Ranulæ per chirurgiam curatio. 322
Remedium ex charta combuſta aduerſus tineam. 277. Relaxatio. 336
Rheumatibus qui magis obnoxij. 243
Rupturarum curatio duplex. 337
Rupturarum iudicia. 336
Rupturæ ſecretiore modo tractatæ. 339.
Ruptoria & cucurbitulæ pro leproſis. 258.
Rupturæ per chirurgiam tractatæ. 339.
in Rupturis curandis qui modi tutiores. 340
Rupturæ curatio cum cauſtico. 340
in Ruptura quod inteſtinum deſcendat plærunque. 336
Rupturarum per medicamenta curatio. 337
Rupturæ ſpecies tres,& earum ſubdiuiſio. 336
Ruptura quid. 336
Ruptura didymalis. 336
Rupturarum cauſæ immediatæ & ſigna. 336

S

SAtyriaſis. 354
Satyrica leproſorum facies. 252
Satyrus quale animal ſit. 252
Saracenicum vnguentum ad ſcabiem. 203.
Sapo duplex & vtriuſque materia. 283
Saphati & ſafati quid. 258
Sanguis mortuus quid. 258
Sanguis leporinus ad decorandos leproſos. 257
Sal viperæ pro leproſis. 257
Sanguinis humani aqua deſtillata ad iuncturarum duritates. 250
Scarabæi ad calculum cautè dati. 348
Scorpiones ad calculum commendati. 349
Sciatica quid & vnde fiat. 242
in Sicatica q̃ partes ſimul doleãt. 242
in Sciatica q̃ ſituatio obſeruanda. 242
Sciatica eſt peſſima arthritis. 243
Scabiei capitis vlceratæ remedia. 276
Scabies quid. 258
Scabiei ſpecies duæ. 261
Scabies quomodo generetur. 261
Scabiei materia. 261
Scabiei ſiccæ & humidæ materia. 261
Scabiei cauſæ, ſigna, iudicia & cura.
Scabiei foedæ cura. 262
Scabiei ſiccæ pruritum excitãtis cura. 262.
ad Scabiem remedium optimum. 263
Scabiei conuenit ſulphur. 263
Scabiei à phlegmate ſalſo remedia. 263.
Scabiei cùm humidæ, tum ſiccæ quid applicandum. 264
Sciaticæ cura. 249
Scabies quas cutis infectiones comprehen

prehendat. 258
Secundinæ extractio duplex. 356
Serpentum adminiſtratio diuerſa. 257
Serpentibus quouſque vtendum. 257
Serpentum vſu quid accidat. 257
Serpentum aqua. 257
ex Serpentibus vinum laxatiuum. 257
Serpigo quid. 258
Serpiginis cauſæ. 258
Serpigo quas cutis infectiones contineat. 258
Sebel à cauſa externa & interna ſigna. 305.
Sebel duplex. 305
Sebel cauſæ & ſigna. 305
Sebel & cõiunctiua quomodo diſtinguantur. 306
Sebel cuius partis morbus ſit. 305
Sebel quid. 305
Sebel cura. 305
Sebel iudicia. 305
Serpiginis capitis cura. 276
Sirones. 258
Spongia ſoporifera. 273
Spongia dormientes excitans. 273
Sterilitas fœminæ, infrigidatio & maleficium viri. 353
Straboſitas quid. 292
Straboſitatis iudicia & cura. 292
Straboſitatis ſpecies & cauſa. 292
Superfluum ex corruptione membri amputatum. 273
Superflui ex corruptione mẽbri amputatio per ſe. 274
Sulphur commendatum in ſcabie,ſerpigine,& lepra. 263
Submerſio quid. 267
Submerſionis cura. 268
Sudatio quid. 264
Sirones quid,& vnde oriantur. 264
Sironum cura. 264
Suffocutiones ex fumo. 269
Suffuſio quando dicatur cataracta. 308
Sulac quid & eius cura. 246. 303
Surditas. 315
Surditatis ſpecies & cauſæ. 315
Surditatis ſpecies diſtinctæ. 316
Surditatis cauſarum ſigna. 316
Surditatis iudicia & cura. 316
Surditatis ab humore ſeu vapore frigido cura. 316
Surditatis à ſorditie cura. 316
Surditatis ab aqua ĩgreſſa,curatio. 218
Surditatis à lapillo,nucleo,ſeu beſtiola,curatio. 318
Surditatis ob membranam,verrucam, ſe carnem oppilatam,cura. 318
Syrinx quid, & eius forma. 350
Sympathia. 291.

T

Tela oculi. 306
Tentiginis matricis cura. 355
Tentigo matricis quid. 355
Tentigo matricis quid. 355
Thiria excoriatiua. 276
Tentiginis matricis cura. 356
Tinea eſt lepræ ſpecies. 276
Tinea amedoſa. 275
Tinea achoroſa. 275
Tineæ recentis cura. 276
Tineæ antiquæ cura. 276
Tineæ omnis præſtantiſſimum remedium. 276
Tinea vnde dicta. 276
Tinea fauoſa. 275
Tinea lupinoſa. 275
Tinea furfurea. 275
Tinea quid. 275
Tineæ ſpecies. 275
Tinea ficoſa. 275

Tinea vberoſa. 275
Tineæ furfureæ remedia. 276
Tryphera Perſica commendata. 282
Tyria vnde dicta. 251

V

Variolæ. 286
Variolarum cura. 280
poſt Variolas ne ſuperſint cicatrices. 286.
Verruca quid. 271
Verruca porralis, claualis, cornea. 271
Verrucarum cauſa. 271
Verrucarum diſſipatio per medicamenta. 261
Verrucarum extirpatio per chirurgiam. 271
Venarum iugularium apertio. 2[illegible]5
Veſtigium in oculo. 306
Verrucarum materia. 252
Verrucarum cura. 271
Verrucarum materia. 271
Virgæ excalefactæ, & fœdæ ex concubitu cum muliere fœda, curatio. 354
Viperarum vſus pro leproſis. 257
Viſus debilis cura. 314
Viſus debilis & eius cauſæ. 314
Viſum quid confortet & acuat. 310
Viſus debilitatus à partibus internis ſex modis. 313
Vngula cuius partis morbus. 307
Vngula & caro lachrymalis quomodo diſtinguantur. 303
Vngulæ ſpecies quot & quales. 307
Vngula adipoſa cuius generis ſit. 307
Vngulæ cauſæ, ſigna, & iudicia. 308
Vngula carnoſa & neruoſa. 307
Vngula neruoſa cui aſſimiletur. 307
Vnguium paſſiones. 334
Vnguium attritorum cura. 334
Vnguium ſanioſorum cura. 334
Vnguium gibboſorum & curuorum cura. 334
Vnguium fiſſorum & corroſorum cura. 334
Vnguium ſordidorum & maculatorum cura. 334
Vnguis alioqui incurabilis ablatio & auulſio. 334
in Vngulæ cura quid obſeruandũ. 308
Vngula adipoſa. 306
Vngulæ diuerſæ. 307
Vngulæ recentis cura. 308
Vngulæ cura. 308
Vngula vnde incipiat. 307
Vngulæ antiquæ cura. 308
Vngula oculi quid. 303
Vrina ſuppreſſa. 349
Vrina medicamentis prouocata. 349
Vrina inſtrumentis prouocata. 249
Vrinæ ſuppreſſæ cura per inſtrumenta duplex. 250
Vuulæ curatio. 330
Vuulæ cauſæ, ſigna, & iudicia. 329
Vuula quot modis abſcindatur. 330
Vuulæ caſus & inflatio. 330
Vuula quid profit. 330
Vuula vnde dicta. 330

X

Xeruac quid, & eius cura. 296

# INDEX RERVM ET VERBORVM IN SEPTIMO TRACTATV, CONTENTORVM, QVI EST ANTIDOTARIVM REMEDIORVM vniuerſalium & particularium.


ACetum quid proſit aut noceat reſolutiuis mixtum. 406.
Ad prouocanda menſtrua, 367.
Ad colicum dolorem. 267
Ad reductionem oſſium. 367
Aduerſus cantharidum nocumentum remedium. 408
Aegyptiacũ virideſcit poſt operationem. 397
Agglutinans quale ſit & quid faciat. 401.
Agglutinantia ſimplicia. 401
Agglutinantibus vtendi modus. 402
Agglutinatio eſt opus naturæ. 401
Aggregare, conſolidare, & incarnare idem. 401
Agglutinantium compoſitorum formæ vndecim. 401
Alopociæ remedium. 421
in Antiſpaſi quæ rectitudo obſeruanda. 362
Antiſpaſis quando locum habeat. 362
Antiſpaſis ſemper eſt ex oppoſito. 362
Antiſpaſis ſtrictum vulnus requirit. 365.
Antidotarium Guidonis quid tractet. 353.
ad Apoſtemata iuncturarum. 367. ad Paralyſim. 367
de Apoſtematibus, antidotis, localibus, ſeu topicis remediis. 389
Apoſtemata quõo finiri præſtet. 389
Aquæ fortes quæ vocantur ſublimatæ. 408.
Aquarum fortium quãdiu duret operatio. 408
Aqua fortis Guidonis cõm̃datur. 408
ad Arterias incidẽdas Galenum quid mouerit. 362
Arteriæ quomodo incidantur. 362
Arteriarum totalis inciſio minùs periculoſa quàm particularis. 362
Arſenicũ quomodo reprimatur. 407
Arſenicum commendatum. 407
Arſenici quandiu duret operatio. 407
Arteriarum ſectio cur dubia, & cõtrouerſa. 362
Aſſumptiua euacuatio, & deriuatiua ſemper eſt ex eodem latere & quãdo locum habeat. 362
Attractiuis vtendi modus. 391
Attractiuum medicamentum quale ſit. 391
Attrahens medicamentum quid. 391
Attractiuum medicamentum duplex. 391.
Attractiua ſtercora diuerſæ virtutis. 391.
Attractiuorum varia exempla. 391
Attractiua medicamenta ad quid inuenta. 391
Attrahendi plures modi. 391


Aurium

Attractiui tertia ſpecies. 391
Attractiua miræ virtutis. 391
Aurium dolorem ſedentia. 422
Auenzoaris filio trium annorum vena ſecta fuit,& an id probetur. 363
Aurium vlcerum remedia. 423

B

BVtyrum cur & quomodo lauetur. 387
Botij remedia duo. 423

C

CAuterizati ferro ruptorio ſeu veſicatorio regimen. 384
Cauteria actualia quomodo facienda ſeu applicanda. 382
Cauteriorum actualium quot inſtrumenta habuerint antiqui, & quot Guido. 383
Cauterizatio in partibus ventris, ancharum,& tibiarum. 382
Cauterizatio in diuerſis capitis partibus. 381
Cauterij vtilitates particulares quot ſecundum veteres,& quot ſecundum neotericos. 380
Cauterij ſeptem vtilitates generales. 280.
Cauterizatio in facie,collo, omoplatis,brachiis,& thorace. 381
Cauſticum medicamentum quod ſit & quid faciat. 406
Canicula quot dies regnet. 376
Cauſticis vtendi modus. 407
Cauſtica ruptoria facientia veſicã. 383
Cauteriorum regendorum modus. 383
Cataplaſma & puls quid differant. 389
Cataplaſmata etiam vocantur emplaſtra. 389
Cataplaſmata ad quid, & cuius materiæ ſint. 389
Cauteria actualia debent ſingula eſſe triplicia. 383
Cauteria potentialia quomodo applicanda. 383
Cauteria cum ſetone. 383
Carnis extirpatio duplex,& quæ præſtet. 406
Cauterium cur olim dictum vltimum medicinæ inſtrumentum. 280
de Cauterio tria problemata. 281
Cauterij vtilitas & commendatio. 384
Cauſtica quæ ſint. 406
Cauterizatio potentialis. 380
Cauſticorum differentiæ. 406
Cauſticum,eſcharoticum, & ruptoriũ idem. 406
Cauſtica debilia & fortia. 406
Cauteria potentialia debilitant. 382
Cauteriorum potentialium vtilitates, & quibus affectionibus ſeu partibus magis conueniant. 382
Cauſtica ruptoria facientia eſcharam. 383.
Corroſiua differunt à cauſticis & putrefactiuis. 406
Corroſiuum medicamentum quod ſit & quid faciat. 406
Capitellum duplex. 407
Cauteriorum potentialium materia & forma. 383
Cauteria ex quibus fiant. 383
Caſuum & offenſionum ventris remedia. 424
Cauſtica differunt à corroſiuis & putrefactiuis. 406
Cauſticorum variæ appellationes. 408
Cantharidibus vtendi modus. 408
Cauterizatio duplex. 379
Cauterij in circulo forma & vſus. 407
Cauteriorum potentialiũ materia. 383

Caute

Cauteriorum actualium materia. 383
Cauteria ad nodulum dicta. 383
Cauteria quibus affectionibus proſint aut noceant. 384
Cauteria olim vſitatiora, quàm hodie, & cur. 380
Cauterijs materia cõuenientiſſima. 383
Cauſtica, corroſiua, & putrefactiua aliquando mutant ſuas actiones. 406
Cauterizatio quid. 379
Cauteria actualia tutiora potentialibus, aliquando minus. 383
ad Cucurbitulas præparatio. 368
Confortans medicamentum quid. 390
Cauterizatio actualis multiplex. 379
Calx cur & quomodo lauetur. 387
Capitis vulnerum ſex remedia. 420
Cicatrizatiua quæ ſint. 401
Chiragræ remedium. 423
Cicatrizatio eſt opus naturæ. 401
Cicatrizatiuum medicamentum, quid & ad quid. 404
Cicatrizatiuũ quod, & quotuplex. 404
Cicatrizatiuorum compoſitorum formulæ decem. 405
Cicatrizantium ſimpliciũ exempla. 405
Cicatrizare ſeu ſigillare idem. 401
Cicatrizatio cui debeatur. 401
Clyſter à quo inuentus. 378
Clyſteris virtus & commendatio. 378
Clyſter triplex. 378
Clyſter qua hora dandus. 378
in Clyſterizando regimen. 378
Ceræ lotio & dealbatio. 387
Confortatiuum fracturarũ ſeu diſlocationum. 408
Corroſiua propriè dicta. 406
Corroſiuum quid faciat. 406
Contritio medicamentorum. 387
Corroſiuorum exemplum. 406
Corroſiuis quando vtendum. 406
Corroſiua, colliquatiua, extirpatiua idem. 406
Corroſiuorum ſpecies tres. 406
Cucurbitularum cum ſcarificatione præcipua intentio. 367
Cucurbitulis qđ tẽpus cõueniens. 368
Cucurbitulæ quid proſint. 366
de Cucurbitulis duo problemata. 367
Cucurbitulæ phlebotomiæ vicariæ. 367
Cucurbitulæ ad morſus & puſtulas venenatas. 367
Cucurbitulæ ad anginam. 367
Cultellare, cauterium duplex, & eius vſus. 382
Cucurbitulæ ad lapidem. 367
Cucurbitula quale inſtrumentum, & quot eius ſpecies. 366
Cucurbitulæ quibus in locis molloribus non applicabiles. 368
Cucurbitularũ auferẽdarũ modus. 368
Cucurbitulæ quibus in locis non continuandæ & cur. 368
Cucurbitulas paſſi remedia. 368
Cucurbitularum comparatio cum Phlebotomia & ſanguiſugis. 366
Cucurbitulæ quo in loco præcipuè, & cur applicentur. 367
Cucurbitularum ſiccarum præcipua intentio. 367
Cucurbitulæ ſiccæ vbi & cur applicẽtur. 367
Cucurbitulæ applicandæ in apoſtematibus emunctoriorum. 367
Cucurbitulæ ad ſiſtendum ſanguinis fluxum ex naribus & matrice. 367

D

DActylare cauterium vnde dictũ, eius forma & vſus. 282
ad Deſcenſum matricis & inteſtino-

rum. 367
Dentum nigrorum cura. 423
Dentium dolor ſedatus. 423
Deriuatio quando locum habeat. 363
ad D. Eligium mittitur fiſtula incurabilis. 200
Digerētia phlegma ſimplicia & compoſita. 376
Diſlocationum remediorum differentiæ. 408
Digerentia choleram ſimplicia & cōpoſita. 376. 377
in Diabete remedia. 424
Dolor non eſt negligendus. 398
Dolor quid & vnde. 398
Doloris ſedatio & voluptas quid. 398
Dolor duobus modis ſedatur. 398
Doloris ſedatiua vera quæ ſint. 398
Doloris ſedatiua triplicia. 398
Doloris ſedandi modus. 398
Durum tripliciter dictum. 399
Duritiei poſt fracturas remollitio difficilis & moleſta. 409

E

EIus qui medicamentum ſumpſit diæta. 377
Emplaſtrum quid, quotuplex, & ad quid. 388
Embrochatio quid, quomodo fiat, & cur. 389
Emplaſtri ſatis cocti ſigna. 389
Empiriæ & incantationes neglectæ à Guidone. 359
Emplaſtrum ſcrofulis conueniens. 389
Epithema quid, ex quibus, & ad quid. 389.
Epaphæreſis. 365
Eraſiſtratus ſanguiſuga vocatus. 359
Eius qui vomere vult, & eius qui vomuit, regimen. 378
Euacuandi varij modi. 369
Euacuationes in chirurgia frequentiores quæ. 370
Euacuatio eiuſdem partis quando facienda. 363
Ex pane maturantia varia. 395

F

FAcultas medicamentorum triplex. 385.
Fracturarum remedia quid differant. 408.
Furioſa materia quotuplex. 374

G

GEneratio carnis eſt opus naturæ. 401.
Generatio carnis cui debeatur. 401
Gingiuarum excalefactarum & cancroſarum remedia. 423
Gibboſitatis remedia. 423
Gilbertina incantationum & empiriarum plena. 359
Glutinantia & indurantia porum. 408
Gradus in corporibus mixtis quid. 410.
Gradus vnuſquiſque tres habet terminos. 411
in Gradu primo, calidum, frigidum quid ſit. 411
in Gradu quarto nihil ſiccum quod non vrat. 411
Gradus tertius eſt extremus in humectantibus. 411
de Gradibus medicamentorum problemata quatuor. 411
Gradus ſimplicium medicamentorū ordine alphabetico. 411
in Gradibus aſſignandis quem ſequatur Guido. 411

Guidonis

Guidonis mos in inuiſendis ægris extra vrbem. 385
Guttæ roſaceæ remedia. 422

H

HAemorrhoidũ doloris remedia. 425.
Hiera amara variis modis compoſita. 375
Hydropiſis remedia. 424

I

IGnis duplex. 379
Incraſſatiuum medicamẽtum quid. 389.
Incarnatio cui debeatur. 401

K

KArax quod pondus ſit. 400

L

LInimenta ad quid fiant. 389

M

MAgnitudo ſeu vehementia mali tripliciter dicta. 362
Maſſilienſis. 399
Medicamentorum facultates, in quot ſpecies diſtinguantur. 385
in Medicamentis componendis quæ indicationes obſeruandæ. 385
Medicamentornm ſimplicium variæ præparationes. 386
Medicamenta cur purgentur. 386
Medicinæ ſolutiuæ vſus in ſanitate. 370.
Medicina malè adminiſtrata quæ mala afferat. 371
Medicina vni parti propria quid ſignificet. 420
Medicamentum tẽperatũ & intẽperatum quid vocetur. 411
Medicamentorum lauatio quid proſit. 386.
de Medicina ſex problemata. 370
Medicamenta ſimplicia choleram purgantia & eorumdoſis. 374
Medicamenta ſimplicia melancholiã vacuantia, & eorum doſis. 374
Medicamẽta compoſita phlegma vacuantia,& eorum doſis. 374
Medicamentum compoſitum quod purgat melancholiam & eius doſis. 374.
Medicamentum aquas purgans. 375
Medicamenta omnes humores purgãtia. 375
Medicamentum minoratiuum quando & quid proſit. 375
Medicamentorum compoſitionẽ ſcire debet medicus, & chirurgus. 388
Medicina purgatiua quid. 369
de Medicina vacuante ſanguinem hiſtoria. 371
Medecinæ, ne euomatur, quomodo reſiſtendum. 377
Medicina eſt quæ ſanguinem euacuat. 371.
Medicamãtorũ gradus cur ſciẽdi. 410
Medicamentorum mutatio improbatur. 388
Medicamenta cur & quomodo vrantur. 387
Medicamentum duplex. 385
Medicamentorum ſimplicium vſus præſtat. 386
Medicinarum laxatiuarũ ſpecies quatuor. 374
Medicina laxatiua datur quatuor intentionibus. 371
Mollificantia aliquando fiunt reſolutiua. 393
Mollificantium propriorum exempla. 393.

Mollificantia compoſita. 394
Mundificatiuum abſterſiuum ſeu lauatiuum,quale ſit & quid faciat. 396
Mundificatiuum expurgans quale ſit. 396.
Mundificatiui tempus. 396
Mundificatiua ſimul abſtergentia & expurgantia. 396
Mundificatiua compoſita. 396
Mundificatiuorum exempla. 396
Mundificatiuum differt à corroſiuo. 396.
Mundificatiuum duplex: abſterſiuum & expurgatiuum. 396
NArcoticis quando vtendum. 399
in Narcoticis obſeruanda quãtitas & tempus. 399
Naſi vlcerati remedia. 422
Narcoticum quomodo ſedet dolorẽ. 399.
Narcotica qũo minus noceant. 399
Narcotica veris anodynis maximè contraria. 399
Niſi medicina operetur quid faciendum. 377
Nodi incommoda pro cauterio. 383
Nullum medicamentum eſt ita vni parti proprium vt non conueniat alij. 420

O

OCulorum remedia ſex. 422
Oliuare cauterium, eius forma & vſus. 382
Olei lauandi duo modi. 386
Olea cur fiant. 388
Oleum quid & quot eius ſpecies. 388
Olea reſolutiua. 492
ad Omoplatæ dolorem remedia. 423
Oppilatiuum medicamentum quod. 390.

P

PEdum inflatorum remedia. 425. de materia ĩ Pectore contenta. 423
Phlebotomia quoties in vita concedi poſſit aſſuetis. 363
in Phlebotomia negligendi dies Aegyptiaci,& horæ mot' humorũ. 364
Phlebotomiæ operatoris cõditiones, & officium. 364
Phlebotomiam patientis regimen triplex. 364
ad Phlebotomiam præparatio. 365
in Phlebotomiæ actu quid obſeruandum. 365
Phlebotomia quæ largum vulnus requirat,quæ anguſtum. 365
in Phlebotomia ſanguinem apparere pulchrum quid faciat. 365
poſt Phlebotomiam quid obſeruandum. 365
poſt Phlebotomiam ſubitus ſomnus cur prohibeatur. 365
Phlebotomiam paſſi regimen ſeruandum per tres dies. 365
Phlebotomiæ comparatio cum cucurbitulis & ſanguiſugis. 366
Phlebotomia laudata. 358
à Phlebotomia cur incipiatur antidotarium. 358
Phlebotomiæ definitiones variæ. 359
Phlebotomiæ malè præſcriptæ incõmoda. 359
Phlebotomia quãto excellentior purgatione. 359
de Phlebotomia quinque quæſtiones. 359
Phlebotomia ſex intentionibus inſeruit. 359
Phlebotomia non ſolum indicatur à plethora. 359

Phleboto

Phlebotomiam quæ repletio requirat. 359
Phlebotomia quibus humoribus debeatur. 359
Phlebotomia aliquando ad diuerſionem fit. 359
Phlebotomia ad prouocanda menſtrua. 359
Phlebotomia ad refrigerandum corpus. 359
Phlebotomia ad præcautionem. 360
Phlebotomia ad alleuandum. 359
Phlebotomiam quis ſuſtinere poſſit, quis verò non. 360
Phlebotomiæ quæ indicatio ſuperet omnes alias. 360
Phlebotomiam quid diſſuadeat. 360
Phlebotomia per quas venas fiat in diuerſis morbis. 360
Phlebotomiæ non poteſt dari certa menſura aut regula. 363
Phlebotomiæ reiterationem quid ſuadeat. 363
in Phlebotomia pulſus obſeruād°. 363
Phlebotomiæ menſura eſt ſanguinis diſpoſitio. 363
Phlebotomiæ tempus conueniens. 363
Phlebotomiæ hora neceſſaria q̃d ſuadeat. 363
Phlebotomia anni hora fieri pōt. 363
Phlebotomiæ hora electiua vnde ſumatur. 363
Phlebotomia per quot & quas venas fit communiter. 360
Phlebotomiæ cōuenietiſſimū tp̄s. 363
Phlebotomia hora ſecunda. 363
Phlebotomia maxima, parua, mediocris. 363
Pharmacia quæ vtilis & neceſſaria. 370
Plumbum commēdatum in vlceribus malæ cicatricis. 405
Plumbo cautè vtendum. 405
Poſt ventoſationē quid faciendū. 368
Poſt medicamentum an liceat dormire. 377
Poſt caſum eſcharæ ex cauterio quid faciendum. 383
Poſt medicamentum quando quieſcendum, aut corpus mouēdum. 377
Poſt medicinæ operationem quid primò ſumendum. 377
Poſt veſicatoria quid faciendum. 384
Præparationes variæ medicamentorum compoſitorum ad quid proſint. 386
Putrefactiua cur reprimenda & quomodo. 407
Putrefactiua medicina quæ ſit & quid faciat. 406
Putrefactiuis quàm ſapienter vtendum. 407
Putrefactiuis vtendi modus. 407
Purgatio quomodo facienda, & quibus humoribus debeatur. 370
Purgatio non ſolum iudicatur ex multitudine, ſed etiam ex vehementia morbi. 371
in Purgatiuis neceſſitate, vbi non admodū conuenit quid faciendū. 372
Purgatio ex quibus medicamentis facienda. 372
Purgationi tempus idoneum duplex. 375.
Purgationes negliguntur initio morborum. 375
Purgationi conuenientiſſimum tempus eſt declinatio morbi. 375
Purgatio per medicamentum quomodo metienda. 375
Purgationis perfectæ ſigna. 375

Purgationis magnæ,paruæ, & mediocris,quantitas coniecturalis. 375
Purgationes quibus interuallis faciẽdæ. 375
Purgationibus conuenientiſſima diei hora. 376
ad Purgationem obſeruanda luna.376
Purgationis triplex regimen. 376
Purgatio quam præparationẽ requirat. 376
ad Purgationem remolliendum corpus. 376
Putrefactiua, corroſiua, & cauſtica quid differant. 406
Putrefactiua quæ ſint. 406
Punctale cauterium duplex. 383
Punctalis cauterij forma & vſus. 383
Purgatio habet præcautionẽ & reuulſionem. 371
Pultes & cataplaſmata quomodo differant. 389
Pultes etiam dicuntur emplaſtra. 389
Pultes quid & cuius materiæ ſint. 389
Purgationem quis ferre poſſit, quis verò non. 371
Purgatio quid. 369
Putrefactiuorum exemplum. 407

Q

Qvale oleum oliuarum requirant variæ oleorum compoſitiones. 388
Quid in ſecundo,tertio,quarto. 411

E

REpercuſſio quàm neceſſaria ſit chirurgiæ. 389
Repercuſſiuum medicamentũ duplex. 389.
Repercuſſiuum communiter dictum. 389.
Renum doloris remedia. 424
Remollientium duritiem poſt fracturam exemplum. 410
Remollientia duritiem poſt fracturam quæ ſint. 409
Renum vlceris remedia. 424
Remollitiuum humidum aliquãdo cur permittatur. 393
Repercuſſiuum duplex, frigidum & calidum. 389
Remollitiua quando conueniant. 393
Reſolutiuum quale eſſe debeat. 392
Remollitiuum quale eſſe debeat. 393
Reſolutiua quando conueniant. 392
Reſolutiuum medicamẽtum quid.392
Repercuſſiua compoſita omnibus inflammationum principiis conuenientia. 390
Reſolutiua rarefactiua, diaphoretica, & euatoratiua,eadem. 391
Reſoluendi modus. 393
Reſoluendum cautè. 393
Reſolutiuum duplex. 392
Remollitiuum propriè dictum. 393
Remollitiua duplicia. 393
Repletio duplicẽ requirit euacuationem. 362
Repercutiendi modus & menſura.390
Remolliendi duritiem poſt fracturam modus. 410
Ruptoria, cauſtica, & eſcharotica idem. 406
Ruptoria quæ ſint. 406
Rupturæ tria remedia. 424
Ruptorum diæta. 337

S

SAnguis ſiſtitur variis modis. 400
Sarcoticis vtendi modus. 404
Sarcotica quæ ſint. 400
Sarcoticum medicamẽtum quid. 402
Sanguinis p phlebotomiã extracti iudicium.

dicium. 365
Sanguinis boni & mali iudicium. 365
Sarcoticorum ſpecies tres, & eorum exempla. 402
Sarcoticorum compoſitorum formulę duodecim. 403
Sanguinis fluxioni cur occurrendum. 399.
Sanguinem ſiſtens quale ſit, & quid faciat. 400
Sanguis ſiſtitur quatuor virtutib' medicamentorum. 400
Sanguinem ſiſtendi variorum modorum exempla. 400
Sanguinē ſiſtentiū formulæ quinque. 400.
Sanguiſugarum appli atio quid. 369
Sanguiſugarum deſcriptio & electio. 369.
de Sanguiſugis duo problemata. 369
Sanguiſugæ quibus partibus applicādæ. 369
Sanguiſugarum vſus ad quas affectiones. 369
Sanguiſugarū vſu quid obſeruādum. 369.
ad Sanguiſugas remouendas. 369
Sanguiſugarum phlebotomiæ, & cucurbitularu m comparatio. 369
Scarificatio vicaria phlebotomiæ. 363
Scammoneæ virtus, & eius doſis. 374
in Scarificatione quid obſeruandum. 367.
in Scarificatione quantum ſanguinis extrahendum. 367
Scarificationem ſemper præcedit cucurbitula ſicca. 367
Secundatio requirit latum vulnus. 365
Serpentum vſus in lepra. 257
Serpentum electio & præparatio. 257
Sinapiſmi cur fiant. 389
à Splenènulla vena dirigitur ad dextram. 362
Splene laborante vena ſiniſtra ſecanda. 372
Suppoſitoriorum forma & modus. 379
Suppuratiuum & mollificatiuum quid differant. 395
ad Subleuandam vuulam, & ſiſtēdum rheuma. 367
Suppuratio quæ tranſmutatio. 394
Suppuratiuorum exempla. 395
Suppuratiuo dolorem ſedantia. 395
Suppuratiuorum formæ diuerſæ. 395
Suppuratiuorum variæ formæ. 395
Suppurandi modus. 395
Suppoſitoria qui vitare debeant. 379
Suppoſitoria quibus vitanda. 379
Suppuratiuum medicamentum quod. 394.
Suppuratiuum quale eſſe debeat. 395
ad Syncopen vſque quando facienda phlebotomia. 362

T

TEſticulorum inflatorum remedia. 424.
Theſaurus pauperum incantationum & empiriarum plenus. 359
Tineæ remedia. 421
Terebenthina cur lauetur. 387
Tibiarum inflationis remedia. 425
Tutiæ præparatio ad quid, & quomodo. 387

V

VEntoſatio quid. 366
Venæ inciduntur tribus modis. 362.
Veſicæ vlcerum remedia. 424
Ventoſatio duplex, cum ſcarificatione & ſine ſcarificatione. 366

Ventris

Ventris torminum remedia. 424
Veſicatoria quibus locis applicanda, & cur. 384
Veſicatorijs vtendi modus. 384
Veſicæ doloris remedia. 424
Ventoſationis modus duplex & quomodo fiat. 368
Virgæ doloris remedia. 424
Virgæ vlcerum remedia. 424
Vitriolum quomodo vratur. 387
ad Vlcera & ſinus profundos. 367
Vlcus à cauterio factum quandiu apertum debet eſſe & quomodo. 384
Vnguentum bicolor. 397
Vnguenta bicoloria. 397
Vomitum quis ferre poſſit. 378
ad Vomitum prouocatio triplex. 378
per Vomitum qui purgari poſſint. 377
Vomitus quæ purgatio, & quid proſit. 377
Vulnera & vlcera quid habeant commune. 400
Vulnera quid requirant vt fiant vlcera. 401

# INDEX OMNIVM RECEPTARVM TOTO OPERE CONTENTARVM.

ALiud ad idem. 425
Aliud.248.tertium. 248
Alia expellens oſſa 199
Alia Gommera faciem dealbans. 285
Aliud. 278
Aliud ad idem.248.tertium ad idem. 248.
Aliud ad idem. 247
Aliud ad idem. 348
Alia ad idem poſt principium. 268
Alius ad idem eodem authore. 423
Aliud. 261
Aliud. 263
Alius ad idem. 348
Aliud.249.tertium. 249
Aliud ad materias frigidas. 395
Aliud. 247. tertium. 247. quartum. 247.
Aliud ad idem.281.tertium. 281
Alcofols ſeu alcohol ad lacrymas inuoluntarias. 291
Alcofol ad lachrymas,relaxationes,& grauitates palpebrarum. 291
Alcohol ad tingendam, & decorandam maculam oculi 308
Apozema purgans melancholiam. 256.
Apozema ex radicibus. 111
Aqua purgans & dealbans dentes.328
Aqua ſaxifragiæ. 348
Aqua ad maculam oculi. 307
Aqua aluminoſa. 287
Aqua dentes dealbans. 423

Aqua

Aqua gallicana. 285
Aqua Tamarindorum. 69
Aqua viſum clarificans. 422
Aqua faciens capillos flauos. 283
Aqua fortis. 396
Auicenna. 80

B

Balneum ad lapidem. 347

C

Capitellum commune. 282
Cauſticum. 383
Caputpurgia. 256
Ceratum Galeni. 390
Ceratum ſedans dolorem. 349
Clyſter mundificatiuus. 378
Clyſter adſtringens. 378
Claretum pro vulneratis. 420
Clyſter lenitiuus. 378
Collyrium ad lachrymas & tenebroſitates. 291
Collyrium ex thutia Monſpelienſe. 423.91.
Collyrium rubeum Rhaſis. 293
Confectio ex Maſſacumia. 308
Confectio ſtupefactiua. 327
Collyrium domeſticum. 423.91
Collyrium album Galeni & Rhaſis. 422.
Collyrium album ſine opio. 91
Collyrium album cum cadmia. 91
Collyrium palliatiuum fiſtulæ lachrymalis. 207
Collyrium Burut. 315
Collyrium Beneuenuti ad ſcabiẽ palpebrarum. 293
Confectio moſchata. 308
Collyrium ad fiſtulam oculi. 207
Collyrium ex fellibus. 312
Confectio ſeu electuarium ad debilitatem viſus. 315
Collyrium abſterſiuum macularum oculi. 304
Collyrium ad vlcera cancroſa pudendorum. 221
Confectio Rhaſis ad paralyſim & grauitatem linguæ. 323
Confectio ex alliis ſubitò ſedans dentium dolorem. 327.

D

Decoctio ad vlcera aurium. 408
Decoctio palliatiua pro leproſis. 257
Decoctio remolliens & reſoluens hæmorrhoidas. 217
Deſtillatio Meſuë pro dorſo. 137
Diacarthamum. 246
Diachylon magnum. 394
Diachylon commune. 394
Diahirundinum. 97
Diachylon ireos. 394
Diadactylatum. 374
Dianucum. 97
Diacaſſia magiſtri Thadæi. 375
Diachylon Auicennæ. 286
Diamoron. 97

E

Electuarium ad vlcera renum & veſicæ. 424
Electuarium de citro Guidonis, vocatum tabula vacuans omnes humores. 375
Electuariũ theriacale contra peſtẽ. 106
Electuarium ad botium. 100
Electuarium Alharif. 315
Electuarium ad rupturam. 424
Electuarium ſaxifragum. 348
Emplaſtrum apoſtolicum chirurgicale. 409
Emplaſtrum attractiuum. 391
Emplaſtrum incarnatiuũ magiſtri Dy-

ni. 401
Emplaſtrum incarnatiuum & mundificatiuum Galeni. 396
Emplaſtrũ naturatiuũ Guidonis. 395
Emplaſtrum ad materias frigidas. 395
Emplaſtrum maturans apoſtemata aurium. 395
Emplaſtrum mundificatiuum ex gummi. 397
Emplaſtrum mundificatiuum ex reſina. 397
Emplaſtrum mũdificatiuũ ex iride. 397
Emplaſtrum cõfortans iuncturas. 409
Emplaſtrum Petri de Bonãto ad omnes contuſiones. 409
Emplaſtrum maturãs apoſtemata mãmillarum. 409
Emplaſtrum mollificans Galeni. 393
Emplaſtrum eiuſdem authoris. 393
Emplaſtrum ſeu cataplaſma reſolutiuum. 492
Emplaſtrum rubrum Græcum. 397
Emplaſtrum de arnogloſſa. 62
Emplaſtrum mollificans, reſoluens Galeni. 61
Emplaſtrum molle repellens & reſoluens. 61
Emplaſtrum mundificatiuũ eſthiomeni. 67
Emplaſtrũ maturatiuũ Halyabbæ. 80
Emplaſtrum maturatiuum Bruni. 81
Emplaſtrum maturatiuũ Auicennæ. 81
Emplaſtrum ſeu linimentum anodynum. 92
Emplaſtrum maturatiuum communitatis. 80
Emplaſtrum reſolutiuum Dyni. 80
Emplaſtrum ad herniam aquoſam. 114
Emplaſtrum pro œdemate incipiente 73.
Emplaſtrum pro ſtatu & declinatione œdematis. 73
Emplaſtra maturetiua œdematis. 74
Emplaſtrum reſolutiuum duritij aquoſæ & ventoſæ. 77
Emplaſtrum Galeni curans ſcrofulas. 79.
Emplaſtrum maturatiuum Pannaritij. 102.
Emplaſtrum mollificans & reſoluens hæmorrhoidas. 218
Emplaſtrum ex acoro ad gibboſitatem. 423
Emplaſtrum ad rupturam ſeu ex pelle arietina. 425
Emplaſtrum ad coxas inflatas, tibias & pedes. 425
Emplaſtrum ad apoſtema puncturæ neruorum. 152
Emplaſtrum maturans & reſoluens Anginam. 98
Emplaſtrum attrahens venena. 146
Emplaſtrum ad hæmorrhoidas. 216
Emplaſtrum conueniens vulneribus nuchæ. 173
Emplaſtrum ad chiragram. 101
Emplaſtrum diſſoluens lac coagulatum. 108
Emplaſtrum ad omnem duritiem. 109
Emplaſtrum ad duritiem ſplenis. 109
Emplaſtrum molliens duritatem quæ ſequitur pedagram. 244
Emplaſtrum ad duritatem quæ ſequitur fracturas. 250
Emplaſtrum Portæ dictũ de betonica. 421
Emplaſtrum ſeu epithema ex cãtharidibus. 277
Emplaſtrum ſeu cataplaſma ex mica panis. 248

Empla

Empla∫trum flauum Petri de Bonanto. 403
Emplaſtrum Diachylon gummatum. 394.
Emplaſtrum è vermibus. 402
Emplaſtrum comitis. 403
Emplaſtrum dictum gratia Dei. 403
Emplaſtrum album è ceruſſa. 346
Emplaſtra ad caſus & offenſiones. 268
Emplaſtrũ mũdificatiuũ ex apio. 396
Emplaſtrum mollificans Galeni. 61
Emplaſtrum maturatiuum Gal. 61
Emplaſtrum ad ſcrofulas. 81
Emplaſtrum nigrum. 401
Emplaſtrum ex formicis. 248
Emplaſtrum ad ſcabiẽ palpebrarum. 293.
Emplaſtrum confortans neruos. 323
Emplaſtrum ſedãs dolorem podagræ.
Emplaſtrum anodynum Theodori, Lanfranci & Henrici. 938
Emplaſtrum communitatis. 398
Emplaſtrum maturans apoſtemata mammillarum. 107
Emplaſtrum capitale. 421
Emplaſtrum ad Hæmorrhoidas. 425
Emplaſtrum reſolutiuum ad guttam mixtam. 248
Emplaſtrum malacticum. 84
Emplaſtrum diapalma. 401
Emplaſtrum repellens in gutta frigida. 247
Emplaſtrum reſoluens in gutta frigida. 247
Emplaſtrum anodynum Iamerij. 398
Emplaſtrum de centaurio. 401
Emplaſtrum mollificans Auic. 394
Emplaſtrum viride Petri de Bonanto. 401.
Emplaſtrum attrahens infixa. 127
Epithema conſolidans oſſa. 48. aliud ibid. 48
Epithema ad alopeciam. 281

F

FOmentatio anodyna. 92
Fomentatio reſtrictiua matricis. 355.

G

GArgariſma diſſoluens phlegma congregatum in radice linguæ. 323
Gommera dealbans faciem. 285
HAlyabbas. 80
Hiera picra. 374

I

INiectio mundificatiua vulnerum pectoris penetrantium. 178

L

LAc virginale. 261
Lithargirus nutritus. 405
Linimẽtum Alexandri ad hæmorroidas. 425
Linimentum ad vlcera ſordida. 195
Linimentum repercuſſiuum & refrenatiuum. 80
Linimentum communitatis refrænatiuum & alteratiuum vulnerum. 80
Linimentum repercuſſiuum ad guttã frigidam. 247
Linimentum ſedans dolorem podagræ. 249
Linimentum ad denigrandos pilos. 283.
Linimentum palliatiuum ad morpheam albam. 260
Lauatio pro gingiuis excalefactis. 423
Linimentum ad morpheam nigrã. 259
Linimentum ex bolo. 390

Linimentum œdematis in ſtatu & declinatione. 73
Liquor ſeu linimẽtum laudatiſſimum in paralyſi. 136

M

MAcedonicum. 403
Medicamentum trium granatorum. 209

N

NArcoticum epiſcopi Rigeſ. 399

O

OLeum ad caſum pilorum. 280
Oxicratum. 390

P

PIlulæ ex agarico. 374
Pilulæ è bdellio. 217
Pilulæ ex caryophyllis. 220
Pilulæ Rhabarbari. 11
Pilulæ de fumo terræ. 256
Potio diuretica ad ſcrofulas. 79
Potio ad fiſtulam. 198
Potio cõmunis ad caſus & offenſiões. 268.
Potio ruptorum. 339
Potio vulneratorum. 420
Potio communis ad vulnera interna. 178.424.
Pſilothrum ſeu depilatorium. 260
Pſilothrum.282. Aliud.282. tertiũ.282
Puluis Guidonis purgans melancholiam. 374
Puluis ſaxifragus. 348
Puluis cicatrizatiuus. 402
Puluis incarnatiuus Rhaſis. 404
Puluis incarnatiuus Lanfranci. 404
Puluis reſtrictiuus Galeni. 400
Puls maturãs & rũpens anthracem. 66
Puluis ad faciẽdã ſuturam ſiccam. 128
Puluis citrinus ad finẽ ophthalmiæ. 92
Puluis communitatis reſtrictiuus. 150
Puls conſolidans vulnera ventris. 182
Puluis reſtrictiuus Rogerij & Iamerij. 400.
Puluis ad dolorem dentium ex cauſa frigida. 326
Puluis ad vuulam relaxatam. 330
Puluis ad confricandos dentes. 328
Puluis ad dentes commotos. 327
Puluis ad vngues ſordidos. 334
Puluis abſterſiuus macularum oculi. 307.
Puluis Dyni ad botium. 423
Puluis capitalis applicandus. 420
Puluis magiſtri Arnaldi pro oculis. 422
Puluis Nabatis ſeu Beneuenuti. 422
Puluis turbith Auicennæ. 78
Puluis turbith Rhaſis. 79
Puluis reſtrictiuus Galeni. 150
Puluis Albucaſis cõſeruãs ſuturas. 139
Puluis cicatrizatiuus. 404
Puluis ad talpariam. 203
Puluis capitalis intrò ſumendus. 421
Puls, ſeu emplaſtrum anodynum. 398
Puluis rubeus de domo. 400

R

REpercuſſiuum œdematis incipiẽtis. 74
Repercuſſiuum ad guttam calidã. 247
Repercuſſiuum œdematis incipientis. 248.
Reſolutiua in gutta calida. 248

S

SApo Gallicus. 282
Sapo Saracenicus. 282
Sief ad ſurditatem & tinnitum. 317
Sief ad cataractam non confirmatam. 312
Sief ad tingendam maculam oculi. 308
Sief ex vitriolo. 295
Sief viride Rhaſis. 293

Sief

Sief Ruſteim. 304
Syrupus frangens lapides. 348
Sief ex hæmatite. 206
Sief de ſpica. 91
Sief de thure. 93
Sief roſatum. 91
Sief ad tarfen. 171
Sief ex plumbo. 206
Sief citrinum Alexandri. 91
Spadadrapum Rogerij. 409
Sudatorium Americi. 424
Suppoſitoria. 279
Syrupus frangens lapides. 408
Syrupus magiſtri Arnaldi. 376
Syrupus de fumo terræ. 256
Syrupus Guidonis digerens phlegma. 376.
Syrupus è buglosſo. 276

T

Tabula vacuans omnes humores. 375.
Tertium. 261
Tertium.263.quartum. 263
Tertium ad idem. 247
Tetrapharmacum. 403
Theriacæ quinque ſpecies. 326
Trochiſci ad dolorem dentium cum calore. 326
Trochiſci berberis.111.Trochiſci de lacca. 112
Trochiſci calidicon. 406
Trochiſci Narcotici. 399
Triapharmacum Galeni. 81
Tragæa pro cataracta non confirmata. 312.
Trochiſci Aſphodelorum. 406
Tragæa degeſtiua. 75
Trochiſci ex calce. 406
Trochiſci Aldaron. 406
Trochiſci ad guttam roſaceam. 287

V

Vnguentum anodynum ad hæmorrhoidas. 218
Vnguentum ad vlcera difficulter ſanabilia ex proprietate. 192
Vnguentum ad vlcera virulenta pudendorum. 214
Vnguentum ad gibboſitatem. 333
Vnguentum mundificatiuum pectoris vulnerum. 178
Vnguentum ex euphorbio ad puncturam neruorum. 152
Vnguentum Saracenicum. 263
Vnguentum regenerans pilos. 281
Vnguentum palliatiuum in lepra. 257
Vnguẽtum Gordonis ad tineam. 277
Vnguentum ex ranis & teſtudinibus. 248.
Vnguentum Apollonij ad tineæ ardorem. 278
Vnguentum ad antiquam tineam. 278
Vnguentum ad variolas. 287
Vnguentum ad tineam & alias infectiones capitis. 276
Vnguentum ad guttam roſaceã. 287
Vnguentum ad tineam. 276
Vnguentum ad ſerpiginem. 261
Vnguentum ad ſcabiem. 263
Vnguentum ad dolorem & ardorem cancroſum. 261
Vnguentũ ad caſus & offenſiones. 269
Vnguentum ad duritates iũcturarum quæ ſequuntur podagram. 250
Vnguentum ad iuncturarum duritates quæ ſequuntur fracturam. 250
Vnguentum gratia Dei. 397
Vnguentum è biſmalua. 395
Vnguentum incarnatiuum communitatis. 401
Vnguentum aureum Meſue. 403

Vnguentum Baſilicum maius ſeu Macedonicum. 403
Vnguentum comitis Antiſſi odorēſis. 404.
Vnguentum è mirtillis. 390
Vnguentum diapompholigos. 405
Vnguentum pretioſum. 403
Vnguentum mollificans. 410
Vnguentum reſumptiuum. 399
Vnguentum tetrapharmacum. 493
Vnguentum viride ex herbis. 402. 307
Vnguentum epiſcopi Laudunenſis ad conſolidanda omnia vlcera. 405
Vnguentum gloriæ. 402
Vnguentum Macedonicum. 403
Vnguentum lithargyri nutriti. 405
Vnguentum reſoluens. 492
Vnguentum regis Angliæ. 402
Vnguentum viride Galeni. 403
Vnguentum è veſpertilione. 248
Vnguentum ex vulpe. 248
Vnguentum ceraſeos. 397
Vnguentum comitis Guilielmi. 402
Vnguentum Agyptiacum. 397
Vnguentum ex vermibus. 154
Vnguentum mundificatiuum cerebri, & eius panniculonum. 421
Vnguentum ad pruritum. 263
Vnguentum ad vlcera ſordida. 195
Vnguentum album Rhaſis. 404
Vnguentum diæreos. 404
Vnguentum mundificatiuum communitatis. 396
Vnguentum ad liuorem faciei. 286
Vnguentum Baſilicum ſeu regiū. 403
Vnguentum ad morpheam albam 260
Vnguentum è lino. 403
Vnguentum œdematis ſuppurati, & aperti. 74
Vnguentum ad Rhagadias. 222
Vnguentum apoſtolorum. 397
Vnguentum ad ſpaſmum humidum. 134.
Vnguentum eleuans oſſa. 421
Vnguentum album communitatis de domo. 404
Vnguentum anodynum Pānaritij. 102
Vnguentum ad tineam. 421
Vnguētum tetrapharmacū Galeni. 81
Vnguentum ex anſere. 248
Vnguētum ad vulnus venenoſum. 146
Vnguentum ad alopeciam faciens renaſci pilos. 421

FINIS.